

A-3-283


De la biblioteca del Colegio de San Jeronimo de Madrid
GERARDI IOANNIS VOSSII
auth. de m. q. n. p. m. p. de R 2543 *M. J.*

HISTORICIS LATINIS LIBRI III.

Editio altera, priori emendatior, & duplo
auctior.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ IOANNIS MARIJ,



AD BENEVOLVM

LECTOREM.



Didimus nuper, Humanissime Lector, iterata vice JOHANNIS GERARDI VOSSI Viri Incomparabilis, quique immortale sibi in terris nomen reliquit, volumen unum de HISTORICIS GRAECIS; nunc alterum tibi exhibemus de HISTORICIS LATINIS diffusæ eruditionis opus, quod *à paracelsis* magno labore & industria plus quam dimidia parte auxit, & propria manu correxit. Non opus est prolixè commendare librum hunc, cum tanti viri nomen per Christianum orbem notissimum sit. Et utinam cætera quoque ejus scripta aliquando lucem viderent, quæ magnus ille æternitatis candidatus conscripsit! Nullam fere humanioris eruditionis partem intactam reliquit Inter quæ effulget locupletissimus Latinæ linguæ thesaurus, & de Antiquis Ecclesiasticis Scriptoribus luculentissimus commentarius. Sed hæc non dubitamus, D. Isaacum Vossium paternæ virtutis & eruditionis hæredem aliquando in lucem editurum esse. Illud autem unicum monitum te volo, humanissime Lector, me in duos tomos hunc librum

brum divisisse, non quia non continuum sit hoc opus, & à se invicem disjungi possit, sed ut voto illorum satisfacerem, qui duobus hunc librum impingi vellent voluminibus; si qui tamen una impingi hunc librum malint, potest pro re nata titulus secundi tomi dilacerari. Vale, atque instituto nostro fave.

Epitaphium Viri Incomparabilis

IOH. GERARDI VOSSII.

HOC TUMULO PLORAT PIETAS,
ET CANDIDA VIRTUS,
ET LUCTU PALLAS SAXEA
DIRIGUIT,
INVIDA MORS RIDET, RIDET
QUOQUE VOSSIUS ILLAM,
DUM CALAMO MORTEM VINCIT
ET INGENIO.

A. THYSIUS.

GERAR-

GERARDUS JOANNES VOSSIUS
BENIGNO LECTORI
SALUTEM.



*Q*uod ante annos plus minus setuaginta, in poetis Latinis pariter, ac Graecis, feliciter praestitit doctissimus vir, Lilius Gyraldus Ferrariensis: id in argumento, si non longè potiori, (saltem nec utiili, nec difficili minus, utriusque videlicet linguae historicis, tentandum mihi existimavi. Ac de Graecis quidem commentarios nostros ante triennium publici juris feci. Eos nunc, utinam felicibus modo auspiciis, consequuntur hi de Historicis Latinis. Quorum cum partem primorem traderem praelo, animus erat desinere in temporibus Karoli Magni; uti facile ex ingressu operis elucet. Nimirum ita mecum cogitabam, eos, qui consecuti postea fuerunt, à paucissimis legi: sive id propterea fiat, quia in seculis posterioribus nequaquam eam conspiciere sit, vel sacrum, vel humanarum rerum peritiam, quae fuerat antea: sive nauseam pignat, quod scriptores eorum temporum planè rustico sermone, ac stribliginis situ squallèque obsiti sint. Terribar praeterea immensam eorum copiam, qui in tenebris istis rebus sui temporis afferre lucem studuissent: ac quorum plurimi, vel nunc demum exirent in publicum; vel in bibliothecis adhuc cum blattis tineisque rixarentur. Postquam verò gravissimi laboris pars exhausta jam erat; consilium repente mutavi; novisque animis sumtis, despiciere etiam copiam de seculis sequentibus. Nimirum in mentem veniebat, providentiam divinam, cujus speculum esse historiam scirem, in omni aevolutura: unde colligebam, etiam animum humanum, qui ad Dei imaginem factus est, debere per omne saeculum diffundi.

Nec ultra movebar sermonis inpolitie, quia nõssem, aliunde castimoniam verborum, hinc gesta nationum, ac res Ecclesiæ, peti oportere. Sciebam etiam, quos vulgò barbaros vocant, ingenio non caruisse: imò sæpe iis, pro ævo, quo vivere, & eruditionem, & facundiam fuisse singularem. Atque hæc impulerunt, ut quemadmodum historiam de historicis Græcis pertexuissem usque ad Constantinopolim à Muhammede captam: ita hanc de Latinis perducerẽ usque ad tempora imperatoris Karoli v. Nec fore ignoro, ut in opere tam arduo industriam meam fugerint historicorum plusculi. Verùm si rectè agebat Varro, neminem reprehensum esse, qui stipulam reliquisset ad spicilegium: potius in me spectari convenit, quantum hoc sit, quod præstiterim, quam ecquid præterierim. Præsertim cùm non eo hæc animo divulgem, quasi in posterum omnem operis nostri curam deponere statuissem: sed potius, ut postquam ista jam prodierint, amicorum præstantium & iudicio in commissis, & indicio in omissis, facilius fruam. Præterea ut primâ hac, & difficillimâ operis curâ defunctus, minori exinde negotio, & majori voluptate, legam, mediter, nostra, aliena, & quæ curva depræhenderim, corrigam; quæ mutila, suppleam. Nam hætenus quidem, publicis muneribus, & propriis amicorumque negotiis occupatissimo, non licuit mihi in vasto ad eò mari eorum, qui rem historicam juvissent, expiscari omnia ex animi sententia. Quod in causa etiam fuit, cur, in aliquibus sequioris ævi, contentus sim indicare ætatem, & quæ memoriæ tradidissent, omissis interim, quæ, auctores eos legenti, de ipsis in mentem venissent. Nimirum pleraque crudiora adhuc videbantur, quàm ut ita apponi mereantur. Imò interdum quoque brevior sum, quia putidius putarem, nimium diffundere se in iis, qui nondum in manus meas venissent. Atque idem de illis dictum velim, qui à me conspecti lectique; sed tales reperti, ut vix inter proletarios, vel etiam capite censos, reponi mererentur. Verùm siquid etiam desideretur hæc parte; id omne spero, vel appendice novâ,

vel

vel editione alterâ, præstabitur. Ac quia is animus mihi semper fuit, ut neminem honore suo fraudarem: planè fore confido, ut mei, vel potius publici boni amantes, ad institutum illud nostrum conferant symbolam suam. Vti jam facere sunt aggressi præstantissimi aliquot viri terræ Italiæ; idque duce & auspice Illustrissimo, ac excellentissimo, Dominico Molino, patricio & Senatore Veneto: cujus viri prudentissimis consiliis, & animo ad tuendam Reip. libertatem fortissimo, æternum Veneti debebunt. Nec minùs eidem, qui tractant Musarum sacra, devinditi obstridique semper erunt, non in Italiâ modò suâ, verùm etiam trans Alpes: ut qui cunctos de liberalium doctrinarum studiis præclarè merentes amore summo prosequatur; multosque vel conantes illud (quos inter nomen profiteor meum) beneficiis suis ornare non cesset. Equidem, quando nò unius est hominis lustrare omnes omnium bibliothecarum forulos; fore confido, ut alii etiam imitentur tanti viri exemplum; præcipuè illi, à quibus me amari scio in Germania, Gallia, terris aliis, ante omnes in Britannia magnâ, quæ tot antiquis abundat bibliothecis, imò tot vivas etiam habet bibliothecas, viros nempe maximi nominis, qui cum Scripturarum studio, Ecclesiasticam antiquitatem, & omnigenam historiam, felicissimè conjunxerint. Quanquam autem non dubito, quin si Deus mihi vitam & valetudinem concesserit, deinceps etiam non paullò plura, partim observare ipse, partim à viris præstantissimis addiscere possim: tamen, si summus ille imperator de statione vocarit, priusquam extremam iis, quæ deinceps accedent, manum admoverim; nolim illa temere divulgari, solis his exceptis, quæ eò spectent, non tam ut audius, quàm ut emendatius sit opus nostrum. Nam pro exiguo duxerim delicto, si non omnia in argumento quopiam attulerim; hujusmodi præsertim, ubi, ut homines, ita gesta eorum, atque uti gesta, ita scriptores ipsi crescunt quotidie: imò ubi in illis etiam temporibus, quæ nos prosequimur, fortasse mortalium nemo jactare possit, omnes se observaturum, qui ab

antiquioribus celebrentur; omnes, qui in bibliothecis adhuc delitescunt; omnes, qui lucem adspexerint; quorum multi paucis sepe paginis consent, imò leviculum argumentum tradent, saepe etiam antehac semel duntaxat, idq; ante seculum, vel amplius, prodierint in lucem, atque id terris long; hinc diffitis intervallo; ut nihil sanè mirandum sit, si in oblivionem penè omnium venerint. Quamobrem, ut dixi, leve hic fuerit aliquos omisisse. At grave omnino sit, si chartis memoriae solum ergò commissa, cruda adhuc propellantur in publicum: in quibus placet Plinianum illud, pro non inceptis haberi, quæ non absolveris. Longèque magis de iis illud monumentis nostris dictum velim: quæ nunquam antea emisim in lucem. Multa enim multorum exempla, quorum opera posthuma habemus, cautio rem me reddunt. Commemorare plurima cum possim, exemplum unius afferre contentus ero: de quo agendi graves sanè habeo causas. Nec alienum planè ab instituto erit hoc nostro, cum de historicis agam, & ille, de quo loquar, inter hujus temporis historicos principem mereatur locum. Estis Iacobus Augustus Thuanus ὁ μακρότερος, vir genere, doctrinà, dignitate maximus, & cui aliquid humanitus patienti planè debeat ignosci, partim ob graves occupationes, quæ singula adamussim expendere non patiebatur; partim etiam ob merita præclara erga Gallias suas, ac Remp. literariam. Maximus ille vir, quem dixi, (si opere posthumo stare licet) ad annum MDLXXIIII prodit ea de viro, & genere nobili, & eruditione clariori & pietate modestiàque longè maximo, Francisco Junio Biturige; ex quibus vix guttam veri exprimi posse, nemo scio eorum, qui vivunt, negare sustineat. Eo enim, quo dixi, loco hæc de Junio legas: Lugduno Batavorum, ubi diu professus est, ob rerum novarum suspicionem ab Ordinibus Belgii exactus, sicuti suo loco diximus, & Altorfii ubi defecit, à Norimbergensi Rep. honorifico stipendio invitatus. Nempe, memorià deceptus, in errorem Tartessia muranà grandio rem incidit vir summus:

quod

quod ita esse, ex ipsius verbis liquido constat. At enim, Sicuti suo loco diximus. At nihil usquam tale retulerat de Iunio; verum de Hugone Donello, dissuasore quidem, attamen conscio consiliorum, quæ conjurati ceperant Lugduni anno cIoIoLXXXVII. Quæ de re ita ad annum hunc ipse prodidit Thuanus: Hugo Donellus juris scientiâ clarus, eamque diu Avarici Biturigum professor, qui ob religionem Lugdunum concesserat, quòd consilio participasse crederetur, à Senatu monitus, ut aliò migraret, Altorfium se contulit, ubi Norimbergensis Reip. stipendiis ad mortem usque docuit. De Donello id, uti videmus, pronunciârat ipse: de Iunio se dixisse arbitrabatur. Nempe Gallus erat uterque: adhæc ille in Biturigum urbe jus professor, hic natus ibidem: uterque etiam apud Batavos in Lugdunensi docuerat Academiâ, neque id exiguâ cum gloriâ. Quid mirum igitur, si glaucoma isthæc in scribendo objicere potuerint viro occupatissimo? Sed ut similes hæcenus fuerint, in isto dissimiles tamè, quòd Donellus eximius foret Jurisconsultus; Iunius autem Theologorum, qui, iisdem quidem castris, in hoc religionis per orbem dissidio, militarent, nullo inferior haberetur. Quòd item Donellus in conspiratione illâ quorundam adversus illustres Hollandiæ Ordines, quam dicebam anno contigisse cIoIoLXXXVII, consiliorum nefariorum conscius fuisset; atque ea propter, auctoritate procerum, solum vertere sit coactus: Iunius autem iis temporibus docuerit Heidelbergæ: imò quinquennio demum post, nempe anno cIoIoXCII, ex Palatinatu in Bataviam concesserit: nec unquam postea pedem extra eam posuerit: atque aded, quamdiu vixit, maximo in pretio fuerit apud illustrissimum principem Mauritium, ac potentissimos Hollandiæ & Westfrisiæ Ordines. Quòd denique Donellus extremâ vitâ Altorfii Noricorum jus professor obierit anno cIoIoXCI, ætatis LXIV: Iunius, qui altero demum post anno in Lugdunensem Academiam venerat, decesserit ibidem anno cIoIoCII, ætatis LVII. Itaque illius Altorphii, hujus

Lugduni Batavorum monumentum ab omnibus visitur. Quid pluribus de Iunio opus in re, non urbi modò huic, sed universæ cognitissimâ Bataviæ? Bataviæ verò? imò toti fœderatæ Belgicæ, atque adeò Galliis ipsis, & terris aliis, in quibus penè innumeri supersunt, qui temporibus Iunii, studiorum causâ, in Academiam hanc confluerant, oculati omnium testes, quæ diximus. Quare de isto quidem tam aperto errore verbum ulterius non addam. Verùm quid prohibet, quò minus, occasione istius, etiam excutiamus hoc tempore, quæ Thuanus proximè ante allata verba præmiserat? Obiit, inquit, cùm annum tantum LVII attigisset, vir desultorio ingenio, qui multa conatus, an assecutus sit quod moliebatur, doctorum erit iudicium. Hæc de Iunio Thuanus, à quo tamen multi egregiam laudem retulere, cùm nec alteram Iunianarum virtutum partem possiderent. Nempe acerbè adeo ut summus vir pronuntiaret, fecit amicus ejus, vir cætera egregius; sed, quod in aliis damnat, præficiens, planeque ιδιοπροσωπον, & αυθενος, sæpe etiam turgens loliginis succo, ac si quis non per omnia assentiret, vehemens alieni nominis obtrektor: quo vitio non mediocriter sedabat egregias, imò admirandas animi dotes. Non me ariolari hic, sed certissima promere, multis possim indicis comprobare: sed ea sunt viri illius merita, ut quædã satiùs sit honoris causa taceri. Quòd si quis ambigat, indicia istorum aliqua reperiet in literis ejus hocce anno in urbe Lugdunensi nostrâ editis: ubi ille ne meris quidem calumniis abstinuit: quibus, scio, faciliè cavisset, si vel per somnium venisset in mentem, fore, ut ea more malo post obitum quomocunque divulgarentur. Ac ab eodem fonte haustum videtur, quòd de Iunianâ instrumenti translatione alibi iudicat Thuanus. Sed utcumque se habeant ista illud tamen nemo laudaverit satis, quòd idem ille, cujus nomini parcendum putavi, licet plerisque, dum viverent, minus se æquum præberet; defunctis tamen iisdem candidum se exhiberet virtutum præconem. Quo honore etiam memoriam

Iunii

*Iunii fuisse profecutum, diuini ejus versculi testantur. Ita-
que non ultra ei immorabor: sed potius ad rem ipsam me con-
uertam. Quæro igitur, quid illud sit, cur gravissimus &
constantissimus vir, Franciscus Iunius, desultorii ingenii dici
mereatur? Num quoddam resilierit à studio juris civilis? Hoc e-
nim à quibusdam responderi audio. Equidem non diffiteor,
in juris scientia summos audiisse magistros, Donellum dico,
Duarenum, Contium, Ruardum, Cujacium, alios: sed factum
id a solo adolescentiæ quinquennio, cujus partem etiam
politiores sibi literæ vindicarunt. Præterea id factum
imperio patris, viri ut genere clari, ita summis dignitatibus à
Rege Galliarum & Regina Navarrena aucti, plurimumque
gratiæ apud eos pollutis. Qualis cum pater foret, quid mi-
rum sanè, si studia illa in filio prætulit, quæ admirandæ in-
dolis adolescenti ad honores maximos munirent viam? Atque
illa tum fuere. Sed, defuncto parente, Dei, Scripturarum,
Religionis amor, usque aded filium inflammavit, ut, spre-
tis seculi honoribus, ad S. Theologiam penitus animum ap-
pelleret: nec consilium hoc totis xl annis, quibus postea vi-
xit, unquam mutavit. Ac quantum in sacro hoc studio præ-
stiterit interea, ex monumentis ejus judicium penes omnes eos
esto, quos in tristi hoc religionis per orbem dissidio haurit nimium
abripit affectus. Verùm, concesserit aliquis, illud de jure puti-
dius objectari, cum idem fecerint alii, summi item sacri ordinis
viri: verùm, inquit, si aliud quicquam, illud sanè desultorium
potius videri, quoddam Theologum professus, humaniorum attige-
rit literas, atque aded etiam in scriptores nonnullos re-
sus sit exercere. Quippe qui (ò crimen novum, atque inaudi-
tum!) epistolæ M. Tullii ad Atticum, & Quintum fratrem,
item Manilii Astronomicæ, contulerit cum MSSis Palati-
nis, ac variantes lectiones, & breves notas duobus sit libellis
complexus. Equidem factum non diffiteor. Instabant amici: &
seriæ erant: impensum igitur paucillum temporis, dum se fri-
tillio oblectant nonnulli, vel in litore conchas legunt. Quan-
tillum*

tillum igitur illud est, quod gravioribus studiis decefferit, ut
eapropter desultorium ejus ingenium dici mereatur! Nec sa-
nè tum operam planè perdidit. Nam in illis Palatinis codd.
(utcumque is, de quo antea etiam loquebar, id in Castigatio-
nibus dissimulet) multa emendatius legebantur, quàm editis
antea: multa perperam quidem, attamen ejusmodi, ut sicubi
Junio minùs liqueret, alios tamen, otio magis affluentes, ad
loca ea integritati restituenda, Mercurii alicujus Euodii, vel
Hegemonii instar, tanquam manu ducerent. Quod nunquam
defugiam comprobare, si tanti illud esse aliis videatur. At, in-
quies, nonne Codinum idem transtulit è Græco, & illustravit
notis? Quasi non interesset ejus, qui Ecclesiasticam amaret
antiquitatem, Ecclesiæ nôsse Constantinopolitanæ officia, quæ
tradidit Codinus: aut quasi nihil referret, utrùm utilissimus
scriptor beneficio Junii è tenebris erutus in doctissimorum ho-
minum manus veniret, an oblivione æternâ sepeliretur. Sed
enim, eum cum ederet, unico duntaxat codice usus fuit, eoque
mutilo, & multis locis corruptissimo. Quasi hic ulla sit Junii
culpa, ac non eo magis excusandus sit, ubi rem non acu tetigit.
Et idem tamen variantes postea Palatinorum codicū MSSo-
rum & Raphaëlis Serleiani lectiones nactus fuit. Etiam cum
in vocibus mixobarbaris, & officiis plerisque imperii Orienta-
lis, tum temporis quidem (nam nunc, ut dies diem docet, liqui-
diora hac parte sunt omnia, cum aliorum industria, tum do-
ctissimi amici mei, Ioannis Meursii) cum, inquam, in istis
spissæ forent tenebræ etiam hominibus eruditissimis, accura-
tius alios rerum Constantinopolitanarum scriptores contulit
cum iis, quæ apud Codinum legisset. Hinc amplior lux Codi-
no. Itaque editionem moliebatur novam, non paullo & inte-
griorem, & emendatiorem. Sed typographus differre eam ma-
luit. Tantùm enim, bono non tam Junii, aut publico, quàm suo,
illud egit, ut editio vetus, pauculis præmissis è secundis Junii
curis, exiret, atque ita scriptor, quo pauci, & non nisi doctissi-
mi caperentur, ementiens faciem novam novos etiam concilia-

ret sibi emptor. Sed exemplar, quod secundæ editioni Iu-
nius destinârat, quamquam, ut puto, non tam confectum quam
affectum, habeo ipse: quod si videre contigisset editori Codini
nupero, (viro sanè eruditissimo, utinam sanctoris & æquita-
tis amantiore) genuinum, ut censeo, in Iunio haut tantopere
fregisset. De Tertulliano quoque videamus, Ecclesiasticorum
è Latinis, qui supersunt, antiquissimo, quem beatus martyr
Cyprianus magistrum suum vocitabat. Hunc saltem nemo, cre-
do, indignum dixerit Theologo, non lectore modo, sed etiam in-
terprete: utcumque illorum, quæ tenebras ei affundunt, maxi-
ma pars face philologicâ, aut criticâ, debeat dispelli. Iunius
igitur autumnalibus unius alteriusque anni fertis, et si sibi non
minùs, quàm cæteris, in otio tum vivere liceret, ne iuventus
tamen penitus quiesceret, quædam gravissimi ejus scriptoris
enarravit publicè; posteaque & alia ejus privatim, licet tum
majoribus distineretur, adolescentibus aliquot explicavit. E-
ditionem eorum postea, ut fit, flagitarunt, atque etiam extor-
serunt nonnulli, qui curis virum aliud vocantibus, limam ulte-
riorem desperabant. Equidem agnosco, in difficili aded, addo
& corrupto scriptore, relicta ab eo esse multa, quæ vel Delio
natator, vel Esculapio indigeant. Nec in iis, quæ vidisse se
putavit, contendero semper Lynceum fuisse: cum & Homerum
quandæque dormire prope omnium opinio sit. Imò nec illud
inficias zero, cum longè plurima eorum, quæ in Tertulliano ne-
gotium faceffunt, ab reconditâ interiorum literarum cognitio-
ne dependeant: multis in locis eum certius, & explicari, &
restitui, potuisse ab aliquo minus aliis studiis occupato, qui que
omni penè vitâ se dedisset corrigendis, aut illustrandis scripto-
ribus antiquis. Verùm quid impedit, quo minùs talis nunc quo-
que exsurgat aliquis, qui scriptorem nobilissimum non pauld
det nobis meliorem? Ceciderit prior: cadet fortè, qui sequitur:
laus erit publica: ut paucillùm illud Laberii immutem. Pro-
cul solùm esto insectatio omnis, ac canina facundia, sine quâ
plerique sibi parùm disertè videntur. Nam unde alioquin esse
dicam,

dicam, quod si quid viderint, quod alteri invisum putent, illicet inimicè allatrent, atque arrodant: nec tam cogitent, quantum alius præstiterit, quàm ubi alucinetur, immemores interim manticae suae, quàm errorum minimè vacuam gestant in tergo. Sint sane huic nostro, sint aliis quoque, iis in studiis, de quibus nunc loquimur, sua παροξήματα, vel σφάλματα, vel etiam παρεξηγήματα: quae nemo doctissimorum hominum effugere semper potuit: nedum, cui τὰ ἕωθεν praesacris παροξήματων forent. At tamen fateantur, favore nihilominus, non odio, dignam esse propensissimam illam bene etiam de Rep. literariâ merendi voluntatem. Præterea si boni esse viri, & haberi velimus, non totum nos Iunium metiri convenit, ex opera præstita, cum animum laboribus, ac curis prope obrutum, amœnitate litterarum laxare paululum vellet. Quantò enim æquius est, ut eum potius aestimemus ex illis, quae elaboravit in scripturis sacris vertendis, explicandis, & gravissimis religionis controversiis enarrandis! Hic occurrat nobis, quàm præclara doctissimum quemque docuerit ille, cui nihil in more minùs foret, quàm exscribere alios. Quod si in istis etiam, quae nunc dicimus, aliquando, vel ingenii fiduciâ, vel humanâ imbecillitate, non vitigatoribus modò, sed candidis etiam hominibus, deceptus videatur: cogitemus, generosi esse animi, malle, ubi gravioris nihil periculi ex lapsu metuitur, cadere interdum; quàm metu illo, ne labaris, semper humi jacere. Cogitemus etiam, eum sua pro oraculis haberi noluisse: longè aliter ac mos est illis, qui penè in omni studiorum genere (quo jure non disputo) dictaturam sibi vindicant: nec eâ contenti, imperium (si tam molli id nomine vocandum) exercent asperè in literas, ac falsis lacerant maledictis viros doctrinâ haut inferiores, moribus etiam meliores. Cogitemus denique, haut alterum sortasse ad sacra studia tractanda attulisse plura majoraque tum adjuncta, tum ornamenta, quàm à Iunio factum fuit. Quippe qui diligenter legisset jam puer Latinos, Grecos, grammaticos, oratores, poetas, historicos, philosophos: qui juris scientiam addidisset:

disset: qui Hebraicè, Chaldaicè, Syriacè esset doctissimus: qui tentasset etiam aliqua Arabicè; quamquam eo tempore, quo arduum esset reperire ulla ad linguam hanc subsidia, quæ postea divinâ bonitate suppeditarunt multa magnâque: adhæc qui tantâ curâ devorasset, & concoxisset doctores scholasticos, Aquinatem & Scotum ante omnes: quique, ut recentes magni nominis interpretes legisset, ita assidue pendè versasset SS. Patres, innumera ad eos observasset; in Græcis imprimis; cujus rei testimonia luculenta, tum in Nicæni concilii libris ab eo translatis: tum in toto Iosepho, Clemente integro, ac pluribus aliis ab eo illustratis, correctisque, ostendere ipsi possumus, ac possunt item similia alii in aliis. Sed quid his insisto? Sanè ingenium viri, & diffusissimam eruditionem, multo faciliùs carpent, quàm æmulabuntur. Et quibusdam obstrigillantis, non deerunt toto orbe viri docti, & clari, qui debito eum præconio ornent. Qualem mox ab excessu suo habuit etiam maximum virum, vereque literarum principem, Iosephum Scaligerum: qui versibus hisce defuncto parentavit:

IUNI, quem modò literis potentem,
 Pleni Gymnasii frequente cœtu,
 Cingebat docilis corona pubis
 Docto pendula differentis ore:
 At nunc, ô series iniqua rerum,
 Tactus fidere pestilentis auræ
 Sol pallentibus occidis tenebris!
 Te moerens schola flet suum magistrum,
 Orba Ecclesia te suum parentem,
 Doctorem gemit orbis universus.
 Flent, flent; non uti vulgus imperitus,
 Quem morbus docet ipse, quid valere est.
 Quanti est filius, orbitate discit,
 Qui nec denique quid potitus olim est,
 Sed quid perdidit, solet putare.
 In te longè alia est vicissitudo:

Nec quantus fueris, carendo discit,
Qui vivi meritum æstimavit olim.
Et nunc conscia publicæ querelæ
Postquam tristitia te tulere fata,
Et clarum jubar abstulere mundo,
Nos quid perdidimus, quid & dolendum est,
Non scimus magis, at magis dolemus.

*Hæc Scaliger de defuncto, quo tempore nec gratia aucupium
stimularet, ut nimis efferret Iunium: nec æmulatio, vel ullus
in studiis dissensus, in causâ esse poterat, ut detractum ei quic-
quam vellet. Hæc idem, ut versiculis suis ipse subscripsit, in
lectulo duabus post mediam noctem horis: quando mens hu-
mana, si unquâ, sua esse solet, nec affectibus abripitur. Hæc ille,
cum pestilentia in Academia Lugdunensi intra mensem unum
summos duos viros, Iunium, ac Trelocatium, abstulisset: ac
porro strages tantas totâ faceret Bataviâ: quæ mortalitatis
cogitatio non patiebatur Scaligero tum quicquam nisi since-
rum, ex ore, vel calamo exire. Quid quod scimus apud liberos
defuncti, atque alios, longè etiam majoribus elogiis extulisse
omnigenam illam Iunii, ac imprimis rerum sacrarum scien-
tiam? Sed præconia illa, quia planè invidenda videantur,
ne apponere quidem ipse sustineo. Nec obstare tum potuerunt,
quòd in nonnullis, etiam tuis, quæ ex Scripturis de temporum
ratione disceptarentur, aliud Iunio visum fuisset. Nam ut-
cumque Scaliger agrè ferret dissentientes: nec talibus (nem-
pe homines omnes sumus) æquum se arbitrum præbere soleat:
tamen fere erga defunctos alius erat: imò subinde etiam, su-
perstitibus illis, mens ei ad se redibat tandem. Post Scalige-
rum, si id requiri putarem, poteram ingentem referre copiam
virorum præstantium, qui magnis laudibus Iunium extulif-
sent. Atque in his etiam principes viros: quales sui multos
habuit, poteram dicere admiratores, malo amatores. Hos in-
ter illum, quo nemo in principali fastigio constitutus de studiis
melius potuit judicare. Quomodo cum loquor, nulli obscurum
esse*

esse arbitror, intelligere me augusta memoria, verèque maximum magnæ Britannia regem JACOBUM primum. Cujus affectum erga Iunium superstitem non uno cognovimus indicio; & præclarum de mortuo judicium, cum alia testabuntur, tum literæ, quas Rex tantus de religionis negotio ante novennium ad præpotentes fœderatæ Belgicæ Ordines misit. Hæc fusiùs sum prosecutus, non tam propter Thuanum, virum nunquam satis laudatum: quàm ob malevolos quosdam, alienis semper insidentes pàpulis, unùmque hoc agentes, ut quanto plus aliis detraxerint, tanto majores ipsi videantur. Quales Iuniani sese nominis decus infringere posse arbitrantur, partim posthumis illis parùm candidis epistolis præstantis viri, sive dicti, sive adhuc innominati nobis: partim etiam pauculis istis, quæ Thuanò per errorem in vastissimo opere, ut sit, exciderunt; imò quæ emendaturus erat, si sua ipse in lucem edere potuisset. Quod si quis à me potissimum hæc pro Iunio dicta esse mirabitur: is sciat, & hoc, & majora me debere honori Academiæ nostræ Lugdunensis, cujus magnum ille, dum vixit, ornamentum fuit. Sciat quoque, id à me factum suasse atque impulsu multorum præstantium virorum; quorum hoc amorì erga Iunium non debui denegare. Sciat etiam, hoc privatim interfuisse mea; qui eo in adolescentia usus sum præceptore, & optimo, & amantiissimo mei. Denique cui ista non sufficiunt, cogitet, me officio functum esse non mali generi: atque ita ut fieret, interfuisse totius Iunianæ familiæ, tot etiam filiorum meorum: quibus nihil æquè exopto, quàm ut avitæ pietatis, doctrinæ, & modestiæ exemplum, nunquam sibi ex animo effluere patiantur. Lugduni Batavorum, anno MDCCXXVII. IV Nonis Jun.

Τ Η Υ Σ Υ Δ Ι Δ Ε Σ :

ΔΙΑΒΟΛΑΣ ΟΥ ΣΩΦΡΟΝ
ΟΥΤΕ ΛΕΓΕΙΝ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗ-
ΛΟΥΣ, ΟΥΤΕ ΑΚΟΥΟΝΤΑΣ Α-
ΠΟΔΕΧΕΣΘΑΙ.

PETRI

PETRI SCRIVERII

Elegia,

*In laudem V. Cl. GERARDI VOSSI, post editos
de Historicis Græcis libros, nunc Latinorum Hi-
storiorum Historiam evulgantis.*

VIDIT ut Historicos Grajo sermone locutos
Roma; nec auctores cerneret illa suos:
Et tantum annales numeraret Achaia chartas,
Vossiae factos excutiente sinus:
Cumque manum tabulis prope jam subducere vellet
Ipse, parans aliud (quod quoque vivat) opus:
Diva tribunitiis venit comitata catervis,
Atque oculos docti se tulit ante viri:
Cum bene de Græcis cœpisti, nate, mereri,
Inquit, an Ausonia dememinisse potes?
En ego, quæ totum septem de montibus orbem
Conspicor, Imperii Roma Deumque locus;
Tam verbi verique potens, quam Græcia mendax;
Quæque meis memini grata referre vicem;
Vel statuâ, titulisque colam, vel fronde coronem,
Inter Trajani tot monumenta fori.
Quæ te cura coquit? nam non cessare putandum est.
Inprimis hæc res digna labore tuo.
Hæc humeris libranda tuis. hæc ibit in ævum.
Nobilius nomen vix aliunde feres.
Annales te tempus erat jam figere clavos;
Iam decet auctores explicuisse meos.
Hoc age, jam numera: ne sim minor ipsi Pelasgis,
Aut prælata meis pallia Græca togis.
Hoc age: sic nunquam Latiae te gloria linguae
Delerat, aut Genius, docte Gerarde, meus.
Hoc age; & Imperii stantis patiterque cadentis
Scriptores simili sedulitate refer.
Ob tot servatos, vindex clarissime, cives,
Ob tot de Stygiis scripta reducta vadis;
Iam Capitolinam possum promittere quæcum:

Copia palmatæ mox facienda togæ.
Dixit, & excussis doctissima tempora pentis
Rasit, Apollineis admonuitque comas.
Continuò plateis mens indefessa resumptis
Consuluit famæ, maxima Romæ, tuæ.
Accipe Natales Scriptorum, Diva, tuorum;
Vossiadæ fœtos excutiente sinus.
Accipe primævos, & iniquo tempore natos:
Accipe, quos malles de meliore notâ.
Claudius haud semper, non semper Afellio præstò;
Cassius haud veniet, nec tibi Roma Macer.
Ah, deerit Sisenna tibi, dux ordinis ille,
Teste tulit summum qui Cicerone decus:
Historiæ miscere jocos nec, ut antè, licebit;
Clitarchum aut libris inseruisse suis.
Illa ostensa semel Valerî non umbra recurret.
Subtrahet annales Pictor & ipse suos.
Sæpè solæcismos, nec Frugi verba notabis;
Vatronesque alios, Antipatrosque leges.
Ne tibi maturi promitte Catonis acumen,
Quidquid & Aufonio Plinius ore sonat.
Quod si fortè tibi generosa poëtica cordi,
Et cupis historicâ verba ligata fide:
Nævius haud semper tibi Punica bella sonabit,
Non Clio Ennipatris fortia facta canet.
Non etiam hibernas canâ nive conspuet Alpes
Furius, aut Histris Hostrius arma dabit.
Denique non Albinus erit, qui prælia Magni
Concinat, & lauri cingat honore caput.
Heroumque loco succedet barbara turba;
Eheu, nominibus penè timenda suis.
Accidet exactas quandoque Tanusius aures,
Et Volusî implebit fordida charta manum.
Cumque petes pelvim (ad pelvim te nausea coget)
Sæpe Fenestellam cum Tuberone voles.
Nunc ubi Cornelli, dices, monumenta Nepotis?
Nunc ubi Sallustî pagina prima mei?
Ergo silet Tacitus? tacet, heu, mihi Livius ingens?
Prò dolor! & tantùm barbara verba crepant?

Nunc

Nunc ubi felices calami, cultique libelli,
 Nominaque in tabulis scripta Moneta tuis?
 Quæ chorus omnis amet, relegatque venustior orbis;
 Ut quis facundo contigit ore loqui.
 Et qui sollertem Plæbo junxere Minervam,
 Temporis horrorem cætera turba trahit.
 Offendas igitur Latia si crimina linguæ,
 Roma, nec exacto nomine cusa typo,
 Stridoremque ævi primo de flore cadentis;
 Da veniam, hosque unà te voluisse puta.
 At tanto reddes si præmia digna labore,
 Iam VossI medio stabit imago foro.
 An tibi Tarpejà melius ponetur in arce,
 Dulce Iuventatis claudere iussa latus?
 Seu potius divi Custodis more sedebit?
 Convenit & meritis illius iste locus.
 Namque recensendo tot debita nomina famæ,
 Per quæ Romanum surgit in astra decus;
 Quotidieque magis juvenescit gloria prisca;
 Custodem hunc poteris jure vocare Iovem.
 Quæque tibi periit concussâ rupe Iuventas,
 VossI operâ templis est reparanda tuis.
 Illius æternam conatibus auguror Urbem.
 Iam video ex omni parta tropæa mari.
 Imperium terris, animos æquabit Olympo
 Rursus, & antiquus restituetur honos.
 Hi septemgemini perrumpent æthera montes,
 Nec stabunt humiles in Iovis arce casæ.
 Custodem patriæ sanctum dixere Quirinum:
 Custodem Romæ dI genuere novum.
 Cum tenebræ obrepent, chartis lux surget ab istis;
 Erranti hic Helice est, & Cynosura rati.
 Non aliud saxum, lucumvé, aut quærat asylum;
 Hoc astrum in mediis naufragus optet aquis.
 Termine, qui quondam te cedere velle negasti,
 Custodi huic tandem cedere disce Jovi.

Operum

Operum

Clarissimi, Doctissimi que Viri,
D. GERARDI IOANNIS VOSSII
Heidelbergensis,

Eloquentiæ, Chronologiæ, ac linguæ Græcæ apud
Batavos Professoris celeberrimi,

P A N E G Y R I S.

P Elices Nemetum populi, tuque optime Nicri
Accola, cui placidas veteri de sede Camænas
Dispulit Austriacæ furor implacabilis aula,
Cæsareasque ciens aquilas, & nixus Iberum
Intrepidâ virtute Ligur; tot damna vicesque
Imperii, & profugum mutato Principe Phœbum
Hoc uno solare viro: quem matre cadentem
Ipse tuo fovit puerum Thymbraus in antro,
Vangionumque Deæ. Iam desine tristior atros
Sollicitare dies, & quæ tibi secula currunt
Dura queri. sparsæ rursus coiëre sorores,
Et reduces mens ipsa capit. Permessus & omnis
Hac Helicon sub fronte latet, sociataque curas
Conglomerat Doctrina suas, & fundit ab uno
Pectore Romanæ quicquid facundia linguæ
Grande loqui, aut Grajùm potuit sapuisse vetustas.
Quo Batavus se jactet, habet; quo Gallus alumno
Surgat, & aternis inscribant nomina fastis
Hostiles Grudii. Latius celebrata Camænis
Scaligero Verona tumet, magnoque superbum
Cæsare nomen habet. memores tibi VOSSIIUS annos
Scribit, & ingentis pandens proscenia fama,
Clara Palatinæ reparat dispendia terra.

Osten-

Ostentare suas Memphis studiosa labores,
 Et Pelusiaca potuit signare papyro
 Arcanas veneranda notas, latuitque sub umbris
 Pallas, & Isiaca stupuit sacraria lenae.
 Cum Memphi jam Persa silet, veterisque Mineruae
 Ignorat Chaldaeus opes, nec barbarus artes
 Medus, & Eoos surgens Aurora magistros;
 Brachmanasque colit. tepuit Sapientia, fervens
 Quam late spatiatur Arabs, & nescia veri
 Incubuit prisco gravis ignorantia munda.
 Cecropidum viguere lares, & docta Cleantis
 Porticus, & dulci sapiens vicinus Hymetto.
 Despitit & Latium, numerosque Oenotria tellus
 Pythagora meminisse nequit, Druidumque loquaces
 Conticuere scholae. Tu prima Batavia Musas
 Colligis, & fractae tabulas ac frustra carinae
 Naufragio subducta tenes. Tu cincta profundo,
 Armorumque inter strepitus, lituosque tubasque,
 Tranquillum meditaris opus, criticumque tribunal
 Erigis, & Latiae restauras jura loquere.
 Adspice Leida virum, quo iudice victa fatiscit
 Barbaries, mordetque suas irata catenas:
 Quique renascenti germana vocabula seclo
 Sufficit. hic ille est Phœbei censor honoris,
 Pegasidum vindex, tot rerum scriptor, & avi.
 Quid dignum memorare suo primæva vetustas
 Possit Atlantida? qui culti vocibus oris
 Pallentes nigris animas emancipat umbris,
 Tutaturque reos, vel tristi mersit Averno
 Damnatum sub lege caput, cum dura clienti
 Intonuit mediis vitrix sacundia rostris,
 Persuasitque Deus causas. Mentitur in illo
 Fabula; nos alias, V o s s i, te Rhetore, leges
 Accipimus, doctumque forum. quibus artibus astris

*Invehat Augustum, vel magni Caesaris arma,
Scipiadasque orator ovans: qua voce furores
Increpitet Cati tuos, Syllamque ferocem,
Et Senonum furias, sævique incendia Br. ani.
Aut quæ Suada togam clypeis, quæ classica possit
Ignavis præferre togis; Asiaque potentis
Pompejo decernat onus; quæ proxima morti
Colla levet, flectantque leves responsa Quirites,
Et victo trepidas eludant iudice scalas.
Hæc Lysias, Siculoque Corax, hæc Antipho quondam
Accidit præcepta scholæ: videre priores
Vile rudimentum, & teneræ cunabula lingua
Versavit tum Stoa gravis: mox aucta Lyceo
Gloria, di. endique labor: fluxere disert
Hermagoras, Grajusque Molon, & conditor artis
Hermogenes, Phalereusque loquens, & pagina Tullii,
Et Fabii clamantis opus, lususque Theonis.
Tu veterum cæcâ nitidam caligine lucem
Elicis, & scriptor priscos irrumpis in annos;
Eloquiique decus, turbataque nomina rerum,
Et sancti formas, collapsaque jura reponis.
Tu Latium, vocesque suas formare Pelasgos,
Argivosque doces: geminis exordia pandis
Gentibus, & tantorum aperis elementa laborum,
Quemque legat primum titubans industria callem,
Discendique viam. faciles Scaurosque Caprosque
Ire facis, curisque tuis respirat Apollo,
Et nova Palladium solantur commoda gentem.
Cedite Grammatici, magno quibus ilia fastu
Inconsulta tument, delapsaque littera sede
Sufficit ad bellum, vel iniquum comma minaces
Exacuit calamos, & tanti scena paratur
Nominis. hoc cunctas absolvoite iudice lites,
Et vestros sedet melior censura tumultus.*

Hic

*Hic Diffator erit. fascēs submittit tandem
Invidiosa cohors: dum vecta poemata plaustris,
Et tragicum castigat epos, veterumque cothurnis,
Mæstaque Medææ detergit fecibus ora.
Hippolyti properant alio temone quadrigæ,
Et Troas purgata nitet: sua vita Iocastæ
Redditur, & Latio clamat sermone Thyestes,
Adspectatque diem pulsæ orchestra tenebris.
Quelibet huic nota est propriis insignibus ætas,
Sectorumque patent facies, distinctaque magni
Nomina temporibus, seu cum puerile loquendi
Robur erat, traxitque rudem doctrina iuuentam,
Scipiadumque gravis totum se involveret armis
Ennius, & tenui Plautus vestigia socco
Figeret, & vates Satyræ lutulentior iret:
Seu cum crevit honos linguæ, scabrosque fugavit
Majestas Romana sonos, & adulta Catulli
Capta lepore fuit: seu cum labentibus annis,
Quo Latium, fato cecidit, Romæque senectâ
Symmachus Ausonias offendit durior aures.*

*Ingeniis diversa placent: huic abdita pandit
Abstrusos natura sinus: hic floribus artes
Irradiat: lapsas alius restaurat Athenas:
Ille Cleant hæ neglecta palatia turbæ:
Hic in Aristippi solum præcepta relapsus
Socraticas evoluit opes: hic scribere fastos
Ad samam satis esse putat. Sed cuncta coercet
Vossius, atque omnes secundo pectore Musas
Parturit, & latè titulos arcessit honorum
Immortale caput. Non te veneranda filebo
Religio, veterumque fides, & sanctius ævum,
Huic perspecta viro. quantis erroribus actæ
Christigenum steterint acies, quo castra Pelagi
Vindice tuta diu fuerint: quibus occidat armis*

Contemptrix natura Deam, delapsaque caelo
 Gratia subnixos claris doctoribus Afros
 Traxerit in partes, & grato fœdere prestet
 Libertas, Superùmque favor; ne crimina Divis
 Imputet impietas, rectique ignara voluntas
 Audet audaces vultus opponere caelo;
 Ille docet, totumque pius propugnat Olympum.
 Ac veluti tacito subterlabentia cursu
 Flumina diffundit Nereus, hinc gignat Orontem,
 Hinc septemgemino turgent in gurgite Nilum,
 Non tamen ipse minor, neque vitis indigus undae
 Usque fluit, terrisque inentiterit aquor,
 Atque alias largitur, sua perenni
 Flaurit fonte libros, & cum sua ditat
 Muneribus, semperque novis, quae donet, abundat.
 Dumque ubi variâ contexit fronde coronam
 Mens assueta operi, per mille volumina solers
 Ambulat, atque suos aliquid seponit in usus.
 Sic ubi Grajorum calamos, & prodiata docto
 Enumerat monumenta solo, momentaque scriptor,
 Et rerum summas aperit, nunc abditus aeo
 Anteit Olympiadum palmas, jam Persica radie
 Tempora, & Herodoto multum narrante superbit,
 Nec dulci Xenophonte minus. jam fida Daretis
 Pagina mentitur senium, jam Dityos herres
 Fabula: Pelleis vates arcessitur annis
 Chærilus: hinc Phariis scriptus sub regibus orbis,
 Ausoniaeque Ducum fastis signata papyrus.
 Conveniunt doctorum opera, Chaldaeus & Assur,
 Phœnicum labor, & calidi secreta Canopi,
 Atque Arabum tabula, & videtur industria Persæ,
 Seraque grandiloquis turgens authoribus Hellas.
 At non una tuas, doctor celeberrime, laudes
 Terra capit, parti Latio dicuntur honores,

Gestaque Romulidum, & magnorum fata Quiritum.
Non ego, si lymphamadeam Permesside, vastos
Ire per annales, digestaque tempora possim,
Tantumque queam titulos memorare laborum,
Victorisque dies populi. Iam Roma renasci
Incipit, atque sua legit incunabula gentis,
Historiaque gradus numerat. Spectate Batavi
Terrarum, Belgique Deos, cantataque quondam
Bella Latinorum, magnique exordia regni,
Abdita Pontificum foliis. Vestigia Navi
Pondè premit Calabrum vates, & carmine docto
Instruit armatas acies. Pictoribus Afer
Militat, & primi studii asperrima belli
Carthago, Italiam contra. scripsere Catones,
Odrysiique rudis tuus formavere juventam;
Accepitque furor iegem, rabiesque dolentis
Admisit præcepta viri. mox maxima Scauri
Fama fuit, Syllaque labor, Catulique Sisenæque,
Et clari Varronis opus. sua prælia dicitat
Cæsar, & ingenti fortem munimine Golum
Exiit. agnosco trabeas, Augusta que latè
Nomina, & Æmathiis diffusa poemata campis.
Et magni lituos Silli, contractaque Crispi
Verba, gravem monitis Tacitum. tu Flore disertum
Os aperis, vati propior. tu grandia Livi
Orsa legis, mediasque ferum deducis in Alpes
Hannibalem, Pharioque necas sub Principe Pœnum.
Nec Messala latet, doctique Rabirius oris,
Non Tubero, Macetumque audacia prælia narrans
Curtius. imperio donec languente fatiscens
Vitricem melius meminist se Roma locutam.

Hæc scribis, pariterque doces, tantique per orbem
Imperii fastos celebras. veneratur honores
Belga tuos, poscitque sibi tam grande Britannus

Deposi-

*Depositum. spatiosa tuæ Germania fame
Annuit, Euganeas tangunt tua nomina sedes;
It cælo sublime decus. te Rhenus & Albis
Suspicit, in Druidum doctas illaberis urbes,
Et cupiant te posse frui. si Gallia plorat
Turnebos, Latium Alciatos, dispendia fati
Tanta levas. toto mæstas Helicone sorores
Barbariè pulsa recreas. Tibi tempora debent,
Et rerum memores anni: luceſque renatæ,
Et linguæ Latialis honos: te ſera loquetur
Posteritas, te clara vehent præconia vatum,
Iſtaque venturi relegend monumenta nepotes.*

CASPAR BARLÆUS.

GERAR-

GERARDI IOANNIS VOSSII
DE
HISTORICIS LATINIS
LIB. I.

CAPUT I.

Operis hujus argumentum. Aetates, & classes eorum, qui rem Romanam exposuerunt. Qui scriptores pueritiæ nomine censeantur. Primitus maximorum fuisse Pontificum, consignare res populi Romani. Horum libri vocabantur annales maximi, vel publici. A Numæ imperio consuetudo ea fluxit. Monumenta publica, magnam partem incendio perisse, urbe à Gallis captâ. Idcirco laborare non raro fidem eorum, quæ hoc tempus antecedunt. Nec tamen fidem ea nullam mereri, quod vir doctus perperam colligebat. Cujusmodi dictio fuerit maximorum annualium. Ciceronis de eo locus leviter expenditur.

DOST QUAM egi de historicis Græcis: nunc eos persequi animus est, qui Latinis res gestas literis condiderunt. Atque ad hoc non mediocriter me invitant, & allecant, quas nunc ferias habet Academia nostra. Neque non in mentem venit, in communi otio mihi etiam otioso esse licere: & magis fortasse, cum ex re meâ, tum publicâ, fore, si discutiam hilaritate præsentis tristitiam operæ prioris. Præclare enim à Marco Seneca dictum fuit, *ingenii lassitudinem non minorem esse, quam corporis, sed occultiore.* Et satis constat, quemadmodum agri, si interquiescant, fructuum plus ferunt: ita, si animi hominum relaxentur, vigorem in iis otio excitari: quod in nemine, quàm Porcio Latrone, manifestius fuisse, idem scriptor refert. Sed nescio quomodo, quasi animum remittere eum amittere foret, ita me labo-

rem ceptum intermittere non sinit cupido illa bene merendi de studiis iuventutis. Nec paucos literarum nostrarum amantes promissi experior muneris fligitatores, si non assiduos, at acres tamen. Denique cogitatio de incerto vitæ humanæ, quæ noctes diesque obversatur, stimulare non cessat, ut colligere in literis pergam sarcinulas meas; quò, istis expeditis, siquid benignitate numinis reliquum vitæ erit, id gravioribus omne studii consecratur. Hæc me hortantur, atque incendunt, ut alteram debiti mei partem, quæ est de historicis Latinis, quàm optimâ possum, exsolvam fide. Atque eo alacrius lubentiusque, etsi imbecillitatis meæ haut nescius, quicquid istoc laboris est, suscepi: quia multò hic planior futura est via, quàm erat in historicis Græcis. Nam, si intra eos consistamus, qui florere, priusquam Occidentis imperium ad Karolum Magnum transferretur; satendum est, præ Græcis paucos superesse, quorum historiæ Latinè loquantur. Si quoque eorum numerum ineamus, qui deperierunt, pauciores multò è Latinis desiderantur. Denique, contrâ quàm in Græcis usu venit, paucissimi sunt, quorum non ætas exactè sciatur.

Sed ut perspicua magis sit omnis hæc dissertatio nostra: imitabor eos, qui minuta in tabellâ depingunt vasta naturæ latifundia: atque, ut olim L. Seneca, & alter ex Anna a gente, in populo Romano fecit: ita ego numerosum eorum cœtum, qui res gestas posteris prodiderunt, in ætates suas dispescam. Nam habet historia quasi pueritiam suam: habet adolescentiam: item ætatem statam, quam Græci *ἀνύλω* vocant: denique sua ei quoque senectus fuit: nec minus ea gradibus suis distincta, quàm variare illam in hominibus videmus.

Pueritia, sive infantia historiæ, ab annalibus cœpit. Nam ut bene ait vetus Tullii interpres, Marius Victorinus a, *Primum annales fuerunt: post historiæ factæ sunt.* Nec tamen annales quosvis infantia opus puto (nam quid Taciti annalibus perfectius?) sed eos duntaxat, quibus pontifices maximi memoriam temporum conservare voluerunt. Nec peccare mihi videor, qui commentarios summorum virorum, pueritiam, vel etiam infantiam, historiæ appellem. Quippe antiquiores iis scriptores non habuit historia Romana. Rudes etiam, & inconditi; imò, facundiam si spectes, planè infantes fuerunt. Accedit, quòd, sicut pueritia domi solet contineri: ita annales illi à pontificibus adservarentur domi: nec alibi hæc monumenta publica consulendi copia populo foret. Cui

a III.
Rhet.
Cic.

potius

potius hac parte credamus, quàm M. Tullio? Verba ejus sunt libro secundo de Oratore: *Erat historia nihil aliud, nisi annalium confessio: cuius rei, memorieque publica retinenda causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium, pontificem maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis, pontifex maximus: efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscenda; ii, qui etiam nunc annales maximi nominantur. Ideam primo de legibus annales pontificum maximorum vocat. Annales maximos appellat. quoque Gellius lib. IV. cap. V. Ea historia de haruspiciibus, ac de versu istoc senario, scripta est in annalibus maximis. Item Macrobius lib. III. Saturn cap. I: Pontificibus permessa est potestas memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi; & Ius annales appellant maximos, quasi a pontificibus maximis factos. Publicos annales nominat Diomedes lib. III. Annales, inquit, inscribuntur, quod singulorum ferè annorum actus contineant: sicut publici annales, quos pontifices scribere que consueverunt de Romanis, quod Romanorum res declarant. Quod verò Tullius ait, consuetudinem eam, ut pontifices maximi maximos scriberent annales, cœpisse ab initio rerum Romanarum, id restringendum paulum videtur ex Vopisco in Imperatoris Taciti vita; ubi scriptor is, non à Romuli, sed Numæ imperitio, originem arcessit. Post Romuli, inquit, excessum, novello adhuc Romanæ urbis imperio, penes pontifices scribenda historia potestas fuit. Quod si pene ab iracunabulis Urbis mos iste obtinuit; nihil sanè mirum, si annalibus illis, non modò res gestæ à regibus; sed ea etiam continerentur, quæ natalem Urbis antecesserunt: ut præter alia ostendunt quæ exinde non semel refert Sex. Aurelius Victor, sive quisque auctor est libri de Origine gentis Romanæ.*

Ingens verò damnum historia Romana fecit, annalibus istis, aliisque monumentis publicis, incendio magnâ parte absumptis, post Urbem à Gallis captam, quod anno contigit CCLXVI. Nam inde præcipue est, quod claudicat sæpe fides eorum, quæ ante hoc tempus gesta traduntur. Audiamus Livium lib. VI. *Quæ ab condita urbe Roma, ad captam eandem urbem, Romani, regibus primum, consulibus deinde, ac dictatoribus, decemvirisque, ac tribunis consularibus, gessere foris bella, domi seditiones, quæque libris exposui: res cum vetustate nimis obscuras, velut quæ magno ex intervallo loci vix cernuntur: tum quod per rare per eadem tempora literæ fuerit, una custodia fidelis memoria rerum gestarum; & quòd etiani, si quæ in commentariis pontificum, aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensâ urbe pleraque interiit. Clariora deinceps certioraque ab secunda origine, velut ab stirpibus, latius ferantur, quæ re-*

4 GERALDI IOANNIS VOSSI
nata Urbis, gesta domi militiaque exponentur. Nec propterea audiri debet vir eruditus, qui, quæcunque de Regibus Albanis, Romanisque, ac temporibus proximè consecutis, ab Dionysio, & aliis, etiam Livio ipso, referuntur, ea pro otiosorum hominum commentis habet. Nam plumbeo cum pugione hic pugnare, arguit illud, quòd Livius contentus fuit dicere, pleraque Pontificum, & aliorum, monumenta periisse. Imò ut longè plura, atque adedò universa, incendio hoc absurta forent: non propterea omnis antiquitatis Romanæ notitia periisset. Nec enim ejusce temporis homines, memoriam usque adedò omnem amiserunt; ut nec ipsi, penes quos, non modò legendi, sed etiam scribendi servandique annales jus erat, non bona ex parte instaurare eosdem possent. Et credibile est, vicinis etiam oppidis fuisse annales suos, qui multa cum Romanorum gestis communia haberent. Ut interim nihil dicam de hominibus Græcis: præcipuè Diocle Peparethio, quem in plurimis secutus est Fabius Pictor; & Antiocho, Xenophanis filio. Syracusano, qui ex antiquis Italiæ monumentis historiam composuerat: ut ex Halicarnassensi Dionysio scimus.

Superest videamus, cujusmodi pontificum maximorum dictio fuerit. Id autem Cicero nos docet in secundo de Oratore: ubi, cum de annalibus eorum egisset, ista subjungit: *Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solidum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum, reliquerunt.* Ac mox de iis, qui annales maximos sequerentur, sic ait: *Neque tenent, quibus rebus ornetur oratio: modò enim huc ista sint importata, & dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse breviter. Non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.* Quod si ejusmodi sint, qui ad similitudinem maximorum annalium sese componebant: sanè quanto vetustas scribendi arte rudior fuit; tanto etiam exilior horridiorque erat dictio annalium maximorum, quàm Fabii, Catonis, & similium; qui, etsi annalium eorum scriberent exemplum, tamen paulò saltem cultiori seculo vivere, quàm priores. Et hujusmodi càm annalium publicorum dictio foret; nihilominus propter fidem, quam merebantur, ac simplicem illam breviter, multùm etiam delectare antiquitatis amantes solent. Unde Cicero in primo de Legibus: *Post annales pontificum maximorum, quibus nihil potest esse jucundius. Nisi pro jucundius legendum sejunius: quod Fulvio, Guilielmioque, visum.* Et sanè impensè favet, quòd continuò sequitur: *Si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in*

ore est, Catonem, aut ad Fannium, aut ad Venonium, venias; quamquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam EXILE, quam istionem? Cuncti tamen MSSi. constanter jucundius habent: quod non aliter accipere possumus, quam dicebamus.

C A P. II.

Ad primam historie adolescentiam acceditur. Mos Romanus custodes apponendi prætexitatis. Fufius super Diomedis loco disquiritur. Carmine heroico primus annales scripsit Ennius. Nævius Enniusque usi continenti scripturâ: sed illius carmen Lampadio; hujus Vargunteius, in libros divisit. Corrupto Gellii loco decipi, qui duodecim potius, quam duodeviginti annalium libros, reliquisse Ennium arbitrantur. Nævius Saturnis versu scripsit libros belli punici primi. Ciceroni lux. Quando Nævius stipendia primum fecerit, vel fabulam dederit, vel è vita excefferit. Quando Ennius obierit. Initium Næviani operis de bello Punico. Quale fuerit metrum Saturnium. Cur Nævius in carcerem conjectus sit, & fabulæ, quas ibi scripsit. & Plauti de eo versus. Interim de gloria Ennii, quod primus metro heroo panxerit res Romanas. Ex Scipione Ennii versus aliquot restituti. Etiam Latinè vertit Euhemerum, atque ejusce operis argumentum, & fragmenta quædam.

Historiæ pueritiam excipit ejus adolescentia. Hanc ab iis auspiciamus, qui historiæ primi in lucem ediderunt. Quippe jam consilio ea, & ratione firmatior, præstare incipiebat cultui suo curam: cumque antea à Pontificibus maximis custodiri sole-ret, liberè tum prodibat: haut aliter, ac, moribus Romanis, pueritiæ quidem custos apponebatur: sed potestas dabatur adolescentiæ cundi, quò veller. Quem morem Propertius tangit lib. 117.

Vt mihi prætexia pudor exvelatus amictu,

Et data libertas noscere Amoris iter.

Et Persius sat. v.

Cum primum pavido custos mihi purpur a cecit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit;

*Cùm blandi comites, totâque impunè Suburrâ
Permisse sparsisse oculos jam candidus umbo.*

Qui autem historiam à se signatam exire, atque emanare in vulgus, primi iuberent, poetæ fuerunt. Atque hos inter princeps sit Livius Andronicus; si rectè legitur apud Diomedem lib. 111. *Epos Latinum primus dignè scripsit Livius; qui res Romanorum decem & octo complexus est libris; qui & Annales inscribuntur, quòd singulorum ferè annorum actus contineant.* Ita hunc locum in editione sua expressit Io. Casarius, vir eruditus, sed audax nimis Diomedis interpolator. De Livio sanè nihil hujusmodi veteres prodiderunt: sed qui *res Romanorum decem & octo complexus est libris, qui & annales inscribuntur*, is non alius est, quàm Ennius: ut omnino pro Livio legendum sit *Ennius*: vel poetæ nomen debeat præteriri: ut quod satis ex *Ætæ* sua cognoscatur. Nec præterea putandum, primum esse Ennium, qui panxerit res Romanas. Nam, ut postea planum faciam, antiquior eo Nævius fuit: qui descripsit bellum Punicum primum: ut apertè Cicero testatur in Catone majore. Atque idem docent tot fragmenta eo ex opere adlata à grammaticis antiquis. Colligat hinc aliquis, apud Diomedem, non *Ennium*, sed *Nævium*, reponi debere. Sed non ita est. Nam loquitur de eo Diomedes, qui duodeviginti reliquerit annalium libros: at Nævius scripsit unico volumine, & *continenti scriptura: Casus autem Octavius Lampadio divisit in libros vii.* ut Tranquillus ait libro de illustribus grammaticis. Nec diffiteor, Ennium quoque continenti usum esse scripturâ: ac *Q. Vargunteium annales ejus divisisse in libros: quod Tranquillus ibidem testatur.* Sed septenis plures eos fuisse annalium libros; arguit illud, quòd ex undecim sequentibus non pauca Grammatici adducunt. Et perplacet emendatio doctissimi, & amicissimi quondam, viri, Paulli Merulæ, qui apud Gellium ita legendum putabat lib. xvii. cap. xxi. *Q. Ennium, cum septimum & sexagesimum annum ageret, duodevigesimalium Annalem scripsisse; idque ipsum Ennium in eodem libro dicere, tradit M. Varro in primo de Poëtis libro. Ubi vulgo duodecimum corruptè legitur pro duodevigesimalium.* Vult hoc Gellius, extremam Annalium partem, quæ ex Vargunteii divisione librum constituit duodevigesimalium, demum ab Ennio adjectam esse triennio ante obitum suum. Sed alterum etiam est, unde pareat, Nævium à Diomede intelligi non posse. Nec enim ille epico carmine, de quo Diomedi est sermo; sed Saturnio est usus: ut testis est Festus in *Saturno*. Unde de eo sic Ennius ipsè:

--- Scripsere alii rem

*Verfibus, quos olim Fauni, vatesque, canebant ;
Cum neque Musarum scopulos quisquam superârat,
Nec dâti studiosus erat.*

Nam Nævium ab Ennio taxari, locuples auctor est Cicero in Bruto: Tamen illius, quem in Varibus, & in Faunis, enumerat Ennius, bellum Punicum, quasi Myronis opus, delectat. Sit Ennius sanè, ut est certè, perfectior: qui si illum, ut simulat, contemneret; non omnia bella persequens, primum illud Punicum, acerrimum bellum, reliquisset: sed ipse dicit, cur id faciat. Scripsere, inquit, alii rem Verfibus. & luculentè quidem scripserunt, etiamsi minus, quàm tu, (Enni)politè. Nec verò tibi aliter videri debet, qui à Nævio, vel sumfisti multa, si fateris; vel, si negas, surripuisti. Atque hæc etiam Nævium esse antiquiorem, ostendunt. Fortasse autem aliquis Ciceronem ipsum obduxerit, qui in Tusculana prima sic loquitur: Annis ferè ccccxi v. post Romam conditam Livius fabulam dedit, C. Clodio, Cæci filio, M. Tuditano Coss. anno antenatum Ennium: qui fuit major natu, quàm Plautus, & Nævius. Nam videtur hoc Cicero dicere, Ennium Plauto, Nævioque, natu esse majorem. Sed secus se res habet. Quippe provocabulum relativum, non Ennium respicit, sed Livium. Ut sententia sit, Livium, non Ennio modò antiquiorem fuisse, de quo satis liquet: ut quem dixerit demum natum esse, cum Livius jam primam fabulam docuisset: sed ipso etiam Plauto, Nævioque: de quibus minus erat apertum. Sanè Nævius stipendia fecit bello Punico primo: quod defuit anno Urbis lxxiv. Anno lxxv primam fabulam dedit Livius. Anno lxxvi Ennius nascitur. Quinquennio post, hoc est anno lxxix, fabulam docet Nævius. De Livio vidimus ex Cicrone: nunc cætera firmabo idoneo auctore. Verba sunt Gellii libro xvi i. cap. ult. Claudium, & Tuditanum, Consules sequuntur Q. Valerius, & Manilius: quibus natum esse Q. Ennium poëtam, M. Varro, in primo de poëtis libro, scripsit: eumque, cum septimum & sexagesimum annum ageret, duodevigesimum annalem scripsisse; idque ipsum Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde post Romam conditam quingentesimo undevigesimo, Sp. Carvilius kuga primus Roma, de am.orum sententiâ, divorcium cum uxore fecit, quodâ sterilis esset, jurassetque, apud censores, uxorem se liberum querendorum causâ habere: eodemque anno Cn. Nævius poëta fabulas apud populum dedit: quem M. Varro, in libro de poëtis primo, stipendia fecisse ait bello Pœnico primo: idque ipsum Nævium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Atque, ut multò ante Ennium natus est Nævius:

ita & multò antè decessit. Nam obiit Nævius anno Urbis IXXLIX, M. Cornelio Cethego, & P. Sempronio Tuditano, cons. triennio ante pacem Pœnis datam condicionibus iis, quas Scipio Africanus dixit. Cicero in Bruto: *At hic Cethegus Consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo. Questorque his cons. M. Cato, modò planè annis cxi. ante me consulem. Et mox: His consulibus, ut in veteribus commentariis scriptū est, Nævius est mortuus.* Et probè cū eo convenit, quod Hieronymus, in Chronico Eusebiano, Nævium ait mortuum Olympiadis cxv anno primo: meliùs sanè, quàm si annū tertium dixisset, prout debuisset centet Sebestianus Corradus, eruditus Ciceronis interpres. Nec tamen dissiteor, Varronem ex eo, quòd Plautus viginti demum annis pòst decesserit, colligere, Nævium quoque diutius vixisse. Id enim ostendunt, quæ Cicero superiùs allatis subjicit. *Quamquam Varro nosster, diligentissimus investigator antiquitatis, putat in hoc erratum, vitamque Nævii producit longiùs. Nam Plautus, P. Claudio, L. Porcio, viginti annis pòst illos, quos ante dixi, cons. mortuus est, Catone Censore.* Sed ut tam diu Nævius fuerit superstes: tamen sic quoque obierit non paullò ante Ennium. Nam decessit Ennius totis xv. annis post Plautum, Q. Marcio Philippo II, & Cn. Servilio Cæpione, consuli- bus; ut in Bruto idem Cicero refert. De ætate, tam Nævii, quàm Ennii, satis dictum. Cujusmodi fuerit Nævii dictio, non aliunde meliùs scire possumus, quàm ex fragmentis, quæ nobis grammaticorum industria reliqua fecit. Initium quidem operis de bello Punico primo, ejusmodi erat; ut testatur L. Calpurnius Piso in libro de continentia pòetarum:

*Qui terrai Latiai (vel Latiei) hemones tuserunt
Vires fraudesque Poinicas fabor.---*

Ita nobis restituit eum locum Guil. Merula, in erudito ad Ennium commentario. Juniores extulissent hoc pacto: *Qui terra Latia homines tuderint vel fregerint vires fraudesque Punicas, fabor.* Sed sic numeri perierint: qui sunt jambici; ut in illo ejusdem, quod Charisius adducit:

*Marcus Valerius consul partem exercitei
In expeditionem ducit.---*

Unde liquet, non semper usum esse carmine Saturnio; quod constat jambico dimetro acatalectico, & tribus trochæis. Ut ille Metelli,

Dabunt malum Metelli Nævio pòeta.

Quo Metellus huic jambico Nævii respondit:

Fato Rome sunt Metelli consules.

Fato, non virtuti Metelli, tribuit Nævius, quòd non suo anno, vel postea, uti majores ejus: sed ante aetatem lege annariâ præfinitam consulatum esset adeptus. Nec semper vacavit Metellis versum reponere versui Næviano: sed aliter de eo supplicium sumserunt. Nam à primoribus ob maledicentiam in carcerem est conjectus: quò respexit Plautus Milite Glorioso:

*Nam os columnatum pœta inesse audiivi barbaro,
Quoi bini custodes semper totis horis accubant.*

Sententia est, Nævium, quem, Græcanico more, barbaram, hoc est, Latinum pœtam, vocat, à duobus custodiae publicæ præfectis in Triumviralibus vinculis asservari, atque eum ibi brachium, velut columnam, suffulcire mento, dum fabulas scribit; Leontem puta, & Ariolum, quas in carcere fecisse, Gellius est autor lib. 111. cap. 7. Atque hinc etiam videmus, Nævium adhuc superstitem fuisse, cum Plautus Militem exhiberet Gloriosum. Quamquam autem, cum petulantiam & maledicta novis in carcere fabulis diluisset, liberatus à triumviris capitalibus fuit: tamen & postea nobilibus, ac præcipuè Metello, invisus erat. Imò horum odio Româ pulsus, Utricæ obiit: ut in Chronico Eusebiano Hieronymus prodit ad Olymp. cxxlv.

Quemadmodum autem ea est laus Nævii, quòd primus carmine signavit bellum Romanum; & *luculentè* quidem, ut ait M. Tullius, in Bruto p. 162: ita Ennio debemus, quòd non paulò id politius fecerit, & perfectius: idque, ut superius cœpimus dicere, versibus heroicis: ob quorum majestatem ita eum celebrat Lucretius in primo:

*Ennius ut noster cecinit, qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.*

Et auctori panegyrici Maximiano Aug. dicti, vocatur *Romani carminis primus auctor*: ut rectè legunt viri eruditi. Neque, quia carmine scripsit, eò inter historicos illi non sit locus. Nam historiam carmine signavit. Unde ipse de se in Annalium primo:

Horrida Romulicùm certamina pango duellùm.

Item:

*Nam Latii populi res, atque pœmata nostra,
Clavebunt.*

Et in epitaphio suo ita Romanos compellat:

Hic vestrùm panxit maxima facta patrum.

Nec fabulosè, sed historicâ fide, id fecisse, indicat locus iste Ciceronis in Bruto: *Qui verò exstet, & de quo sit memoria proditum, eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus; cuius eloquentia est autor, & idoneus quidem meâ sententiâ, Q. Ennius. Praesertim cum & ipse eum audiverit, & scribat de mortuo; ex quo nulla suspicio, amicitia causâ esse mentitum.* Idem cognoscere est ex fragmentis ejus: quæ jam olim colligere in animo habuit Ludovicus Vives, ut ait ipse in Augustini de civitate Dei lib. 11. cap. 1. ad Ennii illud,

Moribus antiquis res stat Romana, virisque.

Sed postea id tentatum Roberto Stephano: perfectumque partim ab Hieronymo Columna, partim amicissimo τῷ μακαρίῳ Paulo Merula.

Videtur & poëma, cui nomen fecerat Scipioni, fuisse de rebus gestis à P. Cornelio Scipione Africano. Constabat id versibus trochaicis: quod ex istis cognoscimus:

---- *Mundus cæli vastus constitit silentio.*

Et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit.

Sol equis iter repressit unguibus volantibus.

Constitere annes perennes, arbores vento vacant.

Adducit Macrobius lib. VI Sat. cap. 11. Sed in vulgatis est *silenti*: pro *silentio*: & *consistere* pro *constitire*. Idem ejusdem libri cap. 117 citat ex Scipione Ennii:

Sparsis hastis longis campus splendet ac horret ----

Ubi & pro *ac* vel *atque* scribi solet, modulo refragante. Etiam ex Scipione est:

Quique propter Annibalis copias confederant.

Citat Gellius lib. IV cap. VII. idque ut doceat, veteres in *Annibalis*, & similibus, proximam ab ultima produxisse. Sed apud eum perperam *Qui* pro & *qui*, vel *quique*, legitur vulgò.

Cæterum hoc poëmate imprimis meruit id honoris ab Africano: quod mox è Tullio, Livio, & aliis dicam. Idemque poëma præcipuè respexisse arbitror Saxonem Grammaticum lib. VI. ubi de Iulii Cæsaris, & Scipionis Africani liberalitate erga eos agit, qui res eorum gestas conscripserunt: *Sed ne Africanus quidem, inquit, in rependendis operum suorum monumentis, munificentiam Danos æquavit.*

Nec poëmatis historicis solum; sed altero etiam nomine præclarè de historia meritus est Ennius. Siquidem idem Euhemerii historiam de Diis transtulit. Lactantius lib. 1. de falsa relig. cap. XI.

Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Iovis & ceterorum, qui Dii putantur, collegit, historiamque contexit ex titulis & inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iovis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Iove, titulus indicabat: in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumenta essent posteris verum suarum. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & securus; cuius haec verba sunt: Iupiter imperium Nepruno dat maris, ut in insulis omnibus, & quae secundum mare loca sunt, omnibus regnaret. Et paullo post in Olympo autem Iovem habitasse, docet historia eadem, quae dicit: Eadem tempestate Iupiter in monte Olympo maximam partem vitam colebat, & ad eum in jus veniebant, si quae res in controversia erant. Item si quis quid novi invenerat, quod ad vitam humanam utile esset, eo veniebat, atque Iovi ostendebat. Et post aliqua: Ennius in sacra historia, descriptis omnibus, quae in vita sua gessit, ad ultimum sic ait: Deinde Iupiter, postquam terram quinque circumivit, omnibusque amicis, atque cognatis suis, imperium divisit: reliquitque hominibus leges, mores, frumentaque paravit, multaque alia bona fecit, immortalis gloriae, memoriaeque affectus, sempiterna monumenta suis reliquit, atque pessum acta, in Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit; eumque Curetes, filii sui, curaverunt, decoraveruntque eum: & sepulchrum ejus est in Creta, in oppido Gnofo: & dicitur Vesta hanc urbem creavisse; inque sepulchro ejus est inscriptum antiquis literis Graecis, Ο ΖΩΣ, & ΧΡΟΣ, id est Latine, Iupiter Saturni. Item cap. xii. Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum. Initio, inquit, primum in terris imperium summum Fravus habuit: is id regnum una cum fratribus suis instituit, atque paravit. Vide & luculenta ex eadem historia loca cap. xv. Obiit Ennius septuagenario major, anno Urbis MDCLXXXV, Q. Marcio Philippo II, & Cn. Servilio Caepione cons. ut Cicero in Bruto, & Catone majore, perhibet. Ac magnus sane ei honos habitus à superiore Africano, & fratre Asiatico, si in sepulchro suae gentis collocari voluerunt, & praeterea poetae effigiem è marmore sepulchro imposuere. Sanè de eo apud Ciceronem pro Archia legimus: In sepulchro Scipionum putatur esse constitutus è marmore. Et apud Livium lib. xxxvii: Roma extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt, quarum duae P. & L. Scipionum dicuntur esse, tertia poetae Q. Ennii. Quod autem dubie uterque illorum dicit: hoc asseverat ait Ovidius in tertio de Arte:

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus

Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Imò & Valerius Max. lib. viii cap. xv: Superior Africanus Ennii poetae

poëta effigiem in monumentis Cornelia gentis collocari voluit. Et Solinus polyhist. cap. VI. Africanus prior Q. Ennii statuam imponi sepulcro suo iussit.

C A P. III.

De Fabio Pictore, qui primus Romanorum soluta oratione historiam scripsit. Παιδεία viri eruditi, pro uno habentis quatuor Fabios Pictores. Unde in Fabia gente Pictoris cognomen. Legatio Fabii Pictoris historici post cladem Cannensem. Prænomen ei Quinctus. Distinguuntur Servius Fabius, & Fabius Servilianus: quorum uterque de jure pontificio scripsit. Seb. Corradus refellit. Duo Numerii Fabii Pictores. Argumentum historię à Fabio Pictore scriptę. Quid in ea Polybius culpavit. Cujusmodi ejus dictio fuerit. Perperam Pighium colligere ex Sagonio, Fabium Pictorem adhuc ineditum Venetiis asservari. Annii Fabius rejicitur.

A Poëtis venio ad eos, qui pedestri scripsere oratione, ac proprio quodam jure nomen sibi historicorum vindicant. Ordior à FABIO PICTORE, qui scriptorum antiquissimus à Livio dicitur lib. 1, & longè antiquissimus auctor lib. 11. De ætate ejus non pauci falluntur. Vir eruditissimus in Genealogicis scribit, Q. Fabium Pictorem consulem fuisse cum Q. Ogulnio, anno V. C. cccc. lxxxv: ædem Salutis pinxisse: antiquissimum esse historię Romanę scriptorem: juris & literarum peritissimum à Cicerone dici. Atque ita ex quatuor Fabiis Pictoribus unum facit. Quod & factum Raphaëli Volaterrano Anthropologias lib. xvi. Etiam Rutilius in Iuriconsultorum vitis, tres Fabios Pictores in unum conficit. Nempe duo hi egregio Frisiorum Historico ad errorem eum præivere. Nam alius est, qui Salutis ædem pinxit. Alius, qui cum Ogulnio erat consul. Alius ille nobilis historicus. Alius, qui juris scientissimus Ciceroni dicitur. De primo sic Plinius lib. xxxv. cap. 1v: *Apud Romanos quoque honos mature huic (pingendi) arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clarissima gentis: primicepsque ejus cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno ccccl: que pictura duravit ad nostram memoriam, ade, Claudii principatu, exusta.* Est hic C. Fabius M. Filius, qui primus Pictoris nomen retulit. Filii ei duo.

duo. Unus est C. Fabius, C. F. M. N. Pictor: qui quæstor militaris fuit anno cccclxxv: ædilis curulis anno cccclxxx: prætor cccclxxxii: anno autem cccclxxxv consulum gessit cum Q. Ogulnio Gallo: annis xxxv postquam Salutis ædem pater pinxerat. Filius alter Numerius Fabius Pictor, de quo post dicam. Venio ad historicum. Is dictus Q. Fabius C. F. C. N. Pictor. Hic est, qui quæstor provincialis fuit anno lxxxv; quique, post cladem Cannensem, legatus Delphos ad Apollinem missus fuit, ut sciscitaretur, qui tandem finis tantarum esset cladum futurus: ac quibus supplicationibus placari à Romanis Dii possent. Sanè Appianus in Annibalicis, postquam exposuisset Cannensem cladem, subjicit: *Ἡ δὲ βελγὴ Κοίντων μὲν Φάβιον, τὸν συγγεγραφέα τῶν ἢ τῶν ἔργων, ἐς Δελφὸς ἐπέμπε χρησάμενον περὶ τῶν παρόντων. Senatus Q. Fabium, qui ipse harum Annibalicarum rerum historiam conscripsit, Delphos ad oraculum misit sciscitaturum de presenti rerum statu.* Atqui clades Cannensis contigit anno lxxxviii, annis liiii post Fabii Pictoris consularum cum Ogulnio Gallo: ut historicus filius ejus fuerit; nepos autem illius, qui Salutis ædem pinxerat. Quippe Fabium historicum vixisse temporibus belli Annibalicis, quod descripsit, clarè etiam ait Livius lib. xxi. *Hæc, inquit, nobilis ad Thrasymenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades: xv millia Romanorum in aëre caesa sunt: x millia, sparsa fugâ per omnem Etruriam, diversis itineribus Romam petiere. Fabium, æqualem temporibus hujusce belli, potissimum auctorem habui.* Superest Fabius Pictor, quem juris, & literarum, scientissimum fuisse, Cicero dicit. Sed hunc alium esse ab historico, vel prænomen indicio est. Hoc enim historico Quintus erat; ut Appiani verba, quæ adduximus, ostendunt. Idem liquet ex Dionysio Halicarn. lib. i Antiq. Rom. ubi eorum quæ de Amulio, & Romulo, Remoque, refert, auctor laudatur Κοίντος Φάβιος, ὁ Πίκτωρ λεγόμενος. At huic juris peritissimo cognomen Servius fuit. Verba enim Ciceronis sunt ista, in Bruto: *Sed vivo Catone minores natu multi uno tempore Oratores floruerunt. Nam & A. Albinus, is, qui Græcè scripsit historiam, & Ser. Fulvius, & unâ Ser. Fabius Pictor, & juris, & literarum, & antiquitatis, bene peritus.* Est hic Ser. Fabius Q. F. Q. N. Pictor. Pater, credo, ei Q. Fabius Q. F. Q. N. Flamen Quirinalis, atque idem prætor, anno lclxv, quo Sardiniam sortitus erat; sed à P. Licinio Crasso Pontifice prohibitus est ab Urbe discedere, ne à sacris abesset. Autor Livius lib. xxxv i i. Meminit ejus quoque lib. xlv, ubi perperam in plerisque codd. pro Quinto Marcus

vocatur. Ac filius ejus, Servius Pictor, quæstor provincialis anno fuit IXXCVIII: prætor autem IXXVIII, quo Carthago ab Africano juniore capta excisaque. Propterea planè falli puto doctissimum virum, Sebastianum Corradum, qui apud Ciceronem pro *Servius mavult Servilianus*. Omnino enim hic alius est: nempe Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Servilianus: qui eopse anno, quo Servius Fabius, prætor fuit; uti & Cn. Servilius Cæpio, C. Valerius Tappus, & L. Postumius Tumpanus. Servilianus igitur non habuit Pictoris cognomen. Nam quòd Corradus inter majores ejus Fabium Pictorem reponit, planè fallitur. Siquidem Servilianus ille genus duxit, non à C. Fabio Pictore, sed à Q. Fab. Max. Gurgite. Atque hunc etiam de jure pontificio quædam scripsisse, discimus ex verbis istis Macrobbii lib. 1. Saturn. *Fabius Max. Servilianus, Pontifex, in libro undecimo negat, oportere atro die parentare*. Atque ex his liquet, etsi uterque de jure pontificio scripserit, tamen, quoties Pictoris cognomen additur, non Q. Fabium Servilianum, sed Ser. Fabium Pictorem, intelligi debere: ut in iis, quæ adducunt Gellius lib. 1. cap. XII, & lib. X cap. XV. ac Nonius in *Picumnus, & Sale*.

Sed de prænomine Fabii historici scrupulum injicit locus Ciceronis lib. 1 de Divinat. *Hisque adjungatur etiam Eneæ somnium, quod in Numerii Fabii Pictoris Græcis Annalibus ejusmodi est*. Num alium hunc esse dicemus? Præsertim cum hic Græcos nominet annales; nos de Latino historico loquamur? Sed adversus hoc obijci potest, Q. Fabium historicum, non Græcè minùs, quàm Latinè scripsisse. Nam Dionysius Hal. lib. 1. loquens de iis, qui veterum Romanorum gesta τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου scripsere, eorum vetustissimos esse ait, Q. Fabium, & L. Cincium. Ac, Latinè eundem historiam condidisse, locuples testis est M. Tullius in secundo de Oratore, & primo de Legibus. Quare videri possit Tullius in prænomine historici deceptus esse. Quamquam profectò, quid prohibet, quò minùs diversos credamus? Sanè C. Fabio Pictori, quem cum Ogulnio consulem fuisse dicebam, frater fuit Numerius Fabius C. F. M. N. Pictor. Atque hic est, qui quæstor militaris anno erat CCCCLXXVIII; ædilis curulis anno CCCCLXXXIII; prætor CCCCLXXXVI; consul autem CCCCLXXXVIII. Item filius huic Num. Fabius Pictor, qui anno IXX quæstor provincialis erat. Horum alterum fortasse, sed, ut arbitror, filium potiùs, Cicero signarit.

Quæ ex Fabii Pictoris annalibus veteres referunt, ea partim sunt

de antiquitatibus Italiae, & Urbis initiis: partim de gestis populū Rom. Utrū autem ex Græco, an Latino sint opere, non semper dicere possumus. Nec de eo anxie disquiri opus est, si utrāque linguā idem ab eo opus tractabatur. Ex Latinis, præter eos, quos diximus, Pictoris annalium meminere Plinius lib. x Hist. Nat. cap. xxiv, & lib. xiv, cap. xiii, Quintilianus lib. i. cap. x, Solinus cap. x, Aurelius Victor, vel quisquis scriptor ille de origine gentis Romanæ; ut de Grammaticis, Gellio, Macrobio, Festo, Nonio, & Victorino, nihil dicam. Eos, qui fragmenta Fabii hujus collegere, fugit locus iste Eutropii lib. ii: *Lucio Emilio cos. ingentes Gallorum copia Alpes transferunt: sed pro Romanis tota Italia consensu: traditumque est Fabio historico, qui ei bello interfuit, Idccc millia hominum parata ad id bellum fuisse.* Itidem neglexere hoc Suidæ: *Θάλης Πίπτωρ, συγγραφέης Ρωμαίων. Οὐτὸ λέγει ἀρχοντι Ρωμαίων μὴ εἶναι μὴδ' ἐνὶ σφετερίζεσθαι ἐν τῇ δημοσίᾳ οὐδ' ἐν.* *Fabius Pictor, historicus Romanus.* Hic ait, nulli Romanorum magistratuum licere publici quicquam in usus privatos convertere.

In historia nimis studuit Romanis: unde, dum bellum Punicum descripsit, nec laudare scivit Carthaginenses, ubi merentur; nec candidè exposuit, ubi peccarunt. Quo nomine à Polybio reprehenditur lib. i. Vide & eundem lib. iii, ubi illum culpat in iis, quæ de caussis secundi belli Punici prodidit. Atque ad id se facere addit, nequis sine iudicio omnibus habeat fidem, quia Romanus fuerit Senator, & ejus belli temporibus vixerit. Quod ad stylum attinet, Cicero in primo de Legibus, omnes, & istius, & proximi temporis scriptores, planè exiles esse ait. Illustris quoque de ejus, & Catonis, Pisonisque, annalibus, locus est lib. ii de Oratore.

Certiora de fide, & dictione, fortasse afferremus, si exstaret nobilissimus ille scriptor. Quod existimabat Stephanus Pighius in Annalibus suis ad annum lxxxiv. Ac ejusce rei testem laudat Carolus Sigonius, qui Venetiis se apud Ludovicum Beccatellum sæpius legisse dicat. Ac subjicit deinde: *Atque utinam facessant semel canes è Musarum præsepio.* Locus, unde illud colligit Pighius, est in scholiis lib. xxiii Liviani. Nam, ubi Livius ait, *Q. Fabium Pictorem legatum à Delphis Romam rediisse*, annotat ista Sigonius: *Hunc eundem illum esse, qui res Romanas scripsit, tradit Appianus in Annibalica historia, quam manuscriptam sæpius apud ornatissimum Ludovicum Beccatellum legi: cujus historici sæpe, & in hoc bello, & in aliis, meminuit Livius.* Sed loquitur Sigonius de Appiani codice Græco; qui, cum ista

ista commentaretur Sigonius, necdum prodierat in lucem. Scio verba extrema non posse de Appiano intelligi, cum Livius nequeat meminisse ejus, qui Trajani, Hadriani, & Antonini, temporibus vixit. Sed hoc non prohibet, quod minus priora de Appiano capiamus, proxima de Pictore. Quod ut apertius foret, fatius erat intermedia parenthesios notâ circumscribere. Utcumque hoc exile fuerit, eò tamen monere non piguit, quia metus erat, nequis cum Pighio speraret, è latebris Pictorem proditurum, simul ac Beccatellus, vel ejus hæres, defuisset similis esse cani Æsopico, sænum invidentis equo, quo ipse non capiatur: vel nequis crederet, Sigonium, cum ea scriberet, fucum voluisse facere lectori; uti postea, cum libellum de Consolatione pro germano Tullii sætu obrudere voluit orbi literato. Aut quemadmodum Annii Viterbiensis fecit, qui libellos duos non magnæ rei, unum de aureo seculo, alterum de origine urbis Romæ, ac vocabulorum ejus; quos ipse commentus erat; pro genuinis Fabii Pictoris divulgavit: dignissimus profectò, ut sæno semper vesceretur; qui de cæteris malignè adeò senserit, ut eos putaret, velut Arcadiæ pectuaris, inter mellita Fabii bellaria, & mucidum Annii sænum, distinguere non posse.

C A P. IV.

L. Cincius Alimentus. Elogium ejus, ex Livio, & honores, quos gessit. Item captivitas, & colloquium cum Hannibale. Refellitur Steph. Pighius, qui Cincium prætorem, legatumque, patrem historici fuisse censebat. Cincius de rebus Romanis Græcam; de Gorgia Leontino, Latinam condidit historiam. Quæ præterea ediderit.

Æ Qualis Fabii Pictoris fuit L. CINCIUS ALIMENTIUS, seu ALIMENTUS, qui in plerisque libris corruptè Mimatius nuncupatur. Sæpius ejus nentio fit apud Livium. Prima est initio libri vii; ubi, cum dixisset, *Volsiniis clavos indices numeris annorum fixos in templo Nortie, Hetrusca Dea, comparere*: testem laudat L. Cincium, eumque diligentem talium monumentorum auctorem appellat. Ab eodem *maximus auctor* dicitur lib. xxx. Nec dubito, quin hic sit ille L. Cincius Alimeatus, cui M. Claudio Marcello, & M. Valerio cos. prætor fuit cum P. Manlio Vulfone, L. Manlio Acidino, & C. Lectorio; ut idem scribit lib. xxvi: qui & ali-

quantò

quandò post ejusmodi Patrum decretum refert, ut alteri consulum Italia, bellumque cum Annibale, provincia foret: alter classem, cui T. Octavius præfuisset, Siciliamque provinciam, cum L. Cincio prætoris obtineret. Item exponit, ut L. Cincio Prætoris ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati sint, duarum instar legionum. Libro item proximo tradit, ut Q. Fabio Maximo quinquidam, Q. Fulvio Flacco tertium coss. M. Valerio cum L. Cincio sit in annum prorogatum in Sicilia imperium, & Cannensis exercitus datus, eumque supplere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fulvii superessent, jussi sint. Eo ipse etiam libro commemorat, ut post cædem Marcelli consulis, ad collegam ejus Crispinum fuerint tres missi legati, Sex. Julius Cæsar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimentus, cum paucis ante diebus ex Sicilia rediisset. Atque hæc, quanto in honore Cincius fuerit, ostendunt. Postea autem ab Annibale captus fuit, cumque eo de rebus variis locutus est, quæ & in historiam suam retulit. Docet id nos idem Livius lib. XXI, his verbis: L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit, maximus auctor, moveret me, nisi confunderet numerum, Gallis, Liguribusque, additis. Cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum, adducta in Italiam (magis adfluxisse verisimile est, & ita quidam auctores sunt:) ex ipso autem audisse Annibale, postquam Rhodanum transierat, triginta sex millia hominum, ingentemque numerum eorum, & aliorum jumentorum, amisisse in Taurinis. Stephanus Pighius, in Annalibus suis, ad annum ccccx xxiv, scribit, eum, qui prætor Siciliam obtinuit, atque ad Crispinum consulem legatus fuit, non historicum ipsum; sed ejus filium, videri. Prota & puppis sententiæ hujus est, quod Livius tradat, initio belli Punici ab Annibale captum fuisse: Senatus autem Romanus, & Censores, eo tempore omnes, qui arma hostibus tradidissent, in Siciliam, quandiu Pæni in Italia essent, relegatos variis ignominii, & gravi insuper militiâ proculcabant: quemadmodum ex Livii historia manifestum est. De consuetudine eorum temporum non repugno. Sed unde colligit, initio belli Annibalici captum fuisse? Neque enim, quando captus fuerit, uspiam prodit Livius. Quare, cum & prætor, post Cannensem cladem, Siciliam obtinuerit; & post Marcelli consulis cædem, legatus fuerit ad Crispinum consulem: postea potius in manus Hannibalis venisse arbitror. Confirmat me etiam, quod Dionysius Halicarn. lib. I. Fabium Pictorem, & L. Cincium, eodem dicat tempore flouisse, ac utrumque ea scripsisse addat. Τέτων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐκάτερον, οἷς μὲν αὐτὸς ἐργασίαι παρεγένετο, διὰ τῶν ἐμπειρίαν ἀνελεῖσθαι ἀνεγχεύει. Horum virorum uterque, res, quibus ipse interfuit, eoq; probè sibi cognitas, diligenter

diligenter scriptis mandavit. Sanè verba hæc optimè conveniunt illi, qui bello hoc Punico magistratum ipse cepit: quale nihil de patre ejus legimus. Denique is, qui postea prætor Siculus fuit, jam ante Hannibalis in Italiam adventum, quæsturam gesserat. *M. Livio Salinatore, & L. Emilio Paulo* cons. quod nec Pighius distiteret. Historiam autem belli Annibalici non scripsit Cincius, nisi bello eo feliciter confecto. Quare ætas ipsa dissuadet, quò minùs historiam illam conditam credamus, non ab quæstorio hoc & prætorio viro; sed parente ejus, qui post bellum hoc decrepitâ admodum fuerit ætate: imò fortassè multis jam annis ante bellum Annibalicum decesserit.

Et si autem historicus hic homo Romanus esset: historiam tamen Annibalicam scripsit *Ἐλληνικῆ διαλέκτῳ*: ut clarè ait Dionysius: Hal. lib. 1. Neque adferere ausim, Latine eandem hominibus suis disse. Nec propterea nullus ei fuerit in historicis Latinis locus. Quippe historiam quoque reliquit de Gorgia Leontino. Hanc Latine scripsisse, ex eo colligitur, quòd Fulgentius Planciades, in explicatione sermonis antiqui, hinc adstruit, senes à Latinis silicernios vocari. Sic enim loquitur grammaticus is: *Silicernios dici voluerunt senes jam incurvos, quasi jam senulcorum suorum silices cernentes.* Vnde Cincius Alimentus, historia de Gorgia Leontino, scribit, dicens: *Qui, dum jam silicernius finem sui temporis exspectaret, etsi morti non potuit, tamen infirmitatibus insultavit.* Nec ignoro, quàm parùm fidei Fulgentio huic tribuant eruditi propè omnes. Sed hac quidem in re nihil video, cur fallere eum putemus. Nam, cum Gorgias ille fuerit Siculus (Leontium enim Siciliae oppidum est) potuit Cincio bella de eo scribendi occasio se offerre; ipseque etiam natalis locus ejus rei commonefacere; dum triennio Siciliae prætor obtineret. Nec qui Græcas adèd literas amaret, ut res etiam Romanas consignaret Græcè: abhorrete poterat ab historia inclyti apud Græcos oratoris, à quo scitamenta quædam orationis *Γοργίου* dicerentur; ipsum rhetoricari vocaretur *γοργιάζειν*; cujus item orationes lampadum appellatione insignirentur; dies, quibus habitæ essent, festi nuncuparentur: cui denique aurea ob facundiam Delphis imago constituta foret.

Idem Cincius, præter historiam hanc, alia etiam Latinâ linguâ scripsit. Atque inter ea, libros de re Militari: ex quorum tercio, quinto, & sexto, quædam Gellius adfert lib. xvi cap. iv. Imo ex iis est, ex quibus Vegetius se agnoscit suos de re militari commentarios conflâsse: si sequimur emendationes Barthii lib. xxviii Advers.

cap. XI. Etiam ex libro Cincii, quem de Fastis reliquit, aliqua citat Macrobius lib. I Saturn. cap. XII. Multa quoque alia ejusdem advocat Festus. Uti librum de verbis priscis, in *Pavemere*, *Reconducte*, *Rodus*, & *Scena*: librum de comitiis, in *Patricios*: librum de consulum potestate, in *Prator*: libros de officio jurisconsulti, in *Nuncupata*: mystagogicôn libros, in *Tridentem*. Meminit & Arnobius lib. III. his verbis: *Cincius Novensiles numina peregrina novitate ex ipsâ appellata pronunciat. Nam solere Romanos, Deos omnes superatarum urbium, partim privatim per familias spargere, partim publicè consecrare: ac, ne aliquid deorum multitudine, aut ignorantia, prateriretur: brevitatis, & compendii causâ, uno pariter nomine cunctos Novensiles invocari.* Vide &, quæ de eo diximus lib. IV de Hist. Græcis cap. III.

CAP. V.

Tergemina Catonis Censorii laus: item ista, quòd quater & quadragies accusatus, semperque fuerit absolutus. Ejus ætas, & libri de re militari. Iam olim dubitatum, utrùm rectè libris suis Originum nomen fecerit. Livii erratum. Catonis Origines vocari & Historiarum libros. Coleri lapsus super oratione de bello Carthaginensi. Quando obierit Cato. De stylo ejus discrepans judicium ex Tullii Bruto. Quisquilix Catonis ab Annio editi rejectæ. Munatius Rufus de Catonis expeditione Cypriaca. M. Fulvii Nobilioris Fasti.

AC Cincius quidem vix, nisi propter illa, quæ de Leontino Gorgia literis mandarat, inter eos Romanorum referri meretur, qui res gestas monumentis suis exposuissent. At longè meliori jure hunc sibi honorem deposcit M. PORCIUS CATO CENSORIUS, historicus eximius, & aliis quoque nominibus laudatissimus. Siquidem, ut Plinius scribit libri VII cap. XXVII, *tres summas in homine res prestitisse existimatus est, optimus orator, optimus Imperator, optimus Senator.* Atque hinc & *Cato orator* pro Majore, aut Censorio legas apud Iustinum lib. XXXIII, ubi de filii ejus fortitudine loquitur. Ejusdem illud proprium, ut ibidem à Plinio dicitur, *quater, & quadragies causam dixisse; nec quemquam sapius postulatum, & semper absolutum.* Vide & elogium ejus apud Valerium Max. lib. VIII cap. VII. Vitam ejus scripsit Plutarchus. Nos ea solum dicemus, quæ in-

stituti nostri magis sunt propria. Florere tantus vir cœpit bello Punico secundo: in quo sub Fabio Maximo militavit. Vitam autem produxit usque ad bellum Punicum tertium, ad quod ille imprimis concitavit Romanos. Scripsit inter alia libros de re militari: ut præter Grammaticos testatur Plinius in præfat. Historiæ Nat. Ubilegas: *Catonis de militari disciplina commentanti.* Item Flavius Vegetius lib. I cap. VIII. Ejus verba sunt: *Hæc necessitas compulit, evolutis auctoribus, ea me in hoc opusculo fidelissimè dicere, quæ Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit.* Plurimas quoque oratione reliquit. Item alia, de quibus nihil dicam: præterquam de Originum libris: quorum causa ejus hic meminimus. Designat hoc opus Dionysius Hal. lib. I Antiqu. Rom. Οἱ ἡ λογιώτατοι τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων, ἐν οἷς ἐστὶ Πορκίος τε Κάτων, ὁ πρὸς Ῥωμαλογίας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἑπιμελέσασα συγγραφέων. Doctissimi verò Romanorum, atque in his Porcius Cato, qui Italicarum urbium origines accuratissimè collegit. Ad inscriptionem quod attinet, Verrii, & Festi, judicium ejusmodi fuit, minùs eam operi convenire: quippe majorem librorum partem, non Italicarum civitatum origines, sed res gestas populi Romani, exponere. Nec video, ut aliter defendi Cato possit; quàm si antiquiores dicamus, per origines συνεδοχικῶς intellexisse antiquitates. Glossæ vet. Origo, ἀρχαιολογία. Sed Verrius ea in sententia prævit Cornelius Nepos: cujus illustrem apponam locum ex fragmento, quod superest è posteriori libro de vitis excellentium imperatorum. Faciam hoc eo lubentiùs, quia inde, præter alia, etiam argumentum Originum cognoscere est. In omnibus, inquit, rebus singulari fuit prudentiâ, & industriâ. Nam & agricola solers, & reipublica peritus, & jurisconsultus, & magnus imperator, & probabilis orator, & cupidissimus literarum fuit. Quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non facillè reperire possis, neque de Græcis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia confecit orationes: senex historias scribere instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi Romani. Secundus, & tertius, unde quæque civitas orta sit Italica: ob quam rem omnes ORIGINES videtur appellasse. In quarto autem, bellum Punicum primum: in quintæ, secundum. Atque hæc omnia capitulatim sunt dicta. Reliqua bella pari modo persecutus est, usque ad præturam Ser. Galbæ, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit, quæ in Italia, Hispanisque, viderentur admiranda. In quibus multa industria & diligentia compareret, multa doctrina. Hæc Cornelius Nepos, qui de cæteris relêgat ad librum, quem separatim

de eo fecit, rogatu T. Pomponii Attici. Sed neque is hodie extat. Scripsit Origines Cato ante consulatum, quem gessit cum L. Valerio Flacco anno V. C. DLIX. Hoc inde colligimus, quod anno coepte C. Oppius, Tribunus Pl. in contentione ea, quæ est de cultibus matronarum defingendis, sic Consulem Catonem alloquitur apud Livium lib. XXXIV: *Nam quid tandem novi matronæ fecerunt, quod frequentes, in causa ad se pertinente, in publicum processerunt? nunquam ante hoc tempus in publicum processerunt? Tuas adversus te Origines revolvam. Accipe, quoties id fecerint, & quidem semper bono publico. Iam à principio, regnante Romulo, cum Capitolio à Sabinis capto, medio in foro, signis collatis dimicaretur, nonne intercursum matronarum inter acies duas prælium sedatum est? &c.* Quamquam, si ista non tam ab Oppio sint, quam Livio, parùm sanè validus fuerit aries iste, quem intorsit. Et sanè huc magis inclino, quia Nepos dicit, Catonem jam senem historiam scribere coepisse. Quod Livius non satis videtur attendisse, dum ejusmodi sermonem Oppio tribuit, annis ante obitum Catonis XLVII. Operæ autem est considerare, quomodo Nepos Originum libros dixerit *Historias* appelleret. Eòque frustra sit, qui aliud opus intelligat apud Charisium lib. II, ubi quædam adfert è *Catonis senioris secundo historiarum*. Christophorus tamen Collerus, in notis ad primum historiarum Sallustii, existimabat, diversam ab Originum libris historiam scripsisse: atque id colligebat ex eo, quod Nonius, in *Colliscerunt*, citet *Catonem de bello Carthaginensi*. Sed fuit ea non historia, verùm oratio: ut aperte vocat Gellius lib. IX cap. XV: *Marcus, inquit, Cato in oratione, quam de bello Carthaginensi composuit. Atque ut historia foret, intelligi deberet pars ea Originum, in qua tractasset de primo, secundoque, bello Punico. Nam historiam tertii belli, quod quadriennium duravit, scribere non potuit: cum altero obierit anno, ex quo ortum fuit. Illud tamen faciliè crediderim, orationem eam fuisse Originum libris inclusam. Nam id fecisse aliquoties Catonem ostendit luculentus ille locus epitomes Livii lib. XLIX: *Cum L. Scribonius, tribunus plebis, rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui, in fidem populo Romano dediti, à Sergio Galba in Galliam venissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrimè suavit. Exstat oratio annalibus ejus inclusa.* Ubi videmus, ut Origines, quas Nepos vocat historias, Liviana epitome nominet Annales. Quomodo & Livius suas historias vocat Annales lib. XLIV, quas Plinius in præfat. Hist. Natur. vocat Historias. Ac Seneca epist. XCVII *annales Tanusii* memorat. Ac Suetonius in Julio cap. IX appellat historias. De stylo Catonis,*

quem potius audiamus, quam M. Ciceronem, cuius hæc verba in Bruto: *Catonem quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legis? aut quis novit omnino? at quem virum, dii boni! mitto civem, aut Senatorem, aut imperatorem: oratorem enim hoc loco quaerimus. Quis illo gravior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior? in docendo edifferendoque subtilior? referta sunt ORATIONES amplius CENTUM QUINQUAGINTA, quas quidem adhuc invenerim, & legerim, & verbis, & rebus illustribus. Licet ex iis eligunt ea, quæ notatione, & laude dicta sint, omnes oratoria virtutes in iis reperientur. Iam verò ORIGINES ejus, quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? amatores huic desunt, sicuti multis jam antè seculis, & Philisto Syracusio, & ipsi Thucydidi. Nam ut horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis, cum brevitate, tum nimio acumine, officit Theopompus elatione, atque altitudine, orationis suæ; quod idem Lysia Demosthenes: sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata aliis oratio. Sed & in nostris inficitia est, quod ii ipsi, qui in Græcis antiquitate delectantur, eaque subtilitate, quam Atticam appellant, hanc in Catone non noverunt quidem. Hyperida volunt esse, & Lysia. Laudo: sed cur nolunt Catonis? Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem: atque utinam inuitarentur, nec ossa solum, sed etiam sanguinem. Gratium est tamen, quod volunt. Cur igitur Lysias & Hyperides amatur, cum penitus ignoretur Cato? Attici tamen longè aliud iudicium fuisse viderur. Eum quidem Cicero sic postea loquentem inducit: Ego Catonem tuum, ut civem, ut senatorem, ut imperatorem, ut virum denique cum prudentiâ, tum omni virtute, excellentem, probò: orationes autem ejus, ut illis temporibus, valde laudo: significant enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam, & planè rudem. Origines vero cum omnibus oratoriis laudibus refertas dices, & Catonem cum Philisto, & Thucydide, comparares; Bruto ne id censebas, an mihi, probaturum? quos enim, ne è Græcis quidem, quisquam imitari potest, iis tu comparas hominem Tusculanum, nondum suspicantem, quale esset copiosè, & ornate, dicere? Ad quæ sic Tullius: Longi sermonis initium depulisti, Attice; remque commovisti novâ disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. Volvendi enim sunt libri, cum aliorum, tum imprimis Catonis: intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem, & colorem, defuisse. Utrum autem iis, quæ Cicero in sua dicit persona, an quæ Atticum objectantem inducit, accedere oporteat: non aliunde melius conjecturam capere possumus, quam ex luculentis aliquot fragmentis, quæ apud veteres leguntur: imprimis autem non uno Gelii in loco. At istis Originibus, quas pro Catonianis obtrudere no-*

bis voluit Annius Viterbiensis, nihil profecto inficerius. Catoneq; indignus. Eam imposturam, non multò postquam in lucem prodierant, Sabellicus vidit Enneadis x lib. 11: item Faber Stapulensis, Vives, B Rhenanus, atque alii. Coætaneus Catoni fuit MUMATIUS RUFUS. Refertur is à Valerio Max. lib. IV cap. 111; ubi, cum de abstinentia Catonis Uticensis, pecuniam è Cypro insulâ Romam deportantis, locutus esset, subjicit ista: *Atque id Murnatius Rufus, Cypriacæ expeditionis fidus comes, scriptis suis significat.* Unde Rufum hunc colligo Cypriacam Catonis expeditionem literis mandasse. Catoni etiam æqualis fuit M. FULVIUS NOBILIOR: qui anno Urbis IOLXI prætor strenuè rem gessit in Hispaniâ ulteriori: atque anno IOLXV consul contra Ætolos missus, secum Ennium poëtam in Ætoliam duxit, Ambraciam cepit, inde novem Musarum signa transtulit, ac consecravit sub Herculis tutela, suosq; Fastos eo in templo collocavit. Operis ejus meminit Macrobius lib. 1 Saturn. cap. XII: *Fulvius Nobilior in Fastis, quos in ade Herculis Musarum posuit, Romulum dicit, postquam populum in majores junioresque divisit, ut altera pars consilio, altera armis Remp. tueretur; in honorem utriusque partis, hunc Majum, sequentem Junium vocasse.* Idem ejusce lib. cap. XII: *Fulvius id egisse Manium consulem dicit ab Vrbe conditâ anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox bello Ætolico.* Mentio quoque ejus operis est apud Sospitrum Charisium lib. 1, idque ex Cælio, cujus hæc verba adfert: *Publicatos quippe Fastos, & libros à Fulvio Nobiliori scripta c. retulisse.*

c Fort.
scriptos.

CAP. VI.

Annales Libonis, & A. Postumii Albinî. Calpurnia lex qua de re, & quando, lata sit. De Pisonis cognomento Frugi, & ejus consulatu, ac censura, item annalibus, & exili earum dictione. Italiæ, & vituli, τρωον. Plinius emendatus. Vnde Piso πρῶτος, & censorius, vocetur. Piso alter, item historicus, sed priori recentior.

Catone jam admodum sene, florere cepit L. Scribonius Libo: de quo ita Tullius in Bruto: *Quæ quidem Galba vis tum maximè cognita est, cum Lusitanis à Ser. Galba Prætorè, contra interpositam, ut existimabatur, fidem, interfectis, L. Libone Tribuno Pl. populum incitante, & rogationem privilegii similem ferente, summâ senectute M. Cato legem juadens*

suadens in Galban multa dixit. Et post pauca: Atque etiam ipsum Libonem non infantem video fuisse, ut ex orationibus ejus intelligi potest. Meminit & lib. II de Orat. & lib. XII ad Att. epist. v. Item epitome Liviana lib. XLIX, & Valerius Max. lib. VII cap. I. Hunc esse Libonem illum putamus, quem annales scripsisse, auctor est Tullius lib. XIII ad Att. ep. xxx: *Sed in Libonis annali XIV annis post praetor factus est Tuditanus, quam consul Mummius.* Et epist. seq. *Eum video in Libonis. praetorem, L. Popillio, P. Rupilio coff. annis XIV antè, quam praetor factus est.*

Sed apertior aetas A. Postumii Albini: qui anno DCIII consul fuit cum L. Licinio Lucullo, biennio quasi ante tertium bellum Punicum. Hic praeter historiam Graecam (de qua in historicis Graecis diximus) etiam annales Latinos reliquit. In eorum primo haec erant verba: *Ea causà sese stultum brutumque faciebat, grossulos ex melle edebat.* Adducit ea Macrobius lib. II Saturn. cap. XVI, ut ostendat, ficos, qui non maturescunt, ac Graecè ὄλυνθοι vocantur, à Latinis grossulos appellari. Etiam Priscianus in VII tres versus adducit ex Albini primo rerum Romanarum. Sed alius ille videtur, uti alibi dictum.

Satis etiam liquet, quā vixerit aetate L. Calpurnius L. F. C. N. Piso Frugi. Est enim hic ille, qui primus legem tulit de repetundis, quae Calpurnia dicitur. Id autem quando factum sit, docet Cicero in Bruto his verbis: *L. enim Piso, Trib. Plebis, legem primus de pecuniis repetundis, Censorino & Manilio coff. tulit.* Consulatum autem gessere anno post V. C. DCV. Itaque idem Cicero libro III de Officiis ait: *Nondum centum & decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis à L. Pisonè lata lex est, nulla antea cum fuisset.* Cognomen Frugi ei tribuit in Verrinà v: *L. Piso ille Frugi legem de pecuniis repetundis tulit.* Quo de cognomine (quod etiam in nummis ejus invenitur) ita Tullius in Tuscul. III: *Reliquas etiam virtutes frugalitas continet; quae nisi tanta esset, & si is angustis, quibus plerique putant, teneretur; nunquam esset L. Pisonis cognomen tantopere laudatum.* Et oratione pro M. Fonteio: *Exstat oratio hominis, ut opinio mea fert, nostrorum hominum longè ingeniosissimi, atque eloquentissimi, C. Gracchi: quā in oratione permulta in L. Pisonem turpia, ac flagitiosa, dicuntur. At quem virum! qui tantā virtute, atque integritate, fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur: quem cum in concionem Gracchus vocari juberet, & viator quaereret; quem Pisonem? quia erant plures: cogis me, inquit, dicere inimicum meum, Frugi.* Confu-

latum cum P. Mucio Scævola gessit anno Urbis lxxx, quo occisus fuit Tib. Gracchus. Cic. Verr. vi: Cùm, Tiberio Graccho occiso, magnorum periculorum metus ex ostentis portenderentur, P. Mucio L. Calpurnio coss. aditum est ad libros Sibyllinos. Idem anno V. lxxxiii cum Q. Cæcilio Metello Balcarico Censor fuit. Annales scripsisse, ostendit Cicero in Bruto, cùm post verba antè adducta continuè subjungit: Ipse etiam Piso, & causas egit, & multarum legum, aut auctor, aut dissuasor fuit: isque & orationes reliquit, quæ jam evanuerunt, & annales sane exiliter scriptos. Item eruditâ epistolâ, quæ est xxxi libri ix ad Papium Pætum: At verò Piso ille Frugi in Annalibus suis queritur, adolecentes peni deditos esse. Quòd autem exili stylo annales eos scriptos esse Cicero ait in Bruto, idem etiam primo de Legibus judicat. Nam cùm Fabium, Catonem, Pisonem, Fannium, & Venonium, nominasset, subjungit, *Quamquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile, quam isti omnes?* Idem lib. ii de Orat. Græci ipsi initio sic scripturarunt, ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso. Et mox: Itaque qualis apud Græcos Pheresydes, Hellanicus, Acusilaus fuit, aliique permulti: tales noster Cato, & Pictor, & Piso: qui neque tenent, quibus rebus ornetur oratio. Modò enim huc ista sint importata, & dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem. Sed utcumque exilis fuerit dictio, tamen gravis auctor vocatur à Plinio lib. i i Histor. Natur. cap. liii. Imò ne dictionem quidem Gellius improbat. Nam lib. xi cap. xiv. *Simplicissimâ, inquit, suavitate, & rei, & orationis, Lucius Piso Frugi usus est.* Ex annalibus ejus Varro in secundo a de R. R. do. a Cap. i. cer, Italiam hoc nomen esse sortitam, quia abundaret vitulis, quos Græci vocant *ιταλός*, uti *Αἰολος* *Ἰταλός*, ex quo est Latinum *vitulus*, ut pleraque alia ab *Æolibus* acceperunt. Eundem in iv de L. L. de lacu Curzio, deque porta Januali, laudat auctorem. De geminis à Rhea Sylvia editis testimonio ejus utitur Dionysius Halic. lib. i Antiq. Idem in secundo, ubi de Tarpeia agit prodente Capitolium, mentionem ejus facit his verbis: *Ὡς ἢ Πίσων Ἀδύκιος ὁ πικρὸς ἰσογεῖ:* *Ut autem Piso Lucius Censorius refert.* Etiam semel iterumque testem adducit lib. iv. Uti & faciunt Plinius, Plutarchus, Gellius, Censorinus, Arnobius, Lactantius, Macrobius, Servius in x *Æneidos* ubi de Pilumno; Auctor de origine gentis Romanæ, ac Priscianus, qui lib. x opus ejus nunc *annales*, nunc *historias* appellat. Plinius lib. xiii Histor. Nat. cap. xiiii. *de Numæ libris quiddam adfert ex C. Pisonis Censorii commentariorum p. mo.* Fortè legendum *L. Pisonis*. Nam Censorii cognomen facit, ut eundem putem, qui Dionysio

Πίσων Ἀδελφῶν ὁ πρῶτος. Ἀπὸ αὐτοῦ Pisonem Censorium appellat Censorinus de die natali cap. xvii. Ita autem Piso dictus à censura, quam gessisse, diximus superius.

Piso quoque alter fuit, quem Plutarchus ἀνδρῶν ἰσοπαγῶν vocat, deque Mario scripsisse ait: unde multò fuisse juniorem eo liquet, de quo dictum. Fortasse est is C. Calpurnius Piso, qui cum M. Glabrone consul fuit anno DCCLXXXVII. Cujus facundiam celebrat Cicero in Bruto his verbis: C. deinde Piso, statarius & sermonis plenus orator, minime ille quidem tardus in excogitando: verumtamen vultu, & simulatione, multò etiam acutior, quàm erat, videbatur. Sed de historia verbum ibi nullum, ut idémne, an alius, sit, dicere haut satis possum.

CAP. VII.

L. Cassii Heminæ annales. Bellum posterior, pro posterius. C. Fabius Maximus Servilianus. Nicolai Cisneri de Ciceronis loco sententia refellitur. C. Fannii duo, patruales: eorum alter historicus, Lælii Sipientis gener. Cur iniquior fuerit erga socerum, atque ut hic se purgare solitus sit. Ejus dictio cujusmodi. Bruti epitome Fannianorum. Manutii error. Fannio veritatis laus à Sallustio attributa. L. Attius quando natus, ac fabulas docuerit. Annales ejus carmine scripti. Em, vel im, pro eum. Ossum, vel ossu, pro os. Alivus virili genere usurpatum. Corradi opinio rejecta. Attii Didascalica. Διδάσκωνεσιν dici poëtas, cum fabulæ eorum aguntur.

REdeò ad æquales Pisonis Censorii. E quibus est L. CASSIUS HEMINA, quem *vetustissimum annalium auctorem* vocat Plinius lib. xiiii cap. xiiii. Sed Guilandinus, & Dalecampius, pro *vetustissimus* legunt *verissimus*: idque, quia, ut ajunt vix lxx annis antiquior fuerit Plinio: ut qui Augusto & Tiberio fuerit cœvus, iisque historiam suam dicarit. Verùm errant. Vixit enim ludis secularibus quartis, C. Cornelio Lentulo, & L. Mummio Achaico coss. anno Urbis DCViii, ut de eo testatur Censorinus cap. xvii. Ut spissus sit error Simleri in epitome bibliothecæ Gesneri à se adauctâ; item Popelinieri, Simlerum hinc, more suo, exscribentis, in quinto de historicis; quando uterque ait, Cassium Heminam historiam, atque anna-

annales suos, misisse ad Macenatem, & Tiberium imperatorem. Nam imperare demum cepit Tiberius anno Urbis ÆccLXVII. Ut error sit plusquam sesquiseculi. Video, quid imposuerit utrique. Prisciani enim unius se auctoritate tuentur: qui libro VII citat *Cassium ad Macenatem*; & lib. IX, *Cassium ad Tiberium*. Sed is est Cassius Severus; qui Augusti, & Tiberii, ætate vixit, ut dicam cap. XXI; ubi ostendam, ab aliis quoque duos hosce Cassios confundi. Ad Heminam redeo. Fecit annalium libros IV. Eorum quartus inscribatur, *Bellum Punicum posterior*, ut Priscianus auctor est lib. VII. Nempe ex veterum usit, quibus exentia in OR communia erant: ut pleniùs dictum in Animadversionibus Grammaticis. Cassium auspiciatum fuisse ab rebus Italis, quæ urbis natalem antecedunt: hinc, quæ sub regibus contigerunt, exarasse: atque inde perduxisse historiam usque ad sua tempora: satis ex iis cognoscimus, quæ ex illo adducunt, Plinius non uno loco, Gellius lib. XVII cap. XXI, auctor de origine gentis Romanæ, Servius cum alibi, tum in VII ÆN. ubi ex eo Crustumerii originem tradit: & in XI I. ubi loquitur de Tarquinio Superbo, cruci affigente eorum corpora, qui, ne cloacas facere cogerentur, suspendio se necassent. Adhæc Macrobius, Nonius, alii, ex quibus Diomedes in primo citat Cassii Heminæ historiarum lib. II. Nec aliud ab annalibus opus intelligi, planè habeo persuasum.

Q. FABIVS MAXIMVS SERVILIANVS pontifex maximus, tum Annales scripsit, ex quibus locum adducit Servius ad primum ÆN. tum libros pontificii juris, ex quorum duodecimo locum adfert Macrobius lib. I. Saturn. cap. XVI. Est hic idem ille, qui cum L. Metello Consul fuit anno V. C. DCXI; ac res in Hispania prosperè gessit adversus Viriatum. Meminere ejus Livius, Florus, Orosius, & Græci Appianus: quamquam hic Æmilianum pro Serviliano vocare videtur. Corradus eum confundit cum Ser. Fabio. Sed, ut cap. III dicebamus, is est Ser. Fabius Pictor. Scio Nicolaum Cisnerum I. C. præfatione in alteram partem operum Francisci Duareni, putare, locum Ciceronis esse corruptum, proque *Servio*, *Quintum* reponi debere: nempe quia Servii prænomen insolens sit in gente Fabia: ut etiam Corradus annotavit. Sed longè nimis abeunt literarum ductus. Gruterus observat in Palatinis codd. pro *Servius* esse *servus*; in Cujacii cod. erat *serius*; unde Janus Guilielmus colligebat, *Serius* legi debere. Quod sanè verisimilius, quàm illud *Quintus*. Sed nihil temerè mutandum. Præsertim cum pauci ex Pictorum familia

milia noti sint, ut, quod de insolenti eo prænominè ajunt, planè infirmum videatur.

C. FANNIUS, M. F. M. N. quæstor fuit Cn. Calpurnio Pisonè, & M. Popillio Lænatè coss. anno post V. C. lxxiv; atque ad præturam etiam pervenit, quam gessit biennio post. Sub Scipione Æmilianò militavit in Africa; sub Fabio Maximo Serviliano, in Hispania: ut autores sunt Plutarchus in Gracchis, & Appianus in Ibericis. Diverfus est à C. Fannio Strabone, eo, qui ab eloquentia celebratur Velleio Paterculo, lib. 11; quique consul erat cum Cn. Domitio Ahenobarbo anno V. C. lxxxix. Nam iste C. Fannius, non Marci, sed Caii filius fuit. Erant autem patruales. Marci filius gener fuit C. Lælii Sapiëntis; sed erga eum iniquior erat, ob prælatum sibi in auguratus petitione Q. Mucium Scævola augurem. Scripsit historiam, quâ nomen sibi imprimis peperit. Dicendi tamen genere durior erat patruèle suo. Utriusque C. Fannii meminit Tullius in Bruto: *Horum ætatibus adjuncti duo C. Fannii, Caii, Marciq; filii fuerunt: quorum Caii filius, qui consul cum Domitio fuit, unam orationem de sociis, & nomine Latino, contra Gracchum reliquit: sanè & bonam, & nobilem. Et post aliqua: Alter autem C. Fannius M. F. C. Lælii gener, & moribus, & ipso genere dicendi durior. is soceri instituto, (quem, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat: præsertim cum ille Q. Scævola sibi, minorem natu generum, prætulisset: cui tamen Lælius se excusans, non genero minori dixit se illud, sed majori filia detulisset;) is tamen instituto Lælii Panætium audiverat. Ejus omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspicitur: quæ neq; nimis est insans, neque perfectè diserta. Ejus annalium meminit quoque Cicero in primo de Legibus, & lib. 11 de Orat. Ubi ait, In hoc genere Fannius in annalibus suis Africanum hunc Æmilianum dicit fuisse: etenim Græco verbo appellat ἑσπέρα. Item ad Atticum lib. x11. epist. v. ubi & indicat, à Bruto fuisse in compendium redactos. Vocat autem ibi Bruti epitomen Fannianorum. Non audiendus igitur doctissimus Manutius, cum in commentariis suis exponit, epitomen rerum à Fannio gestarum, vel, quæ in Fannia gente memoriâ digne acciderunt. Utcunque verò exilis foret Fannii stylus: magna tamen illa ejus laus erat, quod Sallustius in primo historiarum, cum de historicis judicium ferret, Catoni quidem brevitatè tribuit; Fannio autem veritatem: ut auctor est Marius Victorinus in primum Ciceronis de Inventionè, capite eo, quo de Narratione tractat: *Historia, inquit, & brevis esse debet in expositione, & aperta, & probabilis. Ut Sallustius sibi omnia**

omnia in *Catilina* tribuit. Quam verissime potero, paucis absolvam: cum aliis historiographis singula tradidisset in libro primo *historiarum*: *Catoni* breviter, *Romani* generis disertissimus paucis absolvit; *Fannio* vero veritatem. Ex primo *C. Fannii Annalium* lib. illustrem locum *Priscianus* lib. xlii, atque idem lib. viii refert, ut idem scriptor *παθητικῶς* dixerit, *Hec adipiscuntur*, nempe pro *παθητικῶν*. At *Sosipater* lib. i. quædam adducit ex *Fannii Annalium* lib. viii.

Floruit iisdem temporibus *L. Accius*, sive, ut alii vocare malunt, *Attius*. Natus autem est (teste *Hieronymo* in *Chronico Eusebiano*) *A. Hostilio Mancino*, & *A. Atilio Serrano* cons. hoc est anno Urbis *DCLXXXIV*. Ac iisdem ædilibus, ipse scripsit, se fabulam egisse, quibus *Paccuvius*, cum hic *LXXX*, ipse *XXX* annorum foret: ut *Cicero* in *Bruto* testatur. Fuerit is annus Urbis *DCCXIV*; quo in *Hispaniis* cœpit bellum *Numantinum*. Quas fabulas docuerit, non est hujus loci exponere. Nec enim hic ejus meminimus propter fabulas, quas populo dedit: sed propter annales, quos carmine confecit. Laudat eos *Macrobius Saturnalium* lib. i cap. vii; atque ex iis hos versus refert:

*Maxima pars Grajùm Saturno, & maximè Athend
Conscium sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis;
Eumque diem celebrant: per agros urbesque fere omnes
Exercet epulis lati: famulosque procurant
Quisque suos: nostrique iidem: & mos traditus illinc
Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.*

Versu tertio in plerisque libris pro *eumque* est *cumque*: & versu ultimo interferunt *tum* ante *epalentur*: prout & *Rob. Steph.* edidit in fragmentis poetarum. Sed in *eumque συνίτης* est: nisi malis *em*, vel *im*, ut veteres dixisse, alibi ostendimus. Et hiatús, qualis est versu ultimo, multa sunt apud veteres exempla. Eosdem annales celebrat *Priscianus* lib. vi: ubi, ut ostendat veteres etiam in recto *offum*, & *offu*, dixisse, adfert illud ex *Accii Annalibus*:

Fraxinus fissa ferox infensa insinditur offis.

Et eopse libro, ut comprobet, *alvus* quoque virili genere inventi, ex iisdem annalibus adfert:

----- *Vt quàm fragilissimus alvus.*

Cui simile, quod in primo *Accii Annalium* legi, idem dixerat lib. v:

Maja nemus retinens gravido concepit in alvo.

Imò Festus in *Metelli*, ut doceat ita vocari mercenarios milites, adfert hoc ex Accii Annal. XXVII:

Calones, famulique, metellique, famulique.

Ubi in sexto pede enclitica ob cæsuram est porrecta: ut in illo, *Lappaque, tribulique*: etsi hic & altera ratio sit, ob duas consonas sequentes. Multi, eosque inter Glandorpius in Onomastico Romano, de Accii annalibus capiunt verba Ciceronis in primo de Leg. sed hanc sententiam inferius refellemus cap. x. Doctissimus vir, Sebastianus Corradus, Annales quoque intelligit in istoc Ciceronis in Bruto: *Accius isdem adilibus ait se, & Paccuvium, docuisse fabulam. Nam, inquit Corradus, docuit fabulam, ut poeta: sed se docuisse scribit, ut historicus. In fabulis enim nusquam dicere possit, se docuisse: cum poeta nusquam in fabulis loquantur.* Sed quod inde colligit, annales scripsisse, valde infirmum est. Etsi enim verum est, quod poëtas ait nusquam in fabulis loqui: non hoc tamen prohibet, quo minùs poëta aliquid de sese in prologo dicat. Verùm leviculum istoc mittamus. Illud majoris momenti videretur, quòd Accium censet, istoc, quòd à Cicerone refertur, in Annalibus scripsisse. Nam omnino est illud è Didascalicis Attii: quorum toties meminere veteres. Eo enim opere tractabat a Doctere. de poëtis, qui *διδασκειν* a dicuntur, cum fabulam populo dant spectandam. Unde *διδασκαλία*, fabulæ actio. *Διδασκαλικὰ* libri, quibus de poëtis, eorumque fabulis, tractabatur. Sanè hoc argumentum, non aliorum modò, qui *διδασκαλικός* scripsere: sed etiam Attii fuisse, indicio sunt hæc ipsius Attii verba lib. IX, à Charisio adducta lib. I: *Quàm varia sint genera poëmatorum, Babi, quàmq, longè distincta ab aliis, nosce.* Item quæ eo ex Attii opere, de Homeri & Hesiodi ætate refert Gellius lib. III cap. XI. & locus de Euripide, quem Nonius adfert in *Temerius*.

CAP. VIII.

C. Sempronii Tuditani ætas, progener, commentarii, stylus.
L. Cælii Antipatri ætas variis argumentis comprobatur.
Quod argumentum tractarit, & cujusmodi dictione usus sit, & de epitome ejus à Bruto factâ. Pauli Manutii lapsus. Quanti Antipatrum fecerit Cæsar Adrianus. Cælium, & Cæcilium, historicos, perperam à nonnullis confundi.
Sempronii Asellionis ætas, ac librorum multitudo. Conjectura

jectura super Servii loco. Sempronius ab Annio divulgatus respicitur. Ciceronis locus emendatur. Sex. & Cn. Gellii, Gellius correctus. Clodius Licinius.

Proximum his **C. SEMPRONIUS TUDITANUS**, modò historiam scripserit, deposcit locum. Fuit enim consul cum **M. Aquilio**, anno Urbis **Idcxxxiv**, quo **Scipio Æmilianus**, sol alter, scelere suorum fuit exstinctus. Filia ejus **Sempronia** socrus erat **P. Clodii**: ut testatur **Asconius** in **Milonianam**; ubi eam, & **Fulviam**, **Clodii uxorem**, ultimas adversus **Milonem** ait testimonium dixisse. Reliqui **Sempronius Tuditanus** commentariorum libros: quorum decimum tertium citat **Plinius lib. xlii cap. xlii**; & **Gellius lib. xlii cap. xiv**. Idem **Gellius** ex iis quædam refert lib. vi cap. iv: ut **Asconius** in oratione pro **Cornelio**, & **Macrobius lib. i cap. xlii**, & **xvi**: quorum priori loco tertium citat magistratuum librum. Quæcumque verò ex iis veteres laudant, ea ferè universa ad res gestas pertinent: ut commentarii ejus, maximam saltem partem, historici fuisse videantur. De stylo ejus ita **Cicero** in **Bruto**: *Cajusque Tuditanus, cum omni vitâ, atque victu, excultus, tum ejus elegans est habitum etiam orationis genus.* Unde **Tuditani** cognomen sit **Atcio Philologo**, docet **Festus** in **Tudites**.

Circa hæc tempora florere etiam cœpit **L. CÆLIUS ANTI-PATER**; quippe *Fannio ætate conjunctus*, ut **Cicero** primo de **Legibus** ait: **Silennâ** autem antiquior, ut disertim **Vellejus Paterculus** scribit lib. ii. Sed imprimis de ætate ejus illustris est locus **Valerii Maximi**, lib. i cap. vii: unde **Gracchorum** temporibus vixisse, ipsius **Cælii** testimonio comprobatur. Nam, cum retulisset **Valerius**, ut **C. Graccho** in somno se obtulisset effigies **Tiberii** fratris, atque ei dixisset, nullâ ratione fatum illud vitare posse, quo ipse, è **Capitolio** pulsus, occidisset: verba hæc subjungit: *Cælius, certus Romana historia auctor, sermonem de eâ re ad suas aures, illo adhuc vivo, pervenisse scribit.* Etiam ætatem ejus inde cognoscimus, quòd **L. Crassi** magister fuit, ut est apud **Ciceronem** in **Bruto**. Quodque historiam suam scripsit ad **L. Ælium Stilonem**, **Varronis** magistrum. Cui & **Lucillius** satiras misit, ut indicat versus iste apud **Cornificium** in **iv** ad **Herenn**.

Has res ad te scriptas Luci misimus Æli. Quodque pares, aut suppare, fuere **Rutilius**, & alii, quos **Pomponius** recenset, his verbis, **Tit. de origine Juris**: *Ab his profecti sunt Publius Rutilius Rufus, qui Ro-*

ma consul, & Asia proconsul fuit, Paullus Virginius, & Q. Tubero ille Scoticus, Panatii auditor, qui & ipse consul. Etiam Sex. Pompejus, Cnei Pompeji patruus, fuit eodem tempore; & Calius Antipater, qui historias conscripsit: sed plus eloquentia, quam scientia juris, operam dedit. Scripsit historiam belli Punici, ut ait Tullius in Oratore. De bello sanè Annibalico egisse, satis ex fragmentis liquet. De dictione ejus variis in locis Tullius loquitur. Ut in Bruto: L. Calius Antipater, scriptor, quemadmodum videtis, fuit, ut temporibus illis, luculentus. Idem in secundo de Oratore: Paullum se erexit, & addidit historia majorum sonum, vir optimus, Crassi familiaris, Antipater: ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. Et continuò pòst: Est, inquit, Catulus, ut dicitur: sed iste ipse Calius neque distinxit historiam varietate locorum; neque verborum collocatione, & tractu orationis leni, & equabili perpolivit illud opus: sed, ut homo, neque doctus, neque maxime aptus ad dicendam, sicut potuit, dolavit: vicit tamen, ut dicitur, superiores. Item in Oratore: Sed magnam exercitationem res flagitat, nequid eorum, qui genus hoc secuti, non tenuerunt, simile faciamus: ne aut verba trajiciamus aperè, quo melius, aut cadat, aut volvatur oratio: quod se L. Calius Antipater, in proemio belli Punici, nisi necessariò, facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celat! sapientem, qui servendum necessitati putet! Sed hic omnino rudis. Item lib. 1 de Legg. Fannii etate conjunctus Antipater paulò inflavit vehementius, habuitque vires, agrestes ille quidem, atque horridas, sine nitore, ac palestrâ; sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent. Ex Cælio hoc Antipatro quædam refert Cicero lib. 1 de Divinat. Livius lib. xxxi, xxxi 1, xxxv 1, xxxv 11, xxxix; item Gellius, Charisius, Festus, Servius, Nonius, Priscianus, Philargyrius; qui in secundum Georg. ex septimo Cælii citat, Consuetudine uxoris, indulgitate liberam. Tanti autem historicum hunc fecit M. Brutus, ut in compendium redegerit. Cicero ad Att. lib. xi 11 epist. vi 11: Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas. Paullus Manutius minùs affectus est Ciceronis mentem, cum intelligit librum de illustribus in Cælia familia viris. Vide eum in Cicer. lib. xi 1 ad Att. ep. v. At Hadrianus Imperator Cælium etiam Sallustio præferebat: nempe eodem jure, quo Ciceroni Catonem; Virgilio præposuit Ennium, antiqui sermonis amator: ut de eo scribit Spartianus a in Hadriano. At cave Cælium hunc confundas cum Cecilio, itidem Romanæ historiæ scriptore, de quo Strabo lib. v ait. Καὶ ὁ Κεκίλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεύς, εἴθετο πρὸ τῆς ταῦ σμικρῶν, ἔβδλωκένον εἶναι κτίσμα τῶν Ῥωμαίων, τὸ παρὰ αὐτῆς τῶν πλείεστος Ἰουσίαν, ἔβδλωκένον εἶναι τῶν Ἑλληνῶν. Et Cecilius, rerum Romanarum

a Sed corruptè ibi in plevisque libris Cæcilium legas.

manarum scriptor, eo argumento colligit, Romam à Græcis esse conditam, quòd Romani, Græco ritu, antiquo instituto, Herculi rem sacram faciunt. Vir eruditus, qui fragmenta veterum historicorum collegit, pro Keni-
 λας legit Κολας, ac reponit hoc fragmentum inter ea, quæ sunt
 L. Cæli Antipatri. Sed rectum est Κακίλι. Intelligendus enim
 Κακίλις ἐρήτωρ, ὁ δὲ Κάλῆς Ἀκτῆς, ὁ παρὰ τῶν δαλικῶν πολεμῶν ἐπέ-
 δωκός. *Cacilius, rhetor Calactianus, qui historiam edidit belli civilis.* Ut A-
 thenæo vocatur in VI, & XI. Vide, quæ de eo in historicis Græcis
 diximus lib. II cap. IV.

SEMPRONIUS ASELLIO quando vixerit, & quod argumen-
 tum tractarit, ostendit Gellius lib. II cap. XI II. Nam allaturus
 quædam, ex Sempronii Asellionis quinto rerum gestarum libro,
 hæc præmittit: *Is Asellio sub P. Scipione Africano Tribunus militum ad*
Numantiam fuit: resque eas, quibus ipse interfuit, conscripsit. Cæpit autem
 bellum Numantinum anno V. C. IOCXIV, Q. Servilio Cæpione &
 C. Lælio Sapiente coff. Excisa autem est Numantia anno IOCXXI, P.
 Mucio Scævola & L. Calpurnio Pisone Frugi coff. Sed non paulò
 pòst historiam demum edidisse, arbitror: quandoquidem scripsit
 post Cælium Antipatrum: ut ostendit hic Ciceronis locus in primo
 de Legibus: *SUCCESSERE huic Cælio belli, Clodius, Asellio: nihil ad Cælium:*
sed potius ad antiquorum languorem, & inscitiam. Dionysius de eo ho-
 nestè satis sensit. Nam lib. I Antiq. eum cum Catone Censorio
 reponit inter λογωπάτας ἀ τῶν Ρωμαίων συγγραφέων. Multos fuisse
 historiarum libros, indicat, quòd decimumquartum citat Gellius
 lib. XII cap. XX, & Charisius lib. II. Imò eidem advocatur liber
 quadragesimus rerum Romanarum. In Asellionis fragmentis quæ-
 dam emendat & illustrat Barthius Adversariorum lib. XXXII cap.
 II. Sed quid sibi vult, quòd apud Servium in illud XI I *Æn. Pila-*
taq; plenis Agmina, legas, Asellio historiarum tritarum? ubi hæc ejus ver-
 ba adferuntur, *Quartum signum accedebat, sive pilatim, sive passim, iter*
facere volebat. Num Asellio scripsit historiarum tritarum libros? An
 potius legendum hoc pacto: *Asellio historiarum Romanarum quarto:*
Signum accedebat, &c. Mihi quidem sic videtur, licet in corruptà le-
 ctione, & Fabricii, & P. Danielis editio, conspirent. Exstat C. Sem-
 pronii liber de divisione Italiæ, & origine Urbis Romæ: sed de eo
 idem censendum, quod de Beroso, Catone, atque aliis Annii fig-
 mentis.

Antipatro qui præterea successerint, docet nos Cicero in primo
 de Legg. Nam cum de Cælio Antipatro egisset, mox subjungit: *Ec-*

a Roma-
 norum
 historico-
 rum di-
 versissi-
 mos.

ce autem succedere huic belli, Clodius. Afellio. Ubi pro belli legendum censeo Gellii. Movet illud ejusdem Ciceronis in primo de Divinatione: Omnes hoc historici, Fabii, Gellii: sed proxime Calius. Item hoc Dionysii Halic. lib. I Antiquitatum: Πόρκιος τε Κάτων, καὶ Φάβιος Μαξιμῶς, καὶ Ουαλέριος Αντιάς, καὶ Λικίνιος Μακέρ, Αἰλίος τε καὶ Γέλκιος, καὶ Καλπύρνιοι, καὶ ἕτεροι πολλοὶ τέτοις συχνοὶ ἄνδρες ἐν ἀφανεί. Porcius Cato, & Fabius Maximus, & Valerius Antias, & Licinius Macer, & Aelii, & Gellii, & Calpurnii, atque alii multi scriptores non ignobiles. Loqui autem de annalium scriptoribus, indicant sequentia: ἀπ' ἐκείνων ὀνομάζομεν τῶν περαγματείων· εἰς ἃ τῶν Ἑλληνικῶν χρονολογῶν εἰσὶ καὶ τότε ἐπεχέρησα τῇ γεωφῆ. Horum commentarii materiem suggestibus, sunt autem Græcorum chronographiæ similes, ista scribere sum aggressus. Gellii verò isti, quorum Cicero, & Dionysius, meminere, sunt Sextus Gellius, & Cn. Gellius.

SEXTUS GELLIUS in Origine gentis Romanæ memoratur ab Aurelio Victore, vel quisquis auctor libelli de istoc à Schotto editi argumento. Refertur autem inter eos, qui Livio fuere priores.

CN. GELLIUS memoratur Gellio lib. XIII cap. XXI: ubi ejus citat annalem tertium. Item mentionem fecit in octavi libri cap. XII, ut ex residuo liquet argumento. Imò libri XVII cap. XII, ubi in MS Sis, & Stephanicâ editione, Cn. Vellius in annalibus, legitur, omnino Cn. Gellius rescribendum videtur: ut Glandorpius putabat. Etiam Cneum nominat Cenforinus cap. XVII. At parùm liquet, utrùm apud Nonium in Bubo, ubi vulgò legitur, Agellius historiarum libro primo, corrigi debeat Afellio, quod Antonio Augustino placuit: an potius Cn. vel Sextus Gellius. Similiter censendum de Vopisci loco in vita Probi. Nam ubi in vulgatis Gellius, ibi in MSO rægio, inque uno Puteani, est Agellius. Item è Græcis mentionem Cn. Gellii facit Dionysius lib. I; ubi Γράκιος Γέλκιος dicitur tradidisse, Sabinarum raptum quarto Romuli anno contigisse. Et eopse libro extremo ex eodem narrat, à Numa unicam esse relictam filiam, ex qua postmodo natus sit Ancus Martius. Sæpius autem ἀπὸ Gellii meminit, præterito prænomine. Ut lib. II: ubi ex eo tradit, cum Numa Feclialium collegium institueret, exemplum esse mutuatum ab Ardeatibus. Et lib. III: cum ex eodem docet, Tarquinium Priscum primo Anci Martii anno Romam venisse. Et libro VI, ubi eum reprehendit, quòd inconsideratè scripserit, Tarquinium in ultimo cum Romanis prælio jam nonagenarium ex quo pugnâsse. Et initio septimi, ubi eum culpat, quòd non satis habeat

beat temporis rationem. Etiam prænomen omittunt Plinius lib. vii Nat. Hist. cap. lvi, Macrobius lib. i Saturn. cap. xvi, Charisius plurimis in locis. Fuisse autem grande opus, indicat, quòd Priscianus in vii citat librum Gellii xxx, vel potius xxxi: inde enim verba à Prisciano adducta citat Charisius in primo. Imò idem Charisius nonagesimum septimum Gellii citat, modò locus mendà vacat. Apud Gellium lib. xiv. cap. i i mentio fit orationis, quam Cato pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit. Puto signari historicum, de quo egimus.

Gellius, uti vidimus, subjungit Tullius Clodium. Unde Clodii Licinii ætatem discimus. Nisi Cicero potius signat Claudium Quadrigarium. Uterque enim historiam scripsit. De Clodio Licinio auctor nobis Livius lib. xxix: *Hunc Pleminium Clodius Licinius in libro tertio rerum Romanarum refert ludis votivis, quos Roma Africanus iterum consul faciebat, conatum per quosdam, quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris, fugiendique haberet occasionem: patefacto dein scelere, delegatum in Tullianum ex S. C. Suspicionem, eundem signari à Nonio Marcello in Patibulum, ubi legas, Licinius Revrum Romanarum lib. xxi: Deligat ad patibulos, &c.* Nam si Licinium Macrum intelligeret, puto potius *Annalium* libros advocasset. E quarto Clodii commentariorum quædam adducit Servius in illud i Æn. *Rapuitque in fomite flammam.* Videndum, idémne, an alius, is Clodius sit. Uti & cum *ἀπαρῆς* quædam è Clodii commentariis adfert in illud i Æn. *Loca fœta furentibus austris.* Item, idémne sit, qui indicem temporum scripsit; inque eo retulit, vetusta Romanorum acta periisse, Urbe à Gallis Senonibus incensâ; ea autem, quæ vulgò haberentur, conficta esse in eorum gratiam, qui videri velent nobili, & antiquâ, stirpe nati. Auctor Plutarchus in Numa, ubi vocatur *Κλώδιος τις ἀπὸ ἐλέγχου γένων.* Sed fortasse is potius fuerit Sextus Clodius, qui de Diis Græcè scripsit; ut ex Arnobio, Lactantioque, ostendimus lib. iv de Histor. Græc. Etiam P. Clodius à Saresberienſe citatur lib. vii i cap. xvi i, & xiv. Sed adfert versiculum P. Syri Mimi: ut pro Clodius omnino P. Syrus reponendum videatur.

a Clodius
quidam
in tempo-
rum in-
dice

C A P. IX.

Junius Gracchanus. Vnde Gracchanus dictus. M. Æmilius Scauri libri de vita sua à Cicerone valde commendati. P. Rutilii Ruffi historia, & exilium. Q. Lutatii Catuli tri-

umphus, mors, historia, versus lascivi. Historiam, quam de rebus à se gestis scripsit Sylla; Epicadus, libertus ejus, perfecit; Lucullus autem recensuisse videtur. Epicadi de metris, item de cognominibus, liber. L. Octavilius Pilutus primus libertorum ad historiam scribendam animum adjecit. Manilius senator, multarum literarum vir. Prosper suppositius de rebus Hetruscis.

IUNIUS GRACCHANUS æqualis fuit C. Gracchi, tribuni plebis, à quo & nomen accepit. Turbas is Gracchus in Rep. dedit anno 10 cxxx: ab Opimio autem interfectus fuit anno 10 cxxxii. De ætate quod dixi, & simul historica quædam consignasse, cognoscere est ex istis Plinii verbis lib. xxxii. cap. 11: *Quin etiam ipsum equitum nomen sæpe variatum est; in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo Regibusque appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, cum oppidum in Tuscia citra Volsinos passuum novem millia, sine ullo peditum adjumento, cepissent ejus vocabuli. Idque duravit ultra C. Gracchum. Iunius certè, qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit, his verbis: Quod ad equestrem ordinem attinet, antea Trossulos vocabant, nunc equites vocant: ideo, qui non intelligunt, Trossulos nomen quid valeat, multos pudet eo nomine appellari. Et causam, que supra indicata est, exponit: invitosque etiamnum Trossulos vocari. Junius hic Gracchanus à Censorino cap. xx inter eos refertur, qui tradidere, annum ab initio x mensium fuisse, uti Albanis erat: postea autem à Tarquinio mensium xii factum esse. Vide &, quæ de eâ re ex eodem refert cap. xii. Nec alium signat Macrobius lib. 1 Sat. cap. xiii, cum ait: *Iunius Servium Tullium regem primum intercalasse commemorat.**

Anno Urbis 10 cxxxix consul cum M. Cæcilio Metello fuit M. ÆMILIUS M. F. M. N. SCAURUS. Is à quo nomen accepit via Æmilia, ut Strabo auctor est lib. v. Mores ejus Sallustius describit in Jugurtha. Vide & de eo Valerium Max. non uno in loco: & Sextum Aurelium Victorem, sive quisquis scriptor ille de viris illustribus, qui Cornelius Nepos eò credi solet, quia Nepotis nobis *Æmilius* dedit. Hominem fuisse sapientem, & rectum gravitate multâ, & naturali quadam autoritate pollentem; Tullius est auctor in Bruto, ubi & historiam de vitâ suâ scripsisse ait ad L. Fufidium, quicum arcta ei amicitia erat. Verba sunt Ciceronis: *Huius*

& orationes sunt, & tres ad L. Fusidium libri scripti de vitâ ipsius actâ: sanè utiles, quos nemo legit. At Cyri vitam, & disciplinam, legunt; præclaram illam quidem; sed neque tam rebus nostris aptam, nec tamè Scauri laudibus anteponendam. Meminit & Valerius Maximus lib. iv. cap. iv: M. Scaurus quantum à patre hereditatem acceperit in primo libro eorum, quos de vita sua scripsit, refert. Plinius lib. xxxiv: L. Fusidium, illum, ad quem Scaurus de vita sua scripsit. Tacitus initio libri de vita Agricola: Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potiùs morum, quàm arrogantiam, arbitrati sunt. Nec id Rutilio, & Scauro, citra fidem, aut obtreccionem, fuit. Item Servius in x i i Æn. ad ill'ud

---- Pilatâq; plenis

Agmina se fundunt portis ----

Ubi ex Scauro de vita sua hæc verba refert: *In agrum hostium veni, pilatim exercitum duxi.* Ac *pilatim* interpretatur Servius, *strictè & dense.* Ex tertio Scauri de vita sua adducit Diomedes lib. i. *Prælio non fini fieri.* Item, *Sagittis confectus, pro confixus: item poteratur, pro poterat, quomodo Ennius dixit potestur, pro potest.* Charisius lib. i adfert ex tertio Scauri libro (non dubito, quin idem opus signet) *Vedigalium se minus fructos.* Nec ambigō, quin hoc opus intelligat Jul. Frontinus lib. iv Strategematum cap. 111, ubi sic scribit: *Vniuersi quoque exercitûs notabilis, sepe fuit continentia: sicuti ejus, qui sub M. Scauro meruit.* Namque memoria tradidit Scaurus, pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die, abeunte exercitu, intactâ fructibus relictam.

Ejusdem orationem contra Brutum de pecuniis repētundis, & actionem secundam contra Q. Cæpionem, citat idem Charisius lib. i, & 11.

Anno Urbis DCXLIX consul cum Cn. Mallio erat P. RUTILIUS RUFUS: qui tum de vita sua, tum Numantini belli historiam, scripsit. Prioris operis meminit Tacitus initio libri de vita Agricola; ubi (ut paulò antè etiam, de Scauro loquentes, dicebamus) sic ait: *Plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potiùs morum, quàm arrogantiam, arbitrati sunt. Nec id Rutilio, & Scauro, citra fidem, aut obtreccionem, fuit.* De altero opere ita Athenæus sub finem sexti: καὶ Ρ'ῦτιλιος ὁ πατριάρχης ἱστορίαν γεγραμῶς: Rutilius Rufus, qui patriam historiam scripsit. Sed historiam rerum Romanarum Græcè signavit, ut ait idem Athenæus in iv. At vitam suam Latinè prodidit. Aliter si esset, non hujus operis laudarent auctorem Sosipater, & Diomedes, imò & Isidorus lib. xx Originum. Sed apud



umphus, mors, historia, versus lascivi. Historiam, quam de rebus à se gestis scripsit Sylla; Epicadus, libertus ejus, perfecit; Lucullus autem recensuisse videtur. Epicadi de metris, item de cognominibus, liber. L. Octacilius Pilutus primus libertorum ad historiam scribendam animum adjecit. Manilius sena multarum literarum vir. Prosper suppositus de rebus tetruscis.

IUNIUS GRACCHANUS æqualis fuit C. Gracchi, tribuni plebis, à quo & nomen accepit. Turbas is Gracchus in Rep. dedit anno 10 cxxx: ab Opimio autem interfectus fuit anno 10 cxxxii. De ætate quod dixi, & simul historica quædam consignasse, cognoscere est ex istis Plinii verbis lib. xxxii. cap. ii: *Quin etiam ipsum equitum nomen saepe variatum est: in his quoque, qui ad equitatum traherantur. Celeres sub Romulo Regibusque appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, cum oppidum in Tuscia citra Volsinos passuum novem millia, sine ullo peditum adjumento, cepissent ejus vocabuli. Idque duravit ultra C. Gracchum. Junius certe, qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit, his verbis: Quod ad equestrem ordinem attinet, antea Trossulos vocabant, nunc equites vocant: ideo, qui non intelligunt, Trossulos nomen quid valeat, multos pudet eo nomine appellari. Et causam, que supra indicata est, exponit: invitosque etiamnum Trossulos vocari. Junius hic Gracchanus à Censorino cap. xx inter eos refertur, qui tradidere, annum ab initio x mensium fuisse, uti Albanis erat: postea autem à Tarquinio mensium xii factum esse. Vide &, quæ de eâ re ex eodem refert cap. xii. Nec alium signat Macrobius lib. i Sat. cap. xiii, cum ait: *Iunius Servium Tullium regem primum intercalasse commemorat.**

Anno Urbis 10 cxxxix consul cum M. Cæcilio Metello fuit M. **ÆMILIUS M. F. M. N. SCAURUS.** Is à quo nomen accepit via Æmilia, ut Strabo auctor est lib. v. Mores ejus Sallustius describit in Jugurtha. Vide & de eo Valerium Max. non uno in loco: & Sextum Aurelium Victorem, sive quisquis scriptor ille de viris illustribus, qui Cornelius Nepos eò credi solet, quia Nepotis nobis *Æmilius* dedit. Hominem fuisse sapientem, & rectum gravitate multâ, & naturali quadam autoritate pollentem; Tullius est auctor in Bruto, ubi & historiam de vitâ suâ scripsisse ait ad L. Fufidium, quicum arcta ei amicitia erat. Verba sunt Cicéronis: *Hujus*

& orationes sunt. & tres ad L. Fusidium libri scripti de vita ipsius acta: sane utiles, quos nemo legit. At Cyri vitam, & disciplinam, legunt; præclaram illam quidem; sed neque tam rebus nostris aptam, nec tamen Scauri laudibus anteponendam. Meminit & Valerius Maximus lib. iv. cap. iv. M. Scaurus quantulam à patre hereditatem acceperit in primo libro eorum, quos de vita sua scripsit, refert. Plinius lib. xxxiv: L. Fusidium, illum, ad quem Scaurus de vita sua scripsit. Tacitus initio libri de vita Agricola: At plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam, arbitrati sunt. Nec id Rutilio, & Scauro, citra fidem, aut obretractationem, fuit. Item Servius in XII Æn. ad illud

--- Pilatag' plenis

Agrina se fundunt portis ----

Ubi ex Scauro de vita sua hæc verba refert: In agrum hostium veni, pilatim exercitum duxi. Ac pilatim interpretatur Servius, strictè & dense. Ex tertio Scauri de vita sua adducit Diomedes lib. i. Prælio non fini fieri. Item, Sagittis confictus, pro confixus: item poteratur, pro poterat, quomodo Ennius dixit potestur, pro potest. Charisius lib. i adfert ex tertio Scauri libro (non dubito, quin idem opus signet) *Vestigialium se minus fructos*. Nec ambigo, quin hoc opus intelligat Jul. Frontinus lib. iv Strategematum cap. 111, ubi sic scribit: *Vniuersi quoque exercitûs notabilis sepe fuit continentia: sicuti ejus, qui sub M. Scauro meruit*. Namque memoria tradidit Scaurus, pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die, abeunte exercitu, intactis fructibus relictam.

Ejusdem orationem contra Brutum de pecuniis repêrundis, & actionem secundam contra Q. Cæpionem, citat idem Charisius lib. i, & 11.

Anno Urbis DCXLIX consul cum Cn. Mallio erat P. RUTILIUS RUFUS: qui tum de vita sua, tum Numantini belli historiam, scripsit. Prioris operis meminit Tacitus initio libri de vita Agricola; ubi (ut paullo antè etiam, de Scauro loquentes, dicebamus) sic ait: *Plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam, arbitrati sunt. Nec id Rutilio, & Scauro, citra fidem, aut obretractationem, fuit*. De altero opere ita Athenæus sub finem sexti: καὶ Ρ'ῆτι-
 λου Ρ'ῆφου ὁ τῶν πάτερων ἱστορίαν γέγραφεως: *Rutilius Rufus, qui patriam historiam scripsit*. Sed historiam rerum Romanarum Græcè signavit, ut ait idem Athenæus in 1v. At vitam suam Latine prodidit. Aliter si esset, non hujus operis laudarent auctorem Sosipater, & Diomedes, imò & Isidorus lib. xx Originum. Sed apud



Notis in
vita.
Agrico-
la.

eum, ut rectè Justo Lipsio a observatum, corruptè legas *Statilius pro Rutilius*. Sic enim est in vulgatis: *Leſtica ſive plures lecti: de quibus Statilius Rufus de vita ſua: Primum, inquit, conſuetudine imperatorum ipſe pro lectis lecticis utebatur*. Vir hic ſummus in jure P. Scævola, & M. Manilium, audivit: in philoſophia Panætium. Exemplum innocentiae fuit; neque in Urbe alter eo ſanctior, vel integrior erat, ut Cicero dicit. De eodem ſic gentilis ille apud Minutium in Octavio: *Quod ſi mundus divinâ providentiâ, & alicujus numinis auctoritate, regeretur: nunquam mereretur Phalaris, & Dionyſius regnum; nunquam Rutilius, & Camillus exilium; nunquam Socrates venenum*. Exulavit Smyrnæ: quò eum quoque Aurelius Opilius, dimiſſâ ſcholâ, ſecutus fuit: cumque Rutilio ibi conſenuit, teſte Suetonio de illuſtribus grammaticis. Laudant quoque Rutilium Livius lib. LXX, Valerius Maximus lib. I I cap. V, & lib. VI. cap. IV, Vellejus lib. I I, Plutarchus in Mario, Agellius lib. V I I cap. XIV. Plura de eo diximus in Hiſtoricis Græcis. At fallitur Glandorpius, cum hiſtoriam vita Rutilianæ ſcriptam opinatur, non ab hoc P. Rutilio M. filio Rufo: ſed à P. Rutilio P. F. P. N. Rufo, qui cum P. Popillio conſul fuit anno Iocxxi I. Quid enim ille memorabile adeò, ut ejus vitam ſeorſum tradi attineret? Vide de eo Cic. Tuſc. IV, Val. Max. lib. I I cap. II, & lib. VI cap. X, Plin. lib. VI I I cap. XXXVI.

Rutilio quoque, ac Tuberoni, par fuit **Q. LUTATIUS CATULUS**, qui Plutarcho *κατά τὴν Ἀσπίδα*. Hic bis repulſus, priuſquam ad conſulatum perveniret, geſſit eum honorem cum C. Mario IV conſule, anno poſt Roman: conditam Ioclii. Anno autem ſequenti, C. Mario V conſule, Cimbris validè per Alpes in Italiam irrupentibus, caſtra deſerere eſt coactus, magnaque Roma: trepidatio erat: ſed Marius, adverſus eos miſſus, caſtra cum ſua caſtris Catuli junxiſſet, adortus eſt Cimbroſ ingenti prælio, quo caſa dicuntur cxi hoſtium millia, xl capta. Cimbricæ hujus victoriæ gloriam cum Catulo Marius communicavit: idque propterea, quia in ſuum uſque adventum impediſſet, quò minùs Cimabri interiora Italiæ peterent: Catulus verò, peracto triumpho, exſtrui curavit ædem in prælio votam Fortunæ ejus diei, quo feliciter cum Cimbris pugnatum erat. Sed bello civili poſtea iratus Catulo Marius fuit: Catulus, cum ad mortem quæreretur, ſeſe concluſit loco recens calce arenæque illito, inque eum cum ignem intuliſſet, exitialem hauriens odorem, obiit; ut Plutarchus teſtatur: qui & ignem hauſiſſe addit; ut etiam Florus lib. I I I cap. I. De hujus Ca-

tuli historico opere, & ejus stylo, ita Cicero scribit in Bruto: *Iam Q. Carulus, non antiquo illo more, sed hoc nostro, nisi quid fieri potest perfectius, eruditus: multa litera; summa non vita solùm, atque natura, sed orationis etiam, comitas, incorrupta quadam Latini sermonis integritas; qua perspicit, cum ex orationibus ejus potest; tum facillimè ex eo libro, quem de consulari, & de rebus gestis suis conscriptum molli, & Xenophonteio genere sermonis, misit ad A. Furium poetam, familiarem suum.* Plura ibidem de Catulo vide. Quod autem A. Furio poetæ, ut Cicero hîc ait, familiaris fuerit, nihil mirum: quando & ipse poeta erat elegans. Sed versus ejus magis venustatem ingenii, quàm morum gravitatem, arguebant: ut Ovidius, & junior Plinius, perhibent: & argumento huic rei etiam sunt epigrammata bina, unum in Roscium puerum, quod est apud Ciceronem primo de natura Deorum: alterum de Theotimo puero, quod Gellius refert in Noctibus Atticis.

L. CORNELIUS SYLLA reliquit libros rerum gestarum: quorum ex secundo aliquid adfert Gellius lib. 1 cap. xii; & lib. xx cap. vi; ex vigesimo primo autem Priscianus lib. ix. Iis in libris de rebus suis egit; Plutarcho teste in vita Syllæ. Nec absolvere potuit, morte præventus. Sed quod non quivit Sylla, id fecit libertus ejus Epicadus. Suetonius in illustribus grammaticis: *Cornelius Epicadus, Lucii Cornelii Syllæ Dictatoris libertus, calatorq; sacerdotio augurali, filioq; ejus Fausto, gratissimus fuit: quare nunquam non utriusque se libertum edidit. Librum autem, quem Sylla novissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse supplevit.* Apud Plutarchum a semel iterumque lego, Syllam commentarios suos dicasse Lucullo, idque conditione eâ, ut is digereret, poliretque. Sed Epicadus, credo, fecit, quod potuit: hinc Lucullo obtulit, ut supremam is manum adderet. In iis Syllæ commentariis, ut idem Plutarchus monet, præceptum erat, *μὴ δὲν ἔτιος ἀξιόμιστον ἠγέειν, & βέβαιον, ὡς ὁ, ἢ ἀνδρομενῶν τῆς ἐξ τῶν ἐνοπιῶν.* Nequid tam fidele duceret, & firmum, ac illud, quod ei in somnis esset significatum. Scripsit & Epicadus de metris. Maximus Victorinus libello de carmine heroico: *Quippe Cornelius Epicadus in eo libro, quem de metris scripsit, Hexameter, inquit, versus.* Idem, puto, est, qui scripsit de cognominibus. Charisius lib. 1: *Sibyllam Epicadus de cognominibus ait appellatum, qui ex Sibyllinis libris primam sacrum fecit, deinde Syllam.* Item, de quo Macrobius in primo Saturnalium cap. xi, cum ait: *Epicadus refert, Herculem, occiso Gerione, cum victor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nunc sublicius dicitur,*

a In Lis-
cullo.

dicitur, ad tempus instructo, hominum simul. tra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluvium demisisse: ut aquâ secundâ in mare devectâ pro corporibus defunctorum veluti patriis sedibus redderentur, & inde usum talia simulacra fingendi inter sacra mansisse.

L. OTACILIUS PILITUS, sive, ut in veteri est editioe Mediolanensi, *Otacilius Pilutus*, Marii Syllæque temporibus floruit. De hoc ita Tranquillus in grammaticis illustribus: *Lucius Otacilius Pilitus servisse dicitur, atque etiam ostiarius, veteri more, in catena fuisse: donec ob ingenium, ac studium literarum, manumissus, accusanti patrono subscripsit. Deinde Rhetoricam professus, Cn. Pompejum Magnum docuit: patris ejus res gestas, nec minùs ipsius, compluribus libris exposuit: primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, nonnisi ab honestissimo quoque scribi solitam.* Auctoris hujus nomen in Chronico Hieronymi corruptissimè exaratum est. Vocatur enim *Vultacilius Plotus*. Sed non dubium, quin *Vultacilius* sit factum ex *L. Otacilius*. Ita enim malium, quàm cum Achille Statio *Otacilius* propter tot alios ex gente Otacilia. Notum & illud Martialis, lib. xii.

---- cucumam fecit Otacilius.

At num apud Eusebium pro *Ploto Pilutus*, aut *Piletus*: an potiùs apud Suetonium ex Eusebio *Plotus* restitui debeat, haut facilè dixerim.

MANILIUS historiarum, ac literaturæ, omnis indagator, floruit temporibus Marii, & Syllæ. Testem laudat Cicero orat. pro Q. Roscio, quam habuit adolescens. Vocat autem T. Manilium; atque ordine Senatorem; ætate, grandæm narum; naturâ, sanctum & religiosum; copiis rei familiaris, locupletem & pecuniosum. Illustrius ejus cum elogio locus est apud Plinium lib. x Hist. Nat. cap. 11; ubi de Phœnice sic scribit: *Primus, atque diligentissimus togatorum, de eo prodidit Manilius, senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo, neminem existisse, qui viderit vescentem; sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis dclx. Senescentem casâ, thurisque surculis, construere nidum, replere odoribus, & super emori. Ex ossibus deinde, & medullis ejus, nasci primò, seu vermiculum: inde fieri pullum, principioq, justa funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchajam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. Cùm hujus alitis vitâ magni conversionem anni fieri prodit idem Manilius; iterumque significationes tempestatum, & siderum, easdem reverti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum Arietis sol intraverit. Et fuisse ejus conversionis annum, prodente se, P. Licinio, M. Corne-*

lio, consulibus. Ubi, pro *M. Cornelio*, scribendum *Cn. Cornelio*, ut in Chiffetiano codice MSo legi, auctor est Dalecampius. Signat Plinius annum Urbis *IOCLVII*, quo consules fuere *P. Licinius Crassus*, & *Cn. Cornelius Lentulus*. Eundem Manilium intelligo apud Varronem lib. *IV* de *L. L. Europa* (dicta) *ab Europa Agenoris filia, quam ex Phœnicia Manilius scribit aurum exportasse: quorum egregiam imaginem ex ære Pythagoras Tarenti fecit*. Et lib. *VI*: *Titanis dicta, quod eam genuit Titanis filia, Latona*, ut scribit Manilius. Et eopse libro hoc epigramma Manilii legas:

*Casum duxisse casam non mirabile est,
Quoniam canoras consuebant nuptias.*

Sive, ut Scaliger mavult,

Quoniam Caron eas sanciebat nuptias.

Ut *Caron* sit *Charon*. Apud Arnobium quoque lib. *III* legitur: *Manilius* (Novenfiles putat) *deos novem, quibus solis Iupiter potestatem jaciendi sui permisit fulminis*. Et mox: *Manilius alieni fulminis jaculatores sub istius vocaminis appellatione concludit*.

PROSPER, Hetruscarum Antiquitatum scriptor, vixerit temporibus Syllanis, ac Tullianis, si credimus fragmentis ex eo opere Scornelli prope Vulterram à Curtio Ingiramio inventis, ac Florentiæ nuper elegantissime editis. Sed omnino fragmenta illius pseudo-Prosperi sunt commentitia ad majorem gloriam laudatissimæ Hetruscorum genti, ac præcipue Volaterranis conciliandam. Id satis ostendunt, sermo non sat Latinus, Græcæ linguæ inscitia, *αινεσις* ipsius characteres dispares vetustis temporibus: ut tot alia omittam argumenta, quæ suppositicium esse hunc factum non dicunt, sed clamant. Pluribus id comprobarem, nisi factum esset ab homine doctissimo in observationibus de opere isthoc in hac Amstelodamensium urbe editis anno *MDCCXXXIX*. Fuere qui factum crederent Guilielmi Postelli. Sed verus auctor est Thomas Fœdrus, qui vixit anno *MDCCCXC*.

C A P. X.

L. *Sifenna quando vixerit, scripseritque: fuisse à gente Cornelia: præturam ubi gesserit: Attico fuisse familiarem: minus liberè scripsisse: historiæ ejus quid laudi datum, & in quo dictio culparetur: vertisse & fabulas Milesiacas: commentarius ejusdem in Plautum.* **Q.** *Claudii Quadri-*

garii *atas*, & rerum Romanarum annales sive historia. *Annales Acilianii à Claudio versi. Annales Q. Valerii Antiatii. C. Licinius Macer, Calvi poëtae pater, in historiâ suâ multa ex linteis magistratum libris hausit. Subinde à veteribus Licinius vocatur. Nomen ejus apud Ciceronem corruptum. Nonius correctus. Alius ab hoc Macro historico Æmilius Macer, poëta. Pompilii Andronici annales elenchi.*

PAR quoque superioribus fuit L. SISENNA: ut cognoscere est ex his Velleji Paterculi verbis lib. 11: Numantino bello (Lucilius) eques militaverat. Quo quidem tempore juvenis adhuc Iugurtha, ac Marius, sub eodem Africano militantes, in iisdem castris didicere, quæ postea in contrariis facerent. Historiarum auctor jam tum Sisenña erat juvenis: sed opus belli civilis Syllani post aliquot annos ab eo seniore editum est. Vetusior Sisenñâ fuit Calius; aqualis Sisenña Rutilius, Claudiusque Quadrigarius, & Valerius Antias. Etiam ætatem ejus Cicero nos docet in Bruto: Inferioris, inquit, ætatis erat proximus L. Sisenña, interjectus inter duas ætates, Hortensii, & Sulpicii. Significat, grandiozem fuisse Hortensio oratore: juniorem autem P. Sulpicio Rufo, qui magna ex parte causâ fuit belli civilis Mariani: ut docet Cicero non uno in loco, Liviana epitome libri LXXVI I, Valerius Max. lib. VI. cap. v. Paterculus lib. 11, & Plutarchus in Sylla. Quæ ex gente fuerit, certò se scire posse, negat vir doctissimus Seb. Corradus a, ed quòd Sisenñæ cognomen inveniatur, tum in Gabiniis, apud Valerium Max. lib. VII I cap. 1. & Dionem lib. XXX I. tum in Corneliis apud Livium lib. XXX I X: tum in Statiliis apud Vellejum lib. 11. Sed historicus hic è gente Cornelia fuit. Nam Cornelium vocat Festus in *Scrupea*. Cujusmodi fuerit orator, docet Cicero in Bruto: ubi vocatur, doctus vir, & studiis optimis deditus, bene Latinè loquens, gnarus Reip. non sine faciliis; sed neque laboris multi, nec satis versatus in causis. Ibidem addit, nec consequi potuisse Sulpitium: & necesse fuisse, ut cederet Hortensio. Eundem describit hoc modo oratione pro Cornelio: Non denique homo illorum, & vitâ, & prudentiâ, longè dissimilis; sed tamen nimis in gratificando jure liber, L. Sisenña, bonorum Cn. Cornelii possessionem ex edicto suo P. Scipioni, adolescenti summâ nobilitate, eximiâ virtute prædito, dedisser. Ad quæ Ciceronis verba ita Afconius Pedianus: Hoc solum hic annotandum est, hunc esse L. Sisenñam, qui

a Comm.
in Bru.
tum.

res Romanas scripsit. Fuit & in Sicilia Prætor. Ac satis verisimilis est conjectura Stephani Pighii, qui in tertio Annalium Romanorum, Lilyberanum fuisse prætorem, colligit ex Ciceronis Verrinis. Vide eum ad annum 1061XVI. Postmodum autem Achajæ prætor factus. Familiaris erat Pomponio Attico: ut Cicero testatur in Bruto; ubi sic de eo loquentem Atticum inducit: *Ille familiaris meus, rectè loqui putabat esse inustratè loqui.* Unde & Sebastianus Corradus putabat, lib. 1 de legg. ubi itidem Atticus loquitur, corrigi oportere, *Sisenna amicus meus.* Quo loco in vulgatis legi solet, *amicus ejus.* Nempe ut ad Accium referatur: quod fieri planè nequit, cum Sisenna Accii esse amicus non possit, quia anno 106XIV jam triginta annorum erat Accius, fabulæque eo anno cum Paccuvio docebat. At Sisenna erat æqualis Syllæ, qui dictator dictus anno Urbis 106LXXI. Corruit tamen hoc argumentum, si pro *Accium* legi debet *Macrum*: qua de re mox dicam. Quod argumentum in historiâ suâ Sisenna tractari, ex fragmentis satis cognoscitur. Nam inde ab iis orsum liquet, quæ contingere post Urbem à Gallis captam; desuisse autem in rebus Syllæ. Sed in his non liberè satis scripsit. Quod Sallustius testatur in Jugurtha: *L. Sisenna optumè, & diligentissimè omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore locutus videtur.* Omnes autem historicos, qui ante se fuere, vicit: quæ & causa est, cur Varro librum suum de historia inscripserit *Sisennam.* Erat tamen, quod in dictione ejus requiri posset. Unde Cicero in Bruto: *Sisenna omnis facultas ex historia ipsius perspicitur: quæ cum facillè omnes vincat superiores; tum indicat tamen, quantum absit à summo; quamque genus hoc descriptionis nondum sit Latinis literis illustratum.* Et in primo de Legg. *Sisenna omnes adhuc nostros scriptores, nisi forè qui nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facillè superavit.* Is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus, & in historia puerile quiddam consecratur: ut unum Clitarchum, neque quemquam præterea, de Græcis legisse videatur. Eum tamen velle duntaxat imitari: quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset. Vertit Sisenna etiam fabulas Milesiæcis Aristidis; ut diximus lib. III de Historicis Græcis. Meminit Ovidius lib. II Tristium:

Vertit Aristidem Sisenna; nec obsuit illi

Historia turpes inseruisse jocos.

Pluscula autem ex istis Sisennæ Milesiæcis passim citat Charisius lib. II. Laudat & Servius. Meminere etiam veteres Grammatici commentarii ejus in Plautum. Sed de eo agere non est hujus instituti.

tuti. Solum dicam, nihil mirum esse, si eo in scriptore enucleando operam posuerit tantus antiqui sermonis amator: qualem eum nobis describit Cicero in Bruto.

Sifennæ æquales fuere Q. Claudius Quadrigarius, & Q. Valerius Antias; ut Vellejus ait, cujus verba antea vidimus. Itaque de his nunc agemus.

Quæ Q. CLAUDIUS QUADRIGARIUS scripsit, trifariam video à veteribus appellari. Nunc enim Annales, nunc Historiæ, nunc Romanarum rerum libri vocantur. Multa ex iis adducit Livius, longè plura Gellius, nec pauca Macrobius, Servius, Nonius, Priscianus. Illustre quoque ex duodevigesimo annalium est apud Senecam fragmentum lib. III de beneficiis cap. XXIII. Nonius in *Horrea* citat Claudii orationem in Quinctium Gallum. Meminit & hujus historici Ioannes Sarisberienfis lib. V cap. VII. Ambigo autem, hic ne, an alius sit Claudius ille, qui annales C. Acilii Plutarcho etiam memoratos in Romulo, Latine transtulit. Livius lib. XXV. *Ad triginta septem millia hostium caesa, auctor est Claudius, qui annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem vertit.* Apud Appianum etiam lib. de bellis Gallicis a Claudii Paulli Annalium, in quibus proditum dicitur, quomodo bello Cimbrico à Tigurinis caesus sit Pisonis exercitus, & Claudii sub jugum missus. Addit *ὁ ἐν ἑλληνικαῖς σαυπηξέσει δοκεῖ Παύλω τῷ Κλαυδίῳ.* *Vi in annalibus suis videtur Paulo Claudio.* Non puto in gente Claudia fuisse Paullos, sed in Æmiliis, Iuliis, Sergiis. Quare locum censeo corruptum. Nec video quem signet Appianus, nisi Claudium Quadrigarium, vel Acilianorum Annalium interpretem.

Q. VALERIUS ANTIAS Annales reliquit, grande opus. Nam librum eorum LXXIV citat Priscianus in IX: LXXV autem Gellius lib. VII cap. IX. iis quoque exposuisse, quæ reges gesserunt, satis ostendunt, quæ ex Antiate hoc de Romulo narrat auctor de Origine gentis Romanæ: de Numa item Arnobius lib. V: deque Servio Tullio Plinius lib. XIII cap. XIII. ac Plutarchus de Fortuna Romanorum. Præter istos multa ex eo refert Livius. Inter alia extremo lib. XXVII habes: *Eas naves Valerius, prædam Hetruscam Ligurumque montanorum captivos Carthaginem portantes, captas tradit.* Qui locus addendus fragmentis à Riccobono collectis. Nec parum debet ei Plinius ut cognoscimus ex indice lib. II, III, XII, XXI, & XXVII. item ex libri II cap. CVII, lib. III cap. V, lib. XXXIV cap. VII. Præterea meminere Pedianus, Censorinus, Gellius, Charisius, Macro-

a P. 754.
edit. H.
Steph.

buis, Priscianus. Facileque iis subscribo, qui apud Arnobium lib. VI legunt, *Quod si planum fieri testimonii postulatis auctorum; Sammonicus, Granius, Valerius Antias, vobis. & Fabius, indicabunt, cujus Tulus fuerit filius, &c.* Vulgo Valerianus pro Valerius Antias legitur.

Valde autem errat Glandorpius in Onomastico, cum existimat, historicum hunc bello Punico secundo militasse sub Q. Fulvio Flacco, ac custodiendis, avehendisque in Urbem Macedonum legatis praefectum fuisse. Tuetur è verbis Livii lib. XXI I: qui hoc quidem de L. Valerio Antiatae refert; sed eum, cujus istic meminit, historiam scripsisse non dicit: at historiam scriptorem Valerium Antiataem Sisennae, Rutilii, & Quadrigarii fuisse aequalem, clarè dicit Vellejus. Unum hoc in eo scriptore notatur, quod omnia in immensum prope auget: quod immane in historico vitium est. Itaque saepe fidei omnino est suspectioris. Quod Livius non obscure indicat, lib. xxxv I. Nam cum magnitudinem victoriae à Q. Minucio proconsole reportatae de Liguribus memorasset ex Valerio Antiatae: subdit de scriptore isto: *Vbi in numero scriptori parum fidei sit, quia in eo augendo non alius intemperantior est: magnam tamen victoriam fuisse apparet, quod & castra capta sunt.* &c.

P. 171. e-
dit. Elze.

Sisennae etiam aequalis fuit C. LICINIUS MACER; si is est, qui quaestor erat anno IocLXV, atque à Cicerone pratore accusatus repetundarum, & damnationem metuens, voluntariam morte periiit: ut testantur Cicero lib. I epist. ad Att. Valerius Max. lib. IX cap. XII, & Plutarchus in Cicerone. Habuit is filium Licinium Macrum Calvum, poetam nobilem, atque, ut ibidem Valerius vocat, illustris ingenii oratorem, qui diu cum Cicerone iniquum de principatu eloquentiae certamen habuit: ut auctor est Quintilianus vel quisquis scriptor dialogi de causis corruptae eloquentiae. Sed si hujus Calvi parens est historicus iste; mirum annalium ejus non meminisse Ciceronem in Bruto; quo loco illum inter patronos reponit. Nec propterea de aetate ejus dubitandum. Nam est & Ciceronis locus, in primo de Legg. ubi Sisennam ejus amicum vocat; si recta est emendatio doctissimi Caroli Sigonii. Vulgo quidem sic legitur: *Nam quid Accium memorem, cujus loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa eruvita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis: in orationibus autem multus & ineptus, ad summam impudentiam.* Continuo subdit: *Sisenna, ejus amicus, omnes adhuc nostros scriptores facile superavit.* De Accio autem istic sermo esse non potest: tum quia non de aliis loquitur Cicero, quam qui oratione soluta scri-

plerunt: tum quia, ut paulò antè ostensum, cùm de Sisenna loqueretur, temporum ratio refragatur, quò minùs Accius potuerit Sisennæ esse amicus. Porrò in quibusdam codd. pro *Accium* est *Acrum*. Unde *Sigonius* legit *Macrum*. Imò & *Fulvius Ursinus* auctor est, *Macrum* se reperisse emendatum in libro, quem cum *Mso* doctissimus vir contulerat. Ac legit eopse modo *Paullus Manutius*. Nec, quin ita legi oporteat, ullus dubito. Scripsit *Licinius Macer*, sive annales, ut *Nonius* vocat in *lues*, & *luculentum*: sive *rerum Romanarum libros*, prout in *patibulum* nominat; ubi earum laudat librum *xxi*. Pluscùla ex iis adfert *Livius*: qui lib. *iv* auctor est, ab hoc *Macro Licinio* identidem citari linteos magistratuum libros, qui repositi erant in æde *Monetæ*. Etiam scriptoris hujus mentionem facit *Dionysius Antiquit. Rom. lib. ii, iv, v, vi, & vii*. quibus *ἀπὸ τῶν* *Licinium* vocat. Et hæc fortasse causâ est, cur aliqua eorum præterierint fragmentorum collectores. Meminere & *Censorinus*, *Macrobius*, & scriptor de origine gentis Romanæ. Etiam *Licinius Macer* pro *Thufcis* citatur à *Prisciano* lib. *x*. Adhæc ex *Licini Macri* ad *Senatum* epistola testimonium petit *Nonius* in *Contendere*. Idem *Nonius* in *Profecta* ex *Ornithogonia* *Licini Macri* adfert istud:

---- *Vulcani tosta vapore*

Cum virgis profecta ferunt ----

Sed legendum *Æmilius Macer*: quomodo *Ornithogoniæ* auctor vocatur à *Diomede* libro *i*. At facillè *Iunio Mercero*que, assentio, cùm apud *Nonium* in *Clypeus*, pro *Licinius in Marte*, reponunt *Licinius Macer*. Ubi ex eo hæc verba promuntur: *Pars magna levis clypea portant*. Fortasse autem etiam *Macrum* hunc intelligat aliquis apud *Suetonium* in *Illustribus grammaticis*, ubi laudat *C. Licinium, consularem historicum*; atque ab eo *Hyginum*, *Augusti libertum*, sustentatum ait. Negat ad eum locum *Elias Vinerus* se quicquam de illo uspiam legisse. Sed legendum ibi *C. Asinium*, ut alibi à nobis dicitur. Ex *Macro* aliqua ad rerum naturam pertinentia adducit *Plinius* lib. *xxxii* cap. *i* & *ii*. Mihi is potius *Æmilius Macer* videtur: qui *ornithogoniam*, *ophiogoniam*, & *botanica*, scripsit: unde *Ovidius* in *Tristibus*:

Sæpe suas volucres legit mihi grandior avo,

Queque nocet serpens, qua juvat herba, Macer.

Obiit is in *Asia* anno *Urbis* *Idcccxxxviii*, triennio post *Virgilium*; ut ex *Eusebiano Hieronymi Chronico* cognoscitur.

At Macer, qui vulgo circumfertur Galeno est posterior.

Iisdem, ac Sisenna, Antias, Quadrigarius, ac Licinius Macer, temporibus vixit M. POMPILIUS ANDRONICUS, Syrus. Æqualis enim M. Antonii Gniphonis: is autem, ut Suetonius in illustribus Grammaticis ait, in domo Julii Cæsaris adhuc pueri docuit: eumque Cicero docentem audivit, etiam cum præturâ fungeretur. Scripsit Pompilius hic annales elenchos. De quo inibi sic idem Tranquillus: *Cumas transit, ibique in otio vixit, & multa composuit: verum aded inops, atque egens, ut coactus sit præcipuum illud opusculum annalium elenchorum sedecim millibus nummum cuidam vendere. Quos libros Orbilius suppressos redemisse dixit, vulgandosque curasse, nomine auctoris.* In quibusdam tamen libris est annalium Ennii elenchorum. Nec displicet.

CAP. XI.

Conjunctio Hortensii, Attici, ac Ciceronis. Ejusdem Hortensii consulatus, poëmata lasciva, annales, uxor, molli- ties, obitus, filius, diserta filia, nepos. Annalium Attici argumentum, ejus de familiis libri, ac versus subjuncti imaginibus doctorum virorum, item historia Græca de Ciceronis consulatu. De factis Capitolinis sententia Onuphrii refellitur. Fasti Verrii Præneste ordinati. Corrupto Ciceronis loco decipi, qui Atticum de rerum naturâ scripsisse arbitrantur. Etiam Cicero de condenda Latine historia cogitavit. De consulatu suo idem Græcè tractavit. A Patricio, ac Manutio, recessum. Latine de consulatu suo scribendi Lucejo argumentum suggestit. Græci de hoc argumento commentarii à Caleno apud Dionem traducuntur. Res Marii carmine signavit, in quo pleraque fide magis poëtica, quàm historica. Ciceronis chorographia. Etiam geographiam meditabatur. Brutus Ciceronis, opus partim rhetoricum, partim historicum.

Videndum nunc de tribus illis, Hortensio, Attico, & Cicerone. Quos ut chartâ hac jungam, ipsa jubet conjunctio animorum, quæ inter eos fuit: ut ostendit Cornelius Nepos in Attici vita, his verbis: *Vtebatur Atticus intimè Q. Hortensio, qui in temporibus prin-*
cipatum

cupatum eloquentia tenebat; ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius. & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tanta laudis esset emulatio, nulla intercederet obrectatio, essetq; talium virorum copula.

Q. HORTENSIUS ORTALUS, nobilis ille orator, qui cum **Q. Cæcilio Metello** consul fuit: ut **Asconius** scribit, præter orationes, & lasciva poemata, (quorum **Ovidius** in *Elegiis* meminit, & **Gellius** lib. *xix* cap. *ix*.) etiam annales edidit; quemadmodum indicant hæc **Velleji Paterculi** verba lib. *ii*. *Cujus de virtutibus* (de **Minatio Magio**, **Velleji** atavo, sermo est) *cum alii, tum maxime, dilucideq; Q. Hortensius in Annalibus suis retulit.* Et videtur idem opus signare **Cicero** lib. *xii* ad *Att. epist. v*: *Conturbor epitome Bruti Fannianâ. In Bruti epitome Fannianorum* (fortasse legendum, *E Bruti epitome Fannianorum*) *scripsi, quod erat in extremo: idque ego, secutus hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Lalii. sed tu me γεωμετρικῶς refelleras: te autem nunc Brutus, & Fannius. Ego tamen de bono auctore Hortensio sic acceperam, ut apud Brutum est.* De hujus **Hortensii** facundia, præter alios, **Tullium** vide in fine libri *iii* de *Oratore*. irem in **Bruto**, ubi & memoriam ejus celebrat. **Quod** & **M. Seneca** facit in præfatione *controversiarum*. **Ut Porcius Cato**, consentiente socero **Philippo**, suam ei uxorem, liberum quærendum gratiâ, dederit: legere potes apud **Plutarchum** in *Catone*. Quam fuerit sumtuosus, ac in vestitu mollis, docebunt, **Varro** lib. *iii* de *R. R.* cap. *vi*, & imprimis cap. ult. **Plinius** lib. *ix* cap. *lv*, & lib. *x* cap. *xx*, **Gellius** lib. *i* cap. *v*, **Macrobius** lib. *iii* cap. *xiii*. Nihil igitur mirum, si, qui talis foret, consulibus, sumtuariam legem ferre volentibus, fuerit adversatus: ut narrat **Dio** lib. *xxix*. **Obiit L. Emilio Paullo**, & **C. Claudio Marcello** consulibus; cum è *Ciliciâ* **Cicero** Romam reverteretur; ut in **Bruti** proœmio legimus. **Filius** ejus periit bello civili **Brutiano**; teste **Vellejo** lib. *ii*, & **Plutarcho** in *Catone*. De filia, paternæ eloquentiæ hærede, loquuntur **Valerius Maximus** lib. *viii* cap. *iii*, **Quintilianus** lib. *i* cap. *ii*, **Appianus** lib. *iv* belli civilis. De nepote, **Valerius** lib. *iii* cap. *v*, **Suetonius** in *Tiberio*, **Tacitus** lib. *ii* *Annalium*.

T. Pomponius Atticus, sive, ut post adoptionem dicebatur, **Q. Cæcilius Pomponianus Atticus**, annales condidit. Ita vocat **Tullius** ad eum scribens lib. *xii*. *Quibus coff. Carneades, & ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali.* Et **Asconius Pedianus** annales **Attici** laudat in orat. pro **Cornel.** & in **Pison.** Fuisse verò annales

les imperii Romani, liquet ex illis Cornelii Nepotis verbis in Attici vita: *Moris etiam majorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam aded diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ordinavit. Nulla enim lex, neque pax, neque res illustris pop. Rom. qua non in eo suo tempore sit notata. Et, quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere.* Quibus ex verbis perspicimus, duo iis fuisse libris complexum; temporum seriem, & originem familiarum. De priori ita Tullius quoque in Bruti penè initio: *Nempe eum dicis (librum) quo iste (Atticus) omnem rerum memoriam breviter, & ut mihi quidem visum est, perdiligenter complexus est.* Et paulò post: *Habuit iste liber Attici, & nova mihi quidem multa, & eam utilitatem, quam requirebam: ut, explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia viderem.* Illustrem quoque locum habemus Ciceronis hac de re in Oratore: *Cognoscat etiam rerum gestarum, & memoriæ veteris ordinem, maxime scilicet nostræ civitatis: sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium; quem laborem nobis Attici nostri levavit labor: qui conservatis, notatisque temporibus, nihil cum illustre prætermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit.* Ex his verbis cognoscimus, non res solum Romanas tractasse; sed etiam externas: etiam imprimis Romanas res voluerit illustrare. Sanè septingentorum hic annorum meminit. At cum ista scriberet Cicero, annus erat ab V. C. DCCVII. Et hæc de præcipuo Annalium argumento. Quod verò Nepos ait, præterea de familiis eo egisse libro; id asseveranti credere debemus: sed accuratius eam partem altero est opere persecutus. De quo sic idem Nepos: *Fecit hoc idem separatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Iuniam familiam à stirpe ad hanc ætatem, ordine enumeraverit, notans, qui, à quo ortus, quos honores, quibusque temporibus, cepisset: pari modo Marcelli Claudii de Marcellorum; Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, de Corneliorum, & Fabiorum, & Emiliorum quoque: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum.* Præterea edidit imagines doctorum virorum, & versiculos unicuique imagini suos subjunxit. Idem Nepos: *Attigit quoque poetice: credimus, ne ejus expers esset suavitatis. Namque versibus, qui honore, rerumque gestarum amplitudine, ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit: ita, ut sub singulorum imaginibus facta, magistratusque eorum non amplius quaternis, quinisque versibus describeret.* Quod vix credendum sit, tantas res tam breviter potuisse declarari. Meminit & Plinius lib. xxxv histor. natur. cap. 11: *Imaginum amorem flagrâsse quondam, testes sunt,*

& Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine; & M. Varro, &c. Denique, ut idem Nepos dicit, Est etiam (Attici) liber Græcè confectus de consulatu Ciceronis. Stephani Pighii opinio est, fastos Capitolinos, quorum fragmenta ante annos circiter quinquaginta magno historiarum Romanarum bono eruta sunt, non tam à Verrio Flacco esse conscriptos, quam ab homine docto post Verrii tempora ex annalibus Attici esse ordinatos, confectosque. Sanè ipsum Atticum esse fastorum Capitolinorum auctorem, dicere non audet: nec verisimile est, cum Cornelius Nepos adeò nobilis operis nullus meminerit. Adde quod Tacitus in IV. Hist. scribit, Vespasiano iterum & Tito filio cons. fastos esse renovatos correctosque, annis centum post mortem Attici. Præterea, in fragmentis illis Capitolinis, unum est, ubi fiat mentio ludorum secularium, quos Domitianus instituit. Quare Atticus ἀρχὴς fastorum esse auctor non potest. Tamen planè est, auctorem eorum potissimum Attici libros secutum fuisse, cum nemo accuratius digesserit Romanos consules, magistratus, triumphos: ut constat ex iis, quæ diximus. Quod verò Onuphrius Panuinus Verrium Flaccum auctorem putavit, id inde evenit, quia Suetonius libello de claris Oratoribus dicat: *Statuam habet Præneste in inferiore fori parte, contra hemicyclium; in quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos, publicârat.* Sed marmora hæc Præneste fuisse dicuntur; non Romæ. Quod opinionem Onuphrii penitus evertit. At, inquit, ubi Præneste est, fortasse scriptum fuit *prope Vestæ*. Aliquid diceret, si qua statua Verrii, vel ullum hemicyclium, in quo fastos ordinârat, prope Vestæ, ac juxta forum, inventum esset. Deinde fragmenta illa eruta planam habent figuram, non hemicyclii: quod ipsum quoque ei adversatur sententiæ. Ut omnino retinere oporteat Præneste: quod antiquissimum Italiæ municipium fuit; eoque suos ac peculiare habuit fastos, quos iis Verrius ordinârat.

Existimare autem aliquis possit, Atticum etiam scripsisse de rerum natura: idque propter locum illum in Ciceronis Bruto, ubi sic Atticus Ciceronem compellat: *Vt illos de Rep. libros edidisti; nihil à te sanè accepimus: eisque nosmet ipsis ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impulsus, atque incensi sumus.* Sed lectioni huic obstat, quòd memoria rerum gestarum potius, quam naturalium est; nisi quatenus prodigia, aliaque miranda, etiam commemorari in historiis solent. Adde quod, si hac de re scripsisset Atticus, non præterisset id Nepos. Quare his assentiendum, qui pro rerum naturalium

legunt veterum annalium: vel, ut alii, qui propius ab veteri lectione absunt, rerum nostrarum, id est, Romanarum. Nam et si res quoque externas complexus erat Atticus: tamen præcipuè ei propositum fuit illustrare imperium Romanum, quod annos jam steterat septingentos. Pro qua sententia etiam Ciceronis locus facit ex Oratore paulè ante allatus.

CICERONI quoque in animo fuisse historiam scribere, non obscurum est; cum ex eo, quod in secundo de Oratore, sub Antonii persona, opus hoc oratorium maximè dicat: tum ex illis in primo de Legibus, quæ Atticum sibi dicentem inducit: *Postulatur à te jamdudum, vel flagituratur potius historia. Sic enim putant, te illam tractante, effici posse, ut in hoc etiam genere Græcia nihil cedamus. Atque ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi videris eorum studius, qui tuis literis delectantur, sed etiam patriæ debere hoc munus; ut ea, quæ salva per te est, per te eorum sit ornata. Absit enim historia literis nostris, ut & ipse intelligo, & ex te persæpe audio. Potes autem tu profectò satisfacere in eâ: quippe cõfuit opus, et tibi quidem videri solet, unum hoc oratorium maximè.* Et eruditâ illâ epistolâ ad Luccejum, quæ est libro v. epist. ad fam. iares, significat, nisi à Luccejo impetret, ut consulatus sui historiam scribere velit, sese scripturum de se ipso. Et Græcè id fecisse, satis constat ex lib. i ad Att. epist. xvi, & lib. ii ep. i, & Plutarcho in Cæsare. Latine autem de consulatu suo quidem scripsit; sed carmine, idque libris tribus. In secundo de consulatu Urania loquebatur; ut constat ex primo de divinatione: in tertio autem Calliope; ut liquet ex lib. iii ad Att. ep. iii. Meminit eorum & librorum epist. vi lib. i ad Att. ubi tertium poemâ expectare jubet. Item Lactantius lib. iii cap. xvi i, & Nonius in *Eventus*. A liter autem persuadere mihi non possum, quàm eosdem libros designari à Cicerone epist. ad Lentulum, quæ est nona libri primi ad famili. *Scripti etiam versibus tres libros de temporibus meis: quos jam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem. Sunt enim testes, & erunt sempiterni, metrorum tuorum erga me, meaque in te pietatis.* Andreae tamen Patricio, uti & Paulo Manutio, diversi videntur; quia libri de consulatu, Afranio & Metello consulibus, fuerint perfecti: hos autè de temporibus suis libros inter eos reponat, quos scripserit post discessum Lentuli in Ciliciam: at post eos consules anno demum quarto Lentulus in provinciam est profectus. Est hoc sanè alicujus coloris argumentum. Sed cui verisimile fiat, Ciceronem bis de rebus à se gestis scripsisse; idque versibus, & totidem, tribus nempe, libris:

Quare ita credere malo, eos quidem libros à Cicerone fuisse ante exilium scriptos; sed non esse publici juris factos: post reditum autem ab exilio, ac imprimis post Lentuli discessum, revocatos fuisse ad incudem, ut novi possent videri. Et ita de libris, quos versibus Cicero de consulatu suo scripsit, mihi quidem videtur. Prosâ autem non arbitror hanc materiem tractâsse; si exceperis illa, quæ Luccejo misit, ut ei subsidio essent in historia scribenda. Sic enim Tullius ad eum loquitur: *Si suscipis causam, conficiam commentarios rerum omnium.* Luccejum autem suscepisse causam, constat ex epist. vi lib. iv ad Att. Et verisimile est commetarium de consulatu signari, cum idem epist. x lib. iv ad Att. ait, *Tu Luccejo nostrum librum dabis.* Sed, ut ad priores redeam commentarios, immane quantum eos exagitat in xlvi Dionis Cassii libro Q. Fufius Calenus. Verba ejus sunt: *Καὶ ὅπως γε ἢ γελᾶσθε, ἀκούετε τῶν σοφῶν αὐτῶν. περὶ ἑκάστου ἃ πάντων τῆ πόλεως πεπεραγμένα συγγράμματα (ἔργα σοφίας, ἔποιητής, ἔφιλοσοφῶν, καὶ ῥήτων, ἔσυγγραφοῦς εἶναι πλάττειται) ἔπειτα ἔκαστον τῆς κτίσεως αὐτῆς, ὡσπερ οἱ ἄλλοι οἱ τῆ ποιεῖντες, ἀλλὰ δὸν τῆς ὑπατείας τῆ εὐατῆ ἤρξατο ἵνα ἀνάπλεον περὶ χωρῶν, ἀρχῶν μὲν ἔργων ἐκείνων, τελευτῶν δὲ τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν ποιήσεται.* Sed ut videre possitis, attendite hominis sapientiam. Cum proposuisset sibi omnium hujus Urbis rerum historiam scribendam (nam & sophistam, & poetam, & philosophum, & oratorem, & historicum se profitetur) non ab Urbe conditâ initium duxit, quod alii fecerunt: sed à consulatu suo: ut retro procedendo initium commentarii sui consularum eum; finem verò regnum Romuli faciat. Sed quis bonus aded Tullio est infestus, ut audiendum putet maledicentissimum Calenum? imò vel Dionem ipsum, obtrectatorem, & Senecæ, & optimi cujusque?

Etiam adolescens, cum Mutio Scævola operam daret in jure civili, carmine scripsit res gestas municipis sui Marii. Meminit ipse initio primi de Legibus, ubi Atticus sic loquitur: *Lucus quidem ille, & hac Arpinatium quercus agnoscitur, saepe à me lectus in Mario.* Et mox ait Quintus: *Dum Latina loquentur litera, quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: eaque, ut ait Scævola de fratris mei Mario,*

Canescet seclis innumerabilibus.

Non omnia autem ad veritatis obrusam exegisse: sed aliqua more poetico, finxisse; colligi videtur ex iis, quæ subjungit. Atqui multa queruntur in Mario, fictane, an vera sint: & à nonnullis, quòd, & in recenti memoria, & in Arpinati homine, vel severitas à te postulatur. M. Et me hercule ego me cupio non mendacem putari: sed tamen non nulli

isti, Tite, faciunt imperitè; qui in isto opusculo, non; ut à poëtas, sed, ut à teste, veritatem exigunt. Mentio quoque est lib. I de divin. ubi Quintus ita Marcum compellat: *Quid illo auspicio divinius, quod apud te in Mario est? ut utar potissimum te auctore.* Et ad Atticum lib XII epist. XLVII: *Hæri quidam urbani, ut videbantur, ad me mandata & litteras attulerunt à C. Mario C. F. Eum multis verbis agere mecum, per cognitionem, quæ mihi secunda esset per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi, avi sui, ut se defenderem.*

Scriptit & Cicero Chorographiam: unde Priscianus in VI hæc verba adducit: *Ibi quercorum rami ad terram jacent, ut sues, quasi caprea, ex ramis glande pascantur.* Etiam geographica scribere decrevit: sed à proposito desistit. Cicero ad Att. lib. II epist. VI: *A scribendo prorsus abhorret animus. Etenim γεωγραφία, quæ constitueram, magnum opus est. Ita valde Eratosthenes, quem mihi proposueram, à Serapione, & ab Hipparcho, reprehenditur. Quid censes, si Ty anno accesserit? & hercule sunt res difficiles ad explicandum, & μυσταίς; nec possunt tam ἀνοήτοις, quàm videbantur.* Videtur tamen Atticus & postea ad geographiam esse adhortatus. Nam proximâ epistolâ sic Attico respondet: *De geographiâ etiam atque etiam deliberabimus.*

Ex iis autem, quæ hodie supersunt, nihil Ciceronis magis historicum dici meretur, quàm ejus Brutus, sive de claris oratoribus liber: quem non immeritò historiam vocari, tum argumentum satis indicat: tum illa Attici, in extremo prope libello, verba ostendunt: *In historia, quâ tu es usus in omni sermone, cum qualis quisque orator fuisset, exponeres.* Nec tamen mera est historia. Nam eopse postea libro legas: *Sed quoniam omnis hic sermo noster, non solum enumerationem oratoriam, (sive potius oratorum, ut Corradus legit) verum etiam præcepta quadam desiderat.*

CAP. XII.

Quintus Lutatius auctor communium historiarum. Varronis Sisenna, sive de historia liber: item annales ejusdem, & antiquitatum libri, deque vita populi Romani, deque poëtis, & alii. Argumentum operis, quod Hebdomas inscripserat. Ecquis Nigidio Figulo hic locus; ut Riccobonus credidit. Aelius Tubero. Riccoboni, Popmæ, & aliorum lapsus, qui Tuberonem historicum Scipionis Africani junioris temporibus vixisse arbitrantur. Athenæus

emendatus. L. Luccei elogium ex Cicerone, libri ejus de bello Italico, ac civili, & opus de consulatu Ciceronis. Annales Tanusii. Corruptè eum vocari Ganusium, Tamusium, & Tamisium. Tanusii, & Volusii, annales quàm malè audierint. Trebellii Pollionis vetus lætio defensa, adversus Hermolaum Barbarum. Ab eo Procilium, & Proculum, confundi. Annales Furii carmine epico conditi.

QUINCTI LUTATII duo fuere. Uni cognomen erat *Catulus*: de quo dictum nobis lib. I cap. IX. Alter autem eo junior fuit. Atque ejus qui meminerit, antiquissimus est Varro in IX de L. L. ubi eum *Ælio Stiloni* subjungit. In quo si temporis ratio habita est, ut censeo; vixerit ætate Varronis. Verba ejus sunt ista: *C. Ælius, & Q. Lutatius, scribunt, eum locum (lacum Curtium) esse fulguratum, & ex senatusconsulto seprum esse; idque factum esse à Curtio consule, cui M. Genucius fuit collega.* Solinus cap. XI tradit ex eodem, Romam esse conditam Olympiadis VII anno II. *Se. vius* in IX *Æn.* ex eo prodit, unde dictæ sint *Bajæ*. Appellat autem ibi hoc opus *Lutatii communes historias*. Volumen illud in libros divisum fuisse, indicat, quòd secundum, tertiumque *Lutatii* librum, citat auctor de origine gentis Romanæ: quartum autem *Junius Philargyrius* in extrema IV *Georg.* Vir eruditus, qui apud eundem de origine Romanæ gentis scriptorem pro *Lutatius* legere mavult *Vulcatius*; satis refellit scriptoribus aliis, qui *Lutatii* non minùs, quàm *Vulcatii*, meminerunt. Quin planè assentio doctissimo *Andrea Schotto*, qui *Lutatii* nomen quoque reponit apud *Servium*, quo loco à *Livio* relatum ait, ab *Ænea* esse proditam *Trojam*. Nusquam enim id *Livius* dicit: sed à *Lutatio* traditum est, non modo *Antenor*em, sed etiam ipsum *Æneam*, proditorum patriæ fuisse: ut ait scriptor de origine gentis Romanæ.

M. TERENTIUS VARRO, vir undecunque doctissimus, & πολυγράφος, inter alia tam multa, librum scripsit hoc titulo, *Sisenna, sive de historia*. Unde verba quædam *Gellius* citat lib. XVI cap. IX. Item *Annales* reliquit: ex quorum tertio *Charisius* lib. I refert, *Servium Tullium* primum fuisse, qui nummum argenteam conflaret; eumque fuisse quatuor scriptulis majorem, quàm *Varronis* foret ævo. Præterea res veteres Romanas explicuit in

Antiquitatibus suis rerum humanarum divinarumque. Multa ex iis veteres citant. Dionysius *ἀρχαιολογίας* appellat lib. 1, ubi ex iis refert, Aboriginum urbes fuisse in agro Reatino; non longè ab Apenninis montibus. Alia quoque adfert, in quibus Varronem sequi se ait. Etiam in iisdem libris complexus fuit res à Jove in Italia gestas: teste Lactantio lib. 1 de falsa religione cap. xiiii. ubi quinque istos jungit, *Diodorum, Thallum, Nepotem, Cassium, & Varronem*, eosque vocat *historiarum ac rerum antiquarum scriptores*. Fecit & libros de vita populi Romani, quos ad T. Pomponium Atticum scripsit. Item de gente populi Rom. Et puto, hujus partera operis signari à Fabio lib. 1 cap. vii, cum ait: *Varro in eo libro, quo initia Urbis Roma enarrat, lupum feminam dicit*. Item libris minimùm tribus egit de rebus urbanis. Adhæc de scenicis originibus: item de poëtis. Insuper de vita sua. Item de familiis Trojanis. Reliquit & hebdomades. Quorum omnium auctores laudaremus, nisi id fecissent illi, qui fragmenta anquisiverunt. Cæterùm hebdomadam opus, quod postremo loco referebam, continebat imagines doctorum virorum, eorumque elogia: ut ex Symmachi ad Aufonium epistolis rectè colligitur à viris doctis. Ita Demetrii Phaleri imagini adjectum erat elogium:

Hic Demetrius aneas tot aptu' st,

Quot luceis habet annus absolutus.

Prout Nonii a verba legi debere, primus vidit Jos. Scaliger b. Illustris hoc de Varronis opere est Plinii locus lib. xxxv Histor. Nat. cap. 11: *Imaginum amorem flagrâsse quondam; testes sunt, & Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, & Marcus Varro, benignissimo invento, insertis voluminum suorum fecunditati, non nominibus tantùm septingentorum illustrium, sed & aliquo modo imaginibus; non passis intercidere figurâs; aut vetustatem avi contra homines valere; inventione muneris etiam Diis invidiosus; quando immortalitatem non solum dedit; verum etiam in omnes terras misit; ut presentes esse ubique, & claudi possent*. Meminit ejus Aufonius in Mosella, ubi nobiles aliquot architectos ex eo recenset:

Forfan & insignes hominumque operumque labores

Hic habuit decimo celebrata volumine Marci

Hebdomas.

Ubi perperam Scaliger Magi pro Marci reponendum judicat. De eodem sic Symmachus pater ad filium lib. 1. epist. 11: *Scis Terentium non Comicum, sed Reatinum, illum Romana eruditionis parentem,*
heβδο-

hebdomadam libros, epigrammatum adiectione condidisse. Ac meminit quoque sequentibus literis Symmachus filius, quas primus in Emendationum libb. Lud. Carrio publici juris fecit. In iis literis aliquos recenset, quos, inter alios, Varro suis elogiis decoravit: Ille, inquit, Platonem, qui Deos esse persuasit: ille pauperem Curium, sed divitibus imperantem: ille Severos Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum, totumque illum triumphalem Senatam, parca laude perscripsit. Hoc etiam Varronis opus, item quæ de poetis edidit, signari arbitror à B. Hieronymo præfatione libri de Ecclesiasticis scriptoribus, ubi cum exposuisset aliquos Græcorum, qui de claris viris egissent, adjungit deinde: Apud Latinos Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cuius nos exemplum vis provocare, Tranquillus. Illustre imprimis elogium Varronis est apud Tullium lib. 1. Academ. Quæst. Ubi sic eum Cicero compellat: Nos in nostra urbe peregrinantes, erranteisque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui, & ubi essemus, agnoscere. Tu atatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum, & locorum, tu omnium divinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti: plurimumque poetis nostris, omninoque Latinis & litteris luminis attulisti, & verbis: atque ipse varium & elegans omni fere numero poemata fecisti: philosophiarumque, multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad docendum parum.

Post Varronem non alius collocari debuit, quàm Romanorum post eum doctissimus, P. NIGIDIUS FIGULUS, si modò inter historicos ei est locus, quod putavit Antonius Riccobonus. Mihi alia mens. Nec aliud colligere licet ex fragmentis, quæ in Variis suis sedulæ instar apis collegit, nec collegit modò, sed etiam digessit atque emendavit, nobilissimus & clarissimus Janus Rutgersius. Aliud tamen statuere oportet, si Annales scripsit: quod ait Popelinerus a lib. v historiae de historicis.

a Pag.
301.302.

At planè hic locum sibi vindicet L. ÆLIUS TUBERO, Quinti Ciceronis in Asia legatus: de quo sic M. Tullius ad Quintum fratrem lib. 1 epist. 1: *Quanquam legatos habes eos, qui ipsi per se habituri sint rationem dignitatis suæ: de quibus honore, & dignitate, & ætate præstat Tubero: quem ego arbitror (ræsertim cum scribat historiam) multos ex suis annalibus deligere, quos velit, & possit imitari. De historia ejus judicium fert Dionysius Halicarn. lib. 1 Antiq. Rom. ubi vocatur δεινός ἀνὴρ καὶ ὡς ἔτι τὸ σωαγωγὸν ἔισοχας Ἰταλιανός, vir gravis, inque historia coagmentanda diligens. Etiam ex eadem quædam adfe-*

adfe-

adferunt Livius lib. IV, & X, Charisius lib. II, & auctor de origine
 gentis Romanae: ut Gellium, Nonium, & alios præteream. Vix
 autem dici potest, quantopere Ælii Tuberones confundantur à
 doctissimis viris. Nunc tantum de tribus dicemus, quorum scri-
 pta unius hominis creduntur, etiam à Riccobono, Popma, aliis,
 quos & ipsi perperam prius secuti sumus. Primus est is de quo M.
 Tullius in Bruto: *Et quoniam Stoicorum est fæta mentio, Q. Ælius
 Tubero fuit illo tempore, L. Paulli nepos, nullo in oratorum numero, sed
 vita severus, & congruens cum ea disciplina, quam colebat, paullo
 etiam durior; qui quidem in triumviratu judicaverit, contra P. Africani,
 avunculi sui, testimonium, vocationem augures, quo minus iudicii ope-
 ram darent, non habere: sed ut vita, sic oratione durus, incultus, hor-
 ridus. Fuit autem constans civis, & fortis, & imprimis Graccho molestus:
 quod indicat Gracchi in eum oratio. Sunt etiam in Gracchum Tubero-
 nis. Is fuit mediocrius in dicendo, doctissimus in disputando. Hic Quin-
 tus Tubero filius fuit illius Q. Tuberonis, qui gener fuit P. Æmili-
 ii Macedonici: unde Ciceroni hic nepos vocatur Paulli, avun-
 culus autem ejus fuisse dicitur P. Cornelius Scipio Africanus Æ-
 milianus, qui naturâ filius erat P. Æmilii: sed adoptatus à ma-
 joris Africani filio nomen mutavit. Vide Plutarchum in Æmili-
 o, ubi & legas ut Paullus filiarum unam M. Catoni, Censorii fi-
 lio, alteram autem Q. Tuberoni, ejus de quo Tullius loquitur pa-
 renti, dederit uxorem. Ex his satis liquet ætas Q. Tuberonis: uti
 & ex Cic. ad Att. epist. xv lib. IV; ubi æqualem facit ejus P. Ru-
 tilii, de quo cap. IX. Philosopho dies noctesque operam dedit,
 ut idem ait lib. I & II de Oratore. In oratione pro Muræna vocatur
 eruditissimus, item homo integerrimus, & civis optimus. Agit &
 de eodem Valerius Maximus lib. VI cap. V: & Seneca epist. xcv, &
 xcvi II, atque alibi, item Pomponius Tit. de origine juris, ubi
 & ipse cum P. Rutilio jungit, & Stoicum appellat. Alter est L. Æ-
 lius Tubero historicus, quem Q. Ciceronis legatum in Asia fuisse,
 ex Cicerone superius ostendimus: ut idem esse non possit ac ille
 Paulli Æmilii nepos, Rutilii æqualis. Idem proprætore Africam
 fortitus ex S. C. & lege Pompeja: Sed cum Ælicam veniret, por-
 tu atque oppido à Q. Ligario, & P. Atilio Varo prohibitus est: qui
 ne quidem perpeffi fuere, ut infirmum filium, de quo mox di-
 cam, in terram exponeret. Tangunt eam rem inter alios Cæsar
 libro I de bello civili, & Orofius lib. VI cap. XV. Tertius est Q. Æ-
 lius Tubero filius historici, qui multa scripsit in jure civili. De hoc*

ita Pomponius: *Post hos quoque Tubero fuit, qui Offilio operam dedit. Fuit autem Patricius, & transit à caussis agendis ad ius civile, maxime postquam: Quintum Ligarium accusavit, nec obtinuit apud Cajum Casarem. Is est Q. Ligarius: qui cum Africa oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haurire: quo nomine eum accusavit, & Cicero defendit. Exstat ejus oratio pulcherrima, que inscribitur pro Q. Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus juris publici, & privati: & complures utriusque operis libros reliquit: sermone etiam antiquo usus affectavit scribere: & ideo parum ejus libri grati habentur. Hunc Q. Tuberonem Tullius initio Ligarianæ vocat propinquum suum: ac paulò post patrem ejus appellat virum omni laude dignum. Cæterum historicum non filium sed patrem esse, indicant verba Tullii ad Q. Fratrem, cum ait, Tuberonem legatis cæteris præstare honore, dignitate, & ætate. Sed cum filius dicatur à Pomponio complura scripsisse de jure publico & privato, non dubito quin is signetur ab Agellio lib. XIV cap. II. ubi laudat Tuberonis librum de officio judicis. Cumque idem Pomponius dicat Tuberonem hunc affectasse sermonem antiquum, plane eundem censeo, ex cuius ad Oppium libro Probus citavit hæc verba, si generalis species occurrat: teste Gellio lib. VII cap. IX. Nempe ut veteres adinstar augmenti pro cæcurri, quod postea momordi, ita ille cæcurri usurpavit pro cæcurri. Eundem etiam designari censeo ab Athenæo lib. III: ubi de lege Fannia agit. Sed corrupte ibi legas κακίλιος & Τυβέρων. Nec enim Tuberoni nomen Cæcilius, sed Ælius. Quare verisimile sit, κακίλιος & corruptum esse ex ἡ Αἰλίου. Et si paullo aliter de hoc doctissimus Casaubonus. Multo quoque minus dubitandum de loco Suetonii in Julio cap. LX XXI I, ubi prænomine à patre clarè distinguitur. Nam ait: Q. Tubero tradit, heredem ab eo (Julio Cæsare) scribi solitum ex consulari ipse primo, usque ad initium civilis belli Cn. Pompejum, idque militibus pro concione recitatum. Plinius in indice lib. XXX I, & Tuberonem collocat inter eos, unde profecerit. Credo historicum signatit. Quod aliter esse nequit, si libri fuerint inscripti nomine Historiarum, vel Lucubrationum, vel Vigiliarum, quod est apud Populinerium lib. V. a Vellem ut loca, unde id collegit, apposuisset.*

a P. 28;

L. LUCCEIUS Q. filius, quantus vir fuerit, & quæ scripserit, ex Tullio discimus lib. V epist. XXI. quæ ad eum scripta: *Genus, inquit, scriptorum, etsi erat semper à me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem, quam celerrimè res nostras monumentis commendari tuis. Et post aliqua: Neque*

tamen,

tamen, hac cum scriberem, eram nescius, quantum oneribus premerere suscepturum rerum, & iam institutarum: sed quia videbam, Italici belli, & civilis, historiam jam penè à te esse perfectam: dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri: desse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjunctène malles cum ceteris rebus nostra conjungere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes à perpetuis suis historiis, ea, que dixi, bella separaverunt: tu quoque item civilem conjugationem ab hislibus externisque bellis sejungeres. Et post multa: Quod mihi acciderit optatius, si in hac sententiâ fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, fecernas hanc quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum. Ex his duo ista colligimus: scripsisse Luccejum historiam belli socialis, quod & Marficum, & Italicum appellatur: atque eâ elegantia hoc fecisse, ut Cicero eum potissimum elegerit, qui res in consulatu suo gestas literis mandaret. Suscepisse autem hoc onus, cognoscimus ex epist. vi ad Att. libro IV: Epistolam Luccejo quam misi, quâ, meas res ut scribat, rogo, fac ut ab eo sumas. Valde bella est: eumque, ut appropere, adhorteris: &, quod mihi se ita facturum rescriptit, agas gratias. Luccejus hic prætoram gessit. Cùm consulatum peteret, prælatus ei Bibulus, qui minùs ex Cæsaris sententiâ gesturus omnia credebatur. Bello civili secutus est Pompejum, cui, unâ cum Theophane, deserendæ Italiæ auctor fuit. Sed à Cæsare victore veniam meruit. Attico eum, post offensam, quæ intervenerat, conciliare studuit Cicero. Atque hæc ex Ciceronis epistolis, qui & ejus meminit oratione pro M. Cælio. ubi & sanctissimus testis dicitur, atq; ab humanitate, studiis, artibus, ac doctrina, laudatur.

TANUSIUS GEMINUS, Ciceronis amicus, nec semel ei laudatus, celebratur quoque Suetonio lib. I cap. x. ubi ait: *Meminerunt hujus conjugationis Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. Et mox: Tanusius adjicit, Crassum penitentia, vel metu, diem cætu destinatum non obisse, & iccirco ne Cæsarem quidem, quod ab eo dari convenerat, dedisse.* Codices Plutarchi in Cæsare corruptè vocant *Τανύσιον*, qui *Τανύσιος* est. Sed, ut Plutarchus è Latinis, ratione principis literæ, corrigi debet: ita rectè monet Casaubonus, è Plutarcho emendari oportere Ciceronis istos, & Senecæ libros, in quibus *Tamisius*, vel *Tamusus* vocatur. Senecæ de hoc scriptore judicium tale est epist. xciii: *Annales Tamusi scis quam non decori sint, & quid vocentur. aquè est vita quorundam longa, & quod Tamusi sequitur annales.* Ex allatis Senecæ verbis liquet, fuisse annales

les Tamusi, quales illi Volusi, qui eodem vixit tempore. De eo sic Catullus.

Annales Volusi cacata charta.

Et carmine in Smyrnam Cinnæ:

At Volusi annales apuam porgentur ad ipsam:

Et laxas scombris sepe dabunt tunicas.

Ita Scaliger legit, pro quo in vet. libris est, *Paduam portentur ad ipsam*. Unde Volusium fuisse Patavinum coniectant. Facilius id crederem, si scriptum fuisset, *Patavi portentur ad urbem*. Nec enim Paduam pro Patavio veteres dixerunt.

PROCILIUS quoque his temporibus fuit. Meminit ejus Varro lib. IV de L. L. *De lacu Curtio triplex historia. Nam & Procilius non idem prodidit, quod Piso: nec, quod is, C. Ælius Stilo secutus. A Procilio relatum, in eo loco debisse terram, & ex senatusconsulto ad haruspices relatum: esse responsum, deum manium postulationem postulare, id est civem fortissimum eodem mitti. tum quendam Curtium, virum fortem, armatum adscendisse in equum, & à Concordia versum, cum equo in eum precipitatum. eo facto locum coisse, atque ejus corpus divinitus humasse, & reliquisse genti suæ monumentum.* Et post aliquam multa: *Intimus circus ad Martium vocatus, ut Procilius aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter sigulos.* Hæc ostendunt, non fuisse Varrone juniorem. Nec Pompejo grandiosem fuisse, docet locus iste Plinii in Hist. Nat. lib. VI II cap. I I: *Rome (elephant) juncti primum subiere currum Pompeji Magni Africano triumpho: quod prius Indiâ victâ, triumphante Libero patre, memoratur. Procilius negat, potuisse Pompeji triumpho junctos ingredi portam.* Doctissimus Hermolaus Barbarus a etiam apud Trebellium Pollionem legere jubet Procilium, quo loco agit de Æmiliano. Vulgò legitur Proculo. Verba Pollionis, quia illustre elogium ejus scriptoris continent, apponam: *Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptus literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam venissent Romani fasces, & prætexta Romanorum: quod apud Proculum grammaticum, doctissimum sui temporis virum, cum de peregrinis regionibus loquitur, invenitur. Quibus ex verbis etiam colligi potest, de peregrinis regionibus scripsisse. Nisi legendum ibi religionibus: que Casauboni sententia est. Sed hoc utcumque est, fallitur Hermolaus. Nam Proculus sine dubio Pollioni est is, qui Capitolino in M. Antonino philosopho nominatur Eutychieus Proculus Sicentis: ubi itidem grammaticus vocatur, atque ab Antonino ad consulum dicitur fuisse evehctus: nempe sesquiseculo, & amplius, post tempora Procilii.*

a Notis in
Plinii in-
dicem.

FURIUS ANNALES scripsit carmine. Ex quibus versus aliquot Macrobius adfert lib. vi. Saturn. cap. i. Gyraldus dialog. i. ii. histor. poet. censet, eum fuisse M. Furium Bibaculum, Cremonensem, qui Ciceronis, ac Cæsaris æqualis erat. Cæteroquin fuit & A. Furius Antias, itidem poeta, ad quem Catulus de consulatu suo librum scripsit, teste Cicerone. Videtur autem non satis sibi constare Gyraldus. Nam ait eum, cujus Macrobius versus citat, esse Furium Antiatem. Atqui isti sunt ex annalibus Furii. Quomodo igitur eidem Bibaculus annales scripsisse dicitur? Nec enim à duobus Furiis annales carmine scriptos esse, dixerit quisquam; cum id nec verisimili conjecturâ nitatur.

CAP. XIII.

Julii Cæsaris dictio, genuini qui ejus libri, elogium ex Tullio & Hirtio. Floridi Sabini, & Lud. Carrionis super iis judicium refellitur. In plerisque, quæ de se ipso scripsit, suspensioris fidei esse. Unde fragmentum sit, quod de rebus Cæsaris seorsim prodiit. De Iulio Celso, qui Cæsarem recensuit, ac res à Cæsare gestas signavit. A. Hirtius quæ reliquerit. Diversum ab eo esse scriptorem belli Hispaniensis. Hunc videri Cornelium Balbum, vel C. Oppium, quorum hic vitas illustrium virorum, atque alia, prodidit. Amicissimum Cæsari fuisse. Alius ab eo Oppius Chares. Oppii nomen perperam invasisse non semel Opilii locum. Quæ ediderit M. Brutus.

CAUS JULIUS CÆSAR varia admodum scripsit: ex quibus sola supersunt, quæ in re historica reliquit. Nempe septem libri de bello Gallico: quot Græcè transtulit sive Planudes, sive alius. Adhæc tres de bello civili. Scriptor est purus & elegans, inque verborum structura accuratus, ac omnino placidus instar fluminis procurrens: interea *πλάττης*, ac gravis in sententiis: quo Xenophontem exsuperat: cæteroquin ei non dissimilis multum. Ciceronis de iis judicium est hujusmodi in Bruto: *Commentarios scripsit valde quidem probandos. Nudi sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste, detracto: sed dum voluit alios habere paratum, unde sumerent, qui vellet scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit, qui*

illa volent calamitatis inuere : sanos quidem homines à scribendo deterruit.
 De eisdē commentariis Hirtius ita prædicat, in præfatione libri VIII
 de Cæsaris bello Gallico : *Adeò probantur omnium iudicio, ut præcepta,*
non præbita, facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra,
quàm reliquorum est admiratio. Cateri enim, quàm bene atque emendatè,
nos etiam quàm faciliè, atque celeritè, eos perscripserit, scimus. Et tanta
 cùm sit commentariorum Cæsaris venustas : tamen Fraciscus Flo-
 ridus Sabinus tres de bello civili libros Cæsari abjudicat libro I
 subsicivarum lectionum cap. III; & imprimis lib. II cap. II.
 Imò Ludovicus Carrius ne quidem VII libros de bello Gallico Cæ-
 saris esse putat. Uti nec Ludovicus Caduccus, qui (ut Savaro pro-
 didit notis in Sidonii lib. IX epist. XIV.) opus illud Suetonii esse
 putabat : idque ob verba ista Orosii lib. VI cap. VII. *Hanc (de*
Cæsaris bello Gallico) historiam Suetonius Tranquillus plenissimè
exposuit : cujus nos competentes portiunculas decerpimus. Sed quis
 non credere malit ipsi Suetonio Tranquillo, qui aliena à Ger-
 manis jam olim discrevit ? Sic enim scribit in Julio cap. LVI : *Re-*
liquit & verum suarum commentarios, Gallici, civilisque belli Pompejani.
Nam Alexandrini, Africque, & Hispaniensis, incertus auctor est. Alii
enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum im-
perfectumque librum supplevit. Quod si quis non audit Tranquillum:
 at Tullio credat, Hirtioque; quorum verba Tranquillus continuò
 subjungit. Fidem item habeat Straboni, qui initio libri IV advo-
 cat *Καίσαρος* a *Γεῖ Καίσαρος*. Item Plutarcho, quando, quæ ex
 Cæsaris de bello Civili commentariis citat, ea hodieque ibi legun-
 tur. Adhæc veteribus credat grammaticis, qui ex commentariis
 istis quæ adducunt, Cæsari tribuunt, non alteri. Quare à Carri-
 one quidem meritò dissentit Lipsius lib. II Epist. Quæst. epist. II,
 & Modius in Novantiquis epist. xxx: à Sabino autem discrepat
 Camerarius initio Notarum in III de bello civili. Hæc eò dico,
 ne Carrionis, aut Floridi, aut alterius cujusquam iudicium ab le-
 ctione commentariorum Cæsaris absterreat juventutem. Quæ
 pro pudor, satis infrequens est in nobilissimo atque adeò divino
 hoc scriptore. Aut si quibus in manibus sit, haut alio legunt sine,
 quàm ob eximiam Romanæ linguæ puritatem, verborumque pro-
 prietatem summam : super quo ante nos non semel summi viri
 sunt conquesti. Sanè ex eo haurire est maximarum & utilissimarum
 rerum copiam : quam qui verborum elegantiam contenti negligunt,
 minùs etiam pueris sapiunt, qui nunquam ita se arboris frondibus

a Cōmen-
 tarios di-
 vi Cæsa-
 ris.

b Ecs in-
 ter Ca-
 saubonus
 præfap. in
 Polyb. ad
 Henricū
 Magnū.

oblectabunt, ut egregio ejus fructus contemnant. Quod siquid in nobilissimo scriptore culpandum videatur, hoc unum illud fuerit, quod in iis, quæ jure optimo verterentur ei vitio, Harpocratem agat, vel Sigalionem Ægyptium. Ita in tertio de bello civili (quemamodum & apud Hirtium) altum de eo silentium est, quod Cæsar in urbe Alexandrina adversus cives pugnans, ut se tueretur, in naves jufferit ignem immitti, quæ flamma & navalia combusta, & vicina in Serapeo bibliotheca, quæ continebat ferme septingenta voluminum millia; inæstimabilem thesaurum, Ptolomæorum a Gell. lib. 6. cap. 17. vigiliis per ducentos & amplius annos collectum. At ut sileat Cæsar, non silent Plutarchus, Dio, Ammianus, alii. Quid quod in rebus suis non satis interdum veritati litaret. Sanè satis constat, L. Cæcilium Metellum sanctius ærarium, cujus claves abstulerant consules, sellâ tribunitiâ oppositâ, defendisse adversus Cæsarem: hunc autem tantopere comminatum fuisse Metello, ut Urbe fugeret: postilla, effractis foribus, abstulisse thesauros sacros, qui post Urbem à Gallis captam istic depositi erant, atque ad extrema civitatis pericula reservabantur. Sanè de clauso perfractoque ærario elari testes Tullius ad Att. lib. vi i epist. xi i, & xv; Lucanus lib.... Florus lib. iv cap. ii. E Græcis Dio, Plutarchus, Appianus. At ipse in commentariis b scribit, Lentulum à Pompejanis habuisse in mandato, ut pecuniam ex ærario omnem Pompejo mitteret in belli usum: sed cum nuncius, quamquam vanus ille, ad aures perigisset, Cæsaris milites jam esse in Urbe, fugâ sibi quamprimum consuluisse, ac præ metu ærarium reliquisse apertum. Vir eruditus Philippus Rubenius Electorum lib. i c. xxiv, operam sibi dandam putavit, ne Cæsar cum cæteris scriptoribus pugnaret. Itaque ubi vulgo legitur aperto, inserta negatione legit non aperto. Nempe hunc in modum: *Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repente terror invasit, ut cum Lentulus consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompejo ex S. C. proferendam, protinus non aperto sanctiore ærario ex urbe profugeret.* Sed profectò sequentia refellunt. Nam quia mirum poterat videri, quod relinqueret apertum ærarium profugiens, eo subjungit: *Cæsar enim adventare, jam jamque adesse ejus equites falso nuntiabantur.* Et sanè alia quoque, quæ non minùs abeant à vero, reperiet, qui cum Cæsaris commentariis contulerit Plutarchum in Pompejo, & Cæsare: item Dionem, Appianum, Zonaram, cæterosque. Et memorabile est, quod super eò æqualis Cæsaris, Asinius Pollio, scripsit. Id quale sit, docebit Tranquillus

lus lib. I : Pollio Astinius parum diligenter, parumque integrâ veritate (commentariis eos) compositos putat : cum Cæsar pleraque, & quæ per alios erant gesta, temere crediderit : & quæ per se, vel consulto, vel etiam memoriâ lapsus, peperim ediderit : existimatq; rescripturum, & correcturum, fuisse. Reliquit & Cæsar ephemeridem, sive diarium rerum à se gestarum. Servius in XI Æn. C. Cæsar, cum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus equo ejus portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nôsset, & insultans ait, Cecos Cæsar : quod Gallorum lingua, Demitte, significat : & ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. Imò Ephemeridem C. Cæsaris laudat & Symmachus, lib. IV epist. XVII. Ubi quidam Balbi intelligunt Ephemeridem Sidonio memoratam lib. IX epist. XIV. Nam Balbum res Cæsaris non curâsse solum quod Gellius refert lib. XVII cap. IX : sed etiam scripsisse auctor est Suetonius in Julio cap. LXXXI. Sed à Sidonio non aliud opus intelligitur quàm Commentarii Cæsaris de bello Gallico. Hæc enim ibidem Suetonius subjungit : *Hæc (Ephemeris C. Cæsaris) te origines, situs, pugnas, & quicquid fuerit in moribus, aut legibus Galliarum, docebit.* Quæ optime conveniunt commentariis Cæsaris. Imò omnem scrupulum eximit, quòd in MSSis quibusdam hæc verba subscribantur, ultimo libro de bello Gallico : *C. Iulii Cæsaris Pontificis Maximi Ephemeris rerum gestarum belli Gallici lib. VIII. explicat felicitate.* Ut nihil peccat Paullus Merula, Cosmographia lib. II cap. XVII : ubi jubet nos ea quæ Cæsar novennio in Galliis gessit, petere ex lib. VII Ephemeridum ipsius Cæsaris. Nam non aliò respexit, quàm quòd dixi. Etiam jussu ejus scriptus est liber de situ orbis Romani. Æthicus in præfat. Itaque Iulius Cæsar, bissextilis rationis inventor, divinis humanisque rebus singulariter instructus, cum consulatus sui fasces erigeret, ex senatusconsulto censuit, omnem orbem jam Romani nominis admetiri per prudentissimos viros, & omni philosophia munere decoratos. Ergo à Iulio Cæsare, & M. Antonio cons. orbis terrarum metiri cepit, &c. Baldericus, Noviomensis & Tornacensis episcopus, qui ante annos prope sexcentos claruit, Chronici Cameracensis, & Atrebatensis lib. I cap. III. Liber, qui jubente Iulio Cæsare ex Senatusconsulto à prudentissimis de Cosmographia inscribitur : ubi quidem totius orbis Romani nominis universa loca famosa distinguit, &c. Etiam Felix Malleolus Helvetius, qui floruit ante annos CLXX, mentionem ejus facit dialogo de Nobilitate. Puto autem idem esse opus, quòd variè postea, partim à gentilibus, partim à Christianis, interpolatum, nunc

sub Antonini, & Æthici nomine legitur. Sed occasio jubet, ut etiam adscribamus, quid videatur nobis de fragmento isto, quod scriptori de bello Hispaniensi in sua Cæsaris editione subjecit Gothofredus Jungermanus. Dicit hoc repertum esse in codice Cujacii, non appposito nomine: item in codice Petaviano, sed nomine Petrarchæ adscripto. Meminit ejusdem Casaubonus notis in Tranquilli lib. I cap. XVI; ubi ista invenias: *Est antiqua loci hujus depravatio. Reperimus enim vulgatam lectionem, non solum in codd. Suetonii nostri omnibus; sed etiam in fragmento quodam rerum Iulii Cæsaris, quod ex veteri libro descriptum beneficio viri eruditissimi Iacobi Bongarsii nacti sumus. Continetur in schedis belli Hispaniensi historia à fratre quodam cucullato ex Suetonio, Hirrio, aliisque concinnata, planè $\mu\omicron\nu\alpha\chi\epsilon\iota\varsigma$, etsi non monachi prorsus stilo. Non patiemur diutiùs hæreere viros doctos in re leviculâ. Est fragmentum illud desumptum ex Julii Celsi commentariis de vita Julii Cæsaris editis anno MDCCCCLXXXIII. Est verò hic Celsus idem, qui Cæsarem recensuit: unde multis Cæsaris codd. MSSis subjunctum legitur, *Iulius Celsus Vir Clarissimus & Comes recensuit*. Vel hoc pacto: *Iulius Celsus Constantinus V. C. legi*. Aliquid etiam hoc de scriptore diximus lib. V Institut. Oratoriarum cap. III. Inter historicos refertur, & diligenter de Julii Cæsaris gestis scripsisse, etiam dicitur à Gualtero Burlæo Anglico, Petrarchæ æquali: ut omnino valde errent, qui fragmentum antè memoratum ipsius Petrarchæ esse volunt. Sanè ex istis Celsi libris, quorum à nemine ante nos mentionem factam miror, multa in Cæsare feliciter possunt restitui, quod aliquando, $\sigma\upsilon\upsilon$ Θεω, ostendemus. Cæterum Oxoniæ, in Collegio Corporis Christi, habes MStum cum hac epigraphe: *C. Iulii Cæsaris, per Iulium Celsum commentarii*. Utrùm Cæsaris, an Celsi sint, meliùs dixerint qui videre. Extremo illud loco adtexam, apud Sextum Aurelium Victorè libro de Origine gentis Romanæ, quorundam ad hoc argumentum pertinentium auctorem laudari Cæsarem: eumque nunc $\alpha\delta\alpha\upsilon\varsigma$ Cæsare, nunc C. Cæsarem, nunc Julium Cæsarem, nunc Lucium Cæsarem, nuncupari. Quare dubium, utrùm pro Lucio, *Cajus*; an pro Cajo, *Lucius*, debeat reponi. Facilis sanè commutatio literæ C. & L. prout prænomina illa solent vulgari. Nec, si Lucius signetur, satis liqueat, quis signetur. Nam præter Lucium Cæsarem, Augusti ex Julia nepotem; præter item atavum Cæsaris Dictatoris; fuit & atavi hujus pronepos eo prænomine, & pronepotis ejus filius, qui frater erat C. Cæsaris Strabonis oratoris: & ejusdem*

nepos, qui avunculus erat Antonii Triumviri, à quo interemtus: & ejusdem pronepos, quæstor Catonis Uticensis in Africa, qui Julii Cæsaris iussu occisus est. Nihil mirum autem, si vel Cæjus, vel Lucius Cæsar, consignarit originem gentis Romanæ; quando Iulia gens ortum suum ducere credita est ab eodem Iulo, sive Ascanio, à quo Urbis conditor Romulus genus traxit.

A. HIRTIUS, sive, ut alii scribunt, *Hircius*, (sed prius & lapp. antiqui, & Græca approbat consuetudo *a*) auctor est libri VII de Cæsaris bello Gallico: ut Suetonius in Julio testatur cap. LVI. Sanè non esse ipsius Cæsaris, satis indicat præfatio ejus ad Balbum, quæ sic incipit: *Coactus assiduis tuis vocibus, Balbe, cum quotidiana mea recusatio, non difficultatis excusationem, sed inertia videretur deprecationem habere: difficillimam rem suscepi: Cæsaris nostri commentarios rerum gestarum Galliarum, non comparandos superioribus, atque insequentibus ejus scriptis, contexui.* Eiusdem sunt libri de bello Alexandrino, & Africano. Nam continuò sequitur: *Novissimeq; imperfecta ab rebus gestis Alexandria confeci.* Et post aliqua, excusatione ejusmodi utitur: *Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino, atque Africano bello interesset: quæ bella quamquam ex parte nobis Cæsaris sermone sunt nota: tamen aliter audimus ea, quæ rerum novitate, aut admiratione nos capiunt; aliter, quæ pro testimonio sumus dicturi.* Dictionem meritò etiam commendat Justus Lipsius Taciti lib. II Annal. *Hirtius, inquit, tersissimo belli Africi commentariolo.* Videtur autem Hirtius non ista solùm scripsisse, sed quæcunque Cæsar post bellum Gallicum gessisset usque ad finem vitæ. Nam ibidem legas: *Novissime imperfecta ab rebus gestis Alexandria confeci, usque ad exitum, non quidem civilis dissensionis, cujus finem nullum videmus; sed vitæ Cæsaris.* Verùm puto, si libri de bello Hispaniensi ejusdem essent auctoris: uti Gallici, Alexandrini, & Africani belli, ita Hispaniensis etiam differtim meminisset. Nec liber is aliud videtur, quàm ephemeris. Ut sunt argumenta illa, *Eodem tempore, ejusdem diei tempore, similiaque, quæ ibi occurrunt.* Fortasse est Balbi.

Sanè CORNELII BALBI ephemeridem laudat Sidonius lib. IX epist. XIV. *Quis, inquit, Balbi Ephemeridem fando adæquaverit?* Eum autem gesta Cæsaris signasse, indicat Suetonius in Iulii vita cap. LXXXI: *Cujus rei, ne quis fabulosam aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus familiarissimus Cæsaris.* Atque olim existere Cæsaris ad hunc Balbum epistolarum libri, familiaritatis istius indices: teste Gellio lib. XVI cap. IX.

a *Albus*
in Or.
thogr.

b *Num.*
121. sive
p. 58.

Sed si Balbi Ephemeris ea non sit, omnino auctor illius fuerit, C. OPPILIUS ab nonnullis existimatus auctor eorum; quæ Hirtio ab aliis tribuerentur: quemadmodum Suetonius in Iulio docet cap. XVI. Quod inde provenisse putamus, quia alia Hirtium, alia Oppium haberent auctorem. Nos, ut dixi, Hirtium planè putamus scripsisse de bello Gallico, Alexandrino, & Africano: unius enim auctoris esse liquet: sed de bello Hispaniensi, quod alius est auctoris, cui potius tribuamus, quàm Oppio, non video. Stylus ejus duriusculus est, & ornatus carens: quæ causa est, cur aliqui eum barbarum vocent: perperam profectò. Quam rem malò explicare verbis Iosephi Scaligeri, vel ob summam viri auctoritatem. Hic de eo sic scribit prolegomenis in Manilium: *Quemadmodum aliud est ornate loqui, aliud pure: ita aliud est βαρεῶς λέγειν, aliud inconditè loqui: quod quidem multis imposuit, qui βαρεῶς ἁπομὸν vocant inconditum sermonem. Illa anus, quæ in Theophrasti sermone peregrinitatem notavit, magis Atticè, & minùs ornate, quàm Theophrastus, loqui potuit. Idem dicas de Livio: cujus dictio ornatior, quàm Latinior illi Critico videbatur, qui Patavinitatem in eo animadvertebat: & quidem fortasse justius, quàm ii, qui militem, qui scripsit diarium belli Hispanici, barbarum vocant: quum tamen eo scripto nihil Latinius concipi possit. Sed horridè loqui ullum militem, quem horridum vocant poëta, non tam mirum videri debet, quàm putare ideo barbarè loqui, quòd inconditè. Hæc satis indicant, quid sentiendum sit de stylo anonymi hujus, quem fortasse Oppium esse, conjectabamus. Nec, si aliter sit, iccirco Oppio hic non fuerit locus. Siquidem & vitas illustrium virorum condidisse, inde colligimus, quòd in vita Cassii eum citat Charisius. Item in vita, & rebus Africani superioris. Unde & admiranda quædam Gellius narrat lib. VI: Attic. Noct. cap. I. Etiam de vita C. Marii egisse, ostendunt, quæ Plinius ex eo refert lib. XI Hist. Nat. cap. XLV. Item de vita Cn. Pompeji, unde quædam adducit Plutarchus in Pompejo, sed in illis dubiæ esse fidei ait, nempe ob odium Pompeji, & gratiam Iulii Cæsaris. Præterea librum composuit, Non esse Cæsaris filium, quem Cleopatra dicat: ut auctor est Suetonius in Cæs. cap. LII. Dubium autem, eòne, an altero, retulerit libro, quod sequitur capite seq. Circa victum C. Oppii adeò indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositum, aspernantibus cæteris, solum etiam largius dicat appetisse: ne hospitem aut negligentem, aut rusticitatis, videretur arguere. Hunc C. Oppium, & Cornelium Balbum, res absentis Cæsaris procurasse, & epistola-*

a Fami-
liarem
Cæsaris.

rum libros ad eos singulariis notis edidisse, auctor est Gellius lib. xvii cap. ix. Itaque Καίσαρ & Ἰταίονα, Plutarchus in Pompejo, amicam Cæsaris vocat Suetonius lib. i cap. lxxi. Atque hoc ipsum ostendunt, quæ commemorat ejusdem libri cap. lxxi: *Amicos tantâ semper facilitate indulgentiâque tractavit, ut C. Oppio, comitanti se per silvestre iter, correptoq; subitâ valetudine, & in diversorio loco, quod unum erat, cesserit, & ipse humi, ac sub divo cubuerit.* Alius ab hoc est Oppius Chares, qui in Gallia Togata grammaticen docuit ad ultimam usque aetatem, & cum jam non gressu modo deficeretur, sed & visu: ut eit apud Tranquillum in illustribus grammaticis cap. lxxi. Hic videri possit Oppius, è cujus libro de silvestribus arboribus aliqua Macrobius adfert lib. i Saturn. cap. xiv, & xv. Apud Festum quoque in *Ordinarius*, ex Oppio docetur, cur *ordinarius* pro *scurra* ponatur. Item in *Ratium* advocatur *Oppius Aurelius*. Sed assentio iis, qui istic *Opilius* legunt. Nam Oppius grammaticus dictus Chares: at *Opilius* vocabatur *Aurelius*: ut vel ex Festo ipso in *Sedum* liquet. Imò nec displicet sententia doctissimi Meursii, legentis apud Macrobium *Opilius*: uti & apud Festum in *Ordinarius*, apud quem *Opillii* nomen integrè etiam remansit in *Fomites*. Nec enim, ecquid Oppius Chares scripserit, satis constat.

Hic etiam locus esto M. Bruto, quem Cæsar inter conjuratos videns, à quibus interimeretur, filium nominavit: & fortasse erat, quando cum matre ejus Servilia Cæsar consueverat. Mentionem eius hic facimus propter epitomas historiæ Fannii, & Cælii Antipatri: de quibus superius diximus, cum de utroque hoc historico ageremus. Alia etiam scripserit, certum est. Nam librum ejus de officii Charisius citat lib. i. & Priscianus lib. vi. Ac libri de patientiâ meminit Diomedes lib. i. Quo etiam libro testis adhibetur Brutus laudatione Appii Claudii. Ut nihil dicam de epistolis: quarum non uno loco mentionem faciunt Grammatici. Ac aliqua etiamnum supersunt; sanè ingentis spiritus plenæ, inprimis illæ ad Tullium, & alteræ ad Atticum, quibus conqueritur de Tullio, quod nimium evchendo Octavium puerum pessimè consulat publico. Quo nihil verius scribere, aut dicere potuit.

CAP. XIV.

Cornelii Nepotis atas, patria, Chronicorum tres libri pro triplici tempore, indeque cognosci, cur ut fabulosi audirent. Libros ejus de viris illustribus partim de excellentibus fuisse imperatoribus; partim de scriptoribus claris. Refelluntur, qui vitas illustrium imperatorum tribuunt Æmilio Probo. Vitam Catonis, quæ exstat, videri particulam operis de illustribus scriptoribus. Ejusdem Exemplorum libri. Item epistolæ. Libellum de illustribus viris Romanis, falsò tribui, vel Nepoti, vel Plinio, vel Suetonio, vel Tacito: è Nepote tamen ab Aurelio Victore excerptum videri. Hermolai Barbari, & Iani Parrhasii, super eo error: Vivis autem in hoc, quòd Nepotem de Latinis egisse ducibus negarit: denique Mariæ Catanai in illo, quòd Daretem, quem habemus, crediderit, de Græco fonte à Nepote esse translatum.

CORNELIUS NEPOS, & ante Cæsaris dictaturam, & eo dictatore, & postea vixit. Hieronymus in Chronico Eusebiano refert illum ad annum Augusti quartum. Nec cuiquam repugnem, colligenti inde, tum demum divulgare ea cœpisse opera, quibus maximè inclaruit. Padi erat accola, teste Plinio lib. IIII cap. XVI III: unde Catullo epigrammate primo Italus; Ausonio autem, epist. XXIV, Gallus vocatur. Nempe quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. De urbe patria quicquam se habere comperti negat Elias Vinetus in Auson. Idyl. VII. At Veronensem fuisse, in Leandri Alberti Italia lego: uti & in Cosmographia optimi, atque amicissimi quondam viri, Paulli Merulæ. Imò ex Veronensium Historicorum syllabo, (quem doctissimus amplissimusque Alexander Becellus, Veronensis urbis Cancellarius, fecit, ac illustrissimus Comes, Fernandus Nogarola, vir ut genere, ita literarum studio nobilissimus, cum V. CL. Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo, natum fuisse Nepotem in Hostilia: qui Veronensium vicus est, Tacito, Plinio, Cassiodoro, & Antonino in Itinerario memoratus, hodieque

Ecclesiasticæ Veronensium jurisdictioni subditus. Historicus hic Ciceronis amicus familiaris à Gellio vocatur lib. xv cap. xxvi i i. Chronica scripsisse, testis est idem Gellius lib. xxv i i cap. xxi. In his pro triplici tempore, ἀδὴλω α, μυθικῶ, καὶ ἱστορικῶ, (de quibus ex Varone, & aliis, libro de arte historica diximus) tres videret scripsisse libros; ac singulis unius temporis narrationem esse complexus.

a Incerto,
fabuloso,
& histo-
rico.

Sanè tres libros fecisse Nepotem, quibus omne ævum comprehenderit: liquidò testatur Catullus initio Hendecasyllaborum. Nec historicum tempus ab eo solùm esse tractatum, indicio est illud Aufonii b, *Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alios apologos (nam & ipsa instar fabularum sunt) ad nobilitatem tuam misi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adversus gentes (ubi eum inter antiquitatum commentatores disertim reponit) dicit, haut aliud Saturnum, quàm hominem, promulgasse. Quod etiam Lactantius tradit lib. i cap. xlii. Reliquit præterea libros illustrium virorum, quorum Gellius meminit lib. xi cap. viii, & Servius in i Æn. Eorum librum i, xv, & xvi citat Charisius. Ex his habemus viginti duos exterarum gentium imperatores. Cæteris libris egisse de Romanis, hæc ejus verba ostendunt in extrema Hannibalis vita: *Sed nos tempus est hujus libri facere finem, & Romanorum explicare imperatores: quò facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.* Operis ejus genuina inscriptio patet ex ultimis hujus præfationis verbis: *Quare ad propositum veniemus, & in hoc exponemus libro*

VITAS EXCELLENTIUM IMPERATORUM. Ac vel propter hoc opus historicis accenseri meretur Nepos, etsi paullò aliter senserit Desiderius in Ciceroniano suo. Ubi de Æmilio, seu veriùs Nepote, sic scribit: *Candidus est laudator omnium, quorum vitam descripsit, ut encomiasten dicas veriùs, quàm historiographum.* Nam præter Imperatores seorsim exarasse etiam librum de Regibus, argumento hæc erunt, quæ Timoleontis vitæ subdit: *Hi ferè fuere Græcia gentis duces, qui memoriâ digni videantur, præter reges. namque eos attingere noluimus, quod omnium res gestæ separatim sunt relatæ. neque tamen hi admodum sunt multi.* Externi imperatores, quos habemus, Æmilii esse Probi à multis creduntur. Qui error inde provenit, quòd librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim suâ, partim patris, & matris manu scriptas Theodosio obtulit. Hoc ita esse, ostendunt versiculi, qui vitis istis præmitti in MSSis solent. Ac nec Æmiliium, nec Theodosiani ævi quemquam, eorum esse librorum auctorem, abundè arguit pura, & Romana dictio. Opti-

b Epist.
ad Prob.
Præf.

netur aliquis ut Trogius ab Iustino, ita ab Æmilio, qui sub Theodosio vixit, in compendium esse redactum Nepotem. Sed aliud suadet operis concinnitas, & illa præfandi ratio, quæ est in Epaminondæ vita, ac in Pelopida imprimis, ubi breviter vitam pollicetur. Attamen sententia hæc, licet erronea, minus periculi habeat, dummodo extra controversiam maneat, Æmiliam omnia de purissimis Nepotis fontibus hausisse. Sanè Tulliani esse ævi scriptorem, neque alium quàm Nepotem; tum veterum aliquot librorum indicio cognoscitur; tum etiam, quòd ad Pomponium Atticum (cujus idem rogatu de vita Catonis liberum fecit) vitæ istæ scribantur, utcumque id in quarto a Miscellaneorum suorum neget a *Ca. 15.* Hieronymus Magius, qui ipsa Nepotis præfatione satis refellitur. Accedit & altera ratio; Nam his in libris ea legere est, quæ opus hoc scriptum esse clamant, quo tempore Pompejus, & Cæsar, plus poterant, quàm liberâ in Republicâ expediret. Ea Lambinus loca congeffit, ut nihil attineat illa hîc reponere. Nec libris istis de viris illustribus solùm persecutus est excellentes imperatores: sed etiam commentationibus claros. Quod argumentum signat B. Hieronymus præfatione de scriptoribus Ecclesiasticis: ubi Nepotem inter eos refert, quorum exemplo acturus sit de iis, qui scribendo claruerunt. Egit autem Nepos tum de Græcis auctoribus; tum de Latinis. De Græcis, colligo inde, quòd in Dionis vita dicat, liberum se fecisse de illustribus historicis: in quo inter alia tractârit de Philisto historico. De Latinis, argumento sunt plurima. Nam de Terentio egisse, ex Suetonio scimus in Terentii vitâ Donato perperam tributâ. Adhæc primum de vita Ciceronis liberum Gellius citat lib. xv cap. xxviii. Eoque ex opere fragmentum Hieronymus adfert epist. ad Pammachium. Imò verisimile est, inde esse, tum vitam T. Pomponii Attici, quæ exstat: tum vitam Catonis, quam istis claudit verbis: *Hujus de vita, & moribus, plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen relegamus.* Aperte indicat, eò nunc de Catone brevius se agere, quia separatim de eodem scripserit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perstrictam habemus, majoris pars est voluminis, in quo Romanorum complurium vitæ continerentur. Et sanè in antiquissimo codice Oberti Giffanii ante vitam Attici legebantur hæc verba: *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis Historicis.* Reliquit etiam Exemplorum libros, quos citant Gellius lib. vii cap. xvi, & Charisius lib. i. Alia

quoque ejusdem laudant veteres : sed non item , quæ ad historiam pertineant. Nam ex epistola ejus ad Ciceronem quædam Lactantius adfert lib. III. Institut. Divin. cap. xv. Quemadmodum & Ciceronius ad Nepotem epistolæ meminit Tranquillus in Julio cap. ix. Ammianus Marcellinus initio lib. xxvi. ac Priscianus lib. viii. Imò & secundum Ciceronis epistolarum librum ad Nepotem Macrobius citat lib. I Saturn. cap. I. Quod si quis fragmenta omnia Nepotis desideret , longè iis colligendis priorum vicit industriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus , castigationibus in Plinii lib. xv cap. xxix , censet libellum de viris illustribus , qui Plinio tribui solet , Cornelii Nepotis esse , haut Plinii : atque id veteribus codd. adstrui posse , asseverat. Etiam Jani hæc Parthasii sententia fuit. Utrius sit dubitari ait Vinerus , nec de ea re quicquam statuere ausus est. Imò aliqui , aut Suetonium , aut Tacitum , esse auctorem putarunt : ut indicat Gyraldus dialogismo xxvi. Sed omnino sunt Sexti Aurelii Victoris : ut satis nunc constat ex editione Andree Schotti. Non dubito interim , quin pleraque ex Nepote Victor desumerit. Nam quod Ludovicus Vives lib. v de tradendis disciplinis , Nepotem ait , de Græcis solùm ducibus scripsisse : id satis refellitur verbis Nepotis antea adductis. Vir doctissimus Io. Maria Catanæus , commentario in Plinii librum iv epist. xxviii , quæ ad Severum scripta est , etiam Daretem Phrygium à Nepote translatum arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris *Ἡγεφί*. Attamen & hæc aqua hæret Vineri notis in Ausonii Idyl. vii. Negat esse , qui certi aliquid de translatione hac ausit affirmare. Atqui omnes , quibus ullum in hisce litteris iudicium est , satis vident , nec Daretem illum esse genuinum : nec dictionem ejus Augustæam sapere ætatem ; sed recentiorum multò. Nepotem autem Cæsaris Augusti obiisse ævo Plinius testatur lib. ix capite xxxix , & lib. x cap. xxiii. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum ut putaret , eum nato jam Christo superstitem fuisse : qui & Iacobum Gualterium , cum primùm tabulas ederet Chronographicas , in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eousque ætatem prorogasse , nemo temere dixerit , qui tanti eum in litteris nominis jam Tullii , Attici , Catulli temporibus , fuisse cogitâr.

CAP. XV.

Crispus Sallustius quando, & ubi, natus. Ejus tribunatus, & ut eum gesserit. Ejusdem adulterium, supplicium, & cur Clodianus studuerit. Ut Senatu motus, posteaque sit dignitati restitutus. Prætura ejus, ac præfectura Numidica, & rapinæ, quibus ditatus. Ejusdem scripta. Duas ad Cæsarem orationes quas vocant, an Sallustii sint, non satis apertum videri: interim antiquas esse, nec tamen orationes, sed epistolas duntaxat. Orationem in Ciceronem potius Porcii Latronis videri, quàm Sallustii. Dicitio Sallustii Attica magis, quàm Tulliana. Quæ in ea veteres culpauerint. Quàm præclare de Sallustio iudicatum ab antiquis. Græcè à Zenobio translatum fuit. Aliter Crispus Sallustius, è prioris sorte natus. Metallum Sallustianum.

CSALLUSTIUS CRISPUS natus Olymp. CLXXII, an. C. III. quem ad annum Anonymus ἐν Ολυμπιάδων ἀναγραφῇ hæc annotat: ΣΥΛΛΑΞ ΤΑΣ Α΄ ΘΥΝΑΣ ΕΞ ΕΠΟΛΙΤΙΚΗΣ ΜΗΔΕΣ Α΄ ΔΙΣΤΕΛΙΩΝΟΣ. ΚΕΙΜΕΝΟΣ ΖΑΛΕΣΙΟΣ ΤΩ ΕΒΔΟΜΩ ΜΗΝΙ. Sylla Athenas expugnat secundo mense liberato. Crispus Sallustius historicus nascitur. Is est annus Urbis conditæ ΙϞϞϞϞϞϞ. Ubi videmus, Græcos scribere Ζαλέσιος. Et sanè itidem in MSSis meis, & antiquioribus editionibus, vocatur SALUSTIUS. Sed scribendum SALLUSTIUS gemino LL, quomodo legitur in aliis MSSis, & lapidibus. Marmor effossum juxta rudera Sallustianæ domus:

M. AURELIUS PACORUS
ET M. COCCEIUS STRATOCLES
ÆDITUI VENERIS HORTORUM
SALLUSTIANORUM BASEM CUM
PAIMENTO MARMORATO
DEANÆ

D.  D.

Neque aliter lapis alius, cujus vide sis inscriptionem apud Aldum de Orthographia. Natus autem est Amiterni in Sabinis, anno uno post natum Veronæ Catullum, ut notat Eusebius ad annum MDCCCXXXI; quadriennio autem ante bellum obiit Aetiæ, ut idem

ut idem scribit ad annum MDCCCLXXX. Doctissimus Hieronymus Wolfius putabat, nomen ejus simplici L scribi oportere, quia vel à sale sit, vel salute. Sed ἄμφω utrumque est incertum. Et cur non à sale geminato LL æquè esse possit, ac ab eodem venit fallo, unde *fallitus*, pro falso? Quare puto, non recedendum esse à libris antiquis, atque inscriptionibus, in quibus L geminatur. Tribunus plebis erat quo anno Clodius à Milone occisus fuit, puta anno 1000 II, quo Cn. Pompejus Magnus, compluribus mensibus consul sine collega fuit. Tribunatu eo, quem nulla cum laude gessit, ut C. Ceroni, ita & Miloni, infestus admodum erat: idque quia in Faustæ, L. Syllæ filiae, adulterio deprehensus virgibus à Milone esset cæsus, nec nisi pecuniâ datâ dimissus. Nempe istud in causa est, cur Clodianis semper studuerit adversus Milonem. Vide Pedianum, Gellium, Servium, Horatii interpretes. item orationem sub Ciceronis nomine jam Augustæo, vel Tiberii ævo, editam. Ex quibus etiam discimus, ob adulteria ac supra senatu fuisse motum ab Appio Claudio Pulcro, & L. Calpurnio Pisone Cæsonino cens. nempe anno Urbis 1000 III, sive juxta alios 1000 IV: quo consules erant L. Æmilius Paullus & C. Claudius Marcellus. Ejus è Senatu ejectionis meminit & Dio lib. XL a. Ac ne alium Sallustium signari putes, clarè ait id contigisse *Σαλλύστου, τὸ ἴσως οὐ γινώσκω* b. Eo anno Milo jam exulabat: unde consequitur, quod à Milone Tribuno pl. virgibus cæsum dicebamus, id antea contigisse; non eo ipse anno, ut vir eruditus putabat. Etiam discimus iisdem ex scriptoribus, à C. Julio Cæsare, rerum potito, dignitatem Senatoriam recuperasse, quæstoremque factum, & postea etiam præturam obtinuisse. Præturæ mentionem quoque invenio apud Hirtium penè initio libri de bello Africano: *Item C. Sallustium Crispum prætorem ad Cerinam insulam versus, quam adversarii tenebant, cum parte navium ire jubet; quod ibi magnam numerum frumenti esse audiebat.* Item apud Dionem lib. XLII e de hoc ipso legas: *Στεγάς δ' ἦ ἐν τῷ τῆς Βουλῆς ἀναλαβῆν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας.* Narrat ibidem, ut cum in Campania Cæsaris milites, quos in Africam præmittere statuerat, seditionem concitassent: ac Sallustius prætor Romam contenderet, quod Cæsarem hujus rei faceret certiore: propemodum fuerit occisus à compluribus militum, qui eum insequerantur, nec cuiquam parcebant, inò duos etiam senatores occiderant. Apud eundem lib. XLIII e refertur, ut Cæsar Numidiæ præfecerit Sallustium; ille autem provinciam expilaverit: ac à Cæsare quidem fuerit absolutus; sed infamiam non effugerit;

a Pag 168.
edit. H. St.
b Sallustio, historia scri-
ptori.

c Pag 236
edit. H.
St.
d Vt sine
coriâ di-
gnitatem
recupera-
ret, tum
prætor fu-
erit.
e Pag. 235
Euseb. edit.
H. St.

rit; quòd qui in historia acerbus esset alienorum vitiorum castigat-
 tor, turpiter ipse in hoc munere se dedisset. Ex hac autem præda
 Numidica ita ditatus fuit, ut in Quirinali monte forum emeret,
 quod Sallustii vocatur, ubi nunc ædis S. Susannæ: item hortos, qui
 hodieque Sallustiani nominantur. Hæc ostendunt, vitam ejus lau-
 dari à nemine posse. Nempe omnis ejus gloria à præclaris scriptis
 proficiscitur. Sed vix ejus quicquam integrè ad nos pervenit, præ-
 ter bellum Jugurthinum, & Catilinarium. Ita vulgo inscribuntur.
 Sed posterior genuina inscriptio, DE CONIURATIONE CA-
 TILINARIA. Testis Sallustius ipse his verbis: *Igitur de Catilinæ
 conjuratione, quàm verissimè potero, paucis absolvam.* At ex nobili historia-
 rum opere, quo imprimis historici principis nomen meruit, nihil
 habemus præter quatuor oratiunculas, epistolas duas, & lacera ali-
 quot fragmenta, quæ ex Grammaticis antiquis, atque aliis scripto-
 ribus, collecta sunt. Duæ verò ad Cæsarem orationes, ut vocant,
 de Rep. ordinanda, utrùm Sallustii sint, non convenit inter erudi-
 tos. Carrio Sallustio abjudicat: & pro illo est, quòd veterum ne-
 mo, qui tantopere gaudent Sallustium ad partes advocare, inde ali-
 quid depromat. Dissentit autem Duza, cui favent libri vet. & di-
 ctio ipsa, quæ, quicquid dicat Carrio, planè Sallustium redolet. Sin
 genuinæ non sint, negari tamen non possit, valde esse antiquas, &
 quidem Juliani, aut Augustæi ævi: saltem non infra Flavianum.
 Sed genuinas esse arbitror, non tamen ut orationes esse putem, sed
 epistolas duntaxat. Nam posterioris auctor bis ait, se illa scribere,
 ac disertim literas appellat. Planeque verisimile est, missas esse ad
 Cæsarem, cùm in Hispanias contra Petrejum & Afranium profi-
 cisceretur: quemadmodum jamdudum Ciacconius observavit. Illa
 verò in Ciceronem oratio, etsi à Fabio quoque tanquam Sallustii
 laudetur: tamen, quod res indicat, omnino est alicujus declama-
 toris: credo Porcii Latronis, vel alterius alicujus ex illis, quos no-
 minat M. Seneca in Suasoriis, & Controversiis. Fidem ejus valde
 commendant antiqui. Nam *certissimus auctor* dicitur Vibio Sequestri
 de Fluminibus. Item Hieronymo libro de locis Hebraicis, & ex-
 inde Isidoro lib. XIII Orig. cap. XXI. Ad hæc *nobilitate veritatis histo-
 ricus* nuncupatur ab Augustino lib. I de Civitate Dei, cap. V. Avie-
 nus etiam in descriptione oræ maritimæ, dicit omnia illius dicta es-
 se *præjudicata auctoritatis*: appellat quoque *expressorem efficacem styli, &
 veritatis*. Objectant adversus ea aliqui, quòd, pravo loliginis succo,
 pleraque ad Ciceronis laudem pertinentia, quæ apud alios legere

fit, præterierit. Verùm ea potiùs neglexisse ego arbitror, vel ut falsa, vel ut incerta planè, vel ut exigua ac minuta. Quod ad dictionem Sallustii attinet, omnes antiqui iudicant, brevem ac nervosam esse, & Thucydideæ æmulam. Sanè scriptor est planè Atticus, quâ laude Demostheni propior est, quàm Cicero ipse: ut bene censet Turnebus in Adversariis a suis. Sed ut Thucydidem non omnes probarunt, ita nec Sallustii dictio omnibus probabatur. Nam Asinius Pollio damnabat eam, tanquam obscuram, & in translationibus audacem: ut Tranquillus auctor est lib. de claris Grammaticis in Philologi vita. Imprimis verò reprehendi solet, quòd antiqua verba ex Catonis Originibus exciperet: cujus rei meminere Augustus apud Tranquillum in ejusce Cæsaris vita, idemque Tranquillus lib. de claris Grammaticis in vita Lenæi, & Fabius ex antiquo epigrammate lib. VIII. cap. III. Sed hæc impedire non potuere, quo minus à Tacito (at quanto viro!) rerum Romanarum florentissimus auctor lib. III. Historiarum diceretur. Imò juxta Martialem lib. XIV: *Crispus Romana primus in historia est.* Augustino quoque lib. de vita beata vocatur *electissimus pensator verborum.* Imò Græci ipsi ejus historiam tanti fecere, ut eas verterit Zenobius, sophista is, qui Romæ docuit sub Adriano Cæsare; quiq; epitomen proverbiorum Didymi, & Tarrhæi scripsit; ut testis est Suidas in *Zuββios.* Atque inde est, quòd Sallustii quoque meminit Stephanus in *Αἰτιασ.* Utinam verò exstaret Asper Grammaticus, Sallustii interpretes, teste Hieronymo. Quædam ex eo citat Sosipater. Ioannes Baptista Pius annotationum Posteriorum cap. LXXXIV, citat *antiquum auctorem, qui vitam Sallustii scribit.* Eum non vidi. Sed scio vitam Sallustii è veteribus reliquisse Aconium Pedianum: ut cognoscere est ex Acrone ad Horatii Sat. II lib. I. E junioribus idem conati Pomponius Lætus, & Petrus Crinitus. Sed his fides habenda, quatenus veterum scrinia compilârunt. Cave autem cum Sallustio hoc confundas Crispum Sallustium, ad quem in odis scribit Horatius, historici hujus sororis filium, Augusti amicum: de quo Seneca lib. I de Clementia, & Tacitus lib. I. & III annal. A quo & metallum quoddam Sallustianum esse dictum, Plinius auctor est lib. XXXIV cap. II.

CAP. XVI.

Varronis Atacini *ætas, patria, libri belli Sequanici, item Argonautica, deque iis Fabii iudicium. Eiusdem Europa.*
Servius

*Servius correctus. Marſi narrationes fabuloſæ. Ejus a-
tas. Hoſtiii bellum Iſtricum. I'lia ejus Propertii amica,
quam ſicſto nomine Cyntiam vocat. Æmilii Macri varia.
An annales reliquerit, parùm videri compertum.*

SALLUSTII æqualis fuit P. Terentius Varro Atacinus. Is quando, & ubi natus fuerit, cognoscimus ex verbis istis B. Hieronymi in Chronico Eusebiano, quæ ex Tranquilli deperdito de poetis libro citra dubium exscripserat: P. Terentius Varro vico Atace in provincia Narbonensi nascitur: qui postea xxxv annum agens Græcas literas cum summo studio didicit. Ea verò annotavit ad annum cIo Io ccccxxx, sive Olympiadis clxxiv annum i i i. Floruit igitur Julii Cæsaris, & Triumvirorum temporibus Valde autem falluntur, qui Varronem, cujus de L.L. & R. R. libros habemus, Atacinum fuisse, ex Hieronymo colligunt. Nam, illum Romanorum omnium doctissimum Romæ natum atque educatum fuisse, satis constat. At ei, de quo nunc sermo nobis, patria fuisse Atax dicitur, Gallie Narbonensis vicus, cognominis fluvio vicino, qui & ipse Atax vocatus; ut cum ex Strabone, & Vibio Sequestre, notum; tum Plinio Hist. Nat. lib. i i i cap. iv. Atacini hujus meminimus inter historicos, propter Sequanici belli libros: ex quorum secundo à Prisciano a hic versus adducitur:

a Lib. 10.

Deinde ubi pellicit dulcis levis unda saporis.

Sed magis celebratur Argonauticorum libris quatuor: quos ad Apollonii imitationem fecisse, auctor est Valerius Probus b. Eorum meminere etiam Propertius, atque Ovidius: ut complures grammaticos etiam. Eundem signat Statius in genethliaco Lucani, versu isto:

Et qui per freta duxit Argonautas.

Nec negat hoc Statii interpres, Emericus Crucejus: sed in eo fallitur, quod censet etiam intelligi posse Valerium Flaccum. Quippe is Lucano junior fuit, utpote Statii ipsius æqualis. At sermo ibi est de poetis prioribus, quorum gloriam superaturus sit Lucanus. Adde quod Argonauticorum scriptor iste inter Lucretium, & Ovidium, medius reponatur; ut alius ab Ataceno intelligi non possit. In Argonauticis istis, alieni operis non aspernandum egisse interpretem; verum, ad augendam dicendi facultatem, parùm videri locupletem, Fabii sententia est lib. x. Atacinum imitatus creditur Virgilius, cum scripsit:

*In 2 Ge-
org. ad il-
lud: Me-
dia fert
trifces
succos,
tardum-
que sa-
porem.*

Nox erat, & terras animalia fessa per omnes,
Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat.

Qua de re ita M. Seneca Controvers. XVI: *Montanus Tullius, qui comis fuit, quique egregius poeta, aiebat Virgilii imitationem, bene ceffisse, qui illos optimos versus Varronis expressisset in melius:*

*Desierant latrare canes, urbesque silebant.
 Omnia noctis erant placida composita quiete.*

Ovidius magis probabat, si Varro solum dixisset, *Omnia noctis erant, ultimam versus parte abscissa.* Sed, ut ibidem Seneca subjungit: *Varro, quem voluit, sensum optime explicuit. Ovidius in illius versu suum sensum invenit: aliud enim intercisus versus significaturus est, aliud totus significat.* Varronem hunc in Europa citat Festus voce *Tutum*. Item Servius in *Iliud x Æn.*

Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant.

De *Ennio*, inquit, *sublatum est. Ille enim ait,*

*Oscitat in campis caput à cervice revulsam,
 Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt.*

Quem versus ita, ut fuit, ad suum carnem transtulit Varro, & Tacenus. Sic est in *Servio P. Danielis*. Sed pro *Varro* & *Tacenus* legendum *Varro Atacenus*.

Fortasse aliquis & *MARSO* hic locus erit, quia narrationes fabulosas reliquit. Ex nono fabularum *Marfi* sunt hæc verba, *Callum sibi pectore quendam.* Quo *Charisius* in primo comprobat, etiam *Callum* dici genere virili. *Ætas Marfi* obscura non est, si is est *Domitius Marsus*. Nam hic ante *Orbilium*, *Horatii* præceptorem, non fuit, quando iste in eum *Marfi* versus à *Tranquillo* citatur,

Si quos Orbilium ferula scuticæque cecidit:

Ac ne ante Virgilium, & Tibullum quidem, ut docent hi ejus versus ex elegia quadam reliqui:

Te quoque Virgilio comitem non aqua, Tibulle,

Mors juvenem campos misit in Elysios,

Ne foret, aut elegis molles que staret amores,

Aut caneret forti regia bella manu.

Nec *Ovidio* est junior, qui ejus meminit. De *Amazonide Marfi* non optime sensit *Valerius Martialis*, quando ei præponit *Persii* satiras. Meminit & *Marfi Diomedes* in primo.

Ad hæc quoque pertinebit *Hostius*, si is est, ut puto, cujus filiam *Propertius* amavit. Sanè, quam poeta *Cynthiam* vocat, vero nomine *Hostiam* dictam esse, auctor est nobis *Appulejus*. Panxit *Hostius* carni-

carmine bellum Istricum. Eumque interdum imitatur Maro: ut Macrobius observat lib. vi cap. i i i. Hostii quidem est illud,

Non si mihi lingua

Centum, atque ora fient, totidem vocesq; liquata.

Unde Maro hoc pacto:

Non mihi si lingua centum sint, oraq; centum.

Alterum quoque Hostii fragmentum ex eopsc opere apud Macrobi-um reperies ejusdem libri cap. v. Item aliud ex primo belli Istrici apud Festum in *Testa*. Idem & ejus locum adducit in *Scavam*: sed qui penè totus etiam in Pomponii Læti schedis desideretur. Servius quoque affert aliqua in illud x i i Æn.

— pilat aq; plenis

Agmina

Etiam ÆMILIUS MACER, de quo aliquid cap. x dicebamus, flo-
rere his temporibus, vel primo Augusti principatu, cœpit. Nam
Ovidio, qui Hirtio & Panfa consulibus natus erat, ætate major fuit:
ut clarè indicat Naso in *Tristibus*:

Sape suas volucres legit mihi GRANDIOR avo,

Quaque nocet serpens, quæ juvet herba, Macer.

Unde & quæ scripserit, cognoscimus. Opus de volucris *ἀπὸ τοῦ
ὄπλις* appellabatur. In secundo ejus hæc verba erant: *Cum laude ex-
celler omnes*. Citat Diomedes lib. i. Proximo versu Ovidius signat
Macri Theriaca, quæ Nicandri scripserat exemplo. Ex quinto
Theriacôn Macri sunt ista:

— Longo resonantia sibila collo.

Quod est apud Sospitrum in primo. Sed hæc nihil ad historiam.
Nec multò plus eò facit Theogonia ejus: in cujus primo erat ver-
sus iste:

Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Ita est in MSSis quoque, & vet. editt. Propius ab rerum gestarum
historia abest, quod panxit *Ἐλασιόβουρα* Homeri: ut indicant hæc
Ovidii:

Tu canis æterno quicquid restabat Homero,

Ne careant summâ Troica bella manu.

Et in *Amorum libb.*

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem,

Primaq; juratis induis arma viris:

Nos Macer ignava Veneris cessamus in umbra.

Ac ne sic quidem ei inter historicos locus fuerit, nisi condiderit an-
nales.

nales. Sanè à Prisciano lib. x ex Æmilii Macri (ut in MSSis quoque est, & editionibus vetustis) annalium libro xvi hæc verba adducuntur: *Omnium nostrum neglexerit auctoritatem. pro neglexerit.* Quid ergo? An Æmilius Macer etiam annales scripsit? an locus corruptus, proq; Æmilio Macro legendum *Licinius Macer*? Mihi quidem posterius hoc per fieret verisimile: nisi verba ista apud Diomedem in primo itidem Æmilio Macro tribuerentur. Sed ex annalibus esse, hoc Diomedes non dicit. Æmilium hunc Macrum Plinius in Indice lib. x & xi inter eos, è quibus profecerit, reponit. Nunc à poëtis ad illos, qui solutâ scripserint oratione, redeamus.

CAP. XVII.

C. Asinii Pollionis elogium, triumphus, historia de bello civili, infectus erga Ciceronem animus, cui tamen præclarum ejus elogium veritatis vis extorserit. Alius est ab Asinio Quadrato, historico item, sed Græco. Telephus utrum inter historicos. Atteii Philologi breviarium, quod Pollioni suggererat. Tironis libri de vita Ciceronis: item de ejus jocis, quos judicio non sat magno congesserat. Bibuli commentarii de gestis M. Brutû. P. Voluannius de prælio Cæsaris Octavii atq; Antonii, cum Bruto & Cassio. Anser poëta de gestis M. Antonii. Cornelius Alpinus de bellis Memnonis.

CASINIUS POLLIO, cujus ad Ciceronem epistola exstat lib. x ad famil. cujus item nomini Maro inscripsit *Elogam iv. princeps orator, & civis*, vocatur à Plinio lib. vii cap. xxx. De Dalmatis triumphavit, ut constat ex Horat. lib. ii od. i, fastis Capitolinis, Dionel. lib. lxxviii, & Hieronymo in Chronico Eusebiano. Multa de eo M. Seneca præfat. lib. ii epitom. declamat. Præter quæ, vide & quæ de eo L. Seneca ad Lucillum epist. lvi, & ci, item lib. i de Tranquillit. cap. xiv. Meminere item Vellejus Paterculus, Alconius Pedianus in Cic. orat. pro Scauro, Plinius lib. xxxv cap. i v. Fabius lib. vi cap. iv, & lib. x cap. i, & lib. xii cap. v. adhæc Tacitus lib. i Annalium, scriptor libri de causis corruptæ eloquentiæ, Plinius alter lib. vi epist. ad Quadratum, Macrobius lib. i Saturn. cap. iv. Præter orationes, & tragœdiam, reliquit quoque historiæ libros xvii, teste Suida: qui & dicit, primum Latinorum fuisse, qui gesta

gesta Græcorum Latine scriberet. Bellum civile cognasse, satis constat. Quo de argumento sic Horatius lib. II Od. I.

*Matum ex Metello consule civium,
Bellique causas, & vitia, & modos,
Ludamque fortuna, graveisque
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis uncta cruoribus,
Periculosa plenum opus alea
Tractas, & incedis per igneis
Suppositos cineri dolofo.*

Planè errant, qui Horatium hic de tragœdiis loqui censent. Quid enim manifestius, quàm dicere poetam eum nunc occupari in historiâ civili. Postea verò subjungit, fore; ut hoc opere absoluto, ad tragœdiam accedat. Quod verba hæc clarè indicant:

*Mox, ubi publicas
Res ordinariis, grande munus
Cecropio repetes cothurno.*

Paullo post iterum ad Historiam redit, cum ait:

*Iam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aureis: jam litui strepunt:*

Et quæ porro subdit ad civile bellum pertinentia. Ex Latinis scriptoribus quædam ex historiis ejus referunt Valerius Maximus, M. Seneca, & Suetonius Tranquillus. Valerius quidem lib. VIII cap. XIII de Arganthonio, Gaditano rege, ita scribit: *Asinius Pollio, non minima pars Romani styli, in tertio historiarum suarum libro, centum illum, & viginti, annos explèsse ait, & ipse nervose vivacitatis haut parvum exemplum.* M. Seneca Suasoriâ VI loquitur hoc pacto: *Quando in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto, indicare, quomodo quisque se ex historicis adversus memoriam Ciceronis gesserit. Nam quin Cicero, nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium: nec tam stultus, ut exorari posse speraret, nemo dubitat, excepto Asinio Pollione, qui infestissimus fama Ciceronis permansit: & is etiam occasionem scholasticis dedit. Solent enim scholastici declamatores ponere, An, promittente salutem Antonio, orationes suas comburat. Aliquantò post: Pollio quoque Asinius, qui Verrem, Ciceronis reum, fortissimè mortem tradidit; Ciceronis mortem solus ex omnibus malignè narrat: testimonium tamen, quamvis invitus, plenum ei reddidit. Hinc ex ejus historia adfert elogium, quod Ciceroni tribuit, licet inimico. Mox subjungit:*

git: *Affirmare vobis possum, nihil esse in historiis ejus, hoc, quem vetul, loco desertis: ut mihi tunc non laudasse Ciceronem; sed certasse cum Cicerone videatur. Nec hoc deterrendi causa dico, ne historiis ejus legere concupiscatis: concupiscite, & pœnas Ciceroni dabit. Suetonii sunt ista in Julio Cæs. cap. xxx: Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalicâ acie casus profligatosq, adversarios prospicientem, hæc eum ad verbum dixisse referens: Hoc voluerunt: tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essent, nisi ab exercitu auxilium petissem. Et cap. lvi: Pollio Asinius (Cæsaris Commentarios) parùm diligenter, parumq, integrâ veritate compositos, putat: cum Cæsar pleraque, & quæ per alios erant gesta, temere ceciderit: & quæ per se, vel consulto, vel etiam memoriâ lapsus, perperam ediderit: existimatq, rescripturum, & correcturum fuisse. E Græcis ejus meminit quoque Plutarchus in Pompejo, his verbis: Στεφανῶς ἡ μόνος ἑξακαχλίω Φοσι τοσῶν Ἀσίνου Πολίων, μακαχλίω δαινύτω τῷ μάχῳ μὲ Καίσαρ. Militum sex millia tantum cecidisse ait Asinius Pollio, qui eo in prælio à partibus stetit Cæsaris. Atque hæc quidem istius Asinii esse, certum est, qui cum Cæsare Julio militavit. Non æquè evidens de istis Strabonis lib. iv Geograph. Φοσι ἡ τὸ μῆθ' αὐτῷ (de Rheno loquitur) εὐδίων ἑξακαχλίω Ἀσίνου. Asinius Rheno longitudinem adsignat stadiorum 100 c10. Et mox: Φοσι ἡ ἡ δίστομον εἶ), μαμψαυρος τὲς πλείω λίρῳτις. Ait & duo habere ostia, eos reprehendens, qui plura statuant. Fortasse enim (de quo mox videro) hæc sunt ex Asinio Quadrato. Siquidem sermo est de Rheno, Germaniæ termino. At Asinius Quadratus res Germanicas scripsit, ut Agathias testatur lib. i Historiæ suæ: Εἶγε καὶ Ἀσίνῳ Καδράτῳ ἔπειτα ἀνδρὶ Ἰταλίῳτῃ, ἡ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκελεῖς ἀναρχαμένῳ. Si sequendus nobis Asinius Quadratus, vir Italus, qui que de rebus Germanicis accuratè tractavit. Meminit & ejus scriptoris Stephanus in Γηλῶς, & Μεσῶνῃ, ubi vocatur Ἀσίνιος Κυάδρατος: item alibi ἀπλῶς Κυάδρατος: quo loco & Παρδικῶ ejus citat & Ρωμαϊκῶ. Sed hæc sententia eo refellitur, quòd Asinii Quadrati meminisse non potuerit Strabo, cum Quadratus demum vixerit Philippis imperantibus: historiamque suam perduxerit usque ad annum Urbis millesimum: unde & eam χλιεμείδῃ inscripsit. Non dubium igitur, quin Asinius Pollio ab Strabone intelligatur. Quod eò magis monere operæ duxi, quia doctissimus Casaubonus in notis ad iv Strabonis librum ambigit, utrùm intelligat Asinium Pollutionem, an filium ejus Asinium Quadratum. Vellem equidem, addidisset, unde colligeret, Asinium Quadratum esse filium Asinii Pollutionis. Sane si signatur auctor χλιε-*

ms. doc. filius esse non potest, cum inter eos sit CCL annorum intervallum. At magis etiam fallitur Glandorpius in Onomastico, cum ait, qui plerisque est Asinius Pollio, eum Straboni Asinium Quadratum vocari. Alium errorem errant Simlerus, atque idem Glandorpius, apud quos legas ab Antistio Pollione descripta esse Julii Cæsaris gesta. Perperam enim Antistium vocant, qui Asinius est. Ambigo, an apponere etiam velim, super eo laticulam fuisse duos inter viros mihi amicissimos, Philippum Cluverium, & Isaacium Pontanum, τῶν μαγεύμασι: quorum ille in proœmio lib. I Germanicæ antiquæ refert, Strabonem in quarto ἢ μαγεύμασι meminit Asinii Quadrati: ex quo hæc sic scripserit Agathias lib. IV: Ἀλεμανοὶ ἔφυηάδης εἰσὶν ἄνθρωποι, ἃ μαγὰς, ἃ τῆτο δὴνα ἄνωθι ἢ ἐπαρυσία. Alemanni conveniunt sunt, & miscellanei, quod & appellatio ipsa satis indicat. Ubi eò respicit, quod Germanis Alemanni sint, omniviri, h. e. viri ex omni gentè convenientes. At qui Strabonis ætate Alemannorum nomen Romanis erat ignotum. Saltem nemo meminit ejus vel proximæ ætatis. Quare ille Agathias memoratus, non idem est ac ille Strabonis. De quo etiam adfentiam Pontano, nimis tamen acerbè, quòd iccirco doctissimum Cluverium velut asinum in Asinia gente, locum mereri putarit. Sic enim in sexto poematum inquit:

*Qui Pollionem, quem vocat Asinium Strabo,
Illum esse Asinium, qui Quadratus Agathia est,
Content'it, ipse sit Quadratus Asinius.*

Sed humanæ ista imbecillitati condonemus. Quando obierit Pollio, docet Hieronymus in Chronico Eusebiano Olymp. cxcv, imperii Augusti XLVII: Pollio Asinius orator, & consulatus, qui de Dalmatia triumphavit, LXXX ætatis suæ anno in villa Tusculana moritur.

TBLEPHUS fortasse etiam veteres historias signavit. Sanè sic ad eum Horatius scribit lib. III. od. XIX.

*Quantum distet ab Inacho
Cedrus, pro patria non timidus mori,
Naras, & genus Æaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio:*

Nisi potius hoc vult poëta, eum historiarum amantem usque adeò fuisse, ut & in poculis tempora putaret, & vetera potius referret, quam quæ illi loco convenirent.

ATTEJUS PHILOLOGUS, patriâ Atheniensis, sed Gram-

maticus Latinus, duobus claris historicis, Sallustio, & Asinio Pol-
lioni, familiaris fuit. Ac illum instruxit præceptis de arte dicendi;
hunc breviario rerum omnium Romanarum, ex quibus, quas vel-
let, eligeret. Atque ejus potissimum causâ, videtur aliquis inter
historicos ei locus deberi. Edidit & Hylen, quam omnis generis
oëtingentos in libros coëgerat. Auctor Tranquillus in illustribus
grammaticis. Puto ex iis libris unum fuisse, quem inscripserat, *An
amaverit Didum Æneas*. Testis Charisius lib. I. Etiam *μνῆρας* tertio
adducitur alibi. Item liber glossematorum advocatur à Festo in
Ocrem: uti Collectanea ejus in *Orchum*: etsi ibi corruptè *Attus*,
pro *Attejo*, nominatur. Nec dubium, quin ex glossematis, aut col-
lectaneis sint, quæ citat in *Naucum*, *Stroppus*, *Tudites*, & *Vacerra*. Apud
Priscianum lib. VI II, ubi vulgò est *Alpheus Philologus*, legendum
puto, *Attejus*. Adducit autem ex eo hæc verba: *Themistocles, cum à
formoso affectaretur. Ubi Priscianus observat, affectaretur passivè dixisse
pro ἀπολεσθῆναι*. Plura de eo apud Tranquillum vide.

TULLIUS TIRO scripsit libros de vita patroni sui, Ci-
ceronis. Asconius Pedianus in Orat. pro Milohe: *Legimus apud
Tironem, libertum Ciceronis, in libro quarto de vita ejus, oppressum à Clodio L.
Cecilium pratorem*. Item de jocis Ciceronis. Macrobius lib. II Sa-
turnal. cap. I: *Cicero autem, quantum in eare (de jocis loquitur) va-
luerit, quis ignorat, qui vel liberti ejus libros, quos is de jocis patroni compo-
sivit, quos quidam ipsius putant esse, legere curavit? Nisi quis Ciceronis
ipsius esse malit, propter ea verba, quos quidam ipsius putant esse. Sane
dubitatum esse de auctore, indicat quoque Fabius lib. VI cap. II.*
Qui & testatur, non satis magno judicio in jocis congerendis usum
esse. Verba ejus sunt: *Vinam Quintus, & libertus (leg. Utinamque
libertus) ejus Tiro, aut alius quisquis fuit, qui tres hac de re libros edidit,
parcius dictorum numero indulgissent, & plus judicii in eligendis, quam in
congerendis, studii adhibuissent. minus objectis calumniantibus foret. Ex
ridiculis iis multa supersunt apud Quinctilianum lib. VI cap. IV.*
Plutarchum in Ciceronis vita, & Macrobium lib. I Saturn. Præ-
clarum Tironis elogium vide apud Gellium lib. VII cap. III.
Atque idem lib. XIII cap. IX, vocatur *adjutor in literis studiorum
Ciceronis*. Imò Tullio *παῖδας* esse scriptorum suorum solet: ut ipse
agnoscit lib. XVI epist. XVII. Notas, quibus litera verbum ta-
cit, primus reperit. Eas primus in lucem dedit vir summus, &
affinitate mihi conjunctus, Janus Gruterus. De eodem sic Hierony-
mus in Chronico Eusebiano; *M. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, qui primus*

notas commentus est in *Puteolano pradio, usque ad centesimum annū consensit.*

BIBULUS, filius M. Calpurnii Bibuli, & Porciae, Catonis Uticensis filiae, libellum scripsit de gestis vitrici sui M. Bruti: ex quo aliqua refert Plutarchus in vita M. Bruti.

P. VOLUMNIUS, philosophus, qui Bruti arma initio est secutus, consignavit historiam praelii, quod Brutus Cassiusque adversus Caesarem, & Antonium, gessere. Latine hominem Romanum scripsisse, verisimilius est. Graece tamen novisse, satis constat, vel inde, quod Brutus, post cladem acceptam, eum Graeca est lingua allocutus, cum communium studiorum admoneret, atque oraret, ut trajecturo pectus suum gladio manum admooveret, & ictum adjuvaret. Auctor ejus rei Plutarchus in vita Bruti: ubi pluscula ex Volumnio hoc narrat. Ceterum etiam Volumnius dictus fuit judicum unus, cum Cicero pro Cluentio diceret. Idemque praenomen erat Volumnio, Antonii fabrum praefecto; de quo Nepos in vita Attici. Etiam P. Volumnius, eques Romanus, cognomento Eutrapelus, Ciceroni memoratur lib. VII epist. XXXII, & lib. IX epist. XXVI. Item ad Att. lib. V epist. XV. Ecquis autem eorum sit idem, ac philosophus ille, dicere non habeo.

ANSER poeta, amicus fuit M. Antonii triumviri, atque ejus gesta condidit: eoque nomine ab Antonio donatus est agro Falerno. Huc respexit Cicero Philipp. XIII: *Hicque, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno anseres depellantur, &c.* Virgilio infestus erat: qui iccirco eum taxat Ecloga IX: sed oblique, uti & Tullius fecerat. Maronis quidem versus hujusmodi sunt:

*Nam neque adhuc Varo videor, neque dicere Cinnam
Digna: sed argutos interstrepere anser olores.*

Ubi sic Servius: *Alludit ad Anserem quendam, Antonii poetam, qui ejus laudes scribebat: quem ob hoc per transitum carpsit. De hoc etiam Cicero in Philippicis dicit: Ex agro Falerno anseres depellantur. Ipsum enim agrum ei donarat Antonius. Adi quoque Maronis vitam, quae sub nomine Donati prodit. Meminit & Propertius lib. II eleg. ult.*

Nec minor his animis, aut si minor a, ore canorus

Anseris indocto carmine cessit olor.

Et Ovidius lib. II Trist.

Cinna quoque his comes est, Cinnamque procacior Anser.

Inter poetas historicos a Popeliniario etiam refertur **CORNELIUS ALPINUS**. Horatio is *αὐχχῆρος* fuit, qui ejus meminit lib. I Satir. X:

a Scal.
nec se
minor.

b In historia
historicorum
lib. 5.

*Turgidus Alpinus jugulat dum Memmonia, dumque
Defingit Rheni luteum caput; hac ego ludo.*

Ait poëta, se scribere ista, dum poëtatur Cornelius Alpinus: qui, ut Porphyrio inquit, *Memmonia versibus hexametris descripsit*. Ibidem sic Acro: *Alpinus hic Memmonis bella descripsit, & quia male, ideo ait jugulat: quasi malis carminibus ipsum Memmonia necat: vel Vivalium, quendam poetam Gallum, tangit*. Ubi pro *Vivalium* in libris nonnullis *Vivalum* esse, Cruquius ait. Sed ipse pro *Vivalium*, vel *Vivalum*, *rivalem* legit: perque Cornelium Alpinum intelligit C. Cornelium Gallum; eumque Alpinum vocari ait, quia fuerit Foro-Julien-sis. Atque huc censet respexisse Maronem, cum Gallum inducit ita conquerentem de Cytheride suâ Antonium secutâ:

Tu procul à patria, (nec sit mihi credere tantum)

Alpinas ab, dura, nives, & frigora Rheni

Me sine sola vides.

Sed hæc quidem Alpinâ sanè nive frigidiora mihi videntur. Nam quo pacto colligere ex eo est, poëtam signari juxta Alpes natum, quia dicatur, amicam ejus procul à patria Alpinas nives sectari, & Rheni ostia? Tum autem verisimile non est, Gallum, poëtam nobilem, & Virgilio amicissimum, *turgidum* vocari ab Horatio: etsi non ignorem, eum duriorum Tibullo, & Propertio, censeret etiam à Quintiliano lib. x. Adhæc Gallum quidem quatuor libros scripsisse Amorum de Cytheride amica, Voluminii libertâ (quam Maro Lycorida appellat) ex Servio didici: uti ex Probo, eum in scribendo sequi colorem Euphorionis poëtæ Græci. Sed de Memmonii ejus, nihil apud veteres legi arbitror. Interim nec Acroni (quem & Glandorpius in Onomastico sequitur) accedo; qui eò ab Horatio dici putat jugulatum Memmonia ab Alpino, quia *dum pugnam describit inter Achillem & Memmonem, ita hoc facit, ut iterum videatur Memmonia jugulare suis carminibus*. Potius enim *jugulare*, simpliciter exposuero *jugulatum canere*. Ut Maro dixit Ecloga VI:

*Tum Phætoniadas musco circumdat amara
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.*

C A P. XVIII.

*Cæsaris Augusti libri de vita sua. Tredecim fuisse eos, non xxx,
contra quàm Torrentius credidit. Ejusdem liber de memo-*

ria Drusi: atque alia. Vipsanio Agrippæ unde nomen, & quæ felicitatem ejus magnopere obscurant, libri ejus de vita sua, item de orbe terrarum. M. Valerii Messallæ natalis, dignitas, scripta, facundia, inque senectute omnium oblivio. Arruntii historia de bello Punico. Ejus κακοζαλια, dum Salustium æmulatur. Non videri seorsim de terrarum situ scripsisse, quod Lipsius putabat. Facundia ejus. Diversus ab hoc Arruntius, captator testamentorum. Historia Sulpicii Galbæ, avi ejus Galbæ, qui Neroni in imperio successit.

AUGUSTUS CÆSAR de vita sua scripsit libros XIII. Auctor Suetonius in Augusto cap. LXXXV: *Aliqua* (composuit) *De vita sua, quam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra, exposuit.* Ulpianus l. I. D. De cadaveribus damnatorum: *Corpora eorum qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt. & id se observasse etiam, Divus Augustus lib. x de vita sua scribit.* Meminit & ejus operis Servius I Georg. & VIII Æn. Ac è Græcis Appianus lib. IV ἰμρουλ. & in Illyr. item Plutarchus in Antonio & Bruto, Dio lib. XLVIII, & Suidas in Ἀύγουστο; qui & ipse XIII libros fuisse dicit: ut omnino Torrentius peccet, qui in Suetonio xxx reposuit, nescio cujus eodictis fidem secutus, nam aliter vet. edit. & MSSi. Illustre ex eo opere fragmentum habet Plinius lib. I I Hist. Nat. cap. xxv. Nec quidem is dicit ex libris de Vita esse: sed non aliunde depromi, cognoscimus ex verbis Bæbii Macri apud Servium in I Georg. ubi rem eandem narrat, atque addit, *Hoc etiam Augustus in lib. I I Memoria vite sue complexus est.* Fecit & indicem rerum à se gestarum, teste Tranquillo. Ac luculentum ejus fragmentum ex lapide Ancyrano transcriptum superest. Historicum etiam opus fuit *memoria vite Drusi, quam prosæ oratione composuit*: ut auctor est Suetonius in Aug. cap. xxv I I. Item *breviarium totius imperii*, de quo idem cap. CI. & fortasse etiam τὰ μετὰ Ἀγρίππης ἀπὸ Μαικελίου ὁ περιήματα, ex quibus quiddam refert Plutarchus in Cic. *Ex breviario totius imperii adferri videntur, quæ in fragmento legas Itinerarii Antonini Augusti, à Simlero scholiis in Antoninum Aug. subjecti b.* Eo in fragmento dicitur, *Divus Augustus totum terrarum orbem rectè divisit, ubi ait: ORBIS totus dividitur in partes tres, Europam, Africam, & Asiam; quæ fere dupla est, ad quamlibet duarum.* Quam multa, quam varia, tanta sustinens negotia scripserit Augustus, non difficile est conjectare ex aureis reliquiis, quas undiq; collegit,

a Cömentaria ad Agrippæ & Messallæ. b In edit. Æstici, & Antonini, quæ Basil. prodit ann. 1575 pag. 252.

legit, notisque illustravit, summus vir, Janus Rutgersius, Serenissimi Suecorum regis consiliarius, quem vide lib. II Var. Lect. cap. XIX.

M. VYPSANIUS AGRIPPA, Augusti Cæsaris amicus, & gener, fuit. Unde Agrippæ nomen accepit, Gellius ostendit lib. XVI cap. XVI, & Plinius lib. VII cap. VIII: *In pedes, inquit, procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento eos appellavere Agrippas, ut agre partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quamquam is quoque adversa pedum valetudine, miserâ juventâ, exercito avo inter arma morteq;, ad noxia successu, infelici terris stirpe omni, sed per utrasque Agrippinas maximè, que Cajum, & Domitium Neronem, principes genuere, totidem faces generis humani: præterea brevitate avi, quinquagesimo uno raptus anno, in tormentis adulteriorum conjugis, scelerique prægravi servitio, fuisse augurium præposteri natalis existimatur. Vide & de eo Tranquillum in Augusto cap. LXIII, & duobus sequentibus. Eò autem memoratur à nobis hoc loco, quia scripsit libros de vita sua. Philargyrius in II Georg. Agrippa in secundo vita sua dicit, excogitasse se, ut ex Livorno lacuporium faceret. Verùm hujus gloria Augusto cecidit. Item descripsit orbem terrarum. Plinius lib. III cap. II: *Agrippam quidem in tanta viri diligentia, præterq;, in hoc opere cura, cum orbem terrarum urbi spectandum propositurus esset, errasse quis credat? & cum eo Divum Augustum? Is namque complexam eum porticum ex destinatione & commentarius M. Agrippæ à sorore ejus inchoatam peregit. Ex eo longitudinem, & latitudinem Narbonensis provinciæ tradit Plinius ejusdem libri cap. IV; Siciliae circuitum cap. VI; ambitum Italici, & Illyrici finis, cap. XXVI; intervallum ab ore Istri ad os Ponti lib. IV cap. XI; à promontorio Cretico, quod *κενέ μύκωνος* vocatur, usque ad promontorium Cyrenarum, cui nomen Phyconti, cap. XII; longitudinem oræ Germanicæ cum Rhætia, & Norico, cap. XIII; longitudinem, & latitudinem, universarum Galliarum inter Rhenum, & Pyrenæum, atq; Oceanum, ac montes Gebennam, & Juram, quibus Narbonensem Galliam excludit, cap. XVI; longitudinem Trogodytici sinus Ptolemaida usque lib. VI cap. XXIX; Æthiopum terræ universæ cum mari rubro longitudinem, & latitudinem cum superiori Ægypto cap. XXX; intervallum à freto Gaditano ad sinum Illicum cap. XXXII.**

M. VALERIUS CORVINUS MESSALLA est is, qui primus Augustum patrem patriæ salutavit: ut Suetonius tradit cap. LVIII. Natus est Olymp. CLXXX anno II, uti & T. Livius, teste Hieronymo

in Chronicis. Etiamnum adolescens Triumviris formidini fuit: ut testatur Appianus lib. IV de bello civili. Adi& Plutarchum in vita Bruti sub finem, & Vellejum lib. II; ubi egregium ejus elo-
gium addit. Sed, rebus compositis, etiam consulatum sub Augu-
sto est adeptus. Primus quoque Urbis præfectus fuit: sed paucis
diebus dignitatem eam exercuit, & ejuravit, sive quasi nescius
exercendi, ut Tacitus ait: sive quia potestatem eam parùm civi-
lem putaret: ut est apud Hieronymum in Chronico Eusebiano.
Propterea Dioni Mæcenas primus fuisse Urbis præfectus dicitur.
Exstat ad eum Tibulli panegyricus. Scripsit de litera S. Item Ama-
toria, teste Plinio lib. V epist. Adhæc libros de auspiciis, ex quibus
Gellius pluscula adfert lib. XII cap. XIV. Atque idem opus si-
gnat, ut puto, Macrobius lib. I Satur. cap. IX, ubi sic scribit: *Mar-
cus etiam Messalla Cn. Domitii in consulatu collega, idemq; per annos
quinquaginta & quinque augur, de Iano ita inquit: Qui cuncta fingit, ea-
demq; regit, aqua terraque vim ac naturam gravem atque pronam, in pro-
fundum dilabentem, ignis atque animalivem, immensum in sublime fu-
gentem, copulavit circumdato cælo: quæ vû cæli maxima duas vis dispartes
colligavit.* Præterea jam senex de Romanis familiis librum scripsit.
Atque hujus causâ potissimum hoc loco ejus meminimus. Eo ex
opere Plinius locum promit lib. XXXIV cap. XI II, & lib. XXXV cap.
II. Ac fortasse inde etiam sunt, quæ idem adfert lib. XXXIII cap.
III. Et imprimis, quæ Suetonius refert in Augusto cap. LXXIV:
*Valerius Messalla tradit, neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo
cæna, excepto Mena; sed adserto in ingenuitatem post proditam Sext. Pom-
peji classem.* Exstat hodieque sub Messallæ nomine de progenie Au-
gusti Cæsaris libellus, quem primus in lucem protulit Iacobus
Bedrotus Pludentinus: ut constat ex editione Moguntina anni
MDLXXII. MStus verò cum alibi exstat, tum Oxonii in Bibliotheca
Collegii Lincolnienfis. Sed est is scriptor planè suppositivus. Ver-
rissimèque à Barthio proditum Advers. lib. XI cap. XIV esse me-
dii ævi factum. Nullo autem opere tantum laudis genuinus me-
ruit Messalla, quàm orationibus, & declamationibus suis. Præclarè
de eo M. Seneca Controversiâ XI I: *Fuit Messalla exactissimi ingenii
in omnibus studiorum partes, Latini utique sermonis diligentissimus.* Et Lu-
cius Seneca in *Σπουδαυθώσος* disertissimum virum appellat. Imò Ta-
citus, sive alius, in dialogo de causis corruptæ eloquentiæ, censet
fuisse Cicerone mitiorem, & dulciorem, & magis in verbis elaboratum.
Quintilianus quoque lib. X cap. I: *Messalla, inquit, nitidus, & can-*

didus, & quodammodo præse ferens in dicendo nobilitatem suam. Imò ad huc adolescens luculento elogio ornatus est à M. Tullio, epistolâ quadam ad M. Brutum. Id hic quoque apponi meruit: Messallam habes. Cave existimes, Brute (quanquam non est necesse ea ad te, quæ tibi nota sunt, scribere: sed tamen tantam omnium laudum excellentiam non quo silentio præterire) cave putes, probitate, constantiâ, curâ, studio resp. quidquam illi esse simile: ut eloquentia, quâ mirabiliter excellit, vix in eo locum ad laudandum habere videatur. quamquam in hac ipsâ sapientia plus apparet. Ita gravi iudicio, multaq; arte se exercuit in verissimo genere dicendi. Tanta autem industria est, tantumq; evigilat in studio, ut non maxima ingenio (quod in eo summum est) gratia habenda videatur.

Tantus autem vir anno ætatis LXX, biennio ante mortem, omnium planè, etiam nominis proprii, fuit oblitus. Auctor Plinius Hist. Nat. lib. VII cap. XXIV.

ARUNTIUS, sive Arruntius potiùs, (ut in Fastis ea vox exaratur, & à Græcis) sub Augusto de bello Punico scripsit historiam stylo Sallustiano, sed non line κα.ρο.ζηλία. De eo sic Seneca Epist. CXIV: *Hæc vitia unus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est: ceteri imitantur, & alter alteri tradunt. Sic, Sallustio vigente, amputata sententia, & verba ante expectatum cadentia, & obscura brevitatis, fuere pro cultu. Arruntius, vir rara frugalitatis, qui historias belli Punico scripsit, fuit Sallustianus, & in illud genus nitens. Est apud Sallustium: Exercitum argento fecit: id est pecuniâ paravit. Hoc Arruntius amare cepit: posuit illud omnibus paginis. Dicit quodam loco: Fugam nostris fecere. alio loco, Hiero, rex Syracusanorum, bellum facit. Et alio loco: Quæ audita Panormitanos dedere Romanis fecere. Gustum tibi dare volui. Totius his contextitur liber. Quæ apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, & penè continua, nec sine causâ. ille enim in hæc incidebat: at hic illa querebat. Vides autem, quid sequatur, ubi alicui vitium pro exemplo est. Dixit Sallustius: Aquis hiemantibus. Arruntius in primo libro belli Punico ait: Repentè hiemavit tempestas. & alio loco, cum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait: Totus hiemavit annus. Et alio loco: Inde sexaginta onerarias leves, præter militem, & necessarios nautarum, hiemante Aquilone, misit. Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. Quodam loco Sallustius dicit: Inter arma civilla æqui boni famas petit. Arruntius non temperavit, quo minus primo statim libro poneret: Ingentes esse famas de Regulo. Hactenus Seneca. Eundem planè censeo esse Arruntio isti, qui à Plinio refertur inter scriptores eos, ex quibus profecerit lib. III, & V. Sanè*

istis libris Plinius tractat firum terrarum, & marium. At dubium, quin Arruntius in libris suis de bello Punico descripserit Hispaniæ, Africae, aliaque loca, in quibus manum conseruere Pœni cum Romanis. Justus Lipsius in eruditis ad Tacitum Notis censet Γεωργεφύμωνα edidisse. Nempe propter istam Plinianam mentionem. Sed, ut arbitror, istud non scripssisset, si occurrissent libri ejus de bello Punico. Arbitror autem hunc Arruntium esse illum L. Arruntium, qui cum M. Claudio Marcello Æternino consul fuit anno Icccxxxi. De quo sic Tacitus in primo annalium: *Post quæ L. Arruntius, hanc multum discrepans à Galli oratione, perinde offendit. Quamquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira. Sed divitem, promptum, artibus egregium, & pari famâ, publicè suspectabat. Quippe Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent, aut impares vellent, vel iidem possent cuperentque: M. Lepidum dixerat capacem, sed indignantem: Gallum Asinium avidum, & minorem: L. Arruntium non assernunt, & si casus daretur, ausurum. De prioribus consentiunt: pro Arruntio quidam Cn. Pisonem tradidere. omnesque præter Lepidum variis mox criminibus, fruente Tiberio, circumventi sunt.* Assentio quoque Nicolao Fabro apud eundem lib. 111 Annal. ubi Valgo est T. Arruntius, legenti Lucius Arruntius. Egregium autem oratorem fuisse, necesse est, quem vel Piso ibi in periculo suo petat, vel Tacitus nominet ante Asinium Gallum, & Marcellum Æterninum. Eriam apud M. Senecam, præfatione libri vi Controversiarum, legas, quomodo Arruntius urserit Albutium in judicio. Quod facit, ut idem videatur, ac patronus ille à Pifone expetitus, Tacito teste. Sed ut his quidem locis unus Arruntius intelligi videtur: ita alius est is, de quo Seneca lib. vi de Benef. ubi Arruntius captator testamentorum fuisse dicitur. Nec enim hoc convenit cum eo, quem Tacitus, nunc artibus egregiis, nunc sanctissimis fuisse, ait. Sed iste captator testamentorum fuerit is, de quo Josephus lib. xix ἀρχαιολογίας cap. 1. Ἡν ἡ Διάρεσις ὁ ἄρξην τῶν κηρυσσόντων τὰ πλεῖστα, ἡ δὲ αὐτὸ φωνῆς τε μεγάλῃ χρώσει, & χρώματι περιεβλήμενος ὁμοίως τοῖς Ῥωμαίων ἀριστοκρατοῖς. Δυναμὴς τε αὐτῷ ἐφ' οἷς ἐβλήσθητε πρὸς αὐτὸν ἢ πῶς πόλιν, ἐντε τῷ τότε, καὶ τοῖς ὕστερον. Que sic vertit Rufinus: *Fuit igitur Arruntius quidam, gratus homo inter præcones verum venalium, & propterea magnitudine vocis utebatur, indutus vestibus diversi coloris ad instar nobilium Romanorum: habebatque potentiam agendi, quæ vellet, in civitate, in his, quæ tunc, & postea gerebantur.* Ecce Arruntius iste fuerat præco, & sub Cajo magno fuit: at ille prior

vir erat consularis, sub Augusto clarus, ac sub Tiberio decessit; quod Tacitus primo Annalium indicat, & pluribus in tertio exponit.

SULPICIUS GALBA, avus imperatoris Galbæ, hic etiam locum sibi vindicat, etsi cujus rei historiam reliquerit, non satis sciat. Suetonius in Galba: *Avus (Galbæ) clarior studii, quam dignitate: non enim egressus praturæ gradum, multiplicem, nec incuriosam historiam edidit. Ætatem inde etiam cognoscimus, quod pater hujus historici (ut ibidem Tranquillus ait) ob repulsam consulatus insensu Julio Cæsari, cujus legatus in Gallia fuerat, conspiravit cum Cassio, & Bruto: propter quod Pedii lege damnatus est. Non dubito autem quin idem signetur à Cornelio Nepote in vita Annibalis, ubi hæc legas: *Quibus consulibus intererat (Annibal) non convenit. Namque Atticus M. Claudio Marcello, & Q. Fabio Labeone Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit. At Polybius L. Emilio Paulo, & Cz. Babio Tamphilo. Sulpicius autem P. Cornelio Cethego, & M. Babio Tamphilo.**

CAP. XIX.

T. Livius quando scripserit, quando decesserit, quot historiæ liberos fecerit, quousque historiam perduxerit, an genuinus sit liber XLIII, Fabii ac Caligule dispar de Livio iudicium, Patavinitas in eo ab Asinio deprehensa. Perperam illud à viro docto intelligi, uti & Senecæ de eo iudicium. Anni, Scoppe, & Glareani de mala Livii fide iudicium refellitur. Antonini itinerarium ab Anno editum, planè supposititium, & ineptiarum plenum. Trogi Pompeji pater quos honores gesserit, atque unde Pompejus dictus sit. Alius est à Quinctio Trogo, homine nefario. Cur Cicero orationes in Antonium Philippicas dixerit: curque Trogus historias suas Philippicas nominavit. Eo opere & mundi Origenes, ac terræ situs pertractasse. Liber ejus de animalibus. Vanitas cujusdam, Trogum ipsum pollicentis. Ætas Fenestellæ. Epitomen ejus Dio- medi memoratam perperam supposititiam putari. Fenestellæ error, alterque Gellii. Libellus de magistratibus, Fenestellæ vulgo tributus, quem habeat parentem, ac ad quem scriptus fuerit: ac Robortelli, & Alciati super eo lapsus.

TITUS LIVIUS Patavinus, quin fuerit, nemo ambigit. Sed non aequè apertum, utrùm natus sit in Apono vico, qui hodie *Abano*: ut eo modo dicatur Patavinus, quo Maro dictus Mantuanus, quia Andibus natus, qui vicus in agro erat Mantuano. Qui Aponensem Livium faciunt, adferunt Martialis lib. 1 ep. LXI 1:

Censetur Apona Livio suo tellus.

Et sanè unus hic locus prora & puppis iis viderur, qui in vico eo natum fuisse Livium crediderunt. Qua in sententia, ut intelligo ex Clarissimo Pignorio, etiam est Guilielmus Ongarillius, historicus Patavinus nec dum editus. Sed si Livius Aponi natus à Martiale dicatur, idem dixisse credendus de Stella, & Flacco. Atqui ob stare viderur illud ejusdem libri epigr. LXXVI 1:

Flacce Antenorei spes & alumne laris.

Ubi in Antenoreo, hoc est Patavino lare natum non obscure ait. Quare videndum, an non ab Apono fonte, qui celebratissimus erat inter aquas Patavinas, Aponam terram generatim dixerit pro Patavina: non pro Apono vico, cujus Martialis temporibus nullum fuisse nomen viderur. Estque in hac etiam sententia ὁ μακαρέϊστος. Cluverius noster in Italia sua. Scripsit Livius post quidem Augusti triumphum de bello Aethiaco: qui incidit in annum Urbis Iocccxxv, sive consulatum Augusti V: ante verò Cantabros ductu L. Antistii domitios, quod fuit anno Iocccxxx, sive consulatu Augusti x. Hoc liquet ex verbis illis ipsius Livii lib. 1: *Bis deinde post Nymphae tempora Ianus clausus fuit; semel T. Manlio Cos. post Punicum primum perfectum bellum, iterum quod nostra aetate dii dederunt, ut videremus, post bellum Aethiacum, ab Imperatore Casare Augusto, pace terra marique parta.* Satis constat ter ab Augusto clausum esse templum Jani, secundò quidem anno Urbis Iocccxxx, Cantabris devictis. Tertio autem anno sequenti, sive consulatu Augusti xi. Cùm verò Livius semel duntaxat sua aetate clausum dicat, quid apertius quàm scripsisse ista, antequam secundò tertioque clauderetur. Quanquam verò sub Augusto quidem historiam suam edidit, sed eo diutius vixit. Quarto enim obiit Tiberii anno, aetatis suae LXXVI, quo & Ovidius decessit Tomis: ut de utroque Eusebius in Chronicis testatur. Scripsit historiarum libros cxi, vel potius cxlii, ut jam olim agnovit Petrarcha. Iis complectebatur res Romanas ab V. C. usque ad bellum in Germania gestum à Druso, ejusque mortem. Ex illis soli supersunt xxxv. Nam secunda periit decas, & quicquid sequebatur librum quadragesimum quicquid. Ceterorum nihil

habemus, præter argumenta, quæ epitome Livianâ (si argumentum libri cxxx. i. & cxxxvii exceperis) continentur, live ejus Florus, five alius est auctor. Libri ciii meminit Serenus Sammonicus, quo loco agit de carboni medendo:

*Tertia namque Titi simul & centesima Livii
Charta docet ferro talem candente dolorem
Exsectum, aut potò raparum semine pulsam,
Insecti dicens vix septem posse diebus
Vitam produci, tanta est violentia morbi.*

At qui nuper, tanquam Livii genuinam, libri xliiii partem majorem è veteri, ut ait, bibliotheca, primus juris publici fecit; ne ille fucum fecit auritis Midis; non illis, quibus corculis esse datum est, & qui norunt, quid æra lupinis distent.

Nihil hoc scriptore est grandius, atque uberius. Vir disertissimus à Seneca in primo de ira vocatur. Lacteam quidem ubertatem ejus prædicat Fabius lib. x cap. i. Ibidem arbitratur, ut Thucydidi Sallustium, ita Herodoto Livium æquiperari posse. Quanto ille candidius, quam Caligula Imperator, qui, Tranquillo teste, verbosum vocabat. Sed de stylo etiam litem intentabat olim Asinius Pollio. Patavinitatem a in eo animadvertere se ajebat, ut Fabius testatus lib. viii. c. i. Nimirum delicatum Romani hominis palatum videbatur sibi aliquid sentire, quod non usquequaque saperet genium Romani sermonis. At non audiendus est Keckermannus, quando hinc colligit, reprehensum ab Asinio esse sublimem Livii stylium. Uti & cum à Seneca propterea culpari putat lib. i de Ira cap. ult. & de Tranquillitate cap. ix. Nam longè aliad & Fabium & Senecam velle, nemo distinebitur, qui verba eorum attendat. Nec probare illa Lipsii possum, viri ab ingenii elegantia, & varia eruditione, quam dictione laudatoris: *Nos quoque supinum cum alibi, aut frigidum, imò & τωυ πλόρον agnoscimus: derivaturi tamen libenter in exscriptoris hanc culpam.* Cui & subscribere videtur Possevinus bibliothecæ selectæ lib. xv i. Uti & judicium eorum sequitur improbantium, quod superstitiosè referat prodigia tam multa: ut boves locutos, infantes semestres triumphum clamasse. Quæ sane in gentili laudem magis merentur, cum qualemcumque nominis cultum ἀφοσιώσθαι oporteat præferre. Sed quid de istis dicemus, quibus ne bonæ quidem fidei videretur? Hi firmatum eunt sententiam suam verbis Antonini Cæsaris in Itinerario suo, ubi hæc legas, *Fano Vulturæ, cujus claris gestus invidit Livius.* Eum verò

*a Id est,
quadam
minus
Romane
dicta, ut
interpre-
tatur E-
rasmus
in Cice-
roniano.*

ad locum hæc annotavit Annii Viterbiensis: *Quid sibi velit, quod ait. Cujus præclaris gestis invidit Livius, equidem alii aliq̄ existimant. Dicam & ipse opinionem meam. Suetonius Tranquillus in vita C. Caligula scribit, paululum abfuisse, quin ab omnibus bibliothecis statuas & scripta Livii, deleteret, qui illum, uti verbum, & negligentem in historia, carpebat. Est autem negligens is, qui supprimit, quæ referenda sunt; & verbum, qui absque probatione contradicit afferenti rationes, & auctores. Et his duobus peccavit Livius in multis, ut patet. Sed ex multis, quæ ad sanum Volturna hæc exempla sint. Calius Thuscus Lartes Fani juvit Romulum implorantem ab eo auxilium contra Ceninenses, Crustuminos, & Latinos, & retulit triumphum. Et id idem fecit contra Sabinos Galeritus Lucumo. Et ob id ipse primus posuit Prætoria Romæ, & divisâ Româ in tres tribus, imposuit nomina, & tertiam partem dedit Thuscis. Ut clarè tradunt Propertius in elegiâ ad Vertumnum, & alterâ paululum præcedente, & Varro in 1 de lingua Latina, & Fabius Pictor de origine urbis Romæ, & Dionysius Halicarn. in 11 lib. & Mythis sub fabula Iani ejaculantis aquas sulphureas in Sabinos, ut Macrobius in 1. Saturnal. & Ovidius in 2. de Fastis indicant. At Livius fuit Livius, ut hîc notat Antoninus, qui, ut funditus extingueret Thuscorum fulgorem, & triumphos obnubilaret, ab eis partos, non à Romulo gestos; omnino etiam scribere unum verbum neglexit. Quod profectò invidiosissimi hominis est officium, & negligentis veritatem in historia. Similiter fuit verbum, quia absque certo auctore, & probatione, dicit contra Varronem, quod Lucumone nomen incerta originis. Fabius enim Pictor, antiquior eo, ostendit ab historia esse Etruscæ originis atque certissima. Rursus Livio antiquior & doctior Varro in 1. de L. L. dicit esse certæ originis; à Lucumone Luceres dictos: idq̄ probat vetustissimis auctoribus, Junio, & Tolumnio, Tuscarum Tragædiarum scriptore. Et item inexpugnabili argumento, quod Luceres est derivatio Etruscâ à Lucumone, & non Latina à luco Apyli, ut Pedianus, & Plutarchus in vita Romuli, rursus in Grammaticâ Latinâ aberrantes, dicunt, quia lucus Latinè à luceo verbo per antiphrasim derivatur, & à luco Lucii, & Lucani, Latina derivatio est, & non Luceres; ut lingua Latina peritissimus Varro ostendit. Non est igitur mirum, si Caesar excanduit irâ contra scripta Livii, negligentia, & supprimentia, quæ clarissima erant: & eum appellavit jure verbum, qui contra Varronem afferentem testes antiquissimos, & invincibilem rationem, verbum solum & anili loquacitate dixit, Lucumone nomen est incerta originis. Et ideo, ut utamur regulâ B. Hieronymi, eâdem facilitate Livius, & omnes alii similes, con-*

remnantur, quâ sine ratione, ac certo auctore, contra doctores solâ verbositate usi proferunt. Quum verò constet Livium non ignorasse, quæ Varro, & Fabius Pictor, & alii, referunt, constat equidem illum non ignoratione scientiæ; sed malignitate nature in historia neglexisse dicenda, & verbosè dixisse subtrahenda. Et ob id, uti Cajus, ita & Antoninus Cæsar, eum arguit invidia, dicens: *Vulturnæ præclaris gestis invidit Livius*. Hactenus, nimis profectò patienter, latrantem audivimus caniculam istam. Cujus omnia singularitè refellere velle, planè sit otio suo abuti. Sed mirari satis non possum, in sententiam suam pertrahere potuisse viros aliquot eruditos: eosque inter L. Joannem Scoppam Parthenopæum, qui *Collectaneorum lib. I cap. XVI II*, sic scribit: *Livius, historicus luculentissimus, in primo ab urbe condita*: Eodem, inquit, tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt: Ramnenses à Romulo: à Tito Tatio, Titientes appellati; Lucerum nominis, & originis causâ incerta est. *Hæc Livius*. Non quod (ut mea est sententia) Lucerum originem ignoraret; sed perinde ac Gallus Cisalpinus, & Hærusca, Italiaque gloriæ invidens, conscripsit: quod Antoninus Cæsar in suo itinerario his verbis arguit: *Vulturna, cujus claris gestis invidet Livius*. Et Cajus Caligula, *Tranquillo in Caligula vita scribente, paulum absuit, quin statuas & scripta Livii ab omnibus bibliothecis amoveret, tanquam verbosi & in historia mendacis*. Scius ergo erat Livius, sed ut invidus omisit. Hactenus Scoppa. Sed quid in mentem venit Scoppæ, ut se tueretur autoritate Cæsarum Caligulæ? quem ignorare non potuit similiter de Virgilio sensisse: imò & Homerum contempsisse. Sunt enim ista Tranquilli verba: *Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi non liceret, dicens, quod Platoni licuit, qui eum è civitate, quam constituebat, eiecerit? Sed & Virgilii, & T. Livii scripta, & imagines, paulum absuit, quin ex omnibus bibliothecis amoverit, quorum alterum, ut nullius ingenii, minimaque doctrina: alterum, ut verbum in historia, negligentemque, carpebat*. Ex eodem scimus, quid de abolendis jurisconsultis læpe jactarit: ac quale ejus de L. Seneca fuerit judicium. Quamobrem sanum neminem movebit auctoritas Caligulæ, qui, ut ejusdem Tranquilli verbis utar, non minore livore, ac malignitate, quam superbâ servitiæque, penè adversus omnis ævi homines grassatus est. Quod verò ad Antoninum imperatorem, quo & ipso se tuetur Scoppa, nusquam leguntur ea de Livio verba in genuino seu Antonii, seu Antonini, seu Æthici Itinerario, quod primùm edidit Josias Simlerus, posteaque ex antiquis codd. correxit, & commentario illustravit Hieronymus Surita CæsarAugustanus. Sed sunt ea verba in Itinera-

rio isto, quod Amnius Viterbiensis commentus fuit, ac cunctis obe-
 sca naris, ut germanum, obtrusit. Sanè isto *ἱστορικῶν* Antonini
 itinerario nihil indoctius, atque insulsius. Quod & res clamat, &
 uberrimè ostensum ab eruditissimo, ac, dum viveret, amicissimo mi-
 hi Philippo Cluverio in Italia sua. Quare, cur vel propter Caligu-
 lam, vel supposititium Antoninum, suspectior nobis sit Livius, nihil
 sanè causæ est. Nec magis movere debet Henricus Glareanus, vir
 variæ eruditionis, cum a Livium bellicosæ Gallorum gentis res ge-
 stas odiosè tractare, virtutesque eorum malignè elevare, conque-
 ritur. Quod etiam Barthius facit Adversariorum lib. lxx in Augu-
 stini de Civitate Dei lib. i cap. vi. Quàm enim Livius veritati flu-
 duerit, vel ex eo conjecturam capere possumus, quòd in descriptio-
 ne belli civilis ne Augusto quidem in tantum voluerit gratificari, ut
 aliter res narraret, quàm factum sciret. Audiamus, quæ Cremu-
 tius Cordus apud Tacitum dicat Annalium lib. i v: *Titus Livius, elo-*
quentia et FIDEI præclarus imprimis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit,
ut Pompejanum eum Augustus appellaret: neque id amicitia eorum offecit.
Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam latro-
nes & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe ut insignes viros no-
minat. Verùm aliud alii telum intentant. Malevolentia enim eo-
 reum agunt, quòd Polybium, quem *ἱστορικῶν* sæpe exscribit, non alio
 dignetur elogio, quam *b* *haudquaquam spernendi auctoris.* Quam frigi-
 dam sanè laudationem esse Fulvius Ursinus *c* annotavit. Petrus Vi-
 ctorius eo putabat crimine liberari Livium, quòd parciores olim in
 tribuendis fuerint elogiis. Quod non negàrim. Sed non id satis
 eo comparet, quòd putabat id etiam ex Appulejo parere in Apo-
 logia: ubi quæstorem publicum, qui coram adorat, non *orna-*
tissimum appellat, sed *virum ornatum* vocare est contentus. Fortaf-
 se ut Scipio Gentilis putabat, ordinis & dignitatis habuit ratio-
 nem, quia, ut notum omnibus, primus in Senatum veniendi
 gradus erat quæstura. Livii verò locus omnino intelligi debet
ἱστορικῶν, ut nequaquam aspernandus auctor idem valeat, ac
 si scriptorem dixisset summæ fidei & auctoritatis. Cui rei prob-
 andæ multa adferrem: nisi fusè hanc Livianorum esse verbo-
 rum mentem docuisset Casaubonus in collectis à se Polybii frag-
 mentis. Eloquentiæ studioso, præsertim tenella ætate, magis
 Livium profore, quàm Sallustium, Quintilianii iudicium
 est, lib. cap. ubi ait: *Livius à pueris magis legendus, quàm Sallustius,*
& hic historiae majoris est auctor: ad quem tamen intelligendum jam

a Præfat.
in ea, quæ
ad Livium
annota-
vit.

b Lib. 30.
c Notis in
Polybii
legatio-
nes.

profectu opus sit. Quod Fabii iudicium carpit Barthius Adversar. XLVIII cap. XIX. Putat, Sallustium dici majoris historię auctorem: cum ea non sit annorum XXV. Ergo, inquit, legendum, sit hic historia: major is est auctor. Imò omnino id hic ad Livium refertur. Et penè quæcumque eo capite adversus Fabium disserit idem Barthius, sanè ἀπὸ τοῦ ἀπειρώ. Quantum ejus fuerit nomen cum viveret, etiam docent hæc Plinii verba lib. II epist. III, ad Nepotem: Nunquamne legisti, Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriâque commotum, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque ut viderat abiisse? Nempe, ut hac ipsa de re B. Hieronymus ad Paullinum ait: Quod ad contemplationem sui Roma contraxerat, unius fama perduxit. Ac postea idem ait: Habuit illa ætas inauditum, & omnibus seculis celebrandum miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærent. At mirificus zelus fuit S. Gregorii, qui, ut S. Antoninus, & ex eo Jo. Hesselius, ex utroque Raderus ad Martialem tradit, Livium propterea combussit, quòd in superstitionibus, & sacris Romanorum perpetuò versetur. Sepulcrum Livii, ut quidem Blondus, eoque ex auctore Leander refert, Patavii fuit, ubi olim Junonis templum, ac nunc monasterium B. Justinæ, quod tenent nigri monachi Benedictini. At hodie ossa Livii magno in honore asservantur sublimes loco curiæ majoris, sive prætorii ab Henrico Imp. extracti, sed post incendium à Venetis splendidius resecti. Seorsim verò ostenduntur lingua & maxilla ejus. Sed brachium alterum non item. Cujus caussam hæc inscriptio ibidem ostendit: Inclyto Alphonso Arragonum Regi; studiorum fautori, Reip. Venetæ federato, Antonio Panormita poeta, legato suo orante, & Matthæo Victurio, hujus urbis prætore constantissimo intercedente, ex historiarum parentis T. Livii ossibus, quæ hoc tumulo conduntur, brachium Patavi civis in munus concessere anno Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, XIV Kal. Septembris. Inscriptiones quasdam monumentorum, quæ Livius posuit, apud eisdem, Blondum dico, ac Leandrum, reperies.

TROGUS quoque POMPEIUS tum vixit. Ipse libro XLIII scripsit, patrem suum sub C. Julio Cæsare militasse, epistolarumque, & legationum simul, & annuli curam habuisse: majores verò è Vocontiiis, Galliæ Narbonensis populo, originem ducere: avum suum Sertoriano bello civitate fuisse do-

natum à Cn. Pompejo : à quo & verifimile est Pompeji nomen accepisse : quomodo Demetrius Mégas , cum ei P. Cornelius Dolabella civitatem impetrasset , Publii Cornelii nomen accepit : ut Cicero ad Acilium auctor est. Is videtur fuisse vir virtutibus inelytus : eoque planè alius erit Trogi pater à T. Quintio Trogo , homine sceleroso , quem capitis accusavit M. Sergius , Manii filius , quaestor. Quo de Vatro pluribus extremo lib. v de L. L. Sed de patria dissentiunt nonnulli. Nam Joannes Gerundensis initio *ἱσπανικῶν* Hispaniæ , Trogum dicit Hispanum fuisse. Ei nos opponimus Justinum , sive Trogum ipsum , qui se Gallum facit. Dissensus quoque est de ætate. Nam Genebrardus in Chronol. eumque secutus in prima editione Tabularum Chronographicarum Jacobus Gualterius , retulit , Trogum floruisse iis temporibus , quibus Christus Salvator. Verum Augusti quidem ætate fuit : sed fortasse obierat jam ante natum Christum . Philippus Bergomas in supplemento Chron. & ante eum Gualterus Burlæus in libro de vitis philosophorum , tradidere , Trogum hunc fuisse præceptorem Justinii , ac utrumque claruisse tempore Antonini Pii. Sed hoc somnium iis , quæ diximus , satis refellitur. Scripsit Trogus Philippicarum historiarum libros XLIV , quarum nunc epitomen solam à Justino concinnatam habemus. Philippicas autem appellavit exemplo Theopompi. Sanè etiam Cicero orationes suas Philippicas exemplo Demosthenis vocavit , quodd , ut hic in Philippum , ita ipse in Antonium inveheretur. Sed meliori jure Trogus , cujus libri prope omnes de imperio Philippico , hoc est Macedonico , agebant. Nam à libro septimo usque ad XLI , tractat de regno Macedonico , cujus dignitas principium suum debet Philippo Magno , patri Alexandri. Septem verò libros primos Bongarsius censebat esse *Mundi origines* : quas veterum librorum inscriptio pollicetur : at *terrae situs* , quas iidem promittunt , jure arbitratur esse descriptiones regionum , quæ à Justino quidem omisæ , à Trogo verò non item : quod ostendunt prologi ab eodem Bongarsio editi ex codd. MSSis. Trogum hunc disertissimis viris in Probo annumerat Vopiscus : Ut causæ nihil sit , cur fidem minùs habeamus Justino , cum in præfatione suâ , eum *virum prisce eloquentia* appellat. *Severissimum auctorem* vocat eundem Plinius. Qui crebrò ejus meminit in Hist. Nat. imprimis in indice auctorum , è quibus profecit. Ut omittam Charisium qui ejus de animalibus libros citat , (unde pleraque Plinius

nus hausisse videtur: ut item præteream Servium P. Danielis in illud I I ÆN. *Rhœteas primum est advectus in oras*: adhæc Hieronymum præfat. in Daniele, & in cap. v ejus prophetæ, item Augustinum, Orosium, Priscianum, Jornandem, & alios. Aldus Senior epistolâ eâ, quam Perotti Cornucopiæ, & veteribus tribus grammaticis præfixit, scribit ipsas Trogi historias existare apud amicum quandam doctum, ac spectatæ fidei, & sperare, propediem in lucem edi posse. Verùm amicus iste Aldo imposuit. Sanè necdum prodiit; neque, puto, unquam prodibit.

LUCIUS etiam FENESTELLA his temporibus vixit. Quando autem, & quot annorum decesserit, docet Hieronymus in Chronico Eusebiano ad annum MMXXXVI, qui sextus est Tiberii Cæsaris, ubi sic scribit: *Fenestella, historiarum scriptor, & Carminum, septuagenarius moritur, sepeliturq; Cumis*. Imò & ante Hieronymum, atque adeò Suetonium, quem exscribere Hieronymus in Chronicis solet, sic de eo Plinius lib. xxxi I I cap. xi, *Repositorius argentum addi suâ memoriâ cœpum, Fenestella dicit, qui obiit novissimo Tiberii Cæsaris principatu*. Reliquit annales, ut cognoscimus ex Nonio in *Reticulum, Præfente, & Rumor*, ubi xxi librum annalium citat. Etiam Fenestellam in Archaicis citat Fulgentius lib. I I I Mythol: fabula de Perdicæ. Sed legitur in plurimis edit. *Fenestella Martialis ait sive scribit*: unde Savaro in Sidonii lib. ix epist. xiv colligebat Fenestellæ huic cognomen fuisse Martialis. Sed planè deceptus est vitiosis codd. quia pro *Martialis ait sive* reponendum in *archaicis*, ut est in MSSis, quod secutus est in editione sua Commelinus, vir bene de eo scriptore, & aliis multis meritis. Diomedes lib. I testimonium adfert ex Fenestellæ epitomis. Sed viri docti arbitrantur eas epitomas non fuisse genuinas, eò quòd in fragmento à Diomede allato sit vox decollandi, quæ Fenestellæ ævo fuerit ignota, saltem purius loquentibus. Verùm cum Diomedes apertè dicat, quos veteres dixere *securi casos*, eos Fenestellæ vocari *decollatos*; magis sit verisimile, jam Tiberii ævo vocem eam obtinuisse. Auctorem hunc Lactantius lib. I de falsa relig. cap. vi vocat diligentissimum scriptorem. Meminere & ejus Plinius in historia Naturali lib. vi I I I cap. vi I I, lib. IX cap. xv I I, & xxxv, lib. xv cap. I, & lib. xxxi cap. xi, Tranquillus in vita Terentii, quæ Donato tribui falsò solet, Gellius lib. xv cap. xxv I I I, ubi Fenestellæ hujus errorem ab Asconio Pediano observatum ait, de ætate Ciceronis, cum pro Roscio Amerino dicret. In quo jure quidem Fenestella reprehensus fuit.

sed nec leuius ipse errat Gellius. Nam à Q. Cæpione, & Q. Serrano, quibus consulibus M. Cicero ante diem III Non. Jan. natus est, ad L. Syllam Felicem, & Q. Metellum Pium, consules, quibus pro Roscio dixit Cicero, anni sunt, non septem & viginti, ut Gellius putat: sed sex, & viginti. Quare ut uno anno minus dicit Fenestella, cum sexto & vicesimo anno pro Roscio dixisse ait: ita & uno male auget Gellius, cum septem & viginti annos natum fuisse arbitratur. Ac similiter peccat, cum quadriennium suppressisse dicit Nepotem, qui scripserat Ciceronem tum annorum fuisse trium & viginti. Nam solum aberrat triennium, ut ex dictis patet. καὶ τῷ τριετηνῶν. Item Fenestellæ sit mentio apud Senecam Epist. cviii, Ulpianum l. i ff. de Offic. quæst. adhæc Censorinum, Macrobius, Priscianum, alios Latinorum. Nec Græcis ignotus est. Nam Plutarchus eum celebrat in Crasso: item in quæstionibus Romanis, ubi ex eo refert, cognomina Suilliorum, Bubulcorum, Porciorum, remansisse ex eo, quodd Romani veteres vitam agerent pastorem. Exstat hodieque sub Fenestellæ nomine liber de magistratibus Romanis. Quem germanū tanti viri factum putare, hoc verò desipere sit. Nam meminit in eo auctor, non Plinii tantum, sed & Gellii, qui Hadriani ævo fuit: imò episcoporum quoque, & archiepiscoporum mentionem facit. Sed verus scriptor est Andreas Dominicus Floccus Florentinus, secretarius Pontificis Romani, & Canonicus Florentinus: quem hoc de argumento scripsisse, testatur Flavius Blondas in Hetruria sua. Ac Lilius Gyraldus Historiæ de poëtis dialogo iv ait, habere se codices manuscriptos, quorum istiusmodi inscriptio sit: *Andreae Dominici Flocci Florentini ad Brandem, Cardinalem Placentinum, de Romanis magistratibus liber.* Atque in iis erat præfatio, quæ in libris prælo excusis desiderabatur. Quare nec audiendus Franciscus Robortellus, qui Poggii Florentini esse factum putavit: nec Alcinius, qui Pomponium Latum ex variis collegisse auctoribus dicebat, atque id non semel se audisse agebat ex Jano Parrhasio, qui suam quoque in colligendo operam Pomponio se commodasse profitebatur. Primus verò libellum hunc cum genuino auctoris nomine, quod & ipse in MSO suo invenerat, edidit curavit Agidius Witius, IC. Brugenensis: sed opusculum isthoc Brandi, Cardinali Placentino, dicatum fuisse, ne in illius quidem editione invenias.

C A P. XX.

Cur Hyginus potius, quàm Higinus, scribi debeat. Hygini patronus, patria, quemque imitatus sit: item vitæ genus, familiares, paupertas, libertus. In Tranquillo conjectura. Hygini libri de vita rebusque illustrium virorum. Asconius correctus. Hygini lib. exemplorum, deque urbibus Italicis, & genealogiis. Volaterrani æmperencia. Alia Hygini opera. Alter Hygenus, grammatice scriptor, ejusque ætas, & Volaterrani in hoc lapsus. Iulii Marathi patronus, ac libri de rebus Augusti. Vnde sit, quod Hyginus, & Marathus, Iulii nomen habuere. Vnde item, quod leges ab Augusto latæ, non Octaviæ, sed Iuliæ sint appellatæ. Verrii Flacci ætas, & quæ scripserit. Q. Vitellius Eulogius. Cilnius Mæcenas de gestis Augusti. Druso sive Ruso historicus ineptus.

Proximus est C. JULIUS HYGINUS, pro quo corruptè vulgò Higinus, vel Higinus scribitur. Nam ut ex Ὑγιῶν καὶ Ὑγιῶν λέγεται dicitur: sic ex Ὑγιένος fuerit Ὑγιός. Hoc autem Latine sit Hyginus, vel Hygenus, prout in vet. Veronensium monumentis id nomen exaratum invenitur. Quâ is conditione fuerit, & quando vixerit, exponit his verbis Suetonius Tranquillus, libro de illustribus Grammaticis: C. Iulius Hyginus, Augusti libertus, natione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, & à Cesare Roman. advectum, Alexandria captâ. Studiosè, & avidè, imitatus est Cornelium Alexandrum, Grammaticum Græcum: quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorum multi, quidam Historiam vocabant. Præfuit Palatinæ bibliothecæ: nec eo secius plurimos docuit: fuitq; familiarissimus Ovidio poëta, & Cajo Licinio, consulari historico: qui eum pauperem decessisse tradit, & liberalitate suâ, quoad vixit, sustentatum. Hujus libertus fuit Iulius Modestus, in studiis atque doctrinâ vestigia patroni secutus. Hactenus Tranquillus. Ubi quod de Polyhistoris cognomine ait, etiam ab Hieronymo proditum est in Chron. Euseb. ad annum MMVII. Cur C. Iulius sit dictus, ex eo videmus, quod patronus ejus fuerit C. Julius Cæsar Augustus. Ac similiter Modestus à patrono suo Hygino nomen reculit C. Julii. Est is de quo Martialis lib. x:

Scribere te, quæ vix intelligat ipse Modestus;

Et vix Clavianus, quid rogo, Sexte, iuvat?

Reliquit confusaneas quæstiones, & librum de feriis, Fabio, Gellio, Diomedii memoratum. Sed quis iste C. LICINIUS, consularis historicus, qui, ut hîc dicitur, Augusti libertum sustentavit? Equidem legendum puto C. *Asinius*, qui cum Cn. Domitio Calvino consul fuit anno DCCXXIII: ac historiam condidit belli civilis, ut suo loco ostendimus. Scripsit Hyginus vitas illustrium virorum. Gellius lib. I cap. XIV: *Iulius Hyginus in libro de vita rebusque illustrium virorum sexto.* Narrat deinde, quid fecerit dixeritque C. Fabricius, cum ei Samnites grandem pecuniam dono offerrent. Eadem refert, a Hyginum similiter auctorem laudat Ioannes Salsberiensis lib. V. de nugis Curialium cap. VII. Nec dubito, quin ex eodem opere sint, quæ Gellius lib. VI cap. I. de Africano superiore ex Hygino inter alios, *qui de vita & rebus Africani scripserunt*, referre se dicit. Mentionem quoque operis huiusce facit, tum Asconius Pedianus in Pisonianam (sed ibi corruptè vocatur *Lucius*, qui est *Iulius*) tum B. Hieronymus præfatione operis de scriptoribus Ecclesiasticis. Scripsit etiam Exemplorum volumen, unde de Theodecte quiddam adfert idem Gellius lib. X cap. XVII. Item de urbibus Italicis tractavit: ut testatur Servius in lib. III Æn. *Caulon*, inquit, *mons est Calabria, in quo oppidum fuit à Locris conditum, quod secundum Hyginum, qui scripsit de situ urbium Italicarum, olim non est.* Et in lib. VII Æn. *De civitatibus totius orbis multi quidem ex parte scripserunt: ad plenum tamè Ptolomæus Græcè, Latine Plinius. De Italicis etiam Urbibus Hyginus plenissimè scripsit, & Cato in Originibus.* Idem ostendit hic Macrobius locus libro Saturnali. cap. XVI: *Hernicum quidem hominem, Pelasgum, duce[m] Hernicis fuisse, Iulius Hyginus in libro secundo Urbium non paucis verbis probat.* Ex eo ipse opere est locus Hygini, quem Macrobius signat lib. I Saturn. cap. VII. cum ait: *Regionem istam, que nunc vocatur Italia, regno Ianus obtinuit: qui, ut Hyginus, Protarchum Trallianum secutus, tradit, cum Cameise, aquè indigenâ, terram hanc ita participatâ potentia possidebant, ut regio Cameisene, oppidum Ianiculum vocaretur.* Nec aliud opus signat Servius ad illud I Æn. *Romulus excipiet gentem.* Ubi ait, ne Hyginum quidem arcanum Urbis nomen enunciasse, cum de Urbis situ loqueretur. Genealogiarum libros reliquit. Quorum primū memorat ipse in poëtico Astronomico, quo loco de Perseo tractat; *De quo, inquit, in primo libro Genealogiarum scripsimus.* Astronomicum isthoc M. Fabio dedicavit. Quinctilianū hunc esse, putavit Raphaël Volaterranus lib. XVI Commentariorum. Ac eadē mens Populieriū libro

libro quinto de Historia: Sed tempora minimè conveniunt. Alia quoque multa literis prodidit Hyginus; sed parùm facientia ad institutum nostrum. Nam commentarios ejus in Virgilium celebrat Gellius lib. 1. cap. vi. & lib. x. cap. xvi. Etiam lib. xvi. cap. vi. citatur quartus Hygini de Virgilio. Uti quintus à Macrobio lib. vi. Saturn. cap. ix. Similiter Hyginum in Προπευτικῶν Cinnæ; ac librū ejusdem secundum de Agricultura, Charisius laudat lib. 1. Adhæc libri ejus de Penatibus Macrobius meminit lib. 1. 1. 1. Sat. cap. 1. v. item ex libro de proprietatibus Deorum testimonium petit lib. 1. 1. 1. Sat. cap. vii. 1. Hodie nihil Hygini habemus præter poeticon astronomicon ad M. Fabium, & fabularem librum. Nam Gromaticæ, sive de limitibus constituendis, quæ & ipsa Hygeni nomen præferunt, non hujus sunt Hygeni, quod Raphael Volaterranus loco antè dicto putavit; sed alterius, qui Trajani ætate vixit: ut hæc ejus in gromaticis verba ostendunt: *Nuper ecce quidam evocatus Augusti, vir militaris disciplina, professionis quoque nostræ capacissimus, cum in Pannonia agros veteranis ex voluntate & liberalitate imperatoris Trajani Augusti assignaret: in ære, id est formis, non tantum modum, quem assignabat, adscripsit.*

JULIUS MARATHUS res Augusti, patroni sui, perscripsit. Suetonius lib. 1. cap. lxxix. *Staturam (Augusti) Julius Marathus, libertus, etiam in memoriam ejus, quinque pedum, & dodrantis fuisse tradit; sed qua commoditate & aequitate membrorum occuleretur, ut non nisi ex comparatione adstantis alicujus procerioris intelligi posset.* Et ejusdem libri cap. xciv. *Auctor est Iulius Marathus, ante paucos, quam nasceretur, menses, prodigiū Romæ factū publicè, quo denunciabatur, regē popul. Rom. Naturā parturire: senatū exterritū consuisse, ne quis illo anno genitus educaretur: eos, qui gravidas uxores haberēt, quò ad se quisq; spem traheret, curasse, ne senatusconsultū ad ærarium deferretur.*

Fortasse aliquis miretur, Hygenū & Marathū, qui non C. Cæsaris, sed Octavii fuere liberti, Julios potius, quàm Octavios, dictos esse. Sed causam ejus nescire non potest, qui sciat, cur non solū lex agraria & sumtuaria, ac quædā aliæ, à C. Cæsare latæ, dictæ sint Julianæ, etiam quas tulit Augustus, ut illa de adulteriis, & de pudicitia, deque maritandis ordinibus: item sumtuaria, & lex ambitus, & aliæ complures. In causâ verò est, quòd Octavius à Cajo Julio Cæsare testamento eâ lege ex parte diimidia fuerit institutus hæres, ut nomen ejus ferret: quod tertium erat adoptionis genus. Ac senatus ipse, postquā Pansa & Hirtio, cæsis, Octavius se, & Pedium, in eorum locum consules per vim fecisset, adoptionem eam comprobavit. Itaque in fastis Capitolinis, inque tabula Colotiana, in Pansa locum substituitur.

dicitur C. JULIUS CÆSAR, qui non alius est, quam C. Octavius, qui postea appellatus est Augustus.

VERRIUS FLACCUS, Grammaticus, conditione libertinus, ab Augusto nepotibus suis, Cajo & Lucio, præfectus fuit, eoque Romæ in palatio docuit: atque exactæ ætatis sub Tiberio obiit, ut auctor est Tranquillus libro de claris Grammaticis. Inter alia ejus, quæ à veteribus referuntur, etiam fuere libri rerum memoriâ dignarum. Gellius lib. IV cap. V: *Ea historia de barbaris, ac de versu isto senario, scripta est in Annalibus Maximis, & in Verru Flacci libro primo rerum memoriâ dignarum.* Eo ex opere videntur quoque esse historica, quæ commemorat Plinius lib. VII cap. LIII, & lib. VIII cap. VI, lib. IX cap. XXI, lib. XVI cap. VII, lib. XXVII cap. II, lib. XXXII cap. III, & VII. Item quæ adfert Macrobius lib. I Saturnal. cap. VI. Nec tamen res omni dubitatione caret. Nam titulus libri non additur istis locis: & scripsit Verrius alia quoque. Uti epistolas, libros de Verborum significationibus, de obscuris Catonis, Saturnum, Carmina item. Quorum omnium fragmenta viri docti collegerunt. Idem auctor esse creditur Fastorum Capitolinorum: idque ob locum hunc Tranquilli in libello de illustribus grammaticis: *Statuam habet Præneste in inferiore fori parte, contra hemicyclum, in quo fastos à se ordinatos, & marmereo parieti incisos, publicabat.* Qui locus si ita legatur, uti hic posuimus, nihil quidem ad hoc evincendum valet, quod volunt: sed jubent pro Præneste legere prope Vesta. Verùm hanc sententiam satis exploramus superius cap. IX.

Sub Augusto Cæsare etiam fuit Q. VITELLIUS EULOGIUS, vel Eclogius, libertus Q. Vitellii, unde & nomen hoc accepit. Hic, ut patrono suo, qui Augusti erat quæstor, rem gratam faceret, libellum confecit de stemmate gentis Vitelliæ. Ejus argumentum fusiùs tradit Suetonius in Vitellio: *Exstat Q. Eulogii ad Q. Vitellium, davi Augusti quæstorem, libellus, quo continetur, Vitellios Fauno, Aboriginum rege, & Vitelliâ, qua multis locis pro numine coleretur, ortes, toto Latino imperasse. Horum residuum stirpem ex Sabinis transisse Romam, atque inter patricios adlectam: indicia stirpis diu mansisse, viam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usque: item coloniam ejusdem nominis, quam gentili copiâ adversus Æquiculos tutandam olim deposuissent: tempore deinde Samnitici belli præsidio in Apuliam misso, quosdam ex Vitelliis subsedisse Nuceria: eorumque progeniem longo post intervallo repetisse Urbem, atque ordinem Senatorium.*

CILNIUS MÆCENAS ad posteros transmisit historiam Cæsaris Augusti. Servius ad illud II Georg.

Non ego cuncta meis amplecti verbis opto.

Constat, inquit, *Mæcenatium fuisse literarum peritum, & plura composuisse carmina. Nametiam Augusti Cæsaris gesta descripsit. Quod testatur Horatius dicens: Tuque pedestribus Dices historiis prælia Cæsaris, Mæcenas, melius, ductaq; per vias Regum colla minacium.* Quamquam hoc Servii argumentum admodum fit infirmum. Neque enim ait Horatius, à Mæcenate descripta esse Cæsaris gesta: sed illa melius ab eo posse celebrari, quàm à se; quia ipse amoribus ludendis magis fit idoneus. Sed quod parùm solidè colligit Servius, id planè fit verisimile istis Solini verbis cap. xviii: *D. Augusto principe, in Campania delphinum puer fragmentis panis primò illexit, & in tantum consuetudo valuit, ut alendum se etiam manibus ipsius crederet; mox, cum prolusisset puerilis audacia, intra spatia eum Lucrini lacus evertitavit: unde effectum, ut à Bajano litore equitantum puerum Puteolos usque veheret. Hoc per annos plurimos tamdiu gestum est, donec assiduo spectaculo desineret miraculum esse, quod gerebatur. Sed ubi obiit puer, sub oculis publicis desiderii errore delphin interiit. Pigeret hoc asseverare, ni Mæcenatis, & Fabiani, multorumq; præterea esset literis comprehensum.*

DRUSO, nisi is **RUSO** potiùs (variant enim codd.) Augustæo ævo historiam condidit, quàm amabat, & admirabatur ipse; sed sine rivali. Adeò enim indoctè composita erat, ut quibus eam legeret, poenà satis gravi affici sibi viderentur. Jam hic industriam nostram effugerat: ut habeat omnino, quod debeat summo, & nobis amicissimo viro, **J. Isacio Pontano**; qui cùm **Hardervico** his diebus excurrisset **Lugdunum**, nosque suavi juxta, ac erudito colloquio suo pasceret; memoriam ejus refricabat verbis istis Horatianis libro I Serm. sat. III:

*Odisti, & fugis, ut Drusonem debitor eris;
Qui nisi cum tristes misero venere Calendæ,
Mercedem, aut nummos, unde unde extricat, amaras
Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit.*

Ubi sic Acro: Significat hunc Drusonem feneratorum fuisse, & eundem historiae malum scriptorem; qui solitus esset à debitoribus suis audientiam exigere.

CAP. XXI.

Ateji Capitonis consulatus. Falsò **Atejum** hunc à **Riccobono** in historicorum numero reponi. **Massurium** corruptè vocari, qui est **Masurius**. Scripsisse eum non memorialia, sed memorabilia, ac quid inter hæc duo interfuit. Memorialia
aliter

aliter etiam memorias appellari. Cornelii Severi de bello Siculo poema, ac Fabii de eo iudicium. Diversus ab hoc scriptore T. Cassius Severus, ejusdem temporis orator. Quam acerbè is alios convitiis proscindere soleat, & cujusmodi vitæ exitum ea propter sortitus sit. Lipsii, & aliorum, argumentis occurritur, qui existimârunt, Severum hunc historiam reliquisse. Glossema ex Tertulliano sublatur. Incer-tus de bello Punico. C. Rabirius. Rabirii, vel Rubrii, satira.

Pertinet quoque ad ævum Augusti ATEJUS CAPITO; ut quem sub eo consulatum gessisse, Tacitus prodat in tertio Annalium, & Pomponius lib. I de Origine Juris. Ejusce consulatus mentio etiam fit in veteri lapide, qui Romæ adservatur. In eo legas: C. ATEIO CAPITONE, C. VIBIO POSTUMO, COS. Incidit autem in annum Urbis DCCLIX: ut Onuphrius, & Marlianus, ac post eos Pighius, Lipsiusque, rectè observant. Non meminere quidem, vel Dio, vel Cassiodorus, qui consules ejus anni vocant M. Æmilium, & L. Arruntium. Sed Ateius, & Postumus, ab Augusto, ex Tribunitiæ potestatis anno, vel duodevigesimo, vel undevigesimo, successi prioribus fuerunt. Atejum hunc Riccobonus refert inter historicos, quorum fragmenta collegit. Sed perperam, ut arbitror. Nam jurisconsultus vocatur à Suetonio libro de illustr. gramm. Dixerit aliquis, nihil prohibere, quo minùs qui jurisconsultus foret, idem etiam historiam relinquat. Non dffiteor. Sed non, quid fieri potuerit, in quæstione est: verum quo id argumento fecisse colligatur. Sanè ea ipsa, quæ à Riccobono ex Gellio, Macrobio, ac Festo, citantur, è libris sunt de judiciis publicis, de officio senatoris, de jure sacrificiorum, deque pontificio jure: ut iidem scriptores indicant. Equidem nullam operis inscriptionem hætenus reperi, quæ non ad jus civile, ac officium publicum, pertineret. Etiam Atejum hunc Capitonem; non autem Prætextatum, seu Philologum, intelligere oportet apud Plutarchum in Quæstionibus Romanis: ubi Flamen Dialis, mortuâ uxore, dicitur *ἄνευ τῆς* *ἀρχῆς*: ejusque rei auctor laudatur Atejus. Sic enim legendum; ubi corruptè in Græco, δ' *ἄνευ*. Ea verisimile est esse è Pontificali-bus Ateji Capitonis, quorum librum sextum Festus citat in *Mundus*. Meminere & ejusdem Capitonis Plinius lib. XVI I I cap. XI, Suetonius

nus in Clar. Grammaticis, ubi de Attejo philologo, atque iterum in Pomponio Marcello, Dio lib. LVII, & alii.

Quod si quis nobilis jurisconsultus Augustæ ævi locum sibi aliquem inter historicos deposcit: is fuerit MASURIUS SABINUS, vir equestris ordinis: de quo Pomponius Tit. de Origine Juris. Corruptè vulgò Masfurius vocatur, quomodo & ab H. Stephano in Gellio perpetuò editum est. Sed eam scriptionem satis refellit illud Persii sat. v:

Excepto siquid Masuri rubrica retavit.

Ac apud Arrianum quoque Epicteti lib. IV cap. III, Μασούριος vocatur: item Athenæo in XIV, ubi legas, Μασούριος ὁ πάντων ἀρίστος, ὃς οὐδὲς ἐν τῷ νόμῳ ἐξήγητὸς ἐδιδότο δ' ἄριστος, ὃς καὶ μνησθεὶς ἐδιδάτεται ἀπὸ αὐτοῦ, &c. Masfurius vir longè optimus & sapiens: quippe & interpres legum fuit nulli secundus, & musicis semper vacavit, &c. Meminit & Plinius lib. VII cap. V & XLIII. atque alibi. Præter libros juris civilis, quò & istos De indigenis pertinuisse arbitror; præter item libros Fastorum, quos Macrobius laudat lib. I Saturn. cap. IV; etiam scripsit libros Memorabilium; quorum primum citat Gellius lib. VI cap. VII; septimum autem lib. IV cap. XX; undecimum denique lib. V cap. VI. Mentio eorundem fit L. CXLIV D. De verborum significationibus. Sed ibi in Pandectis Florentinis Memorialium legitur. Quæ vox aliud significat. Nam memorialia sunt res veteres memoriâ proditæ. Græci vocant ἀπομνημονόματα. At memorabilia dicuntur, quæ digna sunt, ut memoriæ tradantur. Græcis ea sunt ἀξιομνηστέα. Memorialium appellatio etiam apud Arnobium existat lib. V I ad versus nationes: *Ridetis, temporibus præcis Persus fluvios coluisse, memorialia ut indicant scripta.* Ita enim malim legere, quàm memorialia. Memorialia enim, ut dixi, vocantur, quæcunque memoriâ prodita sunt: unde eadem & memorie appellantur à Gellio, Tertulliano, Minutio, etiam Julio Firmico, qui lib. VI Mathes. cap. XXVI appellat antiquas lectionum memorias. Inscriptio autem Memorialium optimè convenit Sabini libris. Sanè historica sunt, quæ inde variis locis Gellius promit: uti & pleraque à Plinio adducta. Quorum pars ad triumphorum historiam pertinet.

CORNELIUS SEVERUS extremo Augusti ævo bellum Siculum scripsit, sed carmine. Fabius lib. X: *Cornelius Severus, etiam si versificator, quàm poëta, melior, si tamen, ut est dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripisset, vindicaret sibi jure secundum locum. sed enim summam mors immatura non passa est: puerilia tamen ejus opera, & maxima*

indolem ostendunt, & mirabilem; præcipue in ætate illâ, recti generis voluntatem. Vide de eo M. Senecam Suafor. VI. ubi & versus ejus adfert, quibus mortem Ciceronis deplorat. Unde Josephus Scaliger, Animadversionibus Eusebianis num. MMXLVIII, conjectabat apud Fabium pro *Siculum* esse legendum *civile*: ut scripserit bellum civile Cæsaris, & Pompeji, atque inde carmen in mortem Ciceronis fit depromptum. Etiam poëmaticis, quod Ætna inscribitur, falsoque adscribitur Maroni, Severus hic auctor est: ut colligitur è L. Senecæ epist. LXXIX. At non æquè apertum, idémne, an alius, signetur ab Ovidio lib. IV de Ponto eleg. ult. ubi sui temporis poëtas recensens, inter alia ait,

Quique dedit Latio carmen regale Severus.

Etiam inter præses Horatii vetus hunc Severi versum adducit:

Pinea frondosi dum murmurat Apennini.

Alius ab hoc Severo poëta est T. Cassius Severus, qui & ipse extremis Augusti temporibus, & sub Tiberio, floruit. Is celebris orator vocatur à Plinio lib. VII cap. XII. ac similiter Quintilianus lib. X: sed orationis acerbicatem ei tribuit. Sanè ex primo Annalium Taciti discimus, eum scriptis suis procacibus proscidisse viros, feminasque illustres: eaque re occasionem dedisse Augusto, ut de libellis famosis cognitionem susciperet. Luculentum de hoc Cassio locum suppeditat M. Seneca præfat. lib. III. epitomes declamat. item ad Plinium lib. XXXV cap. XII. Vide & egregium Cassi dictum in adolescentem apud Fabium lib. VI cap. II. Alia quoque alibi de eo apud eundem reperies. Uti & insignem Augusti jocum in hunc apud Macrobiium lib. II Sat. cap. IV. Videtur idem esse, ad quem scribunt Horatius Epod. VI. & Ovidius I de Ponto eleg. VIII. Citant & ejus scripta Charisius, ac Diomedes. Quando, & quomodo obierit, ex Tacito cognoscimus; qui sub Tiberio in saxo Seriphio consenuisse, auctor est. Item in Hieronymo in Chronico Eusebiano, ad annum IV Olymp. CCII, his verbis: *Cassius Severus, orator egregius, qui Quintilianum illud proverbium luserat, XXV exilii sui anno summa mopiâ moritur, vix parvo venenda contactus.*

Quæcumque autem hæcenus diximus, ea clarè quidem docent, alium esse Cornelium Severum, poëtam; alium Cassium Severum, oratorem: (quos duos perperam in historia sua Popelinierus confundit) sed nondum liquet, utrùm, uti priori, ob bellum Siculum descriptum, aliquis inter historicos locus esse potest; ita & alter referri inter eos possit. Video ita videri viris doctis; atque eos in-

ter Justo Lipsio in *iv* Annalium Taciti. Ac vehementer eam sententiam suadet locus hic Tertulliani in Apologetico cap. x: *Saturnum itaque, quantum litera docent, neque Diodorus Græcus, aut Thallus; neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos; neque ullus commentator ejusmodi antiqvitatum, aliud, quàm hominem, promulgaverunt.* Veniam postulo à lectore, si paullò ei audacior videatur conjectura de hoc loco nostra: mihi quidem certa videtur. Omnino arbitror *Severi* nomen ex glorfemate imperiti librarii irrepsisse. Id enim credere malo, quàm ut Tertullianus memoriæ errore, Cassium Heminam, Cassiumque Severum, confuderit. Omnino enim, qui de Saturno istud scripsit, est Cassius Hemina. Quippe is historiam suam orsus fuit à priùcis Itatorum rebus, quæ ante ipsos reges Romanos fuerunt. Hoc ita esse, ostendunt, quæ ex Pisone eo adducunt veteres: ut Gellius lib. xvii cap. xxi. ubi ex primo annalium ejus tradit, *Homerum, & Hesiodum, vixisse, Sylvii Albanigantibus; annis post bellum Trojanum plus centum atque sexaginta.* Item, quæ auctor libri de origine gentis Romanæ ex Hemina narrat de Recarano, sive Hercule, & Caco, Euandri servo. Vehementer quoque sententiam meam firmat, quòd Minutius Felix in Octavio de eadem re scribens, imò Tertullianum exscribens, Severi cognomen omittit. Verba ejus sunt: *Scit hoc Nepos, & Cassius in historia.* Idem Lactantius lib. i cap. xiii: *Omnes non tantum poëta, sed historiarum quoque, ac rerum antiquarum scriptores, hominem fuisse, consentiunt, qui res ejus in Italia gestas memoria prodiderunt: Græci, Diodorus, & Thallus: Latini, Nepos, Cassius, & Varro.* Sed enim, ajunt, Cassium Severum etiam historiam scripsisse, arguit locus iste Suetonii in Caligula cap. xvi: *T. Labieni, Cordi Cremutii, Cossii Severi scripta, Senatusconsultis obalita, requiri, & esse in manibus lectit. arique permisit: quando maxime sua interesset, ut facta quaque posteris traderentur.* Et aliter ejusdem scriptoris in Vitellio cap. ii. *Cassius Severus, nec minùs alii, eundem & suorum veteramentarium, cujus filius sectionibus, & cognituris, uberius compendium nactus, ex muliere vulgari, Antiochi cujusdam furnariam exercentis filia, equitem Rom. genuerit.* Facile his occurritur. Nam sunt ista, non ex historia Cassii Severi, quam nemo veterum celebrat: sed ex procacibus illis libellis, quibus primarios viros, & feminas, proscindebat: ut ex Tacito antea retulimus. Postremò objici illud video, Cassium hunc Severum à Plinio quoque cum Cornelio Nepote jungi lib. iv epist. ad Severum. Sed profectò jungit eos Plinius, non quia historici fuerint ambo; sed quia ambo Severi municipes: eoque imagines amborum Severus haberet, vel saltem, qui haberent, nosset. Sic enim

enim Plinius scribit: *Heremius Severus, vir doctissimus, magni aestimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Cornelii Nepotis, & T. Casii: petique, si sunt istis, ut esse credibile est, exscribendas pingendasq; de legem.*

Severo poëtae, quem Siculum bellum scripsisse, diximus, iungendus poëta alius, qui eodem tempore carmen paravit de bello Punico. Meminit Ovidius eleg. ult. libri IV de Ponto, hoc versu:

Quique acies Libycas, Romanaq; praelia dixit.

Sed quis iste sit, nesciri arbitror. Georgius Merula Alexandrinus Ennium intelligebat. Verum satis apertum est, ab Ovidio elegiâ istâ poëtas non alios recenseri, quàm sui ævi.

Fortasse & locus hic erit C. RABIRIO de quo sic ibidem Ovidius:

Cum foret & Marsus, magnique Rabirius oris.

Unde grandiloquum fuisse poëtam cognoscimus. Descripsit bellum Actiacum inter Octavium Augustum & M. Antonium Triumvirum. Meminit ejus L. Seneca lib. VI de Benefic. c. III. *Egregiè mihi videri M. Antonius apud Rabirium poëtam, cum fortunam transeuntem aliud videbat, & sibi nihil relictum, præter jus mortis, id quoque si occupaverit, citò exclamare:*

Hoc habeo, quodcumque dedi ———

Illustre ejus elogium apud Vellejum lib. II: *Maximè nostri ævi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusque.* Quintilianus tamen in x jejundè satis laudat: *Rabirius, ac Pædo, non indigni cognitione, si vacet.* Citat Fulgentius Planciades è Rabirii Satira:

Abstemiùm merulentum fugit Methenia nomen.

Ubi mirum secundam in *abstemius* corripi: nisi placet *ovis* non esse. Sed, credo, diversus ille Rabirius. Imò fortasse ne Rabirius quidem. Nam in libris aliis pro *Rabirius* legitur *Rubrius*. Sed quis iste Rubrius, æquè incertum. Unde aliqui *Rutilius* emendant. Quibus quo minùs subscribam, in causa illud est, quòd *Rutilii* satirographi veterum meminere nemo.

CAP. XXII.

Cremutii Cordi ætas, scripta, mors, atque ejus causa, libri, & ut eos cremari jussert Tiberius Cæsar, sed filia Cremutiae curâ fuerint servari. Bassi Aufidii ætas, libri de bello Germanico, item alii de bello civili. Plinii locus explicatus.
Aufi-

Aesfidius Modestus, grammaticus. Iulius Bassus orator. Iunius Bassus cur dictus asinus albus. Ejus æta. Quintiliano conjectura. Cæsius Bassus. Quis post Cæsarum rem Aratea Latino carmine reddiderit: quis item commentariorum in ea auctor sit. Gabius Bassus. Perperam eum in codd. Macrobii pro Gabio dici Cajum: inque Fulgentii plerisque libris malè eundem pro Gabio Galbium appellari. Gabii Bassi ætas.

ACREMUTIUS CORDUS sub Augusto condidit historiam bellorum civilium, & res Augusti. Sub Augusto utem scripssisse, imò & Augusto recitasse, colligere est ex Suetonio in Tiberio cap. LXI. In historia belli Philippensis Brutum Cassiumque laudarat, ut ultimos Romanorum. Hæc ei caussa mortis sub Tiberio, vigente Sejano. De eo sic Tacitus Annalium lib. IV: *Cornelio Cossò, Asinio Agrippa coss. Cremutius Cordus postulat, novo ac tum primum audito crimine, quòd, editis annalibus, laudatòq; M. Bruto, C. Cassium Romano: ultimum dixisset. Accusabant Satrius Secundus, & Pinaris Natta, Sejani clientes. id perniciosè reo, & Cæsar truci vultu defensionem accipiens. quam Cremutius, relinquenda vitæ certus, in hunc modum exorsus est. Sequitur hinc Cordi oratio. Postea scribit: Egressus deim senatu, vitam abstinentiã finivit. libros per adiles cremandos, censuere patres; sed manserunt occultati, & editi. Eandem rem narrat Dio extremo lib. LVII. Sed graphicè imprimis ejus mortem describit L. Seneca consolat. ad Marciam cap. LXII. Ciceronis elogium ex historiarum ejus libris habes apud M. Senecam Suavor. VI. Ex iisdem libris quædam Plinius adfert lib. X cap. XXVI, & lib. XVI cap. XXVI. Item Suetonius in Augusto cap. XXXV: *Cordus Cremutius scribit, ne admissum quidem tunc quemquam Senatorum, nisi solum, & prætentato finu. Eundem, ut ex allato Taciti liquet, signatidem Suetonius in Tiberio cap. LXI, cum ait, objectum & historico, quòd Brutum, Cassiumque, ultimos Romanorum dixisset. Item in Caligula cap. XVI: T. Labieni, Cordi Cremutii, Cassi Severi scripta, Senatusconsultis abolita, requiri, & esse in manibus, lectitarique, permisit: quoniam maximè suã interesset, ut facta quæque posteris tradantur. Libros eos Cremutii occultarat, posteaque edidit Marcia, Cremutii filia. Unde illam sic alloquitur I. Seneca in consolatione, quam ad eam scripsit: Ingenium patris tui, de quo sumtum erat supplicium, in usum hominum reduxisti, & à vera illum vindicasti morte, ac restituisti in publicam monumenta libros, quos**

vir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Optime meruisti ut Romanis studis: magna illorum pars arserat. Optime de posteris: ad quos venit incorrupta rerum fides, auctori suo magno imputata: optime de ipso, cujus viget vigebitq; memoria, quamdiu fuerit in pretio Romana cognosci; quamdiu quisquam erit, qui reverti velit ad acta majorum; quamdiu quisquam, qui velit scire, quid sit vir Romanus, quid subactis jam cervicibus omnium, & ad Sejanianum: jugum adactis, indemitus sit homo, ingenio, animo, manu liber. Magnum mehercule detrimentum Resp. ceperat, si illum ob duas artes pulcherimas in oblivionem coniectum, eloquentiam, & libertatem, non eruisses. Legitur, floret; in manus hominum, in pectora receptus, vetustatem nullam timeret. Cremutium quoque laudat Plinius lib. x cap. xxv i his verbis: Auctores sunt omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves, & confluere ad Memmonis tumulum, quas ob id Memmonidas vocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Æthiopia circa Regiam Memmonis exploratum sibi Cremutius tradit. Idem prodic Solinus cap. xliiii. Sed apud eum in MSSis est Crumentius, librarii culpa, cum ex Plinio sit corrigendus, quem more suo exscripsit. Puto autem & ista esse ex historico Cremutii opere.

Etiam Aufidius Bassus Augusti & Tiberii tempore fuit, æqualis M. Senecæ Rhetoris, ut ex ejus suavioria vi cognoscimus. Ibidem inter historicos refertur, qui elogiis suis Ciceronem fuisse profecuti. Reliquit autem belli Germanici libros: ut Fabius docet lib. x. Ubi & ejusmodi de eo judicium apponit: Servilius Novianus & ipse à nobis auditus est, clari vir ingenii, & sententiis creber, sed minus pressus, quæ historiæ auctoritas postulat. Quam, paululum aetate precedens eum, Bassus Aufidius, egregie utique in libris belli Germanici præstitit, genere ipso probabilis in omnibus; sed in quibusdam suis ipse viribus minor. Etiam de bello civili scripsit: unde ista sunt, quæ M. Seneca de Cicerone refert. Ubi Aufidius desit, ibi cœpit Plinius Veronensis. Hoc ostendunt verba Plinii junioris lib. i i i epist. v; ubi inter alia scripsisse dicitur, *Asine Aufidii Bassi tringinta & unum*. Hoc viri docti a interpretantur de fine historiæ, quam scripserat de bello civili. Id minus placet. Nam paullo antè dixerat Plinius, scripsisse de bello Germanico libros xx. qui libros, quos à fine Aufidii Bassi cœpit, numero erant xxxi. Ergo verba allata de belli Germanici opere intelligi non possunt. Meruit & Aufidii hujus scriptor de causis corruptæ eloquentiæ, & fortasse idem est, quem Plinius signat Histor. Nat. lib. vi cap. i: cum ait: *Universa Armeniæ magnitudinem Aufidius quinquagies centena millia prodidit*. At non de hoc, puto, sed de filio ejus loquitur L. Seneca epist. xxx. Ea incipit: *Bassum Aufidium,*

a Anl.
Schott.
lib. de clar.
vir apud
Senecam
rhetoribus.

virum optimum, vidi quassum, atati oblectantem. Sed jam plus illum degravat, quam quod possit attolli. Magno senectus, & universo pondere incubuit. Scis illum. Imper infirmi corporis, & exhausti, fuisse: diu illud continuit, & ut verius dicam, concinnavit. subito defecit. Fortasse idem est P. Aufidius memoratus Prisciano lib. VIII: ubi eum docet contestatur passivè usurpasse pro *συμμορτυπει* Θ: nempe in verbis istis, *Siquis alio vocitatur nomine, tum cum his contestatur, atque olim vocitabatur.* Ac planè ab hoc Aufidio Basso alius est Aufidius Modestus, grammaticus nobilis, qui Maronem interpretatus fuit. Celebrat Philargyrius in lib. II Georg. *Aufidius Modestus legisse se, affirmabat, hunc morem esse Dacorum, ut, cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quam de Istro certum modum haurientes ore in modum sacri vini, jurarent, non se ad patria sedem regressuros, nisi hostibus castis. & idcirco Virgilium familiari sibi hypallage usum dixisse, Istrum conjuratum, apud quem Daci conjurare censi. evertunt.* Idem in III Georg. ἀπλῶς vocat Modestum: ubi in illo Maronis crurum tenus, ait tenus pro fine accepisse. Quem admodum autem Aufidius hic Bassus cum Aufidiis aliis confundi non debet: ita quoque distinguendus hic Bassus ab aliis Bassis. Imprimis à Julio Basso, qui & ipse Augusti ævo fuit: & à Junio Basso, qui fuit temporibus Neronis, aut Vespasiani. Ex Julii Bassi declamationibus plurima excerpta habemus apud M. Senecam. Qui & in præfat. lib. v Controvers. hominem disertum vocat: sed addit, *Cui dentam velim, quam confectabatur, amaritudinem, & simulationem actionis oratoria. Nihil indecentius, quam ubi scholasticus forum, quod non norit, imitatur.* Junius Bassus, homo erat dicacissimus, unde *asinus albus* vocabatur: ut idem Fabius auctor est lib. VI cap. III. de Risu. Nempe *asinus* quidem ob ineptias: sed *albus* ob jucunditatem: ut Turnebus interpretatur lib. XXVII Advers. cap. xxxv. Hunc Vespasiani ævo, vel non multò antè, vixisse, colligo ex istis Fabii verbis, quæ eodem capite leguntur: *Id porro, quod dicitur, aut est lascivum & hilare, qualia Galba pleraque: aut contumeliosum, qualia NUPER Iunii Bassi: aut asperum, qualia Cassii Severi: aut lenè, qualia Domitii Aspi.* Fortasse tamen Iulius rescribendum. Is superioris fuerit filius. Sanè apud Plinium lib. IV epist. IX lego: *Cussam per hos dies dixit Iulius Bassus, homo laboriosus, & adversis suis clarus. Accusatus est sub Vespasiano à privatis duobus: ad senatum remissus, diu pependit: tandemque absolutus, vindicatusq; est. Titum timuit: ut Domitiani amicus à Domitiano relegatus est.* Vide & quæ sequuntur. Etiam lib. X. epist. LXIV: *Est enim adductus ad me in perpetuum relegatus à Iulio Basso pro consule: ego, quia sciebam acta Bassi rescissa, datumque à senatu jus omnibus, de qui-*

de quibus ille aliquid constitisset, ex integro agendi duntaxat per biennium, interrogavi hunc, quem relegaverat, an adisset, docuissetq; proconsulem: negavit. Fuit & Cæsius Bassus, poëta Lyricus, quæ ætate Neronis & Galbæ vixisset, tum inde liquet, quòd Persius ad eum fatiram scribit: tum ex verbis Fabii lib. x, ubi & de eo iudicium ponit: *Lyricorum*, inquit, *Horatius ferè solus legi dignus. Siquem adjicere velis, is erit Cæsius Bassus, quem nuper vidimus.* Diomedes lib. iv ex Cæσιο Basso citat hoc carmè Molossicū:

Romani Gallis devicti sunt victores.

Quamquam in veteri quoque libro Celsius Bassus vocetur, versusque is sic concipiatur:

Romani victores, Germanis devictis.

Auctor Scoppius Suspectarum Lect. lib. v epist. xxii. De Celsi nomine planè dissentio. Sed ut de Germanis Bassus scripserit, non displicet, quia iis temporibus bellum Romanis semper cura Germanis. Sunt quibus Cæsius Bassus videatur auctor commentariorum in phænomena Arati à Germanico conversa. Fulvius Ursinus in Georg. Calpurnium Bassum appellat. Sed ipsum Cæsarem Germanicum auctorem eorum esse, Lactantius censet lib. i de Falsa Relig. cap. xi; atque idem Politianus existimat in Miscell. cap. xxviii. Is verò Cæsar Germanicus fuerit, non quem Tiberius adopravit, quæ Lillii Gyraldi sententia erat: sed Cæsar Domitianus: quem Aratorum interpretem esse, liquidò ostendit Nobilissimus, ac Serenissimi Suecorum regis ad fœderatas Belgicæ provincias legatus, Janus Rutgersius lib. i i Var. Lect. cap. ix. Sed ut de Arateis Latino carmine redditus amplissimo huic viro assentio (nam Firmicus, qui Julio Cæsari tribuit, hac parte indignus, cujus ratio habeatur) ita de commentariis in Germanicum quo minus Lactantio, ac Politiano subscribam, non uno argumento compellor, ut alibi fusiùs explicamus. Institutum nunc prosequamur. Vespasiani quoque ævo erat Sallejus Bassus, non semel memoratus Tacito, sive alteri in dialogo de causis corruptæ eloquentiæ. Inter alia sic audias Aprum loquentem: *Quis enim nescit, neminem mihi conjunctiorem esse, & usu amicitie, & assiduitate comuterni, quam Sallejum Bassum, cum optimum virum, tum absolutissimum poëtam?* Et Quintilianus lib. x: *Vehemens, & poëticum ingenium Salleji Bassi, nec ipsum senectute maturum.* Adhæc fuit & Gabius Bassus: è cujus commentariis historiam de equo Sejano refert Gellius lib. iii cap. ix. Libros is de origine verborum & vocabulorum edidit: è quibus idem Gellius quædam adfert lib. ii cap. iv, lib. iii cap. xix, lib. v cap. vii, & lib. ii cap. xvii. quo uno in loco Garius dicitur, qui alibi ei

Gabius. Sed *Gavius* est & apud Macrobiū. Ex quo discimus, etiam librum scripsisse de Diis. Locus est lib. I Saturn. cap. I X: *Gavius Bassus in eo libro, quem de Diis composuit, Ianum bifrontem fingi ait, quasi superum atque inferum janitorem: eundem quadriformem, quasi universa climata maiestate complexum*. Idem lib. I I I Sat. cap. VI, quo loco exponit, cur Herculi aperto capite sacra fiant. inter alia inquit: *Hoc amplius addit Gavius Bassus. iccirco enim hoc fieri dicit; quia ara maxima ante adventum Aeneae in Italia constituta est, quae hunc ritum velandi capitis invenit*. Nec dubito, quin & eundem Bassum, & idem de Diis opus, signet Lactantius lib. I de fals. relig. cap. XX I I: *C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris*. Nec movet, quod hic, uti & apud Macrobiū lib. I I I cap. XVI I I, C. Bassus dicitur. Nam utrobique prius fuit Gavius; unde librarius, quia Gavi nomen ignoraret, *Cajus* effecit: eaque occasio fuit, cur deinceps nota C. praefigeretur. Fulgentius Planciades in explicatione sermonis antiqui citat Gaviū seu Gabiū Bassū in satiris, indeque haec verba depromit: *Vervinā confodiende, non te nauci facio*. In ea editione, quam cum Nonio Hadr. Junius exhibuit, item illā, quam antè cum Higyno, & aliis, Hervagius excudit, pro *Gabius* legas *Galbius*: sed perperam, cum nulla gens Galbia fuerit apud Romanos. At Gaviā fuisse, cognoscimus ex P. Gaviō, municipe Cosano, cive Romano, quem Verres Messanæ in crucem egit. Qua de re multa Cicero libro V in Verrem. Gavius verò Bassus, Gellio, aliisque memoratus, vixerit Trajani temporibus, si (ut etiam Carrio existimat lib. I Emendat. cap. VI I I) fuerit is Gabius Bassus, qui Ponticae orae praefectus fuit: de quo Plinius lib. X epist. XVI I I, & XXX I I, & Trajanus epist. amœbæa.

CAP. XXIII.

T. Labieni historia, dictio, maledicentia, à cuius rabie vocatus Rabienus. Labienus alius, qui à Cæsare ad Pompejum descivit. Item alius, qui Parthorum adversus Romanos dux fuit. Tribus istis spiritus Pompejanus. Ex his historiographus illam ingenii sui pœnam primus perpessus fuit, ut monumenta ejus cremarentur. Memorandus viri exitus. Sed Cæsar Caligula postea illius libros requiri, ac legi, permisit.

TITUS quoque LABIENUS, declamator, & historiogra-
 phus, temporibus floruit Augusti: utrùm verò sub eodem, an
 Tiberio, perierit, minùs evidens est. Res apertior foret, si exitum
 ejus memorabilem non præteriiisset Tranquillus; qui obiter solùm
 in Caligula mentionem tanti viri facit, ut pòst videbimus. Interim
 magis verisimile fit, sub Augusto etiam decessisse. De hoc Labieno
 multa M. Seneca præfat. in lib. v. Controvers. Inter alia inquit, *Ce-
 lor et orationis antiquæ, vigor novæ. Cultus inter nostrum, ac prius seculum,
 mediùs; ut illum possit utraq; pars sibi vindicare. Libertas tanta, ut liberta-
 tis nomen excederet; ut, quia passim ordines hominesq; laniabat, Rabienus vo-
 caretur.* Fortasse aliquis existimet, pro Labieno dictum Lanienum:
 atque ita hic legendum esse, eo quòd Seneca dicat, exinde *πεγορμα-
 σίας* promanâsse, quia ordines, hominesque, laniabat. Sed nihil, in vitis li-
 bris, mutare ausim. Præsertim quandò *ῥαβιενία* est Rabieni ap-
 pellatio: nempe ut sit à laniandi rabie. Sequitur apud Senecam:
*Animus per vitia ingens, & ad similitudinem ingenii sui violentus. & qui Pom-
 pejanos spiritus nondum in tanta pace posuisset.* Unde aliquis colligat,
 hunc esse illum T. Labienum, qui Cæsaris in Galliis legatus; ut
 ipse narrat Cæsar libris de bello Gallico, & primo de bello civili:
 quique postea Pompejanas partes est secutus, atque à Cæsare victus
 est bello Africano: ut constat ex illis, quæ Hirtius prodidit. Vir
 quidem doctissimus, qui notis Senecam illustravit, ait, cùm Seneca
 dicat, Pompejanos retinuisse spiritus; videri eundem illi, de quo di-
 cebamus. Interea se, idemne, an alius, sit, *ῥαβιεν* Sed planè est diver-
 sus. Nam ille, qui adversus Cæsarem pugnavit, bello periit Hispani-
 ensi. Quod absque dubio scriptor belli Hispaniensis memorie
 prodiderat in ea libri parte, quæ injuriâ temporum periit. Nunc qui-
 dem id legas in Julio Cæso: qui cùm cladem Labieni narrâisset, ista
 subiunxit: *Ita Labienus, Cæsaris desertor ac transfuga, sui que pristini ducis
 hostis inexorabilis, cui pa- perniciem querebat, victoriam insperatam; sibi verò
 mortem peperit. Eo enim prælio & ipse concidit, unaque Actius Varus, &
 cum eis xxx millia hominum cecidere.* De Cæso, unde hæc haurimus,
 diximus suprâ cap. XIII. De eodem Labieno loquitur Val. Maxi-
 mus lib. VI cap. XIV. Fuit & alter Labienus, T. Labieni filius,
 qui à Bruto Cassique partibus sterit, atque ante Philippensem pu-
 gnam missus fuerat ad Orodem, Parthorum regem, ut peteret auxi-
 lium: ac, clade suorum cognitâ, ibidem commoratus fuit. perspectâ-
 que Antonii defidiâ, Parthos instigavit adversus Romanos, bello-
 que eo contra Romanos dux, (unde & *Parthicus imperator* appellari
 voluit)

volut) Phœnicen, ac Ciliciam, urbesque Asiæ in continenti sitas, plerasque sine bello, Mylaffam autem, & Alabandam, vi occupavit: tandemque à P. Ventidio devictus, atque à Demetrio, Julii Cæsaris liberto, quem Antonius Cypro præfecerat, captus fuit. De quibus vide Strabonem lib. xiv; ac imprimis Dionem lib. xlviii. Etsi verò & ille Pompejanarum fuerit partium: tamen & eum alium esse ab historiographo, arguunt illa, quæ de morte ejus ex Seneca mox adferam. V. Cl. Nicolaus Faber conjectabat, historicum nepotem ejus esse, qui, Cæsare deserto, Pompeji partes secutus fuit: filium autem illius Parthici, ut se vocabat, imperatoris: *μπαρτικὸς βασιλεὺς*, & *ἀνοίος παλιγγύς* a: ut de eo loquitur Strabo. Sed ut hoc planè incertum est; ita minimè dubium, quin eadem ex familia fuerit, & spiritum eundem habuerit, quem tum ille Cæsaris transfuga, tum Parthicus imperator. Nunc porrò audiamus, quæ sequuntur apud M. Senecam:

a *Adolescentis irritabilis, ac stultitia pleni.*

In hunc primum excogitata est nova pœna. Effectum est enim per inimicos, ut omnes ejus libri incenderentur. Res nova, & insueta, supplicia de studiis sumi. Bono hercule publico ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ciceronem inventa est. Quid enim futurum fuit, si ingenium Ciceronis triumviris libuisset proscribere? Et post aliqua: Di melius, quòd eo seculo ista ingeniorum supplicia cœperunt, quò & ingenia deserunt. Ejus, qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viventis adhuc scripta combusta sunt: jam non malo exemplo, quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliam; nec superstes esse ingenio suo voluit: sed in monumenta se majorum suorum ferri iussit, atque ita includi: veritus scilicet, ne ignis, qui nomini suo subjectus erat, corpori negaretur: non finivit tantum se ipse, sed etiam sepelivit b. Memmi aliquando, cum recitaret HISTORIAM, magnam partem convolvisse, & dixisse: Hæc, qua transeo, post mortem meam legentur. Quanta in illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit? Cassii Severi, hominis Labieno junctissimi, bellè dicta res ferebatur. Illo tempore, quo libri Labieni ex s. c. urebantur: Nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici. De ejusdem historia ita Suetonius in Caligula cap. xvi: Tui Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta, senatusconsultis abolita, requiri, & esse in membris, lectitarique permisit: quando maximè suâ interesseret, ut facta quæque posteris tradantur. Labienus hic mentis, quàm linguæ amarioris fuisse dicitur à M. Seneca in prologo epitomes; sive excerptorum è libro iv controversiarum. Ex Labieno hoc, ut clipeus, & clipeum differant; docet Charisius lib. i. Eti-Labieni orationem in Pollionem citat Quintilianus lib. i cap. ix: sed ita, ut ambigat, utrum ea non sit Cornelii Galli. Et lib. ix cap. i i i locutionem adfert, quam

b *Verr. lib. seruit.*

quam in Labieno notavit Pollio. Utrobique autem capiendus C. Asinius Gallus, C. Asinii Pollionis historici filius, is qui libros scripsit de comparatione patris cum Cicerone: ut Plinius refert lib. vii epist. iv ad Pontium. Quemque Tiberius occidit: ut scribunt Tacitus in vi, Dio, Tranquillus, & Hieronymus in Chronico Euseb.

CAP. XXIV.

Tiberii commentarii de vita sua. Vellejus Paterculus. Vinicius quis, cui is historiam dicavit. Velleji dictio, fides, primus editor, prænomen. De fragmento Velleji, ut Laxius vocabat. Ex Abbate Vrſpergenſi illud eſſe, vel alio, quem exſcripſerit Vrſpergenſis: ſaltem multò eſſe Vellejo recentius. Vrſpergenſis ætas. Valerius Maximus. Poſt Seiani is eadem ſcripſit. Stylus ejus cujuſmodi. De ætate Valerii ſcrapulus, & injectus, & exemptus. Iulius Paris, abbreviator Valerii. Idem Paris librum reliquit de nominibus Romanorum: quem in compenſatium redegit Titius Probus. Brutidii ætas, præceptor, fragmentum geminum de Cicero: quid in Brutidio laudet, quidque culpet Tacitus, ejus ædilitas, & amicitia cū Sejano. Cornelius Thuſcus. A viſopoiis hic à Seneca reprehenuſus. Aliquid allatum ad culpam hanc imminuendam verius, quàm planè amovendam.

TIBERIUS CÆSAR de Vita sua scripsit. Suetonius in Tiberio cap. lxi: *Eſt commentario, quem de vita ſua ſummariè breviterq; compoſuit, auſus eſt ſcribere, Sejanum ſe puniſſe, quòd comperiſſet, ſuere adverſus Germanici liberos, filii ſui. Item in Domitiano cap. xx: Præter commentarios, & acta Tiberii Cæſaris, nihil lætatabat. Tiberium Cæſ. Imp. inter ſcriptores, è quibus profecit, Plinius reponit in indice ſcriptorum lib. ii.*

VELLEJUS PATERCULUS primum tribunus militum in Thracia fuit, hinc præfectus equitum in Germania, exinde quaëſtor, inque quaëſtura, remiſſa ſorte provinciæ, legatus Tiberii bello Pannonico, denique primo Tiberii anno cum fratre Prætor deſtinatus: quæ univerſa de ſe ipſo narrat Vellejus. Hoſce honores, & quos tum majores, & conſanguinei geſſerint, his verbis complecti ſtudit

studuit Aventinus, eos referens, è quibus in primo Annalium scribendo profecit: *P. Vellejus Paterculus, homo militaris, ex celeberrimis Campanorum principibus prognatus, in Germania sub Tiberio præfectus equitum fuit Tribunus ante castrorum, item quæstor, & legatus in bello Pannonico. Scripsit sexto imperii Tiberiani anno. Item majores ejus avi, abavi, avi, patruus, pater Magius Celer, frater, disciplinâ bellicâ, ac rebus civilibus clarissimi exstiterunt. Hæc Aventinus. Hic Vellejus duos Historiæ scripsit libros ad M. Vinicium consulem, progenerum Tiberii Cæsaris, Tacito etiam memoratum in sexto annalium, qui illum patre & avo, consularibus, ortum dicit: item Dioni libro extremo, ubi eum à Messallina docet interfectum, quòd caput cum ea collimare nollet. Vinucium aliqui appellant: sed Dioni quoque est *Ovisius*. Librorum Vellejii bona pars deperit. Distic ejus planè Romana, atque elegans. Quædam etiam habet, quæ haut alibi invenias. Sed in sui ævi rebus nimis domui Augustæ, & Sejano, adulatur. Justiores commentarios promittit lib. II. *Harum præteritarumq; rerum ordo, cum justius aliorum voluminibus promatur, tum, uti spero, nostris explicabitur. Ac postea: Captum alterum, alterum deditum justis voluminibus: digne narabimus, ut spero. Si Beatum Rhenanum audimus, qui primus Vellejum in lucem protraxit, est idem ille, quem Tacitus vocat P. Vellejum. Nec alia mens, vel Jacobi Schegkii, vel Valentis Acidalii. Eamque sententiam probant codice Burerii, ubi *Publius* appelletur, non *Gajus*, uti est in vulgatis. Sed nihil tale in variantibus Burerii lectionibus reperias. Est & tertia sententia. Nam *Marcum* vocat Priscianus libro VI. Ita enim habet, & antiquissima editio Veneta anni MDCCCCLXXVI, & recentissima Heliæ Putschii: imò & optimæ notæ codex MSSus meus, ut omnino huic sententiæ potius accedam.**

Porro & fragmentum quoddam Vellejii, quod frustra in editis quæras, invenisse se ait Wolfgangus Lazius lib. I. commentariorum Reip. Rom. cap. VIII. Inscriptio illius erat: **VELLEJII EXCERPTA EX GALLICA HISTORIA.** Fragmentum ipsum istiusmodi est: *Dum hac circa Rhenum geruntur, in Noricorum finibus grave vulnus populus Romanus accenit. Quippe Germanorum gentes, quòd Rætiæ occupaverant, non longè ab Alpibus, tractu pari, patentibus campis, ubi duo rapidissimi amnes inter se confluunt, in ipsis Noricis finibus civitatem, non quidem muro, sed vallo, fossaque, cinxerunt: quam appellabant Cifara, ex nomine deæ Cifæ, quam religiosissime colebant, cujus templum quoque ex lignis*

barbarico ritu constructum, postquam eò colonia Romanorum deducta est, in-
violatum permansit, ac vetustate conlapsum, nomen colli servavit. Hanc
urbem T. Annius Prator, ad arcendas barbarorum excursiones, Kal. Sextil.
exercitu circumvenit. Ad meridianam oppidi partem, quæ sola à continenti erit,
Prator ipse, cum legione Martia, operosissime communiuit: ad occidentem
verò, quæ barbarorum adventus erat, Avar, Bogudis regis filius, cum equitatu
omni, & auxiliariibus Macedonum copiis, inter flumen & vallum, loco castris
parum amplo, infeliciter temeritate extra flumen confedit. Pulchra indoles, non minus
Romanis, quàm Grecis literis, instructa. Igitur LIX die, quàm eò ventum est,
cum is dies de a. Gise celeberrimus, ludum & lasciviam magis, quàm formidinem,
ostentaret; inmanis barbarorum multitudo ex proximis sylvis repente erumpens ex
improviso, castra irrupit. Equitatum omnem, & quod miserius erat, auxilia socio-
rum delevit. Avar, cum in hostium potestatem regio habitu virus venisset, pecuniis
nore mactatur. Oppidani verò, non minori fortunâ, sed majori virtute, Pratorem in
auxiliis sociis properantem, adoriuntur. Romani haut segnerè resistunt. Duo prin-
cipes oppidanorum, Habbino, & Caccus, in primis pugnantès cadunt. Et incli-
nata jam res oppidanorum erat, ni maturassent auxilium ferre socii, in altera ripa
jam victoriâ potiti. Denique coadunatis viribus castra irrumpunt. Pratorem,
qui paulò altiores tumulum frustra ceperat, Romanâ vi resistenter obrun-
cam. Legionem diuinam, ut ne nuncius superesset, funditus delent. Verres solus tri-
butus militum, ante transmissio, in proximis paludibus se occultans, honestam mor-
tem subterfugit. Nec multò post Sicilia Proconsul immani avaritiâ turpem
mortem promeruit. Etiam lib. v ejusdem operis cap. v, & aliis ali-
quot locis, Vellejani hujus fragmenti meminit Lazius. Uti & Ges-
nerus in Bibl. & Rob. Constantinus in scriptorum Nomenclatore.
Sed qui nasum habet, satis odoratur, stylum ejus sapere scriptorem,
qui seculis aliquot Vellejo junior sit. Nec in re pauca sunt, quæ
peccentur. Ea adferrem, nisi id cum cura fecisset vir summus,
Marcus Vellserus, in rerum Augustanarum Vindelicarum libris.
Sed monere operæ pretium videtur, fragmentum hoc totum, pau-
cis tamen inferentis, legi apud Conradum à Lichtenau, Abbatem
Urspergensem: quem in Chronico vide post ea, quæ de anno
M C LXVII exposuit. Lemma ejus capituli est a, De Augusta Vindelico-
rum, vel Rhetia. Ætatem ejusce Conradi inde cognoscimus, quòd ini-
tio Pontificatus Innocei terti, hoc est, anno MD C XCVII, laicum
se, atque ad eò minorennem fuisse, dicat: anno autem MD CC XV re-
ferat se abbatem factum Urspergensem: historiam verò suam per-
ducat usq; ad annum MD CC XXI. Quare, aut ex Abbate Ursper-
gensis id fragmentum fuerit: aut inde, unde ea hauserat Urspergensis.

a Pag. 194
ed. Per-
na anni
1569.

Vellejo succedat VALERIUS MAXIMUS, qui dictorum factorumque memorabilium libros IX reliquit. Post Vellejum scripsisse, inde cognoscimus, quòd Vellejus tantopere aduletur Sejanò. Scripsit igitur is superstitè adhuc Sejanò. At Valerius lib. IX cap. XI, Sejanum, sed exquisito magis adulandi genere nomen suppressimèns, ob perfidiam & ambitionem horribiliter exagitat, ac tandem addit, *eum omni cum stirpe suà populi Romani pedibus obrutum, etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, qua meretur, supplicia pendere.* Scripsit igitur post Sejanì cædem. Nempe extremis Tiberii temporibus. Stylus tamen vix sapit tam bonum ævum. Unde Desiderius Erasmus sic de eo ait in Ciceroniano: *Tam simile est Ciceroni, quam mulus homini, adeò ut vix credas, vel Italum fuisse, qui scripsit, vel hoc atatis quod præ se fert vixisse: tam diversum est totum dictionis genus. Afrum quempiam esse dicas, nec ullum elaboratus.* Ut cum in proœmio ait, *Mea parvitas eo iustius ad favorem tuum decurrerit.* Vide & alia quædam è multis apud maximum virum, Janum Rutgerfium, lib. VI. Var. Lect. cap. XVI. Sententias quoque nimium affectat. Propterea existimare aliquis possit, hunc potiùs esse illum M. Valerium Maximum, qui anno Christi CCLIV cum Volusiano Imp. consul Romæ fuit, iterumque consulatum gessit anno CCLVII. ut ex Onuphrio, & aliis, constat. Ita quod Valerius in præfatione ait, divinitatem ejus Imperatoris, cui opus suum dicat, paterino avitoque fideri parem videri: id non de Julio, Augusto, Tiberioque, accipi debet; sed de imperatoribus tribus Gordianis; quorum duos in Africa creatos imperatores Maximianus occidit; tertius vero prioris nepos, alterius filius fuit, qui imperare cœpit anno CCLXXXVIII. Quo de Gordiano ita Capitolinus in Maximo & Pupieno: *Neque unquam quisquam in illa etate sic amatus est, merito avi, & avunculi, seu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximum in Africa vitam sinnerant.* Sed cave hæc decipiant. Nihil enim verius, quam hunc Memorabilium scriptorem multò esse antiquiorem; quando & Gellius, qui sub Hadriano vixit, ejus Memorabilium libros advocat lib. VIII cap. I, & libro XII cap. VII. Et Plutarchus in Bruto Valerium Maximum eorum testem laudat, quæ refert de Porcia Bruti uxore. Imò certum est sub Tiberio vixisse: quandoquidem ipse lib. II cap. VI, se Asiam cum Sexto Pompejo petiisse dicit. Deque amicitia inter eum & sese agit libro IV cap. VII. Est autem is Sextus Pompejus, qui cum Sex. Appulejo consulatum gessit, eoque anno, quo Augustus Cæsar vitæ excellit,

cessit, eique Tiberii successit. Ac consules isti fuere, qui primi in Tiberii verba jurarunt; eoque nomine Tiberio fuere semper acceptissimi: ut ex Dione, Tacito, aliis, constat. Etiam ætatem ostendit locus iste lib. v cap. viii. *Marcus Antonius, avorum nostrorum temporibus clarissimus orator.* Item, qua Julio, & Augusto, assentatur, oratio, lib. vii cap. vi. & alibi. Item quòd in gratiam Tiberii Brutum vocat parricidam lib. vi cap. iv. quemadmodum & lib. i cap. vii ait, *C. Cassium nunquam sine præfatione publici parricidii nominandum.* Nempe ita sub Tiberio loqui necesse erat: quòd illa etiam Cremutii Cordi querela ostendit apud Tacitum Annalium lib. iv: *Titus Livius C. Pompejum tantis laudibus extulit, ut Pompejanum eum Augustus appellaret: neque id amicitia eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam latrones, & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe ut insignes viros nominat.* Cremutius ille à Tiberio damnatus fuit, librique ejus per ædiles cremati: quòd editis annalibus, laudatòq; M. Bruto, *C. Cassium Romanorum ultimum dixisset;* ut ibidem Tacitus ait. Hæc satis docent, Valerium Tiberii vixisse ætate. Quòd si quis objectet, mirum igitur esse, si is, qui Augustæi ævi consuli familiaris fuit, dictione utatur, qualis sesquiseculi pòst fuit: primum dicam, nec illo ævo omnes tersè satis locutos. Nam & jam Cicero in Bruto conqueritur, quòd, receptis in civitatem tot exteris, corrumpi cœpisset natus ille color sermonis Romani. Quòd si illud minis satisfacit, quid si dicam, fortasse, ut non Trogum, sed epitomen Trogi, habemus; ita nec Valerium exstare, sed epitomen ejus, quam Julius Paris concinnaverit. Nam videtur is fecisse Valerii epitomen. Quòd si & Valerius librum de Romanorum nominibus fecit, eumque Memorabilem libris subjecit: hujus quoque epitomen scripserit. Sin nihil hujusmodi (quòd multò verius puto) Valerius ediderit: ipse Paris, ut melius intelligeretur Valerius, librum hunc composuit: ejus autem epitomen fecerit C. Titius Probus. Aut si Probus auctor libri illius fuerit, epitome erit à Paride. Quid verius sit, non aliunde odorari licet, quàm præfatione illâ, quæ est in libellum de prænominibus. Ea hujusmodi est: *Decimus atque ultimus hujus operis liber, seu studioforum inertia, seu scriptorum segnitia, seu alio quovis casu, etati nostræ perditus est. Verùm Julius Paris, abbreviator Valerii, post novem libros explicitos, hunc decimum sub infra scripto compendio complexus est: per quod de nominibus, prænominibus, cognominibus, atque agnominibus, fuisse eundem à Valerio compositum, conjectare licet.* Sed hoc, quòd advertit, argumentum valde est infirmum. Potuit enim Paris librum de nominibus

subjungere, non ut Valeriani unius libri compendium: sed ut omnium Valerii librorum facem ac commentarium. Quare sic statuere malim, Valerium ipsum Memorabilia scripsisse: horum epitomen edidisse Paridem: eundem reliquisse librum de nominibus: hujus libri compendium fecisse Probum. Quod etiam arguunt ista, quæ ibidem continuo sequuntur: *Verba quidem Iulii Paridis hæc sunt: Liber decimus de pronomibus, & similibus.* Sequitur deinde: *Decimi hujus operis libri per C. Titum Probum epitome.* Porro hunc, non alium libellum, intellexit Alciatus lib. iv Dispositionum cap. i. cum habere se opusculum ait Valerii Maximi de nominibus Romanorum. Cæterum non desunt, qui Valerium hunc Mediolani natum dicant: eumque & sacerdotem, & astrologum fuisse, arbitrentur: ut Leander, qui Lombardiam Transpadanam describens, hæc adstruere nititur, ex antiquo marmore, quod Mediolani exstet. Ejus inscriptio est talis: M. VALERIUS MAXIMUS SACERDOS D. S. I. M. STUD. ASTROLOGIÆ SIBI ET SEVERIÆ APR. UXORI H. M. H. N. S. Exstat id monumentum in æde S. Simpliciani. Unde Pighius exscriptum Smerio transmisit. Habes in Gruterianâ collectione pag. CCCXII. num. iv. Sed potuit is esse M. Valerius Maximus, quem cum Volusiano imp. consulatum gessisse, superius dicebamus. Vel alius fortasse ex eadem fuerit familiâ.

BRUTIDIUS NIGER, scholasticus idem, & historicus, post Sejani necem & ipse superfuit, ut postea liquebit. Discipulus fuit Apollodori; ut est apud M. Senecam Controvers. ix. ubi & excerpta invenies ex ejus declamat. Inter historicos, qui elogio profecti sint I. Tullium, ab eodem reponitur Suasoriâ vi, ubi & verba ejus ista ex historia refert: *Elapsus interim alterâ parte villa Cicerone lecticâ per agros ferebatur: sed, ut vidit, appropinquare notum sibi militem, Popilius nomine, memer defensum à se, latiore vultu adspexit. at ille, victoribus id ipsum imputaturus, occupat facinus, caputque decisum, nihil in ultimo sine vita facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat, obliuis se paullo ante defensum ab illo. Item hæc Brutidii sunt ibidem allata: Ut verò jussu Antonii inter duas manus positum in Rostris caput conspectum est; quo toties auditum erat loco: dato genuit & fletu maximi viri inferia a, nec,*

a *Locus corruptus ut solet, in a depositi in rostris corporis concio auditur, sed ipsa narravit. Nulla vide super eo interpretum conjecturae.*

non pars fori aliquo actionis incluta signata vestigio erat. Nemo non aliquod ejus in se meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium palam erat, illius miserrimi temporis servitutem ac aleam delatam in Antonium. Partim laudat, partim culpât Tacitus, lib. III Annalium; Brutidium, inquit,

artibus

aribus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quaque utrumque, festinatio extimulat, dum aequales, dein superiores, suaseret postremo ipse spes, antere parat. quod multos etiam bonos pessum dedit; qui speretis, quæ tarda, cum securitate; præmatura, vel cum exitio, properant. Adilem fuisse, paullo antè dixerat Tacitus. Idem videtur, quem Juvenalis signat sat. x:

————— Pallidulis mi

Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram.

Quippe ait, Brutidium, occiso Sejano, pallidulum processisse, quia metueret sibi & ipse à Fiberio, propterea quòd Sejano fuisset amicus. Hanc loci ejus mentem esse, satis liquet ex illis, quæ apud poetam consequuntur.

Tiberii quoque temporibus fuit CORNELIUS THUSCUS, declamator, atque historicus ineptus, & ob *avisoqno las* notatus à M. Seneca Suaforià II: *Sed si vultis*, inquit, *historicum quoque vobis fatuum dabo.* Thuscus ille, qui Scaurum Mamercum, in quo Scavorum familia extincta est, majestatis reum fecerat, homo, quàm improbi animi, tam infelicis ingenii, cum hanc Suaforiam declamaret (quæ trecenti Lacones ad Thermopylas adversus Xerxem missi, deliberabant, an ipsi fugiant) dixit, *Exspectemus, si nihil aliud, hoc esse tui, ne insolens barbarus dicat, VENI, VIDI, VICI: cum hoc post multos annos Divus Julius, victo Pharnace, dixerit.* Sanè Thusci patrociniū suscipere difficile est, cum aperta sit allusio ad dictum Cæsaris; nec ante eum illud quisquam usurpârit. Tamen video, quid imposuerit Thusco. Non nesciebat, tanto post Laconas illos Cæsarem fuisse: sed cogitabat, crebras esse *ovqμλωσις*, tum eorum qui diversis temporibus, tum qui simul vixerint: imò, ut Comicus ait, nullum dictum esse, quod non dictum sit prius. Eoque nihil absurdi credebat, si tale quid in mentem veniret Persis subitò vincen- tibus Græcos; ac postea venit Cæsari, Pharnace devicto. Porrò non temere, quem Thuscum *εραλός* appellat Seneca, eum nos Cornelium Thuscum vocabamus. Cornelium enim (ut Lipsio quoque observatum) eundem nominat Tacitus in v r Annal. ubi de Servilio, & Cornelio, Scauri Mamerci accusatoribus, scribit. Meminit & Thusci cujusdam Plinius in Historia Natur. ac Glandorpio in Onomastico hic vocatur Clodius Tuscus; imò & præstantissimo viro, Andr. Schotto, libello de claris oratoribus. Verum non dubito, quin planè alius à Cornelio Thusco sit Clodius Thuscus, Sinnii, seu Alinii Capitonis æqualis; ex cujus ad Capitonem hunc literis solœcisimæ definitionem adducit Gellius lib. v, cap. xx.

CAP. XXV.

Cn Lentuli Gætulici ætas, pater, dignitas, accusatio, defensio, clementia, cædes, historia, error, poemata. Agrippinæ de vita & casibus suorum commentarius. Agrippinam Claudii perperam cum Agrippina Germanici confundi. Claudii Cæsaris historia, & de vita sua libri. L. Senecæ tempora percursa. Regiones descripsit. De compendio historiæ Romanæ questio rejecta. Fabii Rustici historia, & eloquentia. Domitii Corbulonis dignitas, virtus, historia. Pomponius Mela de situ orbis. C. Balbilli, seu Babilli, libri de itinere suo, ac rebus Ægyptiis. Corruptè eum Babilium vocari.

CN. LENTULUS GÆTULICUS Tiberii & Caji Caligulae temporibus vixit. Pater ejus fuit Cn. Lentulus Coffus Gætulicus, qui cum L. Calpurnio Pisone consulatum gessit anno Urbis DCCLII. Hujus mortem Tacitus refert lib. IV annalium. Ibidem & filii meminit, quem consulatum gessisse ait cum C. Calvisio Sabino, anno nempe DCCLXXVII. Eo anno Tiberius Imp. Româ cum modico comitatu in Campaniam abiit: nec Romam postea reversus fuit, ut præter Tacitum auctor est Suetonis in Tiberio cap. XXXIX. & Dio lib. XLVII. Anno autem proximo hic ipse Gætulicus in Germania superiore cum proconsulari fuit imperio. Quinto imperii ejus anno occisus est Romæ Sejanus. Tum accusatus quoque Gætulicus, quod Sejanum filium sibi generum destinasset. Sed animosâ fatis epistolâ se defendit, ac tantum effecit, ut delator urbe exigeretur: quâ de re vide Tacitum lib. VI Annalium. Dum superioris Germaniæ legiones curat, ut ibidem legere est, mirum anorem adsecutus erat, effusa clementia, modicus severitate, & proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. Sed benevolentia ista militaris eum post Tiberii obitum Cajo suspectum reddidit. Nec aliâ de causâ occisus ab eo fuit. Docet hoc nos unus Dio Cassius lib. LXX. Γαυτελικὸν Λεγέτωλον, τὰ τε ἄλλα ἀδούμιμον ὄντα, ἐν τῆς Γερμανίας δέξασθαι ἀρετὰν, ἀπέκρινεν, ὅτι τῆς σεβασταίας φιλίῳτο. Lentulum Gætulicum, cum aliis rebus illustrem, tum administratâ per decennium Germaniâ, occidi jussit, eò quod militum sibi benevolentiam parasset. Historiam scripsit, cujus nemi-

meminit Tranquillus in Caligula cap. VIII: *Cn. Lentulus Gætulicus* (Caligulam) *Tiburi genitum scribit*. In quo tamen falli: *Gætulicus*. Nam, ut Tranquillus mox subjungit, *Gætulicum refellit Plinius, quasi mentitum per adulationem, ut ad laudes juvenis, gloriosiq; principis, ali- quid etiam ex urbe Herculis factâ sumeret: abusumque audentiùs mendacio, quod ante annum sevè natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus & ipse C. Cæsar: de cujus amabili pœritiâ immaturoq; obitu, supra diximus*. Poë- matis etiam claruit. Hinc Martialis præfatione lib. I: *Sic scribit Ca- rullus, sic Marsus, sic Pædo, sic Gætulicus*. Meminit & Probus Gramma- ticus in Virgil. Georg. I. ubi tres ejus hexametros adfert. Adhæc Sidonius lib. II. Epist. X. ubi nomen amicæ ejus Cæsenniæ fuisse ait. Et carm. IX ait,

Non Gætulicus hîc tibi legetur.

Imò & ejus esse Epigrammata videntur, quæ lib. III, & VI An- tholog. leguntur sub nomine Γετουλῆ, vel, quod malim, Γετουλῆ.

Etiam inter eos, qui res gestas prodidere, locum sibi deposcit AGRIPPINA, Cæsaris Germanici, laudatissimi principis, & Agrippinæ, M. Agrippæ natæ, filia, Augusti Cæsaris pronep- tis, conjux verò Cn. Domitii Ahenobarbi, & ex eo mater Cn. Domitii Neronis imperatoris. Auctor de ea nobis Tacitus lib. IV Annalium: *Id ego, à scriptoribus annalium non traditum, reperi in commen- tarius Agrippina filia: quæ Neronis principis mater, vitam suam, & casus suo- rum, posteris memoravit*. Plinius item lib. VII Hist. Nat. cap. VII I. *Ner- onem quoque paulò antè principem, & toto principatu suo hostem generis hu- mani, pedibus genitum, parens ejus scribit Agrippina*. Idem in indice au- ctorum, è quibus profecit libro septimo, vocat eam Agrippinam Claudii. Nempe quia primùm quidem Cn. Domitii Ahenobarbi, postea autem Crispi Passieni, ac denique patruï sui Claudii Impera- toris fuerit uxor. Quod si hæc proneptis fuit Augusti, ut, quæ di- ximus, ostendunt: satis liquet, errare virum eruditum, quando de eâ intel- git locum hunc Tranquilli in Augusto cap. LXXXVI: *Et quadam epistolâ Agrippinæ ingenium collaudans: Sed opus est, inquit, dare te operam, ne molestè scribas, aut loquare*. Nam hæc non proneptis, sed ne- ptis vocatur Augusti, eoque mater erat ejus Agrippinæ, de qua nunc loquimur.

CLAUDIUS Cæsar justam etiam historiam instituerat: qua de re sic Suetonius in Claudio cap. XLI: *Historiam in adolescentiâ, hortante T. Livio; Sulpicio verò Flavio etiam adjuvante, scribere aggressus est. In principatu quoque, & scripsit plurimum, & assiduè recitavit per lecto- rem.*

rem. *Initium autem fuit historia post cadem Cæsaris Dictatoris. Sed & transit ad inferiora tempora, cœpitque à pace civili: cum sentiret, neque liberè, neque verè, sibi de superioribus tradendâ potestatem relictam, correptus saepe, & à matre, & ab avia. Prioris materia duo volumina; posterioris, unum & quadraginta reliquit. Composuit & de vita sua octo volumina, magis ineptè, quàm ineleganter.* Ex quarto historiarum Claudii fragmentum citat Priscianus lib. VI; ex octavo autem, Diomedes lib. I. Ea inter fragmenta Q. Claudii Quadrigarii retulerunt viri docti. Casaubonus verò, notis ad superiorem Suetonii locum, censet esse Tiberii Claudii Cæsaris. Ac movet eum, quòd Quadrigarii libri *annales*, non *historia* vocari solent. Fortasse id verum est. Sed interdum tamen scriptores laxiùs historiæ voce utuntur, ut *annales* comprehendat. Puto ex *Annalibus* etiam Claudii Cæsaris esse, quod Plinius scribit lib. VIII cap. III: *Claudius Cæsar scribit, hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interuisse.* Barthius *Advers.* lib. VII cap. I censet etiam libros de *Analogia* scripsisse. Atque hoc colligit ex istis verbis Joannis Sarisberiensis, lib. VI II Policratici, cap. X: *Sed & in his quæ palam dicuntur, fideliter exsequendum erit: quod in primo libro de Analogia scripsit Claudius Cæsar, vir excellentis ingenii, magnæque prudentiæ.* Sed quis Claudium, cujus stuporem veteres omnes narrant, credat dici posse virum excellentis ingenii, magnæque prudentiæ? Mirum sanè, Barthium ex his verbis colligere, fuisse inter veteres, qui Claudium prudentiæ sapientiæque nomine commendârint. Nam quis veterum ante Sarisberiensè sic de eo scripsit? Sed neque Sarisbericèsem hæc scripsisse est credibile: verùm potiùs legendum *Cajus Cæsar*, qui est Julius dictator. Hic enim libros de *Analogia* composuit, quorum meminere Quinctilianus, Suetonius, Gellius, Charisius, Priscianus, alii.

L. ANNÆUS SENECA Cordubensis, M. Senecæ, cujus suasorias & controversias habemus, filius, Lucani poëtæ patruus, decimoquinto, vel circiter, anno ante Augusti excessum Romam perductus fuit, adhuc infans: ac cometam quidem, qui exitum ejus principis antecessit, visum sibi ipse testatur lib. I *Natur. Quæst.* cap. I. Sub Tiberio dubium, an sub Cajo, quæsturam gesserit. Sub Cajo certè periclitatus multum, cum principe eo præsentè, disertè causam egisset. Sed periculum evasit, cum mulier quæpiam, quicum Cajus consueverat, principi dixisset, Senecam tabe laborare, nec diu super-

supervivere posse. Primo Claudii anno in Corsicâ non est relegatus, accusante Messalinâ, principis libidinosissimâ uxore; quæ inter Juliae Germanici filia, adulteros nomen ejus referebat. Sed octennio post, operâ Agrippinæ, quæ post eadem Messalinæ, patruo suo Claudio nupsit, ab exilio est revocatus, ac præturâ etiam ornatus, adhuc præfectus est studiis Neronis, quem ex primo habebat marito, Cn. Domitio Ahenobarbo. Sub Nerone consulatum, sed extraordinarium, gessit cum Trebellio Maximo: cujus rei mentionem facit Ulpianus ad S. C. Trebellianicum. Duodecimo autem Neronis anno, P. Sillio Nervâ, & C. Julio Attico Vestino cons. jubente Nerone, periit, venis incisis, & veneno hausto. Inter tam multa, quæ commentatus fuit, erant & descriptiones regionum. Uti Indiæ. De qua auctor Plinius lib. vi cap. xvi i: *Seneca etiam apud nos, tentatâ Indiæ commentatione, LX annes ejus prodidit, gentes duodeviginti centumque. Par labor sit montes enumerare. Item Servius in IX Æn. Ganges fluvius India est, qui secundum Senecam In situ India, novem alveis fluit. Item descripsit Ægyptum, cujus non situm modò, sed & sacra tradidit. Servius in VI Æn. a: Seneca scripsit de situ & de sacris Ægyptiorum. Hic dicit, circa Siensem extremam Ægypti partem, esse locum, quem Philas, hoc est Amicas vocant, ideo quòd illic est placata ab Ægyptiis Isis, quibus irascebatur, quòd membra mariti Osiridis non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Que inventa postea cum sepelire vellet, elegit vicina paludis tutissimum locum, quem transitu constat esse difficilem. limosa enim est, & papyrus referta, & alia. Vir summus, Julius Lipsius, in vita Senecæ cap. x, etiam historiam, aut compendium rerum Romanarum, scripsisse, colligit ex verbis Lactantii lib. vi i cap. xv; ubi is, ut Seneca per ætates imperium Romanum distinxerit, docet. Sed quæ hoc de loco sententia sit nostra, dicemus, cum in Trojani temporibus ad Julium Florum fuerit deventum. Senecam fuisse Christianum, quidam censent. Quos refellit Modius in Novantiquis, epist. xxi.*

FABIUS RUSTICUS Claudii ac Neronis temporibus floruit: quippe Senecæ amicus: ut ostendit Tacitus lib. xii i Annal. ubi & quædam ex ejus historia refert. Verba Taciti ponam: *Fabius Rusticus auctor est, scriptos esse ad Cæciliam Thyscum codicillos, mandatis ei prætoriarum cohortium curâ: sed ope Senecæ dignationem Burrho retentam. Plinius, & Cluvius, nihil dubitatum de fide præfecti, referunt: sanè Fabius inclinât ad laudes Senecæ, cujus amicitia floruit. Unde, sui temporis historiam scripsisse, cognoscimus. Uti & ex istis lib. xiv: Fabius Rus-*

a In il-
lud: Sic
demum
lacos
Stygios.

sticus non Agrippina, sed Neroni capitum id memorat, ejusdemque liberta astu dissectum. Item lib. xv: Tradit Fabius Rusticus, non eo, quo venerat, itinere reditum; sed flexisse ad Fenium praefectum, & expositis Caesaris mandatis, an obtemperaret, Senecam interrogavisse: monitumque ab eo, ut exqueretur, fut ali omnium ignavia. Quanti ejus dictionem fecerit Tacitus: ostendunt haec illius verba in Agricola: Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi scriptores.

Etiã sub Claudio, & Nerone potissimum, floruit C. N. DOMITIUS CORBULO, vir consularis, dux bello insignis; & à quo in Batavia dicta fossa Corbulonis. Hujus dictum erat, hostem dolabrâ esse vincendum. Quo astu, cum Caligulam epigrammate offendisset, consulatum tamen ab eo sit consecutus, Dio docebit. Factum id est anno Urbis 1000cx1. Sub Claudio anno 1000cxix procul in Germania inferiore fuit, strenueque rem gessit adversus Chaucos, & jussus militem cis Rhenum in praesidiis sistere, ne is otio segesceret, fossam inter Rhenum, & Mosam duxit, ut docet Dio lib. lx. Sub Nerone anno 1000ccv. proconsul in Armenia Vologesem excedere provinciâ, & obsides dare coëgit. Anno autem 1000cxiii Syriam morte Vinidii Quadrati vacuum coëpit regere. Nec minùs hominem tum strenuum praebuit. Saepe memoratur Tacito: ut Annal. lib. 111, x1, x11, x1v, xv, & Hist. lib. 111. Quibus parentibus genitus sit, docebit Plinius lib. vi1 cap. v. Loca descripsisse, in quibus militavit, colligo ex eodem Plinio, qui eum laudat in indice libri quincti, & sexti: quibus terrarum situs exponitur. Imò apud eundem legas lib. 111 cap. lxx, notasse eum solis defectum, qui anno fuit 1000cx: ac in Armenia quidem conspectum pridie Kal. Maji, inter horam diei decimam, & undecimam; in Campania autem eodem die inter horam diei septimam, & octavam. Ejusdem verba sunt lib. v cap. xxiv: *Oritur Euphrates in praefectura Armeniae majoris Cananitide, ut prodidit ex iis, qui proxime videre, Domitius Corbulo, e monte Aba. Idem lib. vi1 cap. viii: Peracta est interior ora, omnesq; accolae: nunc reddantur gentes mediterraneo sinu: in quo multa aliter, ac veteres, proditurum me, non eo inficias, anxiam perquisita curâ, rebus nuper in eo situ gestis à Domitio Corbulone, regibusque inde missis supplicibus, aut regum liberis obsidibus.* Loquitur Plinius de temporibus iis quibus Corbulo pugnaret adversus Parthos, qui Armeniam infestabant. Nec terras solùm descripsit, sed & res gestas: ut indicat hic Taciti locus lib. xv Annal. *Ceterùm obsessis adeo suppedita vissent frumentariam, constitit, ut horreis ignem injicerent: contraq; prodiderit Cor-*

bulo, Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere abfuisse. Tantus in studiis & arte militari vir, cum præclare res, & Claudii tempore adversus Chaucos, & sub Nerone in Oriente adversus Parthos, qui Armeniam Syriam-que invaserant, gessisset, ob virtutem suspectus esse cœpit Neroni. Qui propterea sub honoris specie in Achajam evocavit; sed immis- sis percussoribus; à quibus jussu tyranni in itinere mori est com- pulsus, anno Urbis MCCCXIX. Auctor Xiphilinus ex Dione.

POMPONIUS MELA, natione Hispanus, Claudii tempo- ribus fuit; ut rectè primus adstruxit Vadianus: quem iccirco & Vinetus sequitur, & Schottus. Inde est, quodd & ipse meminit Cor- nelii Nepotis, ut recentis scriptoris: & ad partes à Plinio advoce- tur in Historia Naturali; qui Vespasiani temporibus claruit. Scio esse, qui arbitrentur, vixisse temporibus Julii Cæsaris; idque pro- pterea, quia lib. III cap. VI loquatur hoc pacto: *Britannia qualis sit, qualesque progeneret, mox certiora, & magis explorata, dicentur. Quippe tam diu clausam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum: modò ante se, verùm ignotarum quoque gentium victor; qui proprietarum rerum fidem, ut bello affectavit, ita triumpho declaratarum portat.* Verùm hæc verba uni conveniunt Claudio: ut liquet ex Suetonio de impera- tore eo cap. XVII. At nunquam de Britannis triumphavit Julius. Quid quodd Melæ libro primo mentio fit Cæsareæ? quæ, cum prius Jol diceretur, nomen Cæsareæ ab Cæsare Augusto accepit. Cæ- terùm etiam de patria ejus liticula est. Siquidem Mellariæ, Bæti- cæ oppido, quod nunc est in ditione ducum Methynnæ, & Sido- niæ, natum esse, Hermolaus Barbarus arbitrabatur: imò ajebat ex eo Melæ, vel, ut ipse scribere maluit, *Mella* nomen accepisse. Sed in- de *Mellarius*, aut *Mellariensis* potius diceretur. Et satis ex aliis con- stat, *Mela*, non patriæ, sed gentilitium esse nomen. Alii igitur Cin- genterati, (quod, MSSorum Melæ codicum fidem secuti, itidem Be- ticæ oppidum statuunt) natum fuisse verisimilius putant: atque illi è secundo ejus libro colligunt: ubi, de Baticæ oppidis loquens, ait ipse: *Atque unde nos sumus, Cingenteratum, Mellaria, & Bello.* Ubi Hermolaus *cingente* fæto legebat, ut *Mellariensem* faceret. Vinetus maluit *Tigentera*, quod in suis repererat libris Pincianus voce *Cingen- teratum*, tanquam nihili planè ejecta legebat: *Atque unde nos sumus Mellaria.* Schottus corrigebat: *Atque unde nos sumus ex gente ea. Tum Mellaria.* Eam verò emendationem acceptam ferebat Francisco Sanctio Brocenſi: uti ille Petro Ciacconio Toletano. Antecessit

sticus non Agrippina, sed Neroni caput id memorat, ejusdemque liberta astu dissectum. Item lib. xv: Tradit Fabius Rusticus, non eo, quo venerat, itinere reditum; sed flexisse ad Fenium perfectam, & expositis Caesaris mandatis, an obtemperaret, Senecam interrogavisse: monitumque ab eo, ut exsequeretur, fatalis omnium ignavia. Quanti ejus dictionem fecerit Tacitus: ostendunt hæc illius verba in Agricola: Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi scriptores.

Etiam sub Claudio, & Nerone potissimum, floruit C. N. DOMITIUS CORBULO, vir consularis, dux bello insignis; & à quo in Batavia dicta fossa Corbulonis. Hujus dictum erat, hostem dolabrâ esse vincendum. Quo actu, cum Caligulam epigrammate offendisset, consulatum tamen ab eo sit consecutus, Dio docebit. Factum id est anno Urbis MDCCXCI. Sub Claudio anno MDCCXCIX procul in Germania inferiore fuit, strenueque rem gessit adversus Chaucos, & jussus militem cis Rhenum in præfidiis sistere, ne is otio segnesceret, fossam inter Rhenum, & Mosam duxit, ut docet Dio lib. LX. Sub Nerone anno MDCCCV. proconsul in Armenia Vologesem excedere provinciâ, & obsides dare coëgit. Anno autem MDCCXII Syriam morte Vinidii Quadrati vacuam cepit regere. Nec minus hominem tum strenuum præbuit. Sæpe memoratur Tacito: ut Annal. lib. III, XI, XIII, XIV, XV, & Hist. lib. III. Quibus parentibus genitus sit, docebit Plinius lib. VI I cap. v. Loca descripsisse, in quibus militavit, colligo ex eodem Plinio, qui eum laudat in indice libri quinti, & sexti: quibus terrarum situs exponitur. Imò apud eundem legas lib. I I cap. LXX, notâsse eum solis defectum, qui anno fuit MDCCX: ac in Armenia quidem conspectum pridie Kal. Maji, inter horam diei decimam, & undecimam; in Campania autem eodem die inter horam diei septimam, & octavam. Eiusdem verba sunt lib. V cap. XXIV: *Oritur Euphrates in præfectura Armenia majoris Cananitide, ut prodidit ex iis, qui proxime videre, Domitius Corbulo, è monte Aba. Idem lib. VI cap. VIII: Peracta est interior ora, omnesq; accolæ: nunc reddantur gentes mediterraneo sinu: in quo multa aliter, ac veteres, proditurum me, non eo inficias, anxîa perquisita curâ, rebus nuper in eo situ gestis à Domitio Corbulone, regibusque inde missis supplicibus, aut regum liberis obsidibus.* Loquitur Plinius de temporibus iis quibus Corbulo pugnaret adversus Parthos, qui Armeniam infestabant. Nec terras solum descripsit, sed & res gestas: ut indicat hic Taciti locus lib. XV Annal. *Ceterùm obseſis adeo suppediſſe rem frumentariam, constitit, ut horreis ignem injicerent: contraq; prodiderit Corbulo,*

bulo, Parthos inopes copiarum, & pavule attrito, relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere abfuisse. Tantus in studiis & arte militari vitæ, cum præclare res, & Claudii tempore adversus Chaucos, & sub Nerone in Oriente adversus Parthos, qui Armeniam Syriamque invaserant, gessisset, ob virtutem suspectus esse cœpit Neroni. Qui propterea sub honoris specie in Achajam evocavit; sed immis-
sis percussoribus; à quibus jussu tyranni in itinere mori est compul-
sus, anno Urbis MCCCXIX. Auctor Xiphilinus ex Dione.

POMPONIUS MELA, natione Hispanus, Claudii tempo-
ribus fuit; ut rectè primus adstruxit Vadianus: quem iccirco &
Vinetus sequitur, & Schottus. Inde est, quodd & ipse meminit Cor-
nelii Nepotis, ut recenti scriptoris: & ad partes à Plinio advoce-
tur in Historia Naturali; qui Vespasiani temporibus claruit. Scio
esse, qui arbitrentur, vixisse temporibus Julii Cæsaris; idque pro-
pterea, quia lib. III cap. vi loquatur hoc pacto: *Britannia qualis sit,*
qualisque progeneret, mox certiora, & magis explorata, dicentur. Quippe
tam diu clausam aperit ecce principum maximus, nec indomitam modò
ante se, verùm ignotarum quoque gentium victor; qui propriarum rerum
fidem, ut bello affectavit, ita triumpho declaratarum portat. Verùm hæc
verba uni conveniunt Claudio: ut liquet ex Suetonio de impera-
tore eo cap. XVI. At nunquam de Britannis triumphavit Julius.
Quid quodd Melæ libro primo mentio fit Cæsareæ? quæ, cum prius
Jol diceretur, nomen Cæsareæ ab Cæsare Augusto accepit. Cæ-
terùm etiam de patria ejus liticula est. Siquidem Mellariæ, Bæti-
cæ oppido, quod nunc est in ditione ducum Methynnæ, & Sido-
niæ, natum esse, Hermolaus Barbarus arbitrabatur: imò ajebat ex
eo Melæ, vel, ut ipse scribere maluit, *Mella* nomen accepisse. Sed in-
de *Mellarius*, aut *Mellariensis* potius diceretur. Et satis ex aliis con-
stat, *Mela*, non patriæ, sed gentilitium esse nomen. Alii igitur Cin-
generati, (quod, MSSorum Melæ codicum fidem secuti, itidem Be-
ticæ oppidum statuunt) natum fuisse verisimilius putant: atque id
è secundo ejus libro colligunt: ubi, de Bæticæ oppidis loquens, ait
ipse: *Atque, unde nos sumus, Cingenteratum, Mellaria, & Bello.* Ubi
Hermolaus *cingente freto* legebat, ut Mellariensem faceret. Vinetus
maluit *Tigentera*, quod in suis repererat libris Pincianus voce *Cingen-*
teratum, tanquam nihili planè ejecta legebat: *Atque unde nos sumus*
Mellaria. Schottus corrigebat: *Atque unde nos sumus ex gente ea. Tum*
Mellaria. Eata verò emendationem acceptam ferebat Francisco
Sanctio Brocensi: uti ille Petro Ciacconio Toletano. Antecessit-

rat autem proximè apud Melam oppidi Cartejæ, seu Tarteffi mentio: quam iccirco patriam Melæ fuisse arbitratur. Casaubonus commentario & castigacionibus in tertium Strabonis emendat hoc pacto, *Atque unde nos sumus Tingi contraria Mellaria. Vel Tingi è regione sita Mellaria.* Solet enim Mela meminisse locorum, quæ ex adverso sita. Ergo, si Mæsis codicibus standum patria Melæ erit Cingeterarum, vel Tigentera. Sin emendationem sequimur quæ placuit Schotto, fuerit Cartejus, sive Tartessus. At juxta correctionem Barbari, Pinciani, & quæ imprimis placet, Casauboni, Mellariensis erit. Utcumque se habet civitatis nomen, Bæticum fuisse Melam, satis indicant verba illa, *unde nos sumus.* Inclaudit Mela libris 111 *de Chorographia*; ut est in plerisque libris: sive potiùs, ut in aliis vocantur, *de orbis situ.* In iis, & perspicua est brevitatis, & mira elegantia. Imò, ut Strabo ab eruditione, à diligentia Plinius, ita ab arte commendatur Mela: quod judicium est Alfonso Garziæ Motamori in commentario de doctis Hispaniæ viris, atque ejusdem Academiis *a.* Nomen hujus scriptoris corruptum est apud Servium in 1x *Æn.* ubi à Melone dici ait, septem esse Gangis ostia: quod apud Melam legas lib. 111 cap. VII. Valde autem ridiculus est Claudius Verderius *b,* cum dictionem Melæ, elegantissimi sanè scriptoris, culpare non veretur. Objeçtat, quòd dixerit, *Britanniam feris scatere.* Quasi non expressum hoc sit de isto Lucretii lib. v c:

---- Ita ad satiatem terra ferarum

Nunc sciatit ----

At, inquit ille, *scatere* est à *σκάω* & *d*: unde idem alibi *e scatere* vocat larrinarum verbum. At nos scimus *σκαω* Chaldeis & Syris notare *fudit*: unde *σκαω*, *fundens*. Hinc *scateo*, quod iccirco dicitur de terra liquorem fundente: uti etiam indicant derivata, *scatebra*, & *scaturire*: & Plautinum illud in *Aulularia*:

*Quæ mihi interbibere sola, si vino scatet,
Corinthiensem fontem Pirenen potest.*

C. BALBILLUS Neronis ætate Ægypti præfectus fuit: ut Tacitus indicat in XI 11 Annal. Fait id anno Urbis 1000cix, Q. Volusio Saturnino, & P. Cornelio Scipione coll. uti consules ii etiam in antiqua inscriptione vocantur, quæ Neapoli exstat. De itinere suo ac rebus Ægyptiis, quædam consignavit. Seneca lib. IV Natur. Quæst. cap. 11: *Balbillus, virorum optimus, in omni literarum genere rarissimus, auctor est, cum ipse præfectus obtineret Ægyptum, Heracleorico ostio Nilii, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum à m. vi*

a Habes
T. 11 scri
ptorum
Hispanie
illustra-
ta.
b Censio
ne in au-
ctores pe-
nè omnes.

c Vers.
40.
d Ster-
cus.
e Pag. 27

occurrentium & crocodilorum à flumine adversum agmen agentium, velut pro partibus prælium: crocodilos ab animalibus placidis, morsuque innoxii, victos. Ex eodem opere est, quod refert Plinius in proœmio lib. XIX. *Galerius à freto Siciliae Alexandriam septimâ die pervenit; Babillus sextâ, ambo præfecti.* In vulgatis Senecæ libris est Babillus, in Plinianis *Babilus*. Sed Balbillus dicitur Tacito: atque ita legi oportere, probat Lipsius ex veteri inscriptione T. JULIUS BALBILLUS, SACERDOS SOLIS. Addere potuit & hanc: SOLI ALAGABALO JULIUS BALBILLUS AQUILA. Sanè *ἀλαγάβας*, à cognomento *Balbus* sit *Balbulus*, hinc *Balbillus*. Tamen ecce *Babilla* in inscriptione alia: PRO SALUTE SABINIANI ET JULIÆ BABILLÆ VINDONA MATER.

CAP. XXVI.

Suetonii Paullini ætas, consulatus, res gestæ in Africa, & Britannia, deque iis historia, quæ in Africa is gesserat. Locus de eadem ex Plinio, sed emendatior. Error Mureti, confundentis Suetonium Paullinum cum Suetonio Lenæ. Perperam cognomen Paullini à Grecis arcessi. Thraseæ Patii elogium, deque Catonis vitæ commentarius. M. Servilii historia, laus, mors. Cornuti patria, professio, exitus, & quantum ei discipulus Persius legèrit, libri ejusdem, & laus. Cornutos duos à Suida malè unum credi. Lucanum, etiam de opinione veterum, historicis rectè, quàm poëtis, accenseri. Pharsaliam ejus post cædem demum Neronis editam videri. Illius esse Panegyricum, què scriptus in Pisonem, & quis ille Piso. Ejusdem Lytra Hectoris, Orpheus, de Urbis incendio, Iliacon, & alia. Locus in Lucani vitæ emendatus: item alter, in quo à Scaligero recessum. Quæ, si vera hæc lectio, fabulæ salticæ dicantur.

C. SUETONIUS PAULLINUS anno Urbis Dcccxciv, C. Cæsare IV, & Cn. Sentio Saturnino coss. Numidium obtinuit C. Cæsaris prætor, ac Mauros usque ad Atlantem montem perdomuit: ut Plinius indicat lib. v cap. 1; ac imprimis Dio lib. LX. Idem, anno Urbis Dcccxi, consulatum gessit cum L. Pontio Tescino.

lesino. Suffectus autem fuit Neroni, cuius consulatus tantum quadrimēstris erat, ut Tranquillus scribit. Sanè *consulem* disertim Plinius vocat, ut Tacitus *vetustissimum consularium*. Proconsul Britanniam obtinuit, ubi (ut Tacitus in vita Agricolæ refert) biennio

a Sic cor-
rigo. In
vulgatis
perperam
locus di-
stingui-
tur, pro
expertū
est exper-
to. In
MSo, &
veteri
Parmensi
anni
1476, est
exper-
tus. Sed
obstat,
quod
prodidit
antecef-
sit: cato-
raque in-
finito mo-
do esse-
runtur.
b Lib. 15.
cap. 11.
c Notis
ad Taciti
lib. 2.
Hist.
d Eam a-
pud Pi-
ghii re-
peries in
Annali-
bus ad
annum
occingen-
tesimum
duodevi-
gesimum.
e Pighius
ibidem.

speras res habuit, subactis nationibus, firmatisque praesidiis: quorum fiducia Monam insulam, ut vires rebellibus ministrantem, aggressus, terga occasione patefecit. Namque, absentia legati remoto metu, Britanni, Voadicæ, regii generis feminâ, duce, sumserunt universi bellum: ac sparsos per castella milites consecrati, expugnatis praesidiis, ipsam coloniam invasere, ut sedem servitutis.

Quod nisi Paullinus, eo cognito motu, prope subvenisset; amissa Britannia foret: quam unius praelii fortunâ veteri patientiâ restituit. Vide & de eo

Tacitum lib. 1, ac 11 Histor. item quæ ex Dione refert Xiphilinus. Scripto consignasse, quæ in Africa gesserat, discimus ex istis Plinii

verbis lib. v cap. 1: Suetonium Paullinum, quem consulem vidimus, primum Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio,

prodidit de excelitate quidem ejus, quæ ceteri: imas radices densis altisque repletas sylvis, incognito genere arborum; proceritatem spectabilem esse enodi-
nitores; frondes cupressis similes; præterq, gravitatem odoris tenui eas obduci

lanugine; quibus, additâ arte, posse, quales è bombyce, vestes confici. Verticem altis, etiam aestate, operiri nivibus. Decum se eò pervenisse castris, &

ultra ad fluvium, qui Niger vocatur, per solitudines, nigri pulveris eminentibus interdum velut excusis cautibus. Loca inhabitabilia fervore, quam-

quam hiberno tempore, expertum a. Qui proximos inhabitent saltus, reser-
tos elephantorum ferarumque. & serpentium omni genere, Carnalios appel-

lari. Quippe victum ejus animalis promiscuum his esse, & dividua ferarum viscera. Muretus in Variis suis b credidit, Suetonium hunc fuisse

Suetonii illius patrem, cuius de 11 Cæsaribus libros v 11 habemus. Sed, ut rectè Justo Lipsio c observatum, iste, qui Tacito,

Plinioque, memoratur, vocatus est Paullinus; alter dictus Tran-

quillus, aut Lenis: ille dux belli fuit ut constat ex Plinii verbis ad-

latis: ejus, qui Cæsareas vias didi sub Othone etiamnum
angusticlavium, hoc est, neca S at. Ipsum audi lib. vi 1

in Othone de pugna Bedriacæ. tergit huic bello pater meus Sue-

tonius Lenis, tertiadecima legionis tribus angusticlavius. Sicco Polento-

nus, in septimo de Illustribus scriptoribus libro, vitam Suetonii Tranquilli tradidit d; in quæ ea similiter statuit, illum, qui consul cum Telesino fuit, patrem fuisse illius Suetonii, qui vitas Cæsarem scripsit. Sed is non Tranquillus, aut Lenis, vocabatur: verum Paul-

Græca voce deductum. Sed istud verum non est. Nam, ut à *Iustus* est *Iustinus*, à *Marcellus* *Marcellinus*, ab *Augustus* *Augustinus*, à *Longus* *Longinus*: ita à *Paullus* (quod parvum notat) venit *Paullinus*. Apud *Gesnerum* in Bibliotheca legitur, *Suetonium Lenem* (intelligit autem hunc *Paullinum*, quem & patrem fuisse *Suetonii Historici* putavit) scripsisse vitam *Othonis Imperatoris*. Idemque præditum à *Popelinero* lib. v *Historiæ de Historicis*, quam Gallicè procurit. Sed hoc, nec à *Suetonio historico*, nec veterum ullo, præditum invenitur.

Suetonio hoc *Paullino*, & *Pontio Telesino* coff. à crudelissimo *Nerone*, delatore *Marcello Eprio*, mori iussus est. *L. THRASEAS PÆTUS*, ingens *Patavinorum*, imò orbis *Romani* iis temporibus decus. *Magnum Martialis* lib. i, *constantem* lib. iv appellat. *Maximum* vocat *Plinius* lib. vi i i i epist. xxi i. Vide & de ejus laudibus *Tacitum* qui *virtutem ipsam* lib. xvi *Annal. cap. xxi* appellat; item *Arrianum*, *Dionem*, alios. *Quin* de eo ipse *Nero* dicebat: *Ἐξολόμην ἢ Θεοτάτων ἔσται ἢ μὲν φίλῶν, ἢ ὡς ἀδικησῆς ἀεὶ μὲν ἔσται. Vellem me Thræseas tam amaret, quàm integer est iudex.* Auctor *Plutarchus* lib. πολιτικῶν παροργυγελμάτων. Nec præteriri meretur quod de eo refert *Tranquillus* in *Domitiani* vita cap. x; ubi de imperatore hoc ait: *Interemisse Iunium Rusticum, quod Patri Thræseæ, & Helvidii Prisci laudés edidisset, appellassetq; eos sanctissimos viros.* Meminimus *Thræseæ* hoc loco, quia vitam scripsit *Catonis Uticensis*: ex qua semel, iterumque, aliqua adfert idem *Plutarchus* in *Catonis minoris* vitâ.

Quos *Thræseæ* potius subjungam, quàm eos, quibus itidem *Neronis* crudelitas noxæ fuit? hi sunt *M. Servilius*, *Cornutus*, ejusque discipulus *Lucanus*.

De *M. Servilio* sic *Tacitus* in *xiv Annal. Sequuntur virorum illustrium mortes, Domitii Afri, & M. Servilii, qui summis honoribus, & multâ eloquentiâ vigerant. Ille orando caussas; Servilius diu foro, mox TRADENDIS REBUS ROMANIS, celebris: quem & elegantia vitæ clariorē effecit: ut par ingenio, ita morum diversus. Unde discimus, Servilium hunc summos gessisse honores, historiam rerum Romanarum consignasse, virum fuisse facundum, & elegantis vitæ, denique à Nerone fuisse sublatum; quod contigit, ut idem auctor est, C. Vipsanio Aproniano, & C. Fontejo Capitone* coff. anno Urbis *lxxxixi*.

Cornuti ætatem, patriam, professionem, atque exitum, paucis indicat *Suidas* his verbis, *Ὁ Κορνύτης Δεπιότης Φιλόσοφος. Ἡ δὲ Δεπιότης,*

Δεπίης, πόλις Αιθίως, γεροντός ἐν Ρώμῃ Ἰππὶ Νέρονος, & πρὸ αὐτοῦ, ἀνα-
 γαθῆς σὺν τῷ Μασωνίῳ. *Cornutus Leprites, philosophus. Lepris autem A-*
frica est civitas. Ac fuit Roma sub Nerone, & ante eum. Interfectus verò
cum Musonio. Quod philosophum appellat, convenit cum Tran-
 quillo, sive alio, qui Persii vitara scripsit: is philosophum Stoicum
 vocat. Etiam philosophum nominat Eusebius: sed non morte,
 verùm exilio multatum scribit. Sic enim ille in Chronicis ad an-
 num MMLXXXII: Nero, cùm ceteris viris insignibus, & Octaviam uxo-
 rem interfecit, *Cornutumq; philosophum, præceptorem Persii, in exilium*
fugat. Sed fortasse hæc conciliari possunt, quia priùs in exilium e-
 gisse, posteaque interemisse potest. Ex Persianæ eo vitæ auctore,
 quem diximus, illud etiam cognoscimus, inter auditores ejus fuisse
 & Lucanum poetam, & Aulum Persium: atque hunc, adolescen-
 tulum adhuc, tanti fecisse præceptorem suum, à quo in philoso-
 phia instituebatur, ut nunquam ab illius latere recederet: atque ut
 moriturus, anno nempe ætatis undetrigesimo, legârit Cornuto,
 cùm septingentorum librorum bibliothecam: tum etiam argenti
 facti pondo viginti: sed Cornutum ait, libris contentum, pecuniam
 fororibus Persii reliquisse. Post ea, quæ antea adduximus, subjicit
 continuò Suidas: Ἐγγεφέ ἡ ποικίλ φιλοσοφία τε ἡ ῥητορικὰ. *Scri-*
psit multa & philosophica, & rhetorica. Sed videtur etiam fuisse nobilis
 Grammaticus, & veterum poetarum interpres. Nihil enim
 causæ video, cur hunc alium putem ab illo Cornuto, quem Gel-
 lius lib. II cap. VI refert inter *Grammaticos avi superioris, haut sanè in-*
doctos, neque ignobiles, commentariarq; in Virgilium composuisse dicit. Præ-
 fertim cùm idem lib. IX cap. X testetur, fecisse libros *de figuris senten-*
tiarum: quod bene convenit cum eo, quòd Suidas ἡ ποικίλ λέ-
 γασκεν ait. Commentariorum in Virgilium meminit & Macrobius
 lib. V cap. IX. ubi eum vocat *virum magnum, & Græcarum literarum*
doctissimum. Chanfius citat hæc decimo Cornuti libro ad Silium Ita-
 licum cùm de Virgilio: *Iamque exemplo tuo etiam principes civitatum*
 & poetæ incipient similia fingere. Hunc autem philosophum,
 rhetorem, grammaticum, etiam historicum fuisse, testis est Suidas,
 qui disertum ἡσπερικόν appellat: atque addit, æmulationem fuisse
 inter eum, & Livium Patavinum, longeq; plures audisse Cornu-
 tum: sed Livio fuisse auditores, & ingenio, & eruditione, præstan-
 tiores. Tamen, ut verè dicam, quòd scntio, videre non possum,
 ut hoc temporum ratio pariat. Nam Livius Patavinus, uti &
 Messalla Corvinus orator, nati sunt Olympiadis CLXXX anno secun-
 do.

do. quarto anno à consulatu Ciceronis; teste Hieronymo in Chronico Eusebiano. Est is annus Urbis DCCXCV. Idem Hieronymus decessisse Olympiadis CXCIX anno I, Tiberii anno IV, qui sit Urbis annus DCCCLXX, Livii autem annus LXXV. Cornutus verò in exilium à Nero ejectus est Olympiadis CCXI anno III, ut idem Hieronymus ait. Est is annus Urbis DCCCXX. à decessu Livii annus quinquagesimus. Minus autem verisimile fit, Livium, jam decrepitâ ætate docendis aliis vacasse: sed, siquid tale factum, potius evenerit illud Livio quinquagenario, vel antè. At tum fortasse necdum natus erat Cornutus. Utcunque hoc est, planè alius illè historicus Cornutus fuisse videtur, qui Augustæ ævo cum Livio Patavino docuit: fortasse est pater ejus, qui Persii præceptor fuit. Saltem hoc temporibus magis congruit. Sed quia eundem facit Suidas, nos, sub ambiguo nomine, de utroque hîc dicere volumus.

Inter historicos etiam locum damus M. ANNÆO LUCANO, Cordubensi. Quippe qui pœma suum, de bello civili Cæsaris & Pompeji, fide historicâ scripserit. Quo nomine à Petronio Arbitro in Satirico reprehenditur, his verbis: *Ecce belli civilis ingens opus quisquis attigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. Non enim res gestæ versibus comprehendenda sunt, quod longè melius historici faciunt: sed per ambages, deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum, præcipitandus est liber spiritus; ut potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religiosa orationis sub testibus fides.* Sanè non ab omnibus Lucanum pœtam habitum esse: ostendit & illud Martialis de eo lib. XIV:

Sunt quidam, qui me dicunt non esse pœtam:

Sed, qui me vendit, bibliopola putat.

Ac apud Servium legas in illud 1. ÆN. *Matre Deâ monstrante viam:*
— Hoc loco per transiuriam tangit historiam, quam per legem artis pœticæ apertè non potest ponere. Lucanus namque ideo in numero pœtarum esse non meruit, quia videtur historiam composuisse, non pœma. Quæ omnia mentem Martialis satis aspernari. Ut audiendus non sit doctissimus Barthius Advers. lib. IX, ubi censet, pœtam hoc velle, cum facile libri Lucani distrahantur, non vilem aliquem, sed bonum vatem haberi. Videtur autem hoc pœma inortem demum in lucem prodidisse. Nec enim Nero, vel tam clemens erat, ut ferret multa aded pro libertate dicentem: vel aded stultus, ut non intelligeret schemata, quibus, dum laudari videtur, omnino vituperaretur.

Exempla aliquot suppeditabit summus vir, vereque Musarum & Charitum μέγ' ἀγαθὰ, Daniel Heinsius, in laudatione Asini, scripto, ut genii, ita penitiorum literarum, ac civilis prudentiæ plenissimo. Lucani quoque est panegyricus ad Calpurnium Pisone, cujus initium: *Vnde prius cæpti surgat mihi carminis ordo*? Sanè in veteri scheda MSa reperit Scaliger ejusmodi inscriptionem, *Lucani catalepton de laude Pisonis*. Piso verò hic est is, qui adversus Neronem conspiravit, ac conjurationis socium adlegit inter alios Lucanum, satis antè infestum Cæsari, quem gloriæ suæ sciret invidere. Vulgò Ovidio id carmen tribuitur; etiam à Carolo Sigonio in tertio de Judiciis cap. xxvii 1; ubi, ut Ovidianos, citat hos versus:

*Seu trepidos ad jura decem citat hasta virorum,
Et firmare jubet centeno iudice caussam.*

Lucano nullâ omnino ratione adscribi ait Barthius Adversar. lib. xlix cap. vii. Sed eum refellunt quæ diximus.

At longè plurima, quæ scripsit Lucanus, deperierunt. Primum Hectoris Lytra. De qua sic apud Statium Papinium in Genethliaco Lucani Calliope poëtam nascentem compellat:

*Ac primùm teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Thessalosisq; currus,
Et supplex Priami potentis aurum.*

Adhæc Orpheum fecit, quò pertinet versus proximus:

Et sedes referabis inferorum.

Ecce ex poëmate Grammatici citant:

---- gaudent à luce relictam

Eurydicen, iterum sperantes Orphea manes.

Paullò post sequitur apud Papinium:

*Dices culminibus Remi vagantis
Infandos domini nocentis ignes.*

Remi culmina vocat Romam: *domini ignes*, incendium Urbis procuratum à Nerone; qui & illud è turri à *Mæcenatiana* prospectans, letusque flamma, ut aiebat, pulchritudine, ἄλωσιν Ilii in illo suo scenico habitu decantavit. Poëma hoc Lucani dicebatur *catacausticus*: pro quo corruptè *catastomos* legas in vita Lucani, quam ex antiquissimo commentario Britannicus primus edidit. Diversum ab eo opus Iliacon. Ex quo Placidus Lutatius in 111 Thebaidos citat: *Atque Helena timuisse Deos*. Idem Lutatius in vi Theb. sic scribit: *Lucanus de Phæronte in libro, qui inscribitur Iliacon, ita:*

Hanc aliter raptum transverso limite calis

Flammati Phæronta poti videre, Deique;

Cum vice mutata totis in montibus ardens

Terra dedit celo naturam, versa.*

Apud Scaligerum versu primo secundoque legas,

--- Anbeli Flammatum Phæronta p. v.

Sed vera sine dubio lectio est, quam ex Lutatio expressimus. Idem Scaliger unum poema facit *catacausmon*, & *Iliacon*. Unde vocat *catacausmon Iliacum*. Sed vitæ is scriptor, quem dixi, disertim: *Exstant ejus & alii complures: ut Iliacon, Saturnalia, Catacomon*. Ubi *catacausmon* diximus rescribendum. Quare nec recedo à Crinito, qui distincta opera facit, *De incendio Urbis; & De incendio Troje cum Priami calamitate*. Imò in antiquo illo vitæ scriptore, etiam orationem de incendio Urbis pro Octavio Sagitta fecisse, legimus. Item Lutatius in 1x Theb. citat è Lucani *cathegonio* (ita est in MSo cod.) hos versus:

Thebais Alcmena, qua dum frueretur Olympi

Rektor, Luciferum ter jusserat Hesperon esse.

Ubi pro *Cathegonio* Scaliger legit *catalogo*. Censet enim Heroidum catalogum reliquisse instar Hesiodi, qui *ἠοιὰς* scripsit, & *κατάλογον*. Verùm, puto, si Lucanus hujus nominis opus reliquisset, meminisset illius vitæ ejus verus scriptor. Atqui apud eum de Lucani scriptis, præter poema de bello civili, non alia legas, quàm ista: *Exstant ejus & alii complures, ut illa, Consaturnalia* (rectè clarissimus & *καθηκόνια*) Scriverius emendabat, ut, *Iliacon, Saturnalia*) *Catacomon* (diximus legendum *Catacausmon*) *Silvarum x, Tragedia a Ita non*
Medea imperfecta, Saltica fabula xiv, & Hippamata prosa oratione in Octa- modo est
vium Sagittam, & pro eo de incendio Urbis, Epistolarum ex Campania. Non in Lucani
fastidiendi quidè omnes: tales tamè, ut Belli Civilis videantur accessio. Quæ vita, quæ
re ejus sententiæ sum, ut cathegonio corruptum putem ex catacaus- *stissimo*
mo. Sanè non longiùs ab illo abit, quàm *catalogo*: quod Scaligero *cod. edi-*
placebat. Er de *κατακαυσμῶν*, sive incendio Urbis, Lucanum scri- dit Io.
psisse, satis ex allatis Statii versibus constat: de catalogo verò He- *Britan-*
roidum, ne γὰρ quidem reperias apud veterum quemquam. Sed *nicus: sed*
quid sunt *saltica fabula* a, quæ ab Lucano scriptæ dicuntur? Crinitus, *etiam a-*
cum id non intelligeret, contentus fuit dicere, scriptas ab eo fuisse *pu'd Pom-*
fabulas complures. Puto à *saltus* formatum esse *salticus*, ut dicimus *ponium*
calicus, astricus, civicus, hosticus, genticus, quod apud Tacitum est. Ita *Fortuna-*
fabula saltica sint, quæ res narrant ad saltus pertinentes: ut de amo- *tum in e-*
ribus Satyrorum, & nympharum, quæ Apollonio Rhodio *justem*
Lucani
vita.

ὕμνων : & similia his alia. De morte poetæ sic Hieronymus in Chronico Euseb. ad annum x Neronis : *M. Annæus Lucanus, Cordubensis poeta, in Pisoniana conjuratione deprehensus brachium ad secandas venas medico præbuit.* Sed plenius de eo Tacitus in xv Annal. & Tranquillus in fragmento, quod è vita Lucani superest. Romæ in templo B. Petri inscriptio in marmore istiusmodi est :

MANNÆO LUCANO
CORDUBENSI POETÆ
BENEFICIO NERONIS
FAMA SERVATA.

Citar & Sulpitius Verulanus in vita Lucani. Eò autem pertinet inscriptio, quòd Nero non tulerit edictum, quo poemata Lucani ex omnibus bibliothecis eximerentur. Huc etiam respexit Juvenalis, cum ait: *Contentus famâ jaceat Lucanus in hortis.* Notum est, quàm præclare de eo scripserint Auctor diarius: de causis corruptæ eloquentiæ: item Stadius, Fabius, Martialis, Sidonius. Etiam *optimus poeta* dicitur Orosio præmio lib. vi; ubi hemistichium adducit ex libro primo. Nicolao Clomange epist. v dicitur *egregius bellorum civilium descriptor, astrorum quoque & philosophiæ doctissimus.* Laudat & Gulielmus Brito initio Philippeidos:

Non his sufficeret fama Lucanus amator.

Sed omnes, qui ejus cum laude meminere, præsertim illos posterioris ævi, longissimum esset referre.

CAP. XXVII.

Perperam plurimis in libris Mutianus per τ scribi. Licinii Muciani res gestæ, atque ejusdem historia. Asconii Pediani ætas, historia, cæcitas. Alius ejusdem nominis; sed hoc antiquior. Inepta eorum calumnia, qui Valer. elegantias Asconii esse dictitabant. Servilius Novianus. M. Cluvii Rufi dignitas, historiæque. Alter hujusce nominis; sed Iuliani ævi. Iulii Secundi ætas, deque Iulii Asiatici vita commentarius, ac dictio ejusdem. Vipsanius Messalla, cui frater dissimilis Aquilius Regulus.

Sequitur M. LICINIUS CRASSUS MUCIANUS. Sic enim, per c, Muciani nomen scribendum, cum & ita in veteri lapide inveniat, & Græcè sit *Μουκιανός*, & à Mucius veniat Mucianus;

cianus, ut ab Æmilius Æmilianus, à Licinius Licinianus. Mucianus hic cum quatuor legionibus Syriam obtinuit anno Neronis ultimo. Idem, Galbâ interempto, legiones sacramento adegit Othonis. Verùm, ut de bello inter Othonem ac Vitellium certior factus fuit, Vespasianum hortatus est ad imperium capeffendum; ipseque Romam præmissus ad opprimendum Vitellium. Sed ante adventum Muciani jam à Flavianis oppressus erat Vitellius. Res tamen turbatas Romæ pacavit Mucianus, unâ cum Vespasiani filio, Domitiano. Ac propter merita istæc à Vespasiano confors imperii vocatus fuit. Vide Tacitum in 11 Histor. Suetonium in Vespas. cap. vi & xiii, item Zonaram, Xiphilinum. Ter fuit consul; eoque elogio ab aliis Mucianis distinguit eum Plinius lib. i i cap. ciii, lib. i i i cap. v, lib. vi i i cap. iii, lib. xi i cap. i, & lib. xii i cap. xiii. Scripsit historiam luculentam, ex qua multa ad locorum situm pertinentia, ac res miras ei visas, præcipuè in Orientali expeditione, variis in locis Plinius refert. Ita lib. i i i cap. v habes: *A Circeis palus Pomptina est, quem locum viginti trium urbium fuisse, Mucianus ter consul refert.* Item lib. iv cap. xii: *Ipsaq; longè clarissima Cycladum medio templo Apollinis, & mercatu celebrata Delos, quæ diu fluctuata, ut proditur, sola motum terra non sensit ad M. Varronis ætatem. Mucianus prodidit bis concussam.* Et post pauca: *Syros, quam circuitu patere xx millia passuum, prodidere veteres, Mucianus clx.* Et lib. v cap. ix: *Inter Arfinoiter autem, ac Memphiten, lacus fuit circuitu ducentorum, & quinquaginta millia passuum: aut, ut Mucianus tradit, quadringentorum, & quinquaginta millium.* Similiter lib. v cap. xxiv: *Oritur Euphrates in prefectura Armenie majoris Cananitide, ut prodidere ex iis, qui proxime viderunt, Domitius Corbulo, è monte Aba; Licinius Mucianus, sub radicibus montis, quem Capotem appellant, supra Simyram xi i millia passuum, initio Pyxiratus nominatus.* Item cap. xxxi: *Et jam dicta Arados, inter quam, & continentem, l cubita alto mari, ut auctor est Mucianus, è fonte dulcis aqua tubo coriis factò usque à vado trahitur.* Item lib. vi i cap. iv, ubi ait: *Licinius Mucianus prodidit, visum esse à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusa fuisset; nupsisse etiam; mox barbam, & virilitatem, provenisse, uxoremque duxisse.* Quæ verba ex eo & Gellius adducit lib. ix cap. iv. Meminit quoque idem Plinius ejusdem vi i libri cap. xlviii, & li v. item lib. ix cap. vi i i, xxv, xxx, & li x. adhæc lib. ix cap. xxxvi, & lib. xxxi cap. ii. prius ubi de fonte Liberi in Andro, atque iterum ubi de fonte cupidinis Cyzicenos. Præterea lib. xxxi cap. vi, ubi ipsa ejus verba adfert, & lib. xxxvi. cap. vi i i.

Vespasiani etiam ævo floruit ASCONIUS PEDIANUS: ut cognoscimus ex Hieronymo in Chronico Eusebiano ad annum **MMXCI**, qui Vespasiani annus est septimus: *Q. Asconius Pedianus, scriptor historicus, clarus habetur, qui LXXII ætatis suæ anno captus luminibus: XII postea annis in summo omnium honore consensescit.* Tria hinc discimus. Primum est, Asconium Pedianum jure à nobis inter historicos censerì. Alterum est, floruisse eum septimo Vespasiani anno, hoc est historias tum in lucem edidisse. Tertium est, postea **XI** vixisse annis, luminibus captum, hoc est, usque ad annum Domitiani septimum. Ergo planè alius est ab Asconio illo, qui in liberorum suorum gratiam scripsit annotationes in Ciceronis orationes: cujus operis quantulacunque pars superest. Nam ille in orationem pro Cornelio sic scribit: *Sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant; inter quos Tuditanus, & Pomponius Atticus, Liviusque noster.* Ubi cum Livium vocat suum, satis indicat, eo se usum familiariter. Atqui obiit Livius anno Tiberii quarto. At enim dixerit aliquis, suum vocare, quia conterraneus fuerit: ut si hodieque Batavus quispiam dicat, *Erasmus noster.* Sed Asconium fuisse Patavinum, unde adstruent? Et alia quoque argumenta sunt, è quibus colligi possit, vixisse Augusti ævo. Siquidem Virgilium vidit. At is annis **XVI** obiit ante natum Christum: sanè apud Janum Philargyrium in Ecl. III, quo loco exponit verba illa, *Dic quibus in terris, &c.* legas ista, *Asconius Pedianus ait, se audisse Virgilium dicentem, in hoc loco se grammaticis crucem fixisse.* Quæ iisdem verbis Servius ibidem refert. At à Virgilio obitu, usque ad septimum Vespasiani annum, sunt anni amplius centum. Historicus autem Pedianus annis solum vixit **LXXXV**. Quomodo igitur audire ex Virgilio potuit id, quod Philargyrius, & Servius, dicunt? Nec dubium igitur, quin senior ille Pedianus sit, quem idem locutum ait cum A finio Gallo, fratre Salonini, filio A finii Pollionis. Verba ejus in Ecl. IV sunt ista: *Asconius Pedianus à Gallo audisse se refert, hanc eclogam in honore ejus factam.* Etiam in vita Virgilio legas ista, *Vulgatum est consuesse Virgilium cum Plotia Aleria, sed Asconius Pedianus affirmat ipsum postea majorem natu narrare solitum, invitatum quidem ad communionem sui, verum pertinacissimè recusasse.* Non dubium autem, quin Asconius ea ex Plotià audierit ipse. Quamquam locus ille aliquantò aliter legitur in vità Maconis à Donato scripta, prout legitur in Fabricii editione. Sed tamen sic quoque statuendum, ea Asconium æqualibus Virgilio accepisse. Alia etiam in vita illa à Donato exarata invenias. At histo-

ricus Pedianus signatur à Plinio, in auctoribus, è quibus profecerit lib. v. 1. quo gentium mirabiles figuræ continentur. Item à Suida in *Αἰτιασι*, & *Αἰτιολογίαι*, ubi legas, Alconium à Junio Blæso, ad convivium eunte, comitem esse assumptum, licet invocatum, quales vocare *umbras* solent. Is autem Junius Blæsus omnino est ille, qui Galbæ, & Vitellii, temporibus fuit, de quo Tacitus primo, secundo, tertioque Historiæ. Apud Suidam scribitur *Παιδιανός*, quasi foret à *παιδίων*, vel *παιδιό*. Sed est à Pedio: cujus prima apud Persium est corrupta. Uti prima in *Pedianus* apud Sillium. Ac in veteri lapide simplici vocali hæc vox exaratur. Observat hoc Scaliger quoque in animadversionibus ad Eusebium; ut pleraque alia eorum, quæ diximus hoc de scriptore. Sed vereor, ne in uno alteroque me deceperit summi viri auctoritas. Nam postquam ista scripsissem, incidi in locum hunc Alconii in orat. pro Scauro: *Possidet eam* (Scauri domum) *nunc Longus Cacina, qui consul fuit cum Claudio*. Ubi non dubium, quin *Largus*, pro *Longus*, rescribi debeat. Nam C. Largus, qui in fragmento inscriptionis Neapolitanæ vocatur C. Cæcina Largus, fuit cum Imperatore Claudio consul anno Urbis *lxxxviii*. Hæc autem referre de domo illâ non tam ei convenit, qui Augusti ævo, quàm qui sub Nerone, & Flaviis vixerit. Nec difficile est probatu, cum Alconius dicit *Livius noster*, respexisse, non eò quidem, quò Scaliger putabat, quia familiariter Livio usus sit, (nam Livio junior fuit, ut jam vidimus) sed quia Patavinus esset. Quod colligo ex Sillio Italico, quando more poëtarum in eo, quem antiquis fuisse temporibus comminiscitur, celebrat familiarem atque amicam hunc suum. Verba Sillii sunt ista lib. x. 1.:

*Polydamanteis juvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox, Trojanaque semina, & ortus,
Atque Antenoreo sese de stirpe ferebat,
Haut levior generis famâ, sacroque Timavo
Gloria, & Euganeis dilectum nomen in oris.
Huic pater Eridanus, Venetaque ex ordine gentes,
Atque Apono gaudens populus, seu bella cieret,
Seu Musas placidus, doctæque silentia vitæ
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,
Non ullum dixere parem, nec notior alter.*

Que non in alius gratiam finxit, quàm, ut dixi, amici sui Alconii. At Pediaon ei, quemadmodum vidimus, apertè patriam tribuit Patavium, Antenoris opus. Unde & paulò post ait,

----- *Macte d' virtutis avita,*

Macte Antenoride.


Itaque cum extra controversiam sit, Livium esse Patavinum; & vel ex istis Sillii versibus, Patavinum etiam Pedianum esse, videamus: ne illud quidem dubium erit, quin cum Asconius dicit, *Livius noster*, communem, ut aebam, patriam respexit. Quare nunc sic statuere malo, duos quidem fuisse Asconios Pedianos, ut bene observat Scaliger: unum, qui Virgilii ætate vixerit: alterum, qui sub Nerone, & Vespasiano, claruerit: at posteriorem hunc, contra quam Scaliger opinabatur, non tantum historias condidisse: sed & commentariorum in Ciceronis orationes esse auctorem. Admodum autem perfrictæ frontis fuisse necesse est, qui, cum Laurentii Vallenis Elegantiarum libros in honore esse deberent, in vulgus sparsere, eos jam olim in Germania fuisse repertos, quòdque scripti essent literis fugientibus ac fatiscentibus, vix certis cognitum indicium tandem fuisse, Asconii Pediani esse opus: cuius calumniæ meminit Mariangelus Accursius in diatribarum suarum defensione, cui *Testudo* nomen fecit.

SERVILIUS NOVIANUS Vespasiani ætate vixit. De eo sic Fabius lib. x. in iudicio de historicis: *Immortalem illam Sallustii velocitatem, diversis virtutibus Livius consecutus est. Nam mihi egregie dixisse videtur Servilius Novianus, pares eos magis, quam similes: qui & ipse à nobis auditus est, clari vi. ingenii, & sententiis creber; sed minus pressus, quam historiæ auctoritas postulat.*

Fuit tum quoque M. CLUVIUS RUFUS, vir consularis, ut à Tranquillo vocatur in Nerone cap. xx i. item à Xiphilino. Incidit verò consulatus ejus in annum nonum Claudii, quo consules ex Kal. Jan. fuere M. Vinicius II, & M. Statilius Corvinus. Sed ex Kal. Jul. suffecti M. Cluvius Rufus, & Pompejus Silvanus: quos consules Claudius appellat epistolâ ad Hierosolymitanos, apud Josephum lib. xx Antiquit. Idè Cluvius anno Urbis 1000 cxx i, quo Nero occisus, Ser. Galbæ Cæs. Aug. proconsul obtinuit Galliam Tarraconensè. Atque ibidem à Galba relictus. Anno seq. Vitellium post Bedriacensem victoriam secutus, & comitatus ejus additus, Hispaniam, L. Arruntii exemplo, absens rexit: qua de re vide Tacitum lib. i, & II Hist. ubi sæpius memoratur; sed semel ei prænomen Marco datur. Res scripsit Neronis temporibus gestas. Historiæ ejus meminit Tacitus in XI Annal. his verbis: *Plinius, & Cluvius, nihil dubitatum de fide præfecti (Burrhi) referunt.* Item penè initio XIV Annal. Tradit Cluvius, ardore retinenda Agrippinam potentia eò usque provectam, ut medio diei,

Scis autem id temporis Nero per vinum & epulas incalesceret, offerret se senius temulentum cantam, & incesto paratam. Iamque lasciva oscula, prænuntia flagitii blanditias, annotantibus proximis, Senecam contra muliebres blanditias subsidium à femina petivisse: immiffamq; Acten libertam, qua simul sui periculo, & infamia Neronis anxia, deferret, pervulgatum esse incestum, gloriantem matre: nec toleraturos milites profani principis imperium. Fabius Rusticus, non Agrippina, sed Neroni, cupitum id memorat; ejusdemq; libertæ actu disjectum. Sed qua Cluvius, eadem ceteri quoque auctores providere, & fama huc inclinat. Idem est Cluvius, de quo Plinius lib. IX epist. XIX, quæ ad Rufonem: Ipse sum testis, familiariter à Virgino Ruso dilectus probatusque, semel omnino, me audiente, provectum, ut de rebus suis hoc unum referret, ita secum aliquando Cluvium locutum: Scis, Virgini, qua historia fides debeatur: proinde si quid in historiis meis legis aliter, ac velles, rogo ignoscas. Ad hoc sic illum, Cluvine, tu ignoras, ideo me fecisse, quod feci, ut esset liberam vobis scribere, qua libuisset? Apud Plutarchum in Othone corrupte legitur Κλαύδιος & Πύρρος, ut Lipsius ad Tacitum observat. Alius, ut temporum ratio ostendit, est ille M. Cluvius Rufus, qui quaestor fuit anno Urbis MDCXCII, M. Pupio Pisone Calpurniano, & M. Valerio Messalla Nigro cons. Ejus meminit Cicero epist. ad famil. lib. XII epist. LV, & ad Att. lib. VI epist. II.

JULIUS SECUNDUS est is, quem loquentem inducit scriptor dialogi de causis corruptæ eloquentiæ: unde cum Vespasiani ætate floruisse, cognoscimus. Tum enim dialogus ille scriptus; ut præter alia docent hæc verba: Cur antiquis temporibus potius adscribitur Ciceronem, quam nostris, non video. Nam Hirrio & Pansa consulis, ut Tiro, libertus ejus, scripsit, VII Id. Decembr. occisus est, quo anno divus Augustus, in locum Pansæ & Hirrii, se & Q. Pedium Cons. successit: statue VI & L annos, quibus mox divus Augustus Remp. rexit: adice Tiberii tres & viginti: & prope quadriennium Caji, ac bis quaterdenos Claudii & Neronis annos: atque ipsum Galbæ, & Othonis, & Vitellii unum annum: ac sextam jam felicis hujus principatus stationem, qua Vespasianus Remp. fovet, c & XX anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis ætas. Ut autem Julio Secundo, inter Vitarum scriptores, locum dem; facit hic locus in eodem dialogo: Itaque, hercule, non minus probari video in te, Secunde, quod Iulii Asiatici vitam componendo, spem hominibus fecisti plurimum ejusmodi librorum. De dictione sic idem initio dialogi: Venerunt ad eum M. Aper, & Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri. Quamvis malignè perique opinarentur, nec Secundo promtum esse sermone; & Aprum ingenio potius, & vi naturæ, quam institutione, & literis,



famam eloquentiæ consecutum. Nam & Secundo purus, & pressus, & in quantum satis erat, profluens sermo non defuit: & Aper communi eruditione imbutus, contemnebat potiùs literas, quam nesciebat.

VIPSIANUS quoq; MESSALLA Vespasiani ævo floruit: quod inter alia liquet ex dialogo, seu Fabii, seu alterius, qui est de causis corruptæ eloquentiæ. Quo in dialogo præcipuæ sermonis partes tribuuntur huic Messallæ. Nec enim alium esse indicat, quòd ibidem disertè Vipsianus dicitur. *Vixdum, inquit, finierat Maternus, concitatus, & velut instinctus, cum Vipsianus Messalla cubiculum ejus ingressus est.* Meminit & Tacitus in 111 Histor. ubi sermo de bello inter Vitellianos, & Flavianos; *Legioni, inquit, tribunus Vipsianus Messalla præerat, claris majoribus, egregius ipse, & qui solus ad id bellum artes bonas attulisset.* Atque hæc inter alia ætatem satis docent. Ut autem etiam res gestas consignasse, credam: facit locus iste Taciti lib. 111 Histor. *Eo notabilior cedes fuit, quia filius patrem interfecit. Rem nominatq; auctore Vipsiano Messalla, tradam.* Et post aliquam multa: *Hormine id ingenium, ut Messalla tradidit: an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haut facile disereverim.* Hinc etiam intelligi puto à Plutarcho in Bruto, ubi de viri ejus vitâ non semel quædam refert ex Messalla. Vir hic tantus fratrem habuit dissimilem, Aquilium Regulum, Tacito etiam memoratum lib. 1v Histor. *Vipsianus Messalla ausus pro fratre Aquilio deprecari.* Quæ ibidem subdit de subversâ Crassorum & Orphiti domo, ostendunt eundem esse, atque ille, de quo in epigrammatis Marcialis, & Juvenalis sat. 1. quemque Modestus bipedum nequissimum verissime dixerat: ut ait Plinius lib. 1 epist. v. Ubi eum suis coloribus depingit. Vide & eundem Plinium lib. 11 epist. xx, & lib. 1v epist. 11, & vi 1, & lib. vi epist. 11.

CAP. XXVIII.

De Curtii ætate quadruplex sententia adfertur, & expenditur: sed fusè imprimis ostenditur, non vixisse Trajani ævo, verùm Vespasiani. Dubitatum de vitæ ejus conditione. Dicitio ejusdem commendatur.

CURTII RUFUS Alexandri magni res gestas perscripsit libris 8, quorum duo primi desiderantur. Integri, nec suppleti aliunde, extitisse feruntur Viennæ, in bibliotheca Wolphangi Latzii: de quo fides esto penes auctorem. Ætas ejus unde colligi possit, princeps est locus iste Curtii ipsius lib. x: *Sed jam satis admovebantur Macedonum genti bella civilia. Nam & insociabile est regnum, & à pluri-*

pluribus exoptebatur. Primum ergo collegere vires; deinde disperserunt. Et cum pluribus corpus, quam capiebat, onerassent; cetera membra deficere coeperunt. Quodque imperium sub uno stare potuisset, dum à pluribus sustineretur, ruit. Proinde jure meritoq; populus Rom. salutem se principi suo debere proficetur; cui noctis, quam pene supremam habuimus, novum sidus illuxit. Hujus, hercule, non Solis ortus, lucem caliganti reddidit mundo; cum sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum exstinxit faces! quot condidit gladios! Quantam tempestatem subitâ serenitate discussit! Non ergo revirescit solùm; sed etiam floret imperium. Absit modò invidia, excipiet hujus sæculi tempora ejusdem domus, utinam perpetua! certè diuturna posteritas. Sed de mente hujus loci parùm convenit inter eruditos. Placuit P. Pythæo, eumque secuto Bongarsio a, novum sidus, quod illuxisse Curtius dicit, esse Augustum Cæsarem; de quo & Horatius lib. I od. XI 1:

----- micat inter omnes

Julium sidus, velut inter ignes

Luna minores.

Et sanè Catanæus b in epistolam Plinii ad Suram, quæ est lib. VII, hæc scribit: *Lego in fide digno exemplari, historiam de gestis Alexandri compositam à Q. Curtio Rufo c: qui inibi fatetur, fuisse sub Augusto, & Tiberio.*

Sed huic sententiæ adversantur verba ista, *Quot ille tum exstinxit faces! quot condidit gladios! quantam tempestatem subitâ serenitate discussit!* Quippe Augustus, ubi ad imperium venit, non gladios in vaginam condidit; sed vaginâ edidit; nec subitâ serenitate tempestatem discussit; verùm annis XI 1 bellum civile gessit. Jure igitur sententiam hanc improbat Justus Lipsius in XI Annal. Taciti. Qui & altero argumento opinionem eam jugulat. Nam lib. III de urbe Tyro Curtius ait: *Multis ergo casibus defuncta, & post excidium renata, nunc tamen, longâ pace cuncta refovente, sub tutela Romana consuetudinibus acquiescit.* Nam longam pacem agnoscit: ea autem longa esse non potuit, cum principatum adipisceretur Augustus: quia fuerat bellum annorum undeviginti. Altera sententia ipsius Lipsii est, atque item Barnabæ Briffonii lib. I. de regio Perfarum principatu. His novum sidus est Claudius; priora autem referunt ad C. Caligulæ cædem, & confusionem, quæ inde consecuta est. Sed hanc opinionem rectè impugnat dignitate pariter ac doctrinâ eximius, ac cujus amicitia unicè gaudeo, gloriorsq; Janus Rutgersius, Variarum Lectionum lib. I cap. X 1. Nec enim post Caji cædē regnum à variis fuit expectitum, aut laceratum bellis civilibus, instar Macedonici, cujus causa

a Notus in Justinū.

b Nescio cur Glan-

dorpius in Ono-

mastico dicat,

Catanæū putare,

Curtium sub Ve-

spasiano vixisse.

Mibi quidem is

Catanæi locus nō-

dum se obrulit.

c Ita est in editione

Mediolanensi. Vi-

detur post exem-

plari, excidisse a-

licijus non igno-

bilis scrip-

toris no-

men: quò

respexerit illud

relativū qui.

istæ à Curtio dicuntur. Tertia sententia Amplissimi ipsius Regergii est; cui novum sidus est Vespasianus Cæsar: priora, utem referuntur ad bella civilia post Neronis eadem, dum imperator certus non est, à Galba, Othone, & Vitellio, gesta: non verò, cujus mentio ibidem fit, est illa, quæ Vitellium devicit Antonius Primus, Flavianarum partium dux. Huic sententiæ quam aptè omnia conveniant, mox plenius videbimus. Quarta est opinio viri præclari nominis, & variæ raræque eruditionis; sed alibi potius, quam hac parte, quæ ab eo cogimur dissentire, nominandi nobis. Is ad Trajani eum tempora refert, propterea quòd Curtius dicat, *Non ergo revirescit solùm; sed etiam floret imperium.* Verba enim ista Trajani potius, quam Vespasiani temporibus, convenire, existimat. Atque id præcipuè, his Flori in præfatione verbis, comprobatur: *A Cæsare Augusto in seculum nostrum sunt non multò minus anni cc: quibus inertia Cæsarium quasi consenuit, atque decoxit: nisi quòd sub Trajano principe movet lacertos, & præter spem omnium, senectus imperiū, quasi reddit à juventute, revirescit.* Ecce, inquit, intelligendus est Curtius, de temporibus, quibus imperium revirescat. At Florus clarè ait, reviruisse sub Trajane: sub Vespasiano planè negat: hunc quoque inter Cæsares refert, quorum inertia imperium consenuerit. Similiaque leguntur a quodam Plinio in panegyrico, quem Trajano dixit. Ac Aurelius quoque Victor in vita Trajani ita de hoc imperatore scribit: *Quæ omnia eo majora videbantur, quoniam per multos, atque atroces tyrannos, perditio atque prostrato statu Romano, in remedium tantorum malorum divinitus credebatur oporturè datus; usque eo, ut adveniens imperium ejus pleraque mirifica denuntiaverint. In quibus præcipuum, cornix è fastigio Capitolii Atticis sermonibus effata est, καλὸς ἔσται.* En, hic ante Nervam, ac Trajanum, imperasse audimus multos atque atroces tyrannos: post Domitianum verò felicia tempora provenisse: atque id cornix etiam prædixisse dicitur: unde illud distichon apud Tranquillum:

Nuper Tarpejo que sedit culmine cornix,

EST BENE, non potuit dicere, dixit, ERIT.

Imò, ut ibidem Tranquillus subjungit, *Ipsum Domitianum serunt somniasse, gibbam sibi ponè cervicem auream enatam: pro certoque, habuisse, beatiorè post se lætiorèque, portendi statum Reip. Sicut sanè evenit, abstinentiæ, & moderatione insequentium principum.* At principum eorum, sub quibus beatior lætiorque status fuit Reip. post brevem Nervæ principatum primus fuit Trajanus. Unde doctissimus ille vir colligebat, Trajanum esse, qui longo moderatoque imperio,

pulsâ

pulsâ temporum antecedentium nocte, novum quasi sidus illuxerit, & veluti sol exortus, lucem caliganti reddiderit mundo, faces extinxerit, gladios condiderit, suâque ac subitâ serenitate tempestates circumquaque Romani imperii feliciter discusserit. Atque eodem referebat Curtii verba lib. 111, ubi de Tyro loquens agnoscit *longam pacem cuncta refoventem*. Quod optimè censet convenire cum Sueronii verbis de lato illo post Domitianum Reip. statu, ac moderatione & abstinentia insequentium principû. Nunc ista excutiamus, tum veritatis, tum Curtii causâ. Primum negamus, quod Florus de suis, hoc est, Trajani temporibus dicit, id non potuisse de suis, hoc est, Vespasiani temporibus, dicere Curtium. Sanè similia & alii de suis temporibus scripsere. Ut Prudentius, qui lib. 11 contra Symmachum, ita Romam loquentem inducit:

O clari salvere duces, generosa propago

Principis invicti, sub quo senium omne renascens

Deposui, vidi que meam flavescere rursum

Canitiem.

Quàm hæc geminâ istis apud Florum: *Senectus imperii, quasi reditâ juventute, revirescit*. Et tamen de Trajani hic, ille de Honorii loquitur temporibus, inter quæ plusquam sesquiseculi est intervallum. Nihilo magis adversantur, quæ de florente sub Trajano imperio Victor, & alii, prodiderunt. Nam ut post Domitiani tyrannidem Trajanus, ita post tyrannidem Neronis Vespasianus feliciter rexit imperium. Laudatior sanè Trajanus: sed non eò illaudatus Vespasianus. Nec in tyrannis reponitur à Victore Vespasianus: qui (ut Tranquillus ait) *ab initio principatus usque ad exitum, civilis, & clemens fuit*. Imò, ut idem scribit, *sola est, in qua meritò culpe tur, pecunia cupiditas*. Quin verò, ut postea subjungit, *sunt qui opinentur ad manubias & rapinas necessitate compulsus, summa ærarii fiscique inopia: de qua testificatus sit initio statim principatus: professus, quadringentis millies opus esse, ut resp. stare possit*. Quod & verisimilius videtur, quando & malè partis optimè usus est. Itaque Vespasianus inter optimos imperatores jure reponitur à Vopisco in Aureliano, *Ab Augusto, inquit, in Diocletianum, Maximianumque, principes, qua series purpuratorû sit, index publicus tener. Sed in his optimi, ipse Augustus, Flavius Vespasianus, Titus Coccejus Nerva, divus Trajanus, &c.* Quare cum Victor loquitur de multis, & atrocibus tyrannis, non Vespasianum signat, (quem ipse ait, *exanguem diu sessumque terrarum orbem brevi refecisse*: sed Tiberium, Caligulam, Neronem, Domitianum, ut de Vitellio nihil dicam. Neque, quæ

de inertia imperatorum conqueritur Florus, ad Vespasianum pertinent quicquam: qui sub Claudio (ut ait Tranquillus) *duas validissimas gentes superat, et oppida, et insulam Vectem, Britannie proximam, in deditionem redegit.* Notæ quoque res ab eo, filioque, in Oriente gestæ, rebellantibus Judæis.

Atque hæc clarè docent, nihil causæ esse, cur de Vespasiani temporibus Curtii verba posse accipi, negemus. Nunc ostendemus, nec aliter, quàm de Vespasiano, capi, vel debere, vel posse. Primum cogitemus, Curtium verbis antè allatis dicere, uti apud Græcos, dum plures imperare expetunt, dispersæ fractæque fuerunt imperii vires, quod sub uno stare potuisset: similiter parùm abfuisse, quin Romanum rueret imperium, dum plures de eo armis decertant: ac centrâ salutare fuisse, quòd res ad unius pervenerit potestaté: quòd enim non, ut antè, discordia trepident membra, hoc inde esse, quia unus nunc cuncta sustineat. Quàm aptè hæc Flavio Vespasiano cõveniunt, de quo sic Tranquillus *a: Rebellionem trium principum, et cade, incertum, et quasi vagum imperium suscepit firmavitque tandem gens Flavia.* Et postea *b: Proculcatam atque desertam Remp. civili perturbatione in tutelam Vespasiani pervenisse.* Ac pertinet eodem Plinii lib. 11. Nat. Hist. cap. vii: *Hæc (juvandi mortales viâ) nunc cœlesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis avi rector, Vespasianus Augustus, sejis rebus subveniens.* At Trajani temporibus aptari verba Curtii non possunt, quia nulli sub Domitiano, aut Nervâ, de principatu certarunt, nec civile ullum bellum fuit. Præterea meminit Curtius noctis, quâ Vitelliani cum Flavianis pugnare. De ea sic Tacitus in tertio Histor. *Prælium totâ nocte varium, anceps, atrox, his, rursus illis, exitiabile. Nihil animus, aut manus, ne oculi quidem provisum juvabant. Eademque utraq; acie signa, &c.* Curtium verò per noctem non intelligere caliginosum Reip. statum; sed propriè loqui; tum illud arguit: *Pro* est, quòd noctem eam, qua atrox, & exitiabile illud, ut Tacitus vocat, prælium commissum fuit, penè extremam habuisse Romanos ait: tum autem, quòd *ἀντὶθεον* huiusmodi subdit: *Hujus, hercule, non Solis ortus, lucem caliganti reddidit mundo.* Ubi non de nihilo est, quòd Solis meminertit. Nam in longa illa pugna nocturna. prius, ut Tacitus ait, *neutrò inclinabat fortuna, donec, adultâ nocte, luna surgens ostenderet acies, falleretq;.* Tum Flavianis. ut ait idem, Luna à tergo æquior fuit. Post Antonius laudavit tertianos, prætorianos increpavit. Hinc, ut ibidem subjungit, *undique clamor, et orientem Solem (ita in Syria mos est) Tertiani salutavere.* Sole jam orto, Antonius callido

a In Vesp.
cap. 1.
b Cap. 5.

commento sparsit rumore de Muciani cum exercitu adventu; quo novum ardorem Flaviani addidit; Vitellianos prorsus fugavit. Propter ista poterat quis utrumque istoc Soli tribuere, quòd & noctis tenebras dispulerit, & lucem in simul reddiderit imperio. At noluit Curtius se continere intra unius diei fortunam: sed progressus est ad cætera, quæ victoriam hanc consecuta fuerunt: Ut sententia sit, multum quidem populum Romanum debere Soli, qui tenebras tristissimæ illius noctis discussit: sed amplius tamen debere principi Vespasiano, qui virtute suâ tot exstinxit faces, tot condidit gladios. Atque hæc quoque verba novum nobis præbent argumentum. Nam respicit illud Curtius, quòd Vitelliani simul, & facibus, & gladiis, rem egeret. Nam Vitellius, ut Suetonius a refert, *Sabinum, & reliquos Flavianos, nihil jam metuentes, vi subitâ in Capitolium compulsi; succensiq; templo Iovis Opt. Max. oppressit, eam & prælium, & incendium, è Tiberianâ proficeret inter epulas.* A c meminit quoque alibi b: fuseque rem narrat, ac deplorat; Tacitus in tertio Histor. Refert & Dio sine lib. LXV. Vespasianus autem is est, qui templum hoc instauravit; ut ex Suetonio & aliis constat: unde lucem capit illud Aufonii in Urbibus, ubi de Narbena agit:

*Tanta molis erat quantam non sperneret olim
Tarquinius, Catulusque iterum, postremus & ille,
Aurea qui statuit Capitoli culmina Casar.*

At quod nocturnum prælium, quod triste incendium, Trajani imperium proximè antecessit: Deniq; nec domui Trajani, qui sine liberis decessit convenire potest, quod Curtius asseveratè aded ait, *excipiet hujus seculi tempora a ejusdem domus, utinam perpetua: certè diuturna possessio.* At ea dici potuere Vespasiano, non parenti modò, sed jam avo. Sanè similis Curtiano isti est locus Sili Italici lib. III. ubi Jupiter sic Vespasiani hujus filium compellat:

*Tunc, è nate Deum, divosq; dature, beatas
Imperio terras patrio rege, tarda senectam
Hospitia excipient cæli, solioq; Quirinus
Concedet, mediumq; parens, fraterq; locabunt.
Siderci juxta radiabunt tempora nati.*

Clarè Domitianum, non Divi modò filium, appellat: sed etiam Divos daturum ait. Nec aliter Papinius in primo Silvarum ad eundem Domitianum:

Salve magnorum proles, genitorq; Deorum.

Item in lib. XV.

Salve dux hominum, & parens Deorum.

Quare

Quare palpus iste Curtii optimè convenit Vespasiano; non item Traiano *admodum*. Denique quanto melius Vespasiano, quàm Traiano, aptantur verba antè allata de *longâ pace cuncta refovente*. Sub Vespasiano enim longa pax: atque aded is templum Pacis prope forum extruxit: ut præter Suetonium, Plinium, Victorem, etiam Josephus, & Dio, sunt auctores. Ac apud Goltzium, & alios, legas in Vespasiani nummis, PACI ORBIS TERRARUM. Quare, ut optimè nobilissimus Rutgerius primus perspexit, omnia ad amussim Vespasiani temporì respondent. Vespasiani igitur ævo historiam suam ediderit Curtius. Sed porro quæritur, quâ is vitæ conditione fuerit. Apud Tacitum quidem in xi Annal. legimus de Curtio Ruffo, qui, gladiatore licet genitus, à Tiberio Cæsare præturam sit consecutus, ac postea etiam consul factus, & Africæ proconsul. De quo & Plinius lib. vi i epist. ad Suram. Fortasse hunc aliquis credat esse historicum illum, quem, Vespasiani ævo, historiam edidisse, ostendimus. Sanè ad grandem pervenisse ætatem, indicant Taciti verba, qui post præturam ei tribuit *longam senectam*. Sed præterea fuit Q. Curtius Rufus, de quo in Rhetorum illustrium vitis egit Suetonius; ut ex catalogo cognoscimus, què in principio utriusq; manuscripti sui reperit Achilles Stadius. Hunc Tiberii Claudiivæ ævo inter rhetoras nomen professum esse, non absurdè mihi inde colligere videor, quòd in eo catalogo, ubi ætatis ratio habetur, proximè sequitur L. Cæstium Pium, & M. Porcium Latronem; qui sub Augusto fuere: ipse autem conjungitur cum L. Valerio Primano, & Virgilio Flavio; hos verò tres consequuntur duo illi L. Stadius Ursulus, & P. Clodius Quirinalis; qui sub Claudio, Neroneque, vigerunt. Quare fuerit inter rhetoras extremo Tiberii anno: ab eo autè ad Vespasiani imperium sunt anni xxxii. Non hoc tantum est intervallum, ut non possit idem sub Vespasiano jam senex historiam scripsisse. Siquis tamen Rhetoris ejusce, vel etiam Africani proconsulis, filium esse malit, equidè fatebor non tanti esse, ut propterea vadimonium deserre velim. Rhetore sanè illustri, vel Rhetoris filio, dignissima hæc historia est. Usque aded auctor is verborum est eligens, nec perspicue minus, quàm tersè scribit; acutus etiam est in sententiis, inque orationibus mirè disertus. Imò vel Augustæo ævo digna est dictio; vel proximè abit. Ut hinc quoque argumentum capere possimus, non vixisse tempore Trajani; quod, plusculâ affectatione acuminis, & anxia brevitatis curâ, ab nativâ illâ aurei ævi simplicitate magis recessit: ut ex Plinio juniore, Floro, & aliis, non obscurè videmus.

CAP. XXIX.

Plinii majoris libri de gestis Neronis, de vita Pomponii Secundi, de bellis Germanicis, & alia ejusdem. Herennii Senecionis de vita Helvidii Prisci, liber, qui Herennio, mortis; Fanniae, exilii causa fuit. Constantia Fanniae. Junii Rustici liber de Thrasea, & Helvidii, laudibus, ac mors ejusdem. Silius Italicus quem in materia, quem item in forma operis, sit secutus. Quando poetari coeperit, ac libros suos ediderit. Dominus fuit villa, quae fuerat Ciceronis: item tumuli Maronis, quem religiosè, haut aliter ac templum, frequentabat. Poëma Sillii Petrarcha perisse credebat; eaque causa erat, cur egregius ille vir idem argumentum tractare fuerit ausus. Visbii liber de vita Dionysii Areopagita.

C PLINIUS naturalis historiae scriptor, Neronis aëo clarescere coepit: imprimis autem Vespasiani, & Titi temporibus floruit. Patria fuit Veronensis: ut rectè docet Onuphrius Panvius commentario in fastos ad annum 10 ccc lxxxiii. Quamquam infirmum id argumentum ex inscriptione, in agro Veronensi reperia. Nam & alibi inventae inscriptiones, in quibus Plinii nominantur. Novocomensem facit B. Hieronymus in Chronico Eusebiano. Sed duos Plinius confundit. At Hieronymus deceptus à scriptore vitae Plinianae, quae Suetonio Tranquillo perperam tribuitur vulgò. Nam nihil certius, quam majorem quidem Plinium fuisse Veronensem: sed juniorem Novocomensem. Reliquit eximium ac nunquam satis laudatum opus Historiae Naturalis. Cujus epitome à RAINALDO quodam scripta exstat Oxonii in bibliothecâ Collegii Balliolensis. Quando opus hoc scripserit Plinius, ipse indicat in praefatione. Ait enim ab V. C. exspirasse annos octingentos triginta. Nectriennio supervixit. Adhæc Symmachus lib. iv epist. xviii: *Enita, si fors votum juvet, etiam Plinii secundi Germanica bella conquerere. Unde colligo, jam Symmachi aetate opus hoc non usque adeò obivium fuisse. Tacitus Annal. lib. i: Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor. (Agrippinâ) stetit apud principium pontis, laudes & gratias reverfis legionibus habenti.* Tamen nunc quoq; multa scripsit alia, quae tem-

pora nobis inviderunt. Inter ea quoq; rerum gestarum historiae fuerunt: ut testatur fororis filius, Plinius Novocomensis lib. v. epist. viii, quæ ad Capitonem, vel, iuxta alios, Tacitum: *Avunculus, inquit, meus, idemque per adoptionem pater, historias, & quidem religiosissime scripsit. Quæ istæ sint historiae, ipse in Historia naturali nos docet lib. ii cap. lxxxiii, & ciii, ubi res gestas Neronis à se congestas esse, testatur. Indeque quiddam refert Tacitus lib. xiii Annalium. Præterea Vespasiani, ac filiorum, gesta prodidit: ut ipse in prologo Historiæ Nat. indicat. Atque addit, cœpisse se inde, ubi desierat Aufidius Bassus; quod etiam à Plinio juniore traditum est. Adhæc libros duos edidit de vita Pomponii Secundi: ut ipse indicat lib. xvi cap. iv. Præterea scripsit libros xx de bellis omnibus, quæ Romani gessere cum Germanis. Auctor de his quoque est Plinius Novocomensis epist. v lib. iiii, quâ de lucubrationibus avunculi agit. item Suetonius Tranquillus, sive alius, in Plinii hujus vita: *Bella, inquit, omnia, quæ urquom cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus comprehendit.* Libros istos Augusta Vindelicorum existare, credidit Conradus Gesnerus: qui, alicubi id legisse se, ait. Sed fucum ab aliquo per epistolam ei factum arbitror. Ex historiis ejus quiddam refert idem Tranquillus in Caligula cap. viii. Libros quoque de grammatica citat ipse prologo Hist. Nat. Item librorum de jaculatione equestri meminit libro octavo ejusce operis cap. xlii. Etiam geographiam reliquisse, colligat aliquis ex illo Servii in vii Æn. *De civitatibus totius orbis multi quidem scripserunt: ad plenum tamen Ptolomeus Græcè, Latine Plinius.* Sed signat eos geographiæ libros, qui intexti sunt operi Historiæ Naturalis. Electorum verò commentarii, quos eum Plinius junior reliquisse auctor est, nihil aliud fuere, quàm excerptorū ex variis scriptoribus: quæ Græcis *ἐκλογαὶ, περιεβολαὶ, ἀνθραξ, χρίσματα, χρυσωμάθια, σημειώσεις;* Latinis laudabilia, florida, & posteriori ævo deflorationes. Libri dubii sermonis, quorū itidem fit mentio, opus erant grammaticum, quo exposuit, ut quomodo efferre oporteret, uti etiam eruditi hæserant, uti quo genere, quâ declinatione, quâ significatione, atque ita in aliis. E.g. Gibbus & gibber pro vitio sit dicendum, num Clypeus & Clypeum, Baltheus & Baltheum promiscuè sumantur, an mare pro mari dicatur, & similia apud Charisium & alios. Ut omnino erret vir Eruditus, qui putavit iis libris agi *τὰ τῶ λόγῳ ἑχηματισμῶν.**

HERENNIUS SENECIO sub Domitiano à Mettio Caro accusatus, & Cæsaris jussu interfectus fuit, quod libros scripisset de vita

vita Helvidii Prisci. Fecerat id rogatu Fanniae, quae Helvidii uxor, Thraseae Paeti filia erat. Eaque Fanniae fuit exilii causa. Docet id nos Plinius lib. VII epist. ad Priscum: *Cum Senecio reus esset, quod de vita Helvidii libros composuisset, rogatumque se à Fannia in defensione dixisset, quae venite minaciter Metro Caro, an rogasset? respondit, rogavit: an commentarios scripturo dedisset? dedi: an sciente matre? uesciente. Postremo nullam vocem precedentem periculo emisit. quin etiam illos ipsos libros, quamquam ex necessitate & metu temporum abocitos, Senatusconsulto publicatis bonis servavit, habuit, tulitque in exilium exilii causam.* Meminit & scriptor de causis ruptae eloquentiae: *Nos innocenti sanguine Senecio perfudit.* Proximè antecedit de Rustico, qui est L. JUNIUS ARULENUS RUSTICUS. Quemmodum enim Senecionem, ob libros de Helvidii vita scriptos; ita & hunc JUNIUM RUSTICUM, ob Helvidii laudes, item Domitianus occidit. Suetonius in Caesaris ejus vita cap. X: *Occidit item Iunium Rusticum, quod Pati Thraseae, & Helvidii Prisci laudes edidisset, appellassetque eos sanctissimos viros.* Vide de eo Plinium lib. I epist. V, & XIV: ac Plutarchum de curiositate. Etiam Caesar Antoninus in primo de vita sua ejus epistolam intexuit. Meminit & semel iterumque Tacitus in Agricola: item lapis vetus, in cujus basi est: L. JUNII RUSTICI PHILOSOPHI STOICI. L. JUNIUS L. L. MYRINUS P.P. Helvidius autem, cujus Rusticus laudes, Senecio vitam scripserat, quantus vir fuerit, ostendit Tacitus lib. XII, & XVI Annal. & in IV Histor. Arrianus in dissertationibus Epiceteti, Plinius in epistolis non semel.

Etiam C. SYLLIUS ITALICUS locum hinc sibi poscit. Nomen ei ab Italicà, Hispaniae urbe, si Petro Crinito credimus. Quem & sequitur Alphonsus Garfias Matamoros lib. de doctis Hispaniae viris, & ejusdem Academiis. Sed jure dissentit Joa. Camers schol. in Florum, item Hieronymus Surita notis in Itinerarium Antonini. Nam ab Italia quidem fit *Italicus*: sed ab Italica *Italicensis* diceretur: quod legas apud scriptorem belli Alexandrini, & Gellium lib. XVI cap. XIII. Descripsit bellum Punicum secundum, quod Hannibalicum dicitur: carmine quidem,

Obligat historicà sed sua verba fide.

Eo in poemate imprimis Livium, & Polybium, sequitur. Nec solum istis prodest, quae hoc de bello refert: sed vel imprimis iis, quae narrat de Xantippo, Regulo, Duillio, aliisque ad bellum Punicum primum pertinentibus: cujus historia in Livio deperit. Idem etiam adspargit, quae aliis gesta sunt temporibus: ut de Scævola,

Clælia, Camillo, trecentis Fabiis, & bello Macedonico primo, Item libro tertio encomia inserit Vespasiani, Titi, Domitiani. Ex iis autem, quæ de rebus à Domitiano gestis refert, sub Domitiano poemata hoc fecisse cognoscimus. Fuit quidem consul eo anno, quo Nero perit. Sed usque ad illud tempus caussis magis vacavit. Post consulatum verò ad poësin demum animum appulit: atque, ut antea Ciceronem, ita tum Virgilium imprimis, sibi imitandum proposuit. Hinc de eo Martialis lib. VII epigr. LXII:

*Sacra coturnati non attigit ante Maronis,
Implevit magni quam Ciceronis opus.
Hunc n. vatur adhuc centum gravis h.² a virorum,
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
Postquam bisseis ingentem fascibus annum
Rexerat, adserto qui sacer orbe fuit:
Emeritas Musis, & Phæbo, tradidit annos;
Proque suo celebrat nunc Heliconæ foro.*

Multas possedit villas: inter eas unam, quæ Ciceronis fuerat. Idem dominus erat loci, in quo tumulus Maronis. Hinc idem Martialis lib. XI epigr. XLIX:

*Sillius hæc magni celebrat monumenta Maronis,
Iugera sacundi qui Ciceronis habet.
Hæredem dominumque sui tumulique, Larisque,
Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.*

*a Ad
Martialis
lib. II
epigr. 49.*

Vide & epigr. LI. Raderus *a* ait, multas possedisse villas, ante omnes eam, quæ fuerat Maronis, atque hoc ait dicere Plinium lib. III epist. VI. Sed fallitur. Nam de Marone nihil aliud ille præter ista, *Venerabatur Virgilii imaginem ante omnes, cuius natalem religiosius, quam suum, celebrabat; Neapoli maxime, ubi monumentum ejus adire, ut templum, solebat.* Nec allato ex Martialis epigrammate aliud colligere est, quam fuisse dominum loci, in quo Maronis erat monumentum. Agelli tamen nomen locus is mereatur, si rectè aliqui emendant epigr. LIX:

Sillius Andino tandem succurrit agello.

Ubi Andinus agellus sit, quem poëta Andinus, hoc est, Maro, possederat. Saltem verisimilius illud, quam quod libri vulgati; ubi ineptè est *Aspinus*, cum de Tullio sermo non sit. Sed utrique lectioni prætulerim, quod in MSis Gruterus, Scriverius, alii, repererunt:

Sillius optat e succurrere censuit umbra.

Et si autem ad Maronis se exemplum componeret; nihil tamen ille

ille ad divini vatis majestatem: imò carminum gloriâ etiam vincitur, non à Lucano modò; sed etiam Papinio, Valerio Flacco, & juniorum aliis. Nempe, ut de eo Plinius judicat, *scribebat carmina majoribus, quam ingenio.* Tum illud etiam cogitare oportet, non à prima se adolescentia huic studio dedisse: sed jam annis gravem, atque ætate languescentem: ita ut difficile omnino foret, tum demum discere, quo pacto liber præcipitandus sit spiritus, sic ut quodammodo furenti animo vaticinari videaris. Et tamen laudabilis industriæ sic quoque successus non infelix fuit. Nec enim planè ei adulatur Martialis, cum os ei tribuit magnum facundumque. Quod si de puritate etiam, sermonisque Romani castimoniâ, certare lubeat; nulli illorum cedat, quos ea, vel proxima, vidit ætas. Imò potius eos exsuperet universos. Ac tantus cum foret, tamen cum blattis tineaisque miserè conflictatus est usque ad tempora concilii Basileen., quibus demum in Germania, sed squalie situque miserè obductus, è latebris prodire in lucem cœpit. Quod si cognitus fuisset ætate Francisci Petrarchæ, non summus ille vir, &, si non unicus, saltem præcipuus iis temporibus literarum assertor ac vindex, laborem summissit idem argumentum tractandi novem illis libris, quibus Africæ nomen dedit. Nam profectò quid ille ad Sillium? etsi ea temporum potius culpa est, quibus vixit, vir sanè nunquam sine honore nominandus. Huic Sillio dicaverat Annæus Cornutus Persii poetæ præceptor commentarios suos de Virgilio, ex quo decimo Charisius quædam ad Sillii hujus laudem pertinentia. *Iamque exemplo tuo etiam principes civitatum & poetæ, incipient similia fingere.* De exitu Sillii vide Plin. lib. III epist. VI ad Caninium.

Ad Domitiani quoque tempora ab nonnullis refertur VISBIUS, qui scripsit martyrium Dionysii Areopagitæ, teste Hilduino, epistolâ ad Ludovicum Pium Imperat. ubi ait: *Præcipue tamen conscripfit Visbii, quæ in tomo satù superque abdito, Parisiis, divino nutu, inventa inter alia memoranda, sicut in ea legitur verba Domini nostri ad eum prolata, quando sacra mysteria perageret, illi cunctis videntibus apparentis, continere dignoscitur.* Et epistolâ ad omnes Catholicos: *Visbii conscriptionem perquirat, & relegat. Ibiq; discere poterit, quis iste Dionysius fuerit, & qualiter per martyrii palmam ad Christum pervenerit.* Matthæus Galenus Vestcappel-
a Ad orâ
epistola
H. Hilduini.
b In mar-
gine ejus-
dem epist.
c credi-
t. vini.

credidit. Quare Visbius ille temporibus fuerit Domitiani, quibus passus creditur Dionysius. Sed id credere non sustinet animus: nec quicquam pro ea sententia vel verisimiliter adferri posse arbitror. Larinum autem scriptorem potius esse, quàm Græcum, propterea arbitror, quia Hilduinus eum cum Aristarcho coniungens, Aristarchum quidem Græcum esse chronographum ait: de Visbio autem, qua lingua Dionysii vitam scripserit, tacet; eumque Parisiis repperit, dicere est contentus.

CAP. XXX.

Taciti ætas, ac dignitas. Prius historiarum libros, quàm Annales, fecit. Quando vitam socii sui scripserit. Quo tempore compositus sit incerti, sed disertis scriptoris dialogus de causis corruptæ eloquentiæ. Reiecta opinio de relicto à Tacito facetiarum libro. Alciati, ac Ferreti iudicium de Taciti dictione castigatur. Quanti eum ob dictionis elegantiam, ac imprimis prudentiam summam, tum Tacitus imperator, tum Cosmus, Florentiæ dux, fecerit. Perperam Plinio juniore tribui à plerisque librum de viris illustribus. Historiam idem Plinius scribere decrêrat. Pompejus Saturninus. C. Fannius. Titinius Capito. Cæsaris Trajani historia Dacica. Flori ætas. De loco ejus in prologo disputatum. Dictionis venustas; sed in temporum ratione oscitantia. Quatuor ejus libros non esse epitomen Livii. Alium esse, ex quo Lactantius atates recenset populi Romani; quem Senecam appellat. Quod si non Flori modo, sed etiam Senecæ nomen, ut libri aliqui vocant, habuerit; alterum horum videri adoptione accepisse. Florus alter, historico hoc antiquior.

CORNELIUS TACITUS (cui perperam Publico prænomen in plerisque editionibus) ad Trajani potissimum tempora pertinet. Nec ignoro, sub Vespasiano rationes Galliæ Belgiæ procurasse: quod nos docet Plinius lib. vii Hist. Natur. cap. xvi. Sed demum post Nervæ obitum historias orsus est: ut qui initio earum sic scribat: *Quod si vita suppeditet, principatum divi Nervæ, &*

impe-

imperium Trajani, uberiorē securiorēq; maeriam, senectuti seposui. Nervam enim divam vocat; Trajanum non item; quia illo scriberet defuncto, hoc imperante. Atqui prius historias condidit: inde annales. Unde & xi Annalium nos remittit ad libros, quibus res gestae Domitiani composuit: eas autem tractat in Historiis. Annalibus, qui ab excessu Augusti fuere ad finem Neronis, extremum Neronis biennium deest. At ex historiarum libris pars longē maxima deperit. Nam quinque libris, qui supersunt, unius anni, vel præter propter, res persequitur. A Galba autem usque ad Nervam, quotiusque extenderat se historia, anni sunt viginti, & unus. Fuere primò in universum libri xxx, ut auctor est B. Hieronymus quinto commentariorum in Zachariam prophetam cap. xiv, ubi, cum de excidio Hierosolymitano esset locutus, addit ista: *Hæc omnia plenissimè Iosephus, qui Iudaicam scripsit historiam, eo multo majora, quàm legimus in Prophetis, eos sustinuisse commemorat Cornelius quoq; Tacitus, qui post Augustum, usque ad mortem Domitiani vitas Cesarum xxx voluminibus exaravit.* Præter historias & Annales reliquit librum de situ, moribus, & populis Germaniæ. Item de vitâ Soceri sui, Julii Agricolæ. Quem, Trajano imperante, scriptum esse, hæc in præfatione verba ostendunt: *Quanquam, primo statim beatissimi seculi ortu, Nerva Cesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum, ac libertatem: augetque quotidianam imperii Nerva Trajanus.* Etiam dialogum de causis corruptæ eloquentiæ Tacito adscriptum eunt veteres libri, & hos sequuntur Pomponius Sabinus in Carmen de obitu Mæcenatis. Sed stylus abnuat: qui Fabium magis sapit. Et si is grandior, quàm ut conveniat ei, quod auctor hic ait sexto Flaviani imperii anno hunc habitum sermonem, eique se interfuisse admodum juvenem. Quare Lipsio accedo, qui de scriptore negat liquere. Atque in hac etiam sententiâ confirmat, quod auctor libri clarè ait, se Romæ quæsturam, tribunatum, præturam accepisse, cum de Quintiliano nemo aliud prodiderit, quàm eum intra privatam constituisse fortunam. ac institutioni semper juventutis vacasse. Sed quisquis est, auctor est elegans, disertus, & sani omnino iudicii. Quod autem Fulgentius Planciades etiam Taciti facetias citat, hoc inficeto adeò grammatico planè dignum est, qui etiam Plauti euciston, & similes laudet nugas. Glandorpio id in Onomastico a imposuit. Primi quinque Annalium libri b Corbejæ, quod ad Visurgim monasterium est, à quæstore Pontificio fuere inventi; qui eos ad Leonem x detulit, ac in *ms. a. p.* loco quingentos accepit aureos. Dicitio Taciti floridior uberior-

a In Cornelius Tacitus.
b Lipsii.
comm. 118
v. Annal.
Tac.

uberiorque in historiâ est libris; pressior siciorque in annalibus. Nimirum in Historia rem prosequitur ordine, nec eam intercidit rebus aliis. In Annalibus stylum accommodat annis ac consulis. Eaque causa est, cur in historia causas accuratius tractet: in annalibus eas brevius proponat: cur item in historiâ uberior sit dictio, concisior in annalibus. Interim gravis utrobique & diserta. Id optimè perspexit Plinius Novocomensis, qui lib. xi epist. i eloquentissimum fuisse ait, & hoc eximium habuisse, quod *oratoris* diceret. Et tamen doctissimus vir Raimundus Lullus lib. v de orat. cap. i v ait, scriptorem esse magis torvum Justino. Imò & Alciatus, vir sanè egregius, non dubitat affirmare, dictionem ejus, præ illa Paulli Jovii, esse senticeta. Condonemus tale judicium tanto viro & cogitemus, ex amore Jovii proficisci. Et quale illud, quod idem, & Æmilius Ferretus, ajunt, eum non Latine satis scribere? Quàm hoc insubidum! quàm insulsum! Quis enim non videt, dictio Taciti quàm sit elegans, quàm tersa, & limata? Et tamen major est laus ista, quòd nihil eo scriptore vel cogitari possit prudentius. Ac propterea imperator M. Claudius Tacitus tanti eum fecit, ut imaginem illius in omnibus collocaret bibliothecis: libros ejus decies quotannis describi, inque archivis publicis collocari juberet, ne deperirent. Sed hoc eò factum putare aliquis possit, quòd ex familia eadem genus duceret. Verùm quid de eo dicemus, quòd non alium historicum æquè lecitaret Cosmus Medices, Hetruriæ Dux, vir, si quis alius, civilis prudentiæ intelligentissimus, planeque ad imperandum factus? Quod de eo Muretus a alicubi testatur.

a Orat.
quã habuit
Ta-
citus
enarra-
turus.
b Lib. 2
epist. 14
ad Maxi-
mum.

Uti autem Tacitus, ita &, cum antè, tum sub Trajano imprimis, fuit C. PLINIUS CÆCILIVS SECUNDVS, Novocomensis, C. Plinii Veronensis sororis filius, Quinctiliani, ut de se ipse b testatur, discipulus. Hic à multis auctor creditus est libri de viris illustribus. Sed ejus quidem nomine ab Aldo, & aliis, editus fuit. Ac similiter MSi: inter alios qui Oxonii est in bibliothecâ collegii corporis Christi: atque iterum in collegio Lincolnensi. Ubi & MSæ ejus epistolæ, & libellus ei præmissus cum hac epigraphe: *Brevis animadversio de duobus Pliniis Veronensibus oratoribus ex multis hinc inde collecta per Joannem Mansionarium Veronensem.* Incipit, Plinii duo. Sed quòd ad opusculum de viris illustribus, illud esse Sex. Aurelii Victoris, diximus superius, cum de Cornelio Nepote ageremus. Videtur interim scripsisse, saltem cogitasse de historia condenda. Sic enim loquitur epist. viii lib. v: *Suades, ut historiam scribam, & suades non solus.*

Multi

Multi hoc me saepe monuerunt; & ego volo; non quia commodè facturum esse confido (id enim temere credas, nisi expertus) sed quia mihi pulcrum imprimis videretur, non pati occidere, quibus aeternitas debeatur, aliorumq; famam cum sua extendere. Et paulò post: Me verò ad hoc studium impellit don.esticum quoque exemplum. Avunculus meus, idemq; per adoptionem pater, historias, & quidem religiosissimè, scripsit. Invenio autem apud sapientes, honestissimum esse majorum vestigia sequi, si modo recto itinere praecesserint. Item post aliqua: Nunc cogita, quae potissimum tempora aggrediamur. Vetera, & scripta aliis? parata inquisitio; sed onerosa collatio. Inacta, & nova? graves offensa, levis gratia. Denique claudit epistolam his verbis: Illud, peto, praestruas, ad quod hortaris, eligasq; materiam, ne mihi, jam scribere parato, alia rursus cunctationis & mora justa ratio nascatur. Novocomi legitur inscriptio hujusmodi: C. Plinio Caelio Secundo, qui consulatu, augurato, militiae gestis, orandis causis, poematibus & historiis conficiendis, Casare Trajano Augusto luculentissimè laudando, afficiendoq; immensà liberalitate patriam suam, eidem immortale contulit ornamentum, Ordo Comensis concivi suo desiderabili, honore accepto monumenta posuit. MCCCC LXXXI IX. Cal. Maji.

Aequalis hujus fuit POMPEJUS SATURNINUS, de cujus eruditione, ac laudibus, multa idem Plinius lib. I epist. XVI. Inter alia autem, Idem tamen in historia magis satisfaciet, vel brevitate, vel luce, vel suavitate, vel splendore etiam, & sublimitate narraui.

Aequalis quoque C. FANNIUS, cujus obitum Plinius luger lib. V epist. V. De tribus ejus libris sic Plinius ibidem: Quamvis agentis causis distringeretur; scribebat tamen exitus occisorum, aut relegatorum à Nerone: & jam tres libros absolverat, subtiles, & diligentes, & Latinos, atque inter sermonem historicamq; medios. Ac tanto magis reliquos perficere cupiebat, quanto frequentius hi lecti abantur. Narrat deinde, ut antè etiam praeserit, in quarto se, & scribendi, & vivendi finem facturum. Atque addit: Quod me recordantem miseratio subit, quantum vigiliarum, quantum laboris, exhaustis frustra. Ita profecto est. Nam, ut alibi a de alio loquitur Plinius, Omnia illa cum ipso sine fructu posteritatis viderunt.

a lib. 5
epist. 9.

Non abfimile argumentum tractasse iisdem temporibus videtur TITINIUS CAPITO, de cujus laudibus multa idem Plinius ad Minutianum lib. VIII epist. XII. Referam pauca, quæ ad scribendi imprimis materiem pertinent: Si illi nullam vicem, nulla quasi mutua officia deberem: sollicitaver tamen, vel ingento hominis pulcherrimo, & maximo, & in summâ severitate dulcissimo; vel honestate materia. Scribitur exitus illustrium virorum in iis quorundam mihi charissimorum.

Sed qui historicos commemoramus, Trajano æquales, qui sine

piaculo prætereamus ipsum NERVAM TRAJANUM CÆSAREM? Dæica enim scripsit. Ex quorum primo citat Priscianus in VI: *in dæ Berlolin, deinde Axi processimus*. quo Grammaticus is probat, barbara quædam inveniri in I, ut hic *Axi*; uti apud Livium *illurgii*.

Sub Trajano vixit Caninius, qui aggressus carmine scribere bellum contra Dacos à Domitiano Cælare geri cœptum; à Trajano autem confectum. Vide de eo Plinium lib. VIII epist. ad hunc ipsum Caninium, quem ad progrediendum in instituto hoc plurimum hortatur. Utrum verò hoc opus absolverit, inque hominum manus venerit, dicere non habeo.

Extremis verò Trajani temporibus floruit L. ANNÆUS FLORUS, qui rerum Romanarum quatuor per scripsit libros. MSus ejus codex cum alibi exstat; tum apud Cantabrigienses in bibliothecâ collegii S. Benedicti, & Oxonii in bibliothecâ Bodlejanâ. De ætate quod dixi, satis apparet ex præfatione operis, cum ait: *A Cæsare Augusto in seculum nostrum sunt non multò minus anni ducenti: quibus inertia Cæsarium quasi consenuit, atque decoxit: nisi quod sub Trajano movet lacertos, & præter spem omnium, senectus imperii, quasi reddita juvenute, revirescit. Viri eruditi quidam, eosque inter Ioannes Camers, malunt movit, pro movet. Nec diffiteor, sic esse in quibusdam MSis. Sed rectum esse, movet, ostendit, tum quod antecedit, in seculum nostrum: tum quod sequitur, revirescit. Sed, inquit, Florus ab Augusto esse ad sua tempora, ait annos prope cc. Ab Augusti autem principatu, usque ad Trajani imperium, sunt anni tantum cxxiv: sive, si putes usque ad excessum Trajani, anni erunt cxliii. Sed jam dudum hæc mihi meditata. Verum legendum puto apud Florum, anni cl. Nam quisquis MSSos Flori codd. versavit, scit, quantopere in annis variet prologus iste. Nec tamen solius Trajani ævo arbitror vixisse: sed etiam Hadriani. Planè enim idem videtur, cujus in Hadrianum versiculos, & in quem versus Hadriani, Spartianus refert: quemque Annæum Florum Charisius vocat, & ex cujus ad Divum Hadrianum epistolâ gemino in loco citat illa verba, *Poëmatis delectos*. Cujus item hæc ad eundem verba adfert:*

Quasi de Arabe, aut Sarmata manubias.

Sanè quod poëmatis delectari se ait, id non abhorret ab hujus compendii scriptore, quando stylus ejus in historia est declamatorius, ac poëtico propior, adeo ut etiam Virgilio hemistichia profundat. Et tamen ea potissima est Flori nostri laus, quòd scriptor est elegans, & diler-

disertus, &c. si paucula exceperis, quæ frigidius dicta videntur, verè
 floridus. Sed latè est culpæ reus, quòd in temporum ratione usque
 adè negligens sit; ita ut non possit non sæpiùs alucinari, qui
 hunc ducem sequi velit. Valde autem falluntur, qui eum putant in
 historia sua epitomen nobis Livii dare voluisse. Siquidem crebrè
 à Livio recedit. Nec facillè dixerim, idèmnè, an alius sit, qui singu-
 lorum ferè Livii librorum argumenta reliquit: quæ hodiequè ex-
 stant, etiam librorum, qui deperierunt. Sed, ecce, de nomine
 etiam scriptoris litem movent viri eruditi. Scrupulum iis injicit,
 quòd Lactantius lib. vi i Institut. Divin. Senecam appellet. Siqui-
 dem, inquit, antiquiorem hoc historico habemus neminem, qui
 populum Romanum diviserit per quatuor ætates. At Senecam ejus
 rei auctorem laudat is, quem diximus, Lactantius, his verbis: Non in-
 sciè Seneca Romana urbis tempora distribuit in atates. Primam enim dixit in-
 fantiam sub rege Romulo fuisse; à quo & genita, & quasi educata sit Roma:
 deinde pueritiam sub cæteris regibus; à quibus & aucta sit, & disciplinis pluribus,
 institutisque formata: at vero, Tarquinio regnante, cum jam quasi adulta esse
 cepisset, servitium non tulisse; & rejecto superba dominationis jugo, maluisse le-
 gibus obtemperare, quam regibus: cumq; esset adolescentia ejus sine Punici belli
 terminata; tum denique confirmatè viribus cepisse juvenescere. Sublatà etenim
 Carthaginiæ, qua tam diu emula imperii Romani fuit, manus suas in totum or-
 bem terræ manique porrexit: donec regibus curctis, & nationibus subjugatis,
 cum jambellorum materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa
 com. . . Hæc fuit prima ejus senectus: cum bellis lacerata civilibus, atque in-
 teritimo malo pressa, rursus ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram
 infantiã revoluta. Amissa enim libertate, quam, Bruto duce, & auctore, defen-
 derat, ita consenuit, tanquam sustentare se ipse non valeret, nisi admuniculo re-
 gentium uteretur. Hactenus Lactantius. Ea autem exscripsisse ajunt ex
 prologo Flori: ubi hæc legas: Si quis ergo populum Rom. quasi hominem
 consideret, totamq; ejus ætatem percenscat, ut caperet, utque adoleverit, ut quasi
 ad quandam juventutem pervenerit, ut postea velut consenuerit: quatuor gra-
 dus, processusq; ejus inveniet. Prima ætas sub Regibus fuit, prope ccl per annos,
 quibus circumipsam matrem suam cum finitimus luctatus est. Hæc erit ei infan-
 tia. Sequens, à Bruto, Collatinosq; consulibus, in Appium Claudium, quin-
 ctimumque Fulvium, consules, cc annos habet; quibus Italiam subegit. Hoc
 fuit tempus viris armisque incitatissimum. Ideo quis adolescentiam dixerit.
 Dehinc ad Cæsarem Augustum: ccl anni: quibus totum orbem pacavit.
 Hic jam ipsa juvenuta imperii, & quasi quadam robusta maturitas. A Cæsare
 Augusto, in sæculum nostrum, sunt non multo minùs anni cc: quibus inertia

Cesarum quasi consensit, atque decoxit, nisi quod sub Trajano principe movere lacertos. & præter spem omnium, senectus imperii, quasi reddidit à juventute, revivescit. Hæc Florus. Utrumque autem locum integre adscriptimus, ut omnes videant, quam infirmo tibi sine nitantur, qui ex Lactantio colligunt, scriptorem compendii illius, non Florum, sed Senecam dici oportere. Ajunt, divisionem eam, cujus Lactantius Senecam laudar auctorem, apud Florum in prologo legi. In quo manifestus eorum est error. Nam Seneca adolescentiam extendit usque ad finem ultimi belli Punici: Florus duntaxat ad primum bellum Punicum. Adhæc Seneca incipit senectam à bello civili Pompejano: Florus autem à principatu Augusti. Unde collige, Florum quidem imitatum fuisse Senecam: at aliter tamen, quam Senecam, divisisse. Atque eò magis arrisit Floro similitudo ea, quia non totam alteri deberet; sed esset, quod sibi vindicaret. Sanè toto ad eam opere respicit. Nempe suum cuique pulcrum, quod dici solet. Nec propterea negaro, Florum hunc fuisse ex Senecarum familia. Seneca enim vocatur in plerisque veteribus libris. Adhæc Senecæ sunt ex Annæa gente. At Florus, uti in plerisque libris Julius, ita Annæus in vet. vocatur libris, etiam antiquâ ac principe, quam habeo, editione. Adhæc Hispanum fuisse, unde Senecæ domo erant, verisimile facit luculenta ejus terræ laudatio, quæ est lib. 11 cap. XVII, & lib. 111 cap. XXI. Dictio quoque hanc domum sapit. Nam ea eloquentiæ, & poësis laude, inlyta fuit. At dictio historici hujus, uti antè dictum, est disertâ, & poëtica propior. Imò opus ipsum vix aliud, quam declamatio est. Fortasse igitur Senecæ etiam nomen fuit. Sed, ut hoc demus, non eo consequitur, haut aliter, quam Senecam, vocari oportere. Nec enim facile ad eò fides est deroganda multò maximæ parti librorum, & quidem melioris notæ, ubi Florus vocatur. Et quid prohibet, quo minùs, ut L. Annæi Senecæ philosophi frater, non tantùm L. Annæus Novatus dicebatur: sed etiam Junius Gallio (quod nomen habuit, postquam à Junio Gallione erat adoptatus) ita historicum hunc credamus, adoptione nomen mutasse: atque inde esse, quòd idem dictus sit L. Annæus Seneca, & L. Annæus Florus: vel, ut in nonnullis libris legere est, L. Julius Florus? Quòd si est, fortasse etiam historici hujus sit Octavia Senecæ tributa. Nam L. Seneca philosophi vero esse, satis est apertum: Sed nihil obstat, quo minùs credatur esse historici hujus. Qui quòd Annæus Seneca diceretur, in causa fortasse fuit, cur inter Senecæ tragœdias referretur.

Alius verò ab hoc est Julius Florus, vir itidem disertus, qui sub
 Tiberio vixit. De hoc ita M. Seneca Controvers. xxv. *Ipse audi-*
vi Florum quandam, auditorem Latronis, dicentem non apud Latronem: ne-
que enim illi mos erat, quemcumque audire declamantem, declamabat ipse tan-
tum: & agebat, se non esse magistrum, sed exemplum. Nec ulli alii conigisse
sic, quam apud Græcos, Niceta; apud Romanos, Latroni; ut discipuli non
audiri desiderarent; sed contenti essent audire. Paullò post excerptum ex
 Flori declamacione ponit. De eodem, ut puto, simulque fratris fi-
 lio, sic Fabius lib. x: *Qua de re meminisse mihi Iulium Secundum,*
illum aequalem meum, atque, ut notum est, familiariter amatum, mira fa-
cundia virum, infinita tamen cura, quid esset sibi à patruo suo dictum. Is fuit
Iulius Florus, in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam)
princeps, aliqui inter paucos disertus, & dignus illà propinquitate. Is cum Se-
cundum scholæ adhuc operam dantem, tristem fortè vidisset, interrogavit; Qua
caussa frontis tam adducta? nec dissimulavit adolescens, tertium jam diem esse,
ex quo omni labore materia ad scribendum destinata non inveniret exordium: quo
sibi non præsert tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum
Florus arridens, Nunquid tu, inquit, melius dicere vis, quam potes? &c.
 Nec absurda sit conjectura, si quis opinetur, historicum eum, de
 quo susè diximus, (modo is Julius Florus rectè in libris quibus-
 dam vocetur) ex eadem stirpe, imò fortasse filium fuisse aut ne-
 potem Julii Flori, viri hujus disertis, de quo M. Seneca & Quintilia-
 nus loquuntur. Saltem id est verisimilius, quam ut Fabius de histo-
 rico nostro loquatur: uti Popelinierus perperam censet libro vi
 operis Gallici, quod Historiam Historicorum inscripsit a. Sed hæc, apag. 364
 & alia, quæ antea de Senecæ cognomento diximus, velut incerta, in
 medio relinquamus.

CAP. XXXI.

Suetonii Tranquilli dignitas. Vitam Plinii majoris perperam
tribui Suetonio. Falsò Terentii vitam credi Donati, cum
Suetonii hujus sit. Errores Siconis Polentoni in Tranquilli
vitâ. Lactantio, ac Macrobio, vera adferitur Scriptura.
Tarquitii libri de rebus divinis. Fabius Marcellinus, &
cujusmodi ejus dictio.

C S U E T O N I U S T R A N Q U I L L U S vixit temporibus
 Trajani, & Hadriani, sub quo epistolarum magister fuit; ut
 ex Spartiano scimus in Hadriani vitâ. Ubi & illud narrat, eo ex-
 cussum

cussum honore, quia se familiarius coërceret cum principis uxore. Natus circa initium imperii Vespasiani. Quippe ultimo capite Neronis ait, se annis xx ab excessu Neronis fuisse adolescentem. Patrem habuit Suetonium Lenem, tribunum militum legionis XIII, eumque angusticlavium: ut ipse in Othone cap. x scribit: non Suetonium Paullinum, virum consularem: quam opinionem xxvi refellebamus. Videmus autem hinc, ut cum pater vocaretur Lenis, quod Tranquillus dici maluerit: quod idem notat. Unde Gaspar Sanctius in primum caput Actorum Apostolicorum colligit, Actorum Scriptorem, qui Lucas est, posse dici Lucium, quem Apostolus jubet salutari ad Rom. cap. xvi. Patris exemplo, & ipse tribunus militum fuit, sed honorem eum mox in alium transtulit: ut est apud Plin. lib. III cap. VIII. Liberos habuit nullos, sed justrium liberorum ei Plinius impetravit, ut est lib. x epist. Plinii. Quam amico usus sit Plinio Novocomensi, ex multis hujus epistolis satis liquet. Cùmque is Cisalpinus fuerit, & Suetonium fuisse Cisalpinum liceat suspicari. Hanc amicitiam cogitanti minus verisimile fit, vitam Plinii Veronensis, quæ Suetonii nomen præfert, esse genuinam. Nimis illa jejunè, & perfunctoriè exarata, quàm ut de amici tanti avunculo eam scripserit Suetonius. Ac ne dictio quidem Suetonii est; sed omninò alicujus multò junioris. Nec Suetonius nescisset Plinium hunc fuisse Veronensem. At ille Novocomensem facit. Nempe duos Plinius confudit: uti & Hieronymus in chronico Eusebiano. Et verisimile est, hunc scriptorem ab Hieronymo. Ex genuinis quæ edi petit Plinius lib. v epist. xi. Libitinam evitare atque effugere potuerunt vitæ XII. Cæsarum, quas, si codd. standum, libris VIII perscripsit, & pari libertate ac ipsi vixerunt: ut rectè censet B. Hieronymus. MSus codex exstat Oxonii in bibliotheca collegii Novi: item in collegio Lincolnensi. Etiam pervenire ad nostra tempora illustres ejus Grammatici, & aliquot Rhetores. Nam melior pars ejus operis deperdita est. Uti & penè omnis liber de poetis. Nam nihil ejus habemus præter vitam Terentii, quæ non Donati, sed Tranquilli est, usque ad illa verba, *Hæc Suetonius Tranquillus*. Item vitam Horatii, quam ei etiam tribuit Porphyrio interpres a. Adhæc fortasse, tum vitam Lucani; tum illam Persii, quæ veteribus glossis præfigitur. Præterea condidit libros tres de regibus, teste Aufonio epist. xix. De his dicemus in Paullino Nolano. Multa quoque alia reliquit. Ut librum *ἑὶ Πρώτων, ἃ ἔστι ἐὸ ἀντὶ βασίλειον ἢ ἰδίων*: cujus meminit Suidas. Adhæc libros iudiciæ histo-

a In lit.
xv. od. i

que: quorum primum Gellius citat lib. ix cap. vii. Puto, ejus operis partem fuisse *maxis ex libris*, quas Tzetzes laudat Chil. vi. Hist. xxxv. item Suidas in *Tegyria*, ubi & laudat ejus opus *De Romanorum spectaculis, & certaminibus*. Item *Septem Precator ad spem Evancione*, sive opus de illustribus familiis Romanorum. Item alia edidit, quorum Servius, Priscianus, Suidas, & Etymologus Græcus, meminere. Auctor est, Vopiscus judicio, emendatissimus; & candidissimus, & cui familiare sit, *umare brevitatem*. Ludovico Vivi lib. v de tradendis disciplinis, dicitur esse Græcorum, & Latinorum scriptorum, diligentissimus, atque incorruptissimus. Verè quidem, si de Vitarum scriptoribus loquamur. Nam qui iccirco eum Livio, Sallustio, Tacito, præponere velit, insignità, meo judicio, injurià adficiat tantos scriptores. Vitam Suetonii hujus scripsit Sicon Polentonus. Sed ea vix allis est: etsi doctissimus Righius non veritus sit illam, emblematis instar, annalibus suis inferere. Penè enim quicquid dicit, pertinet ad Suetonium Paullinum; què, cum Mureto, falsò credidit esse Suetonii hujus patrem. Atque ut, quæ Tacitus de Suetonio refert, perperam accommodat historici hujus parenti: ita & falsò putavit, eum signari à Plinio in historia naturali, ubi ex Paullino quædam refert de Africa, & Canariis insulis. Similis error, cum libros de institutione officiorum, de illustribus scriptoribus, deque historia ludicra, non à Tranquillo hoc, sed à patre ejus, scripta fuisse, arbitratur. Qui error ab eodem fonte, unde priores, dimanat.

Dubitant viri eruditi, an non Tranquilli nomen debeat reponi apud Lactantium lib. i cap. x. ubi legas: *Æsculapius & ipse, non sine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud divinis honoribus dignum, nisi quòd sanavit Hippolytum? mortem sanè habuit claviorem, quòd à Deo meruit fulminari*. Hunc Tarquitius, de illustribus viris disserens, ait, incertum parentis natum, expositum, & à venatoribus inventum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, didicisse medicinam: fuisse autem Messenium, sed Epidauri moratum. Hic Xystus Betulejus, in editione suà, pro Tarquitius reposuit Tranquillus; quòd cum de illustribus viris scripsisse constaret. Sed egit ille de Romanis: quos inter nullus est Æsculapio locus. Adhæc cur Tarquitium rectum videatur, facit, quòd non tantum ita sit in codd. MSSis, item editione Aldinà; eàque, quam Michael Thomæus recensuit: sed illud quoque, quòd hic sermo sit de Æsculapio fulmine percusso: & Tarquitius de fulguritis, & omni angurum, atque aruspicum, disciplinà egerit in libris suis de rebus divinis. Ammianus Marcellinus lib. xxv: *Confestim itaque ante lucis primitias Hetrusci aruspici-*

ces arcessiti, consulti quid astri species portenderet, nova vitandum esse, cautissime responderunt, nequid tunc tentaretur: ex Tarquitiani libri, in titulo DE REBUS DIVINIS, id velatum esse demonstrantes, quòd, face in caelo visà, committi praelium, vel simile quidquam, non oporteat. Atque hinc etiam liquet, cur Tarquitium, inter eos, è quibus profecit, reponat Plinius in indice libri secundi, proximeque subjungat eum Cæcinæ, quem de Hetrusca disciplina scripsisse dicit. Vide & quæ de Tarquitho hoc notavit Petrus Pithecæus Subsecivorum lib. I cap. xx. ubi docet, pro Tarquinio Prisco ἀπλῶς Tarquitium legi debere apud Macrobiū lib. II. Saturn. cap. XVI. Quod Tarquithi nomen remansit lib. III. Saturn. cap. VII. etsi ibi vir eruditus, in Notis suis, ex veteri libro Tarquinii malit. Sed mihi Tarquithus magis placet propter ea, quæ diximus. Etiam in Schedis Festi quæ apud Pomponium Lætum exstant, ubi solum Tarqui . . . exaratum erat, perperam Scaliger fecit Tarquinii: nempe quia de rege actum suspicatus est. Sed in schedis, quas dixi, pag. LXXX, clarè est, Tarquithus in libro, quem inscripsit de . . .

CAP. XXXII.

M. Junianus Justinus. Antonini imper. ætate vixit, non autem postquam imperium Constantinopolin translatum fuit. Iustini locus emendatus. Error Martiani Poloni, Junianum Iustinum, & Iustinum Martyrem confundentis. Neonem de tergeminarum vita supposititium videri. Eluanus Avalonius in dubium vocatus.

JUSTINI, qui Trogi epitomen fecit, nec nomen, nec ætas, dubitatione caret. In Ant. Arnoldi libro nominabatur Justinus Frontinus. At in codice bibliothecæ Medicæ dicitur M. Junianus Justinus. Atque hoc verius censeo, ob libri ejus antiquitatem: cujus argumentum non leve est, quòd literis Longobardicis scriptus sit. Quod verò ad ætatem, Trogi ejus, cujus epitomen scripsit, filium fuisse tradit Gualterus Burlei Anglicus lib. de vitâ philosophorū, qui anno, CIO cccc LXXI editus ab Arnolde terffornen. Sed hoc seculo illi condonemus, quo vixit. Ac eruditissimos etiam viros video esse, qui suspicentur, vixisse, postquam imperium translatum fuit Constantinopolim: idque ob verba illa lib. VIII: *Graciam etiam NUNC, & viribus, & dignitate, orbis terrarum principem.* Sed NUNC istuc non signat tempus, quo Justinus scribit; sed de quo scribit. Quomodo

modo idem paullo post ait: *Et hac potissimum facere Thebanos, Lacedaemoniosque, ante a inter se imperii, nunc Græcia imperantis amulos. Ubi NUNC* itidem valet, hoc tempore, quod exponimus. Planè verò vixisse arbitror sub Antonino Pio, atque huic epitomen suam dicasse. Id colligo ex verbis istis præfationis, *Quod ad te, imperator Antonine, non tam cognoscendi, quàm emendandi causâ, transmissi.* Ita enim habent editiones antiquæ, quæ, quin MSSorum fidem secutæ fuerint, nullus dubito. Sed obijciunt, in optimis libris legi: *Quod ad te non tam cognoscendi magis, quàm emendandi causâ, transmissi.* Quam MSSorum lectionem etiam Bongarsius retinuit. Sed nihil manifestius, quàm non ita scripsisse Justinum. Nec enim TAM & MAGIS satis conveniunt. Quid ergo? num dicemus MAGIS, tanquam superfluum, tolli oportere? At qui non videtur de nihilo esse, quod in optimis libris legitur. Quare puto, scriptam primò fuisse, *Quod, Antonine im. non cognoscendi magis, quàm emendandi causâ transmissi.* Nempe ex *antonine im.* fecere ad te non. Ac quia sic non geminabatur, librarii hunc errorem existimantes, alterum omiserunt. Et sanè Justinum hunc sub Antonino vixisse, ante seculum Philippus Bergomas *a*, ac Joa. Aventinus *b*, tradidere: *a* Lib. 8 imò idem jam ante annos trecentos in chronico suo scripsit Marti- *Suppl. in* nus Polonus: sed quod idem Justinum hunc cum Justino martyre *tempori-* confudit, sædus error est, cum hic, qui epitomen scripsit, in iis, quæ *bus Anto-* lib. VI, & XXX, de Mose, Josepho, & Israelitis, tradit, planè Scriptu- *nini Pii.* ris adverteretur: unde liquet, hominem fuisse gentilem: aperteque *b* In iis, inter eos ab Orosio numeratur. Ut de eo nihil dicam, quòd beatus *qua de* martyr nihil Latine scripsisse videtur: item quòd Eusebius, Hiero- *scriptori-* nymus, Photius, nusquam historicam hanc epitomen inter martyris *bus primo* illius scripta reponunt. Nec tamen ea ignota fuit B. Hieronymo, *annaliâ* qui illius meminit proëmio in Daniele. Uti quoque Augustinus *premit-* facit lib. IV de civit. Dei cap. VI, & Orosius lib. I cap. VII I. & X. qui *iii.* & Justinum passim exscribit. Post quos ejusdem mentionem fecere, Isidorus, Jornandes, alii. Etiam quæ Lapus Ferrariensis abbas epist. xx. ad Altuinum ex Trogo Pompejo citat de quæ Mithridatis excellentiam portenderit apud Justinum, ad verbum ex Justini lib. xxxvii: Sed apud Lapum nunc paulò comprius leguntur. Ut & Justino debeant emendari. Est Justinus scriptor *tersus & elegans*: ut de eo scribit Raimundus Lullus lib. VII de orat. cap. IV. Quam turpiter autem in rebus Judaicis aberrarit, ostendit Benedictus Pererius in Daniele cap. XL. MSus existat in bibliothecâ publicâ Aca- demie Cantabrigiæ, & Oxonii in collegio corporis Christi. Ac

nescio quid ibi, velut quod (ut est apud Th. James) Oxonii in bibliothecâ Collegii Novi extare dicatur, *Epitome historiarum per Trogum Pompejum libb. IV.*

NEON vixit sub M. Aurelio Imp. ac vitam scripsit tergemino-
rum fratrum, Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi. Acta ea extant apud
Surius Tom. I. die XVII Jan. Adjecta autem iis ab alio sunt hæc
verba: *Neon quoque, textor historiae hujus atque scriptor, tradens Turboni codi-
cem, inter medias turbas persecutorum ingressus, cupiens sanctorum Tergemino-
rum militia beatissima sociari, Christi nomen confessus, & antisper ictibus mactatus,
ut vita temporali spoliatus, martyrii palmâ continuo meruerit coronari. Nec est,
quòd aliquis puter, Neonem vixisse sub Aureliano, ut in Actis istis
nominatur Cæsar, sub quo passi Tergemini: nam Aurelio legi debe-
re, non Surius modò, & Baronius, existimant: sed res ipsa clamat,
cùm tergemini isti fuerint discipuli Polycarpi, qui sub M. Aurelio
passus fuit. Sed dispiciendum, utrùm acta ea Neon Latinè scripse-
rit, an Græcè. Hodie quidem tantùm habemus Latinè: eaque à War-
hario descripta, & Ceraunio Papæ Parisiaca in Urbe dicata, ut pro-
logus ipsius Warharii indicat. Saltem non ita Neon ediderat, uti
reperit Surius. Nam hoc si esset, non ævo illo barbarè adeò scripta
fuissent, ut Surius passim mutare stylum opus esset. Quare aut acta
ea posterioribus seculis ex bonis Græcis fuere facta Latina non bo-
na: aut fuerint supposititia, utcumque germana appellet Annalium
Ecclesiasticorum conditor a.*

a Ad an-
nū Chri-
sti 179.
§. 37.

ELUANUS AVALONIUS, cujus & Radolphus Niger in Chron-
icis meminit, vixisse dicitur temporibus Antonini Philosophi Im-
peratoris, filiique Commodi, & Eleutherii, episcopi Romani. Ajunt
quoque doctrinam ab Apostolorum discipulis acceptam Britannis
prædicasse, librumque scripsisse de origine ecclesiæ Britannicæ: de
quibus fides esto penes Balæum. Multum enim metuo, ne, ut in ple-
risque aliis antiquioris ævi scriptoribus, ira hac etiam parte fucum
faciat lectori.

GERARDI IOANNIS VOSSII
 DE
 HISTORICIS LATINIS
 LIB. II.

CAPUT I.

Transitur ad historiæ senectutem. Deperditis scriptoribus hodieq; nos juvari, ut eorum etiam memoria non debeat nobis esse injucunda. Iulii Titiani atas. Eiusdem provinciarum libri. Symmacho lux. Titiani chorographia, sive chronographia potius. Servius emendatus. Unimammix. Rhetorica Titiani, & controversiæ ex Marone, & de re rustica libri. Diomedes corrigitur. Apologi Titiani. Cuspinianus, & Onuphrius, item Iacobus Breulius, reselluntur.

Dest Antoninus magis magisq; ac penè præcipiti gradu, imminui historiæ, ac omnis propè literarum honos cœpit. Sub Trajano enim Tacitum vidimus, historicum nulli secundum. Sub eodem, ac item Hadriano, literarum amantissimo principe, præter alios Suetonius vigebar, quo Latinorum nemo vitas elegantius scripsit. Sub Antoninis, quorum alter etiam Philosophi nomen meruit, fuit Justinus, quo non alius tot imperiorum tempora melius perstrinxit. Qui deinceps autem sequuntur, ab horum gloria nimium quantum absunt. Ut hinc historiæ senectam meritò ordiamur. Mirum verò, ne unum quidem ex tam multis, qui seculo toto, ab Antonini philosophi excessu usque ad Diocletiani imperium, historiam Latine tractarunt, hodie superesse. Quod etsi temporum injuriæ tribui imprimis debet: non tamen culpâ omni vacare ipsi scriptores videntur. Si enim ad priorum gloriam adspirassent: saltem, puto ex tanto numero sex septem

ob magnitudinem nominis, & operis utilitatem, movissent posteros, ut ne ad unum omnes intercidere paterentur. Interim negare non possumus, bene & illos de nobis meritos esse: quando iis debemus, quoddam seculi ejus tempora non penitus nescimus. Utcunque enim ipsi perierint, non periire tamen, qui eos secuti sunt duces, atque earum rerum, quæ de seculo isto tradunt, istos ad vocant testes. Propterea nos quoque eorum hinc rationem habere æquum est: ut ne silentio quemquam prætereamus scientes, cui historia debeat Romana, imò quisquis historiam amat.

Agmen autem horum ducat is, qui Commodi, Pertinacis ac Severi temporibus floruit, JULIUS TITIANUS, pater Titiani ejus, qui præceptor junioris Maximini fuit. Descripsit provincias imperii Romani. Locuples istorum testis nobis Julius Capitolinus in Maximino juniore: *Vsus est oratore Titiano, filio Titiani senioris, qui Provinciarum libros pulcherrimos scripsit, & qui dictus est finia temporis sui, quod cuncta imitatus esset.* Ubi in plerisque libris Titianus legitur. Sed corruptè, ut jam aliis visum, & res clamat. Valde autem fallitur doctissimus Savaro, cum arbitratur, Provinciarum opus à Sidonio intelligi, quando ait, sub nominibus illustrium feminarum quædam edidisse. Ait, heroinarum nomina provinciis imposuisse; eoque sub nominibus illustrium feminarum rectè provinciarum opus intelligi. Sed unde colligit, ejusmodi nomina provinciis à Titiano imposta fuisse? Sidonius quidem non aliud, quàm hoc, dicit lib. 1. epist. 1: *Nam de M. Tullio flere in stylo epistolari melius puto; quem nec Julius Titianus sub nominibus illustrium feminarum dignâ similitudine expressit.* Quorum ea verborum sententia est, In epistolis compono me ad Plinii, & Symmachi, stylum. At cur non Ciceronis? Nempe tanta ejus viri gloria est, ut sit supra omnem imitationis spem constitutus. Et quid Sidonius ego adspirem ad Tullii gloriam, cum Titianus, tantus profectò orator, planè frustra fuerit in epistolis iis, quibus præfixerat nomina illustrium feminarum: serè ut Ovidius in heroidum epistolis fecit. Sed Ovidius carmine epistolas suas effinxit: Titianus autem, pedestri oratione, & ad Ciceronis stylum expressa: feliciter fortasse, si ipsi de se credimus: at infeliciter admodum, judicio sectæ ejus, quæ Cornelium Frontonem æmulari, quàm Tullium, malebat. Sanè ab his *finia temporis sui* audiebat, teste Capitolino: nempe iccirco, ut ibidem dicitur, *quod cuncta imitatus esset*, etiam Tullii stylum epistolarem. Satis ex his liquet, per ea, quæ *sub nominibus illustrium feminarum* scripserat, provinciarum opus

opus intelligi non posse. At fortasse verius est, provinciarum opus etiam chorographiæ nomine signari apud Servium in illud IV ÆN.

— Lateq; furentes Barcæi:

Hic, inquit, secundum Titianum in chorographia, Phœnicen navali quondam vincere certamine. Verum pro chorographia malim ego chronographia: idq; propterea, quod ita in MSSis reperitur: & quæ ex Titiano adducuntur, ferè ad vetusti temporis historiam pertineant. Ut quod hic Servius refert, de Barcæis vincentibus Phœnices, penes quos maris imperium antiquitus fuit. Item quod etiam egit de Amazonibus, quas *unimammias* vocabat, teste Servio in II ÆN. & Isidoro lib. IX Orig. cap. I I. Item quod de frugum legumque inventione Pomponius Sabinus ex eo adfert in illud Maronis IV ÆN. *Legifera Cereris*. Et sanè nullum prope erat studii genus, in quo non aliquid tentasset Titianus. Ita præter provincias, & epistolas, de quibus jam diximus, laudari à veteribus videmus Rhetorica Titiani. Isidorus lib. II Orig. cap. II: *Hæc disciplina à Græcis inventa est, Gorgia, Aristotele, Hermagora: & translata in Latinum, à Tullio videlicet, Quintiliano, & Titiano: sed ita copiosè, ita variè, vel pro scientia, vel pro loquacitate verborum, ut eam lectori admirari in promptu sit, comprehendere impossibile sit.* Item reliquit controversias, sive themata ex Virgilio: de quibus sic Servius in X ÆN. vers. X I I: *Et Titianus, & Catullinus, qui themata omnia de Virgilio elicerunt, & adformaverunt, ad dicendi usum, in exemplo controversiarum has duas posuerunt adlocutiones, dicentes, Venerem agere statu absolutivo, cum dicit Iunoni, causa fuisse periculorum his, quibus Italiam fata concesserant: Iunonem verò mihi statu relativo, per quem ostendit, non suâ culpâ Trojanos laborare, sed Veneris.* Adhæc Titianus libros composuit de rusticis. Ex cuius libro primo Diomedes hæc in primo citat: *Patrem familias vendacem magis, quàm emacem, expedit esse. nam id melius emittitur, quàm venditur.* Ubi pro id malim quid. Ut mens sit, eo satius est quid vendere, quia qui prudenter vendit, lucratur, quandoquidem viliori emerat. Siqua tamen horum, quæ diximus, non fuerint patris Titiani, sanè filii erunt. Alterutrius quoque, filii puto, apologi fuere Ausonio memorati epist. III. ad Probum, præfectum prætorio, cui se misisse ait Titiani apologos, & Nepotis Chronicon, quasi alteros apologos. Carmine etiam, quod epistolæ ei adtexuit, hæc legas:

*Apologos en misit tibi,
Æsopiam trimetriciam,
Quam vertit exili stylo,*

*Pedestre concinnans opus,
Fandi Titianus artifex.*

Laudatur & Aufonio in gratiarum actione pro consulatu ad Gratianum. Valde enim errat Cuspinianus, eumque secutus Onuphrius, cum arbitrantur, intelligi Titianum illum, qui, ut Prosper quoque in Chronicis testatur, cum Aurelio Symmacho consul fuit anno Urbis CCCXC I. Nam aperte ait Aufonius, velle se eorum exempla adducere, qui vixissent ante Constantinum Magnum: at ille Symmachi collega temporibus demum Theodosii senioris consul fuit. Imò nec est, unde colligi possit, Titianum eum Cæsaris liberos erudiisse, ut propterea sit ad consularem evectus dignitatem. Atqui hoc est, propter quod Titianus istic celebratur. Similem errorem errat Jacobus du Breul, qui in Isidori Originum lib. I I cap. I annotavit, Titianum, cuius ibi mentio fit, esse illum, de quo hæc Hieronymus ad Eusebianum numerum MCCCCLXI, sive annum Christi CCCXLVI. *Titianus, vir eloquens, præfecturam prætoriam apud Gallias administrat.* Nam is est Tiberius Fabius Titianus, qui cum Feliciano consul fuit anno Urbis cD XC, sive Christi CCCXXXV I I, quo Constantinus M. decessit. Cujus Titiani etiam Zosimus meminit. Atqui his quæ diximus refelli satis arbitror quæ de Titiano & Sidonii loco annotavit Barthius Adversar. lib. XLV I I cap. IX.

CAP. II.

Severi imp. de vita sua commentarius: dubium, utrùm semper fidei bonæ, cum in iis, quæ de hostibus suis prodit, affectui subinde videatur indulgere. Sereni Sammonici duo, pater, filiusque; quorum hic est, qui amplissimam Gordianobibliothecam legavit: ille est, qui reconditarum rerum libros composuit. Ælius Maurus quâ vitæ condicione fuerit, atque utrâ linguâ de Severo scripsisse videatur. Lollius Urbicus. Vitæ bonorum principum ab Alexandro Severo versibus perscriptæ. Aurelius Philippus. Encolpius. Gargilius Martialis.

Proximus esto SEVERUS IMP. qui historiam vitæ suæ condidit. Julius Capitolinus in vita Clodii Albini: *Ad imperium (Albinus) venit natu jam grandior, & major Pescennio Nigro; ut Severus ipse in vita sua testatur.* Spartianus in vita Severi: *Vxorem tunc (Severus)*

Mariam duxit, de qua tacuit in historia vita privata. Et ibidem: Vitam suam privatam, publicamque, ipse composuit ad fidem: solum tamen vitium crudelitatis excusans. Idem in Pescennio Nigro: In vita sua Severus dicit, se, priusquam filii sui id aetatis haberent, ut imperare possent, egrotantem id in animo habuisse, ut, siquid forte sibi accidisset, Niger Pescennius eidem, & Clodius Albinus, succederent; qui ambo Severo gravissimi hostes extiterunt. Et mox: Si Severo credimus, fuit gloria cupidus Niger, vitâ fictus, moribus turpis, aetatis proVectus, cum imperium invasit: ex quo cupiditates ejus incusat, perinde quasi Severus minor ad imperium venerit, qui annos suos contrahit, cum decem & octo annis imperarit, & octogesimo nono perierit. Non hoc satis convenit cum eo, quod in Severi vita dixerat, vitam suam ad fidem composuisse. Et sanè quid mirum, si de Nigro, hoste suo, secus scripserit, quàm res haberet: qui nec minùs in hoste Albino veritatem neglexit? Unde ex Dione Xiphilino, ubi Severi crudelitatem de Albino victoriam refert, inquit, λέγω γὰρ ἕχ' ὅσα ὁ Σεβῆς ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθεῖς ἵκιστα: Refero enim, non uti Severus scripsit; sed ut reverè contigit.

Severi hujus aetate claruit SERENUS SAMMONICUS. Uti discere est ex istis Macrobiani verbis in II Saturn. cap. XII: Temporibus Severi principis, qui ostentabat duritiam morum, Sammonicus Serenus, vir seculo suo doctus, cum ad principem suum scriberet, faceretq; de hoc pisce sermonem, verba Plinii, quae superius posui, praemisit, & ita subjevit. Historicis autem annumeratur etiam à Saresberienfè lib. VI II de Nugis Curialium cap. XVI II. Idem fecere, quibus labor fuit anquirere veterum historicorum fragmenta. Sed, quod non satis perspexit Riccobonus, duo ejus nominis fuerunt, parens unus, alter filius. De filio sunt haec verba Capitolini in Gordiano juniore: Sereno Sammonico, qui patri ejus amicissimus, sibi autem praeceptor fuit, nimis acceptus & charus, usque adeo, ut omnes libros Sereni Sammonici, patris sui, qui consebatur ad LX & duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod enim ad caelum tulit. Siquidem, tanta bibliotheca copia, & splendore, donatus, in famam hominum literatorum decorè pervenit. Hic ecquid scripserit, haut fat scio. Sed, cujus libri ad Antoninum Caracallam laudantur, is pater est: de quo sic Spartianus in Geta: Sereni Sammonici libros familiarissimos habuit, quos ille ad Antoninum scripsit. Et in Antonino Caracalla: Occisique nonnulli etiam cœnantes: inter quos etiam Sammonicus Serenus, cujus libri plurimi ad doctrinam exstant. Reliquit autem, praeter alia, libros rerum reconditarum: quos Macrobius citat lib. III Saturn. cap. IX, XVI, & XVII. Ac propter eos in Historicorum numerum à Riccobono

a In frag-
mentis
vict. hist.

co bono refertur. Sanè ex iis, quæ inde adducuntur, satis liquet, magna ex parte exposuisse antiquitates Romanas. Itaque, puto, idem etiam opus signat Arnobius lib. VI, cum ait: *Quod si planum fieri testimonii postulamus auctorum: Sammonicus, Granius, Valerianus vobis, & Fabius, indicabunt, cujus Tulus fuerit filius, &c.*

ÆLIUS MAURUS quoque Severi, ac Caracallæ, temporibus vixit. Libertus fuit Phlegontis ejus, qui Hadriani fuit libertus. Scripsit quædam de Severo. Spartianus in Severi vita: *Legisse me apud Ælium Maurum, Phlegontis Tralliani libertum, meminì, Septimium Severum, moderatissimè, cum moreretur, latatum, quòd duos Antonios pari imperio reip. relinqueret.* Sed non sat scio, utrum Maurus hic Latinè scripserit, an potiùs Græcè, idque exemplo patroni sui, hominis Græci. Sanè pueritiam in Africa etiam Græcis Latinisque literis imbui solere, ex Capitolini Albino liquet. Sed de Ælio tamen, conditione servo, id asseverare non ausim. Quare Latinè scripsisse, potiùs credo: præsertim cum non addatur esse Græcum scriptorem; quod facere ferè solent Historiæ Augustæ auctores. Quod si doctissimum Andream Schottum, nec fuerit Ælius Maurus. Quippe lib. II observat. Humanarum cap. XIX locus ille Spartiani sic legi debet: *Apud Ælii Adriani libertum Phlegontem Trullianum.* Sed alia mihi mens. Nec enim verisimile fit Phlegontem qui jam nomine aliquo tempore Hadriani erat, LXXIV annis post patroni sui mortem ista de Severo scripsisse. Tantum enim est intervallum inter Hadriani & Severi mortem. Quare credibilius est illud de Severo, à se Phlegontis liberto esse scriptum. Et favent Palatini codd. in quibus clarè est Ælium Maurum. Solum in anno est *Phlegontis Adriani*, pro Phlegontis Trullani: quod nihil nobis adversatur, cum à patrono potuerit Adriani nomen adsumere.

LOLLIUS URVICUS, historicus, vixit temporibus Macrini, & Heliogabali. Hoc inde cognoscimus, quòd Lampridius in Antonino Diadumeno referat, ut hujus Diadumeni quædam ad matrem epistola, ex qua appareret, quam futurus esset asper, si diutius vixisset, per notarium fuerit prodita: atque ut epistola ea multum illi puero obfuisse apud milites credatur. Hæc tempore Urbici contigisse, argumento illud est, quòd ibidem dicatur, scripsisse Urbicum Historiam SUI TEMPORIS, indeque hoc depromi.

Existimet quis, etiam Alexandro Severo hinc locum aliquem tribui oportere, quia, ut in vita ejus Lampridius testatur, *vitas principum bonorum versibus scripsit.* Sed verisimilius videtur, Græcè eos compos-

composuisse. Caussam adduximus in quarto de historicis Grecis. Nequis tamen ignarus hujus existimaret, eum nos locum fugisse: hic quoque meminisse illius voluimus.

Temporibus Alexandri hujus, atque etiam postea, fuit **AURELIUS PHILIPPUS**. De quo sic Lampridius in vita Alexandri Severi: *In prima pueritia literatores habuit, Valerium Cordam, & L. Veturium, & Aurelium Philippum, libertum patris, qui vitam ejus postea in literas misit. Ubi vitam Alexandri Severi reliquisse dicitur, non patris ejus, Vari Marcelli Syri, Mammeæ mariti; qui privatus obiit, nec quicquam historiâ dignum præstitit.*

Eandem eodem tempore consignabat **ENCOLPIUS**: de quo sic idem Lampridius in eapse vita: *Referebat Encolpius, quo ille familiarissimo usus est, illum, si unquam furem judicem vidisset, paratum habuisse digitum, ut illi oculum erueret. Et postea: Contra autem & Septimius, & Acholius, & Encolpius, vita scriptores, caterique de hoc talia prædicaverunt: quod ideo addidi, nequis vulgi magis famam sequeretur, quàm historiam.*

GARGILIUS quoque **MARTIALIS** tum claruit: ac vitam ejusdem Alexandri reliquit. Lampridius in Alexandro: *Habuit quotidie milii sine pipere sextarios quatuor, cum pipere duo: & ne sit longum omnia inserere, que Gargilius Martialis, ejus temporis scriptor, singulatim persecutus est, omnia illi ad modum & rationem sunt præbita. Quod ad stylum ejus attinet, Vopisco in Probo refertur inter secundæ notæ historicos, qui imperatorum vitas, non tam discretè, quàm verè, memoria tradiderunt. Etiam Gargilii Martialis libros de re hortensi memorant Palladius, Serviusque. Sed idémne, an alius sit, non fatiliquet.*

C A P. III.

Marius Maximus quorum vitas scripserit, & ut dissimile de eo judicium fuerit veterum. Anterus papa per notarios suos actis mandari martyria jussit. Censorini etas, ac aureolus de die natali libellus, item opusculum de accentibus. At fragmentum, quod annecti solet libro de die natali, alterius videri. Ælius sive Iunius Cordus ob deæthologiarum reprehensus, Ælius Sabinus. Gordiani Antoninias. Vulcatius Terentianus. Curii Fortunatiani historia, item Rhetorica scholica. Dionysius historicus diaconus.

PROximè etiam post Severi Alexandri tempora fuit, quantum videre possum, MARIUS MAXIMUS. Priorum enim vitas composuit: eorum, qui consecuti, ut arbitror, neminis. Vitam edidit Trajani, ut testis est Lampridius. Videtur ex ea esse, quod de damnatione Palfurii consularis verus Juvenalis scholiastes refert in Satiram IV. Etiam vitam scripsit Hadriani, ut tribus quatuorve locis Spartianus in Adriano, & Lampridius in Alexandri Severi vita, indicat. Item vitam Aëlii Veri, ut ex eodem constat Spartiano. Item Antonini Pii, ut auctor Capitolinus, & vitam Marci Antonini Phil. uti Vulpacius in Cassii vita testatur: qui semel iterumque secundum de vita Marci Antonini librum advocat. Item Commodi, teste Lampridio in hujus vita. Et Pertinacis, teste Capitolino in vita ejus. Et Severi, ut auctor Spartianus in vita illius: item Capitolinus in Albino, his verbis: *Quæ qui diligentius (de Severo) scire velit, legat Marium Maximum, de Latinis scriptoribus: de Græcis, Herodianum; qui ad fidem pleraque dixerunt.* Iterum Spartianus in Geta, ubi legas: *De Geta vita, & moribus, in vita Severi Marius Maximum primo septenario satis copiosè retulit.* Item vitam Heliogabali scripsit, quod disertim in monstri hujus vita Lampridius ait: & Alexandri Severi, ut idem in Severo dicit. De eodem sic Vopiscus in quatuor tyrannis: *Marius Maximum Avidium Marci temporibus, Albinum & Nigum, Severi, non suis propriis libris, sed alienis innexuit.* Et mox: *Marius Maximum, homo omnium verbosissimus, & mythistoricis se voluminibus implicavit.* Unde videmus, Vopiscum haut magni hunc Maximum fecisse. Alii tamen, ut nomine, sic re ipsa, maximum esse, arbitrabantur: ut ostendit locus iste Ammiani Marcellini lib. xxxvi i i: *Quidam detestantes, ut venena, doctrinam, Iuvenalem, & Marium Max. curatiorè studio legunt, nulla volumina, præter hæc, in profundo otio contractantes.* Sed Vopisco credere malumus, præstantis iudicii scriptori, quam istis, qui eruditionem venenum putarent.

ANTERUS, natione Græcus, qui, temporibus Maximini imperatoris, anno Chr. ccxxxvi i i, Romanus est factus episcopus, eo Ecclesiæ historiam jovit, quod per notarios curavit res martyrum describi, actaque ea in Ecclesiæ Romanæ archivis reposuit. Cujus rei non alium è veteribus laudare testem possumus, quam Damasum, sive potius Anastasium bibliothecarium. Ejus hæc sunt in Anteri vita: *Hic gesta martyrum diligenter à notariis exquisivit. & in Ecclesia recondidit, propter quod à Maximo præfecto martyrio coronatus est.*

CENSORINUS è gente Martia fuisse videtur. Saltem multi

in eâ Censorini. Hic anno primo Gordiani, qui Christi erat cccxxxvi: i, scripsit de die natali libellum pereruditum, ac chronologicis utilissimum; quippe quo in rebus gentilium potissimas aras egregiè connectat. Laudat eum quoque Sidoniu. Apollinaris epist. ad Polemium, quæ Carminum libro inserta: *Sed noverint discrepantia sentientes, sententiam meam sine M. Varrone, sine Sereno, non Seprinio, sed Sammonico, sine Censorino, qui de die natali illustre volumen confecit, non posse damnari.* Dicavit eum libellum Q. Cærellio, ut etiam testatur Cassiodorus libello de Musica, atque iterum libello de Geometria. Præterea librum de Accentibus edidit: cujus mentio fit apud eundem Cassiodorum; item Priscianum, à quo & libro pr. no doctissimus *grammaticæ artis* appellatur. Fragmentum verò illud, quod libri de die natali pars antè habebatur; à Ludovico autem Carrione ab eo se junctum, & auctius emendatiusque editum fuit; Censorini esse non videtur, cùm pleraque, quæ eo continentur, etiam ipso de die natali libello tradantur. Saltem, si diverso opere repetere illa fuisset animus Censorino, alterutro dixisset, eadem de re alibi quoque se egisse.

CORDUS, qui nunc Ælius Cordus, nunc Junius Cordus, nunc ~~cordus~~ Cordus vocatur, vixit sub Maximinis, & Gordianis. Capitolinus in vita Clodii Albini: *Hec atque alia signa imperii futuri (Albino) fuisse: quæ qui volet nôsse, Ælium Cordum legat, qui frivola super hujusmodi omnibus cuncta persequitur.* Ac postea: *Gulosum eum Cordus, qui talia persequitur in suis voluminibus, fuisse dicit.* Hinc & alia pluscula ex eodem commemorat. Meminit & idem in Maximinis duobus, ubi ex eo refert, Maximinum *bibisse sæpe in die vini Capitolinam amphoram; comedisse & lx libras carnis.* Item fuisse *magnitudine tantâ, ut octo pedes digito videretur egressus: pollicem ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.* Etiam narrat, cujusmodi literas, victâ Germaniâ, scripserit ad Senatum. Mentionem quoque facit in Maximino junior: ubi inter alia ex eo testatur, Maximinum fuisse *pedum octo & prope semis; caligam sive calciamentum ejus fuisse pede majus hominis vestigio; ac pependisse in luco inter Aquilejam, & Arziam; & inde vulgò tractum esse, quod de longis, & ineptis hominibus dicitur caliga Maximini.* In ejusdem vita legas: *Longum est omnia persequi: quæ qui sive desiderat, is velim (ut sæpe dixi) legat Cordum, qui hæc curia usque ad fabellam scripsit.* Idem in Gordianis aliquoties meminit. Inter alios est hic locus: *Cordus dicit, in omnibus civitatibus Campaniæ, Hetruriæ, Umbriæ, Flaminia, Piceni, de proprio illum per quatri-*

duum ludos scenicos & juvenalia edidisse. Item iste: *Hac de Gordiano Junio re digna memoratu comperimus: non enim nos talia dicere volumus, quæ Iunius Cordus ridiculè ac stultè composuit de voluptatibus domesticis, cæterisque infimis rebus: quæ qui velit scire, ipsum legat Cordum; qui dicit, & quos servos habuerit unusquisque principum, & quos amicos, & quot penulas, quotve chlamydes: quorum scientia nulli prodest. Siquidem ea debent in historia poni ab historiographis, quæ aut fugienda sint, aut sequenda. Idem Capitolinus in Maximo & Albino: Cordus verò tam multa, ut etiam pleuraque & minus honesta perscripserit. Item in Opilio Macrino: Et Iunio quidem Cordo studium fuit eorum imperatorum vias edere, quos obscuriores videbat: qui non multum profecit. Nam & pauca reperit, & indigna memoratu, asserens se minima quæque persecuturum: quasi vel de Trajano, aut Pio, aut Marco, sciendum sit, quoties processerit, quando cibos variaverit, & quando vestem mutaverit, & quos quando promoverit: quæ ille omnia exequendo, libros mythistoriis replevit talia scribendo, cum omnino rerum vilitum aut nulla scribenda sint, aut nimis pauca, si tamen ex his mores possint animadverti, qui revera sciendi sunt: sed ex parte, ut ex ea cætera colligantur. Ex quibus discimus, Cordum hunc nimis minutias confectatum fuisse, quales Græci λεπτολόγος appellant.*

ÆLIUS SABINUS sub Pupieno & Balbino fuit, quantum videre possum ex verbis istis Capitolini in Maximino juniore: *Scribit Ælius Sabinus, tantam pulcritudinem oris fuisse in filio, ut etiam caput ejus mortui jam nigrum, jam sordens, jam maceratum, defluente tabo, velut umbra pulcherrima videretur. Quæ sanè referre ex Sabino videtur, tanquam ejus atatis scriptore, quæ cædes Maximini patrata est.*

GORDIANUS senior in pueritia carmine panxit vitam Pii & Marci Antoninorum: & prosâ etiam complexus est laudes aliorum Antoninorum, qui ante se imperassent. Docet hoc nos Capitolinus in tribus Gordianis: *Scriptit etiam ille Antoninada, hoc est, Antoninum Pium, & Antoninum Marcum, versibus disertissimis, libris xxx, vitam illorum, & bella, & publicè privatimq; gesta perscribens. Et post aliqua: Scriptit & laudes solutâ oratione omnium Antoninorum, qui ante eum fuerunt.*

VULCATIUS TERENTIANS sub Gordianis vixit, ac vitam eorum scripsit. Julius Capitolinus in Gordiano juniore: *Sand quod prætermittendum esse non censui, quia mirabile visum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit, in literis missi: Gordianum senioreni Augusti vultum sic representasse, ut & vocem, & morem, & staturam ejusdem, ostentare videretur: filium verò, Pompejo simili.*

simillimum visum, quamvis Pompejus obese corporis fuisse denegatur. Ita is locus legendus ex Casauboni, & Salmasii membranis.

CURIUS FORTUNATIANUS vixisse videtur temporibus Gordiani, & Philippi Arabis. Scripsit vitam Maximi, qui & Pupienus dicitur: Ajunt, hodieque opus illud existare in bibliotheca Imperatoris. Id verè proditum sit, an secus, meliùs alii norint, qui bibliothecam eam lustrarint curiosè. Meminit Capitolinus in Maximo & Balbino: *Sed priùs, quam de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus, atque genere: non eo modo, quo Lucius Cordus est persecutus omnia: sed illo, quo Suetonius Tranquillus, & Valerius Marcellus: quamvis Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, pauca contigerit.* Ut quidem locus is legitur in prima edit. & membranis, testante & probante summæ, & fidei, & eruditionis viro, Claudio Salmasio. Idem ibidem, *Sed Fortunatiano credamus, qui dicit, Pupienum dictum nomine suo, cognomine verò paterno Maximum.* Quæ tamen verba, nec in prima editione, nec in MSSo Palatino longè optimo, inveniuntur: ut idem Salmasius testatur. Exstant hodie Curii Fortunatiani Consulti, quem eundem putamus, artis Rhetoricæ scholicæ libri tres, opus eruditum, in quo Hermagoræorum doctrinam planè expressit.

Hujus quoque loci sit DIONYSIUS historicus, si Latine scripsit. Sanè videtur Galli, & Volusiani, tempore vixisse, propter verba illa Jornandis de rebus Geticis cap. XIX: *Defuncto tunc Decio, Gallus, & Volusianus, regno potius sunt, quando & pestilens morbus penè istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos novem annos experti sumus, faciem totius orbis fœdavit, supra modum quoque Alexandriam, totiusque Ægypti loca devastans, Dionysio historico super hanc cladem lachrymabiliter exponente: quam & noster conscripsit venerabilis martyr Christi, episcopus Cyprianus, in libro, cujus titulus est, De Mortalitate.*

Valeriani & Gallieni temporibus fuit PONTIUS diaconus: cujus aureolum habemus libellum de vita & passione B. martyris Cypriani. De eo sic B. Hieronymus in catalogo script. Eccl. cap. LXVI II: *Pontius, diaconus Cypriani, usque ad diem passionis ejus, cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vita & passionis Cypriani reliquit. Similiter Honorius in Luminaribus Ecclesiæ. Natalis ejus Carthagine celebratus v. 11 Id. Mart. ut est in veteri Martyrol. Romano. Item apud Bedam, Ufuardum, Adonem. Alius est à Pontio martyre, qui in Galliis passus est sub Valeriano, & Galliceno. Similiter Honorius in Luminaribus Ecclesiæ.*

C A P. IV.

Mæonius Astyanax. Palfurius Sura. Celestinus. Acholius. Iulius Aterianus. Gallus Antipater. Aurelianus Festivus. Cornelius Capitolinus. Suetonius Optatianus. Gellius Fuscus. Theoclius. Politiani παρθεγμῶν geminum. Onestinus. Fabius Cerilianus. Aurelius Apollinaris. Fulvius Asprianus.

MÆONIUS ASTYANAX tempore Gallieni fuit, ac quadam de Macriano, & filiis, edidit. Trebellius Pollio in Macriano, tyranno XI: *Verba Balista (quantum Mæonius Astyanax, qui consilio interfuit, asserit) hæc fuerunt. Refert deinde, & Balistæ præfecti ad Macrianum verba, & Macriani ad Balistam: & quid post ista, & ille huic, & hic illi, dixerit.*

PALFURIUS SVRA sub Gallieno Cæs. vixit, ac vitæ ephemeras composuit. Ad eas lectorem suum remittit Trebellius in Gallieno. Gesnero Calpurnius Sura nominatur: sed corrupté.

CÆLESTINUS Valeriani & Gallieni Imp. temporibus vixit, atque in literas vitam eorum retulit: ut ex Pollione in Valeriano juniore cognoscimus.

ACHOLIUS ætate floruit, tum Valeriani, filiique Gallieni; tum Claudii quoque, ac Aureliani, qui Claudio successit. Libris aliquot Acta Valeriani scripsit. Flavius Vopiscus in Aureliano: *Et quoniam etiam de arrogatione aliqua me dixeram positurum, qua ad tantum principem pertinerent: queso ne odiosior verbosiorve eâ re videar: quam fidei causâ inferendam credidi ex libris Acholii, qui magister admissionum Valeriani principis fuit, libro Actorum ejus not.* Idem contexit Alexandri Severi vitam. Lampridius in vita ejus imperatoris: *Contrâ autem, & Septimius, & Acholius, & Encolpius, vitæ scriptores, ceterique de hoc (Alexandro Severo) talia prædicaverunt: quod ideo addidi, neque vulgi magis famam sequeretur, quam historiam, quæ rumore utique vulgi verior reperitur.* Et post multa: *Scio sanè, plerosque negare, hunc a senatu Casarem appellatum esse, sed à militibus, qui verum profus ignorant: dicere præterea, non hunc fuisse consobrinum Heliogabali: qui, ut nos sequantur, historicos ejus temporis legant, & maxime Acholium, qui & itinera hujus principis scripsit.* Idem antea dixerat: *Nimius ardor oculorum, & diutius intuentibus gravis, & divinatio mentis frequentissima; rerum me-*

moria singularis, quam nemo, nisi Acholius, ferebat adjutam.

JULIUS ATERIANUS, quantum dispicere possum, tempore xxx tyrannorum, vel paullo post vixit. & de iis aut saltem de Victorino tyrannorum uno, quædam consignavit. Trebellius Pollio in Victorino, tyrannorum quinto, hæc ejus ex libro transcripsit: *Victorino, qui Gallias post Iunium Posthumium rexit, neminem existimo præferendam. Non in virtute Trajanum, non Antoninum in Clementia, non in gravitate Nervam, non in gubernando arario Vespasianum, non in censura totius vite, ac severitate militari, Pertinacem, vel Severum. Sed omnia hæc, libido, & cupiditas mulieraria voluptatis sic perdidit, ut nemo audeat virtutes ejus in literas n. itere, quem constat omnium judicio meruisse puniri.*

GALLUS ANTIPATER, sive Antipater Galius, vitam Aureoli, seu Cæsaris, seu tyranni, scripsit; sed fide non bonâ, & admodum ineptè. Trebellius Pollio in Divo Claudio: *Gallus Antipater ancilla honorum* (ita in membranis suis Casaubonus, & Salmasius invenerunt) & *historicorum debonestamentum, principium de Aureolo sic habuit, VENIMUS AD IMPERATOREM NOMINIS SUI. Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere.*

Aureliani ævo fuit **AURELIANUS FESTIVUS**, Cæsaris ejusce libertus, qui vitam Firmi tyranni in literas retulit. Vopiscus in Firmo: *Hæc nos de Firmo cognovisse, scire debuisti, sed digna memoratu. Nam ea, quæ de illo Aurelianus Festivus, libertus Aureliani, sigillatim retulit, si vis cognoscere, eundem oportet legas: maximè, cum dicat, Firmum tandem inter crocodilos unctum crocodilorum adipibus natasse, & elephantum rexisse, & hippopotamos edisse, & sedentem ingentibus struthiocamelis rectum esse, & quasi volitasse.*

Ejusdem Cæsaris ætate vivebat **CORNELIUS CAPITOLINUS**. Laudatur à Trebellio Polliione in Odenato, ubi ex e contra dit, Zenobiam fuisse mulierum orientalium non nobilissimam modò, sed etiam speciosissimam.

SUETONIUS OPTATIANUS, sive, ut in aliis libris vocatur, Aetacianus, vixit tempore Taciti imperatoris, vitamque ejusce Cæsaris fuscè tradidit. Flavius Vopiscus in Tacito: *Quod si quis omnia de hoc viro cupit scire, legat Suetonium Optatianum, qui ejus vitam assatim scripsit.*

Circa hæc tempora etiam fuit **GELLIUS FUSCUS**: ex quo de Tetrico juniore quiddam refert Trebellius Pollio in tyranni ejus vita. Simlero in bibliotheca, & Popeliniero in Historia Historicorum, perperam Dagelius nuncupatur.

Tum etiam, vel paullo post, floruit THEOCLIVS ut vocatur in vulgatis codd. Vopisci, ubi & *Casarianorum temporum scriptor* nominatur. Sed Θεοκλής & Græcum non est, verum Θεοκλής. Quare aut Theocles scribendum, aut *Theo Chius*; ut Casaubono observatum, atque item Salmasio placitum. Ejus meminimus, quia Angelus Politianus Theoclium, extremâ in Suetonium præfatione, Latinos inter historicos recenset. Uti & Alexandrum Severum, qui principum vitas carmine tradidit: ut cap. 11 dicebamus. Sed utrumque non Latinè scripsisse, verum Græcè: ostensum nobis lib. IV de historicis Græcis cap. XVII.

ONESIMUS Probi vixit ætate, ac diligenter vitam ejus Cæsaris exposuit. Vopiscus in Caro imp. *Onesimus, qui diligentissimè vitam Probi scripsit, dicit, Rome illum, & natum, & literis eruditum: sed Illyricanis parentibus fuisse, contendit.* In ea Probi vita de Bonoso tyranno quoque egisse, ostendunt hæc verba Vopisci: *Ipse (de Bonoso loquitur) quantumlibet bibisset, semper securus, & sobrius: & ut Onesimus dicit, scriptor vita Probi, adhuc in vino prudentior.* Nec de Bonoso modò, sed & Proculo tyranno, egit. Nam in Proculo idem Vopiscus ait: *Hortantibus Lugdunensibus, qui & ab Aureliano graviter contusi videbantur, & Probum vehementissimè pertimescebant, in imperium (Proculus) vocatus est ludo penè & joco, ut Onesimus dicit: quod quidem apud nullum alium reperisse me, scio.*

FABIUS CERILIANUS (ut Vopiscus in Caro ait) *tempora Cari, Carini, & Numeriani, solertissimè persecutus est.* Horum autem ætate vixisse, satis ex temporum ratione liquet. Nam quomodo multo post fuerit, quem testem advocat Vopiscus? Vopiscum enim sub Maximiano Cæsare floruisse, argumento est, quòd, in ejusdem Cari vita, fore sperat, ut liceat *per sacratissimum Cæsarem Maximianum Perfæ vincere, atque ultra eos progredi.*

AURELIUS APOLLINARIS fuit temporibus imperatoris Cari, ac filii ejus Numeriani. Vopiscus in Numeriano: *Numerianus, Cari filius, Aurelium Apollinarem, sanctorum scrib. rem, qui patris ejus gesta in literas retulit, isdem, quæ recitaverat, editis, veluti radio solis obtexit.*

FULVIUS ASPRIANUS fuit tempore Cari filiorumque, item Diocletiani, & Maximiani. Carini autem Imp. vitam scripsit ita, ut nec minutissima præteriret. Vopiscus in Carino: *Qui ostiariæ cupit nōsse, legat etiam Fulvium Asprianum, & que ad cædium, gestorum ejus universa dicentem.*

CAP. V.

Asclepiodotus de vita Diocletiani. Claudius Eusthenius de vita quatuor imperatorum. Quid scriptas à Spartiano vitas habeamus, & quas præterea in literas statuerit referre. Vulcatii Gallicani ætas, ac propositum. Argumentis occurritur, quæ scrupulum injiciunt de auctore vitæ Avidii Cassii.

ASCLEPIODOTUS sub Diocletiano claruit. Hic vitam ejus imperatoris in literas misisse videtur: idque ob ista Flavii Vopisici verba, quæ in Aureliano legere est: *Verconius Herennianus, præfectus pratorio Diocletiani, teste Asclepiodoto, sæpe dicebat, Diocletianum frequenter dixisse, cum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse, quàm principem. Nam: jus nimia ferocitas eidem displicebat. Continuo sequitur: Mirabile fortasse videtur, quòd contemptum Diocletiano Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet. Sed de hoc posteri judicabunt. Dicebat enim, quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas, sciscitantem, utrùm apud ejus posteros permaneret: sum illas respondisse, dixit. Nullius clarius in Rep. nomen, quàm Claudii posterorum, futurum.*

CLAUDIUS EUSTHENIUS Diocletiano ab epistolis fuit, ac quatuor imperatorum vitas tradidit, Diocletiani, Maximiani, Galerii, & Constantii. Flavius Vopiscus in vita Carini: *Post quos Diocletianum, & Maximianum, principes dñ dederunt, jungentes talibus viris Galerium, atque Constantium: quorum alter natus est, qui acceptam ignominiam Valeriani captivitate deleveret: alter, qui Gallias Romanis legibus redderet. Quatuor sanè principes mundi, fortes, sapientes, benigni, & admodum liberales, unum in Republica sentientes: præterea senatui Rom. moderati, populo amici, potestate graves, religiosi, & quales principes semper oravimus: quorum vitam singulis libris Claudius Eusthenius, qui Diocletiano ab epistolis fuit, scripsit: quod idcirco dixi, ne quis à me tantam rem quaereret, maximè quum vel vivorum principum vita non sine reprehensione dicatur.*

ÆLIUS quoque **SPARTIANUS** imperatoris Diocletiani temporibus floruit: atque ad eum vitam misit Adriani, Ælii Veri, Didii Juliani, Severi, & Pescennii Nigri. Ab eodem quoque traditam habemus vitam Antonii Caracalli: sed cui ea missa fuerit, libri non

exprimunt. Item exstat vita Antonii Getæ, quæ Constantino Augusto nuncupatur. Verùm eorum etiam vitas scripsisse, qui ante Adrianum imperarunt, liquet ex initio vitæ Ælii Veri, ubi ait: *In animo mihi est, Diocletiane Auguste, tot principum maxime, non solum eorum, qui principem locum in hac statione, quam temperas, retentarunt, ut usque ad divum Adrianum FEG I: sed illorum etiam, qui vel Cesarum nomine appellati sunt, nec principes, aut Augusti fuerunt: vel quolibet alio genere, aut in famam, aut in spem principatus venerunt, cognitioni numinis tui servare.* Ex quibus verbis etiam, quid sibi proposuerit, cognoscimus. De quo & in fine illius Augusti scribit: *Mihi propositum fuit, omnes, qui post Cesarem dictatorem, hoc est divum Iulium, vel Cesares, vel Augusti, vel principes appellati sunt, quique in adoptionem venerunt, vel imperatorum filii, aut parentes, Cesarum nomine consecrati sunt, singulis libris exponere.* Verùm non perfecisse, quod in animo habebat, argumento illud erit, quòd is, qui paulò junior est, Fl. Vopiscus, auctor est, Aureliani vitam scriptam esse à nemine. Cæterùm summus vir, Claud. Salmasius, testatur, in optimæ notæ excerptis Spartiani, quæ è Palatina habuerat bibliotheca, etiam Spartiano tribui, tum vitam Antonini Pii, Antonini Philosophi, Veri imper. Pertinacis, Clodii Albini, & Opillii Macrini: quæ vulgò Capitolini creduntur: tum vitam Avidii Cassii, quæ Vulcatio Gallicano adscribi solent: tum Commodi, Antonini Diadumeni, Heliogabali, & Alexandri Severi, quæ Lampridii creduntur. De illis Vulcatio, & Lampridio, tributis quid statuam, inferiùs exponam. De istis verò, quæ Capitolini putantur, ita censeo, propter sola illa excerpta, eum, qui hætenus vitarum illarum auctor creditur, antiquâ possessione deturbari non debere. Nec movet, quòd hîc singuli imperatores singulis exponantur libris: Capitolinus verò dicat, se hunc morem servaturum, ut sicubi possit, duos pluresve imperatores uno volumine comprehendat. Nam non semper similiter sensit: sed, cum prius libros singulos singulis destinasset, postea consilium mutasse, liquet ex initio vitæ Gordianorum. Quæ de re plura in Capitolino dicam. De stylo res nota, veri & aliorum, qui cum Spartiano conjungi solent. Ut sunt Gallicanus, Trebellius Pollio, Julius Capitolinus & alii. De quibus sic Erasmus in Ciceroniano: *In his vix est quod probes, præter historia fidem. Nam agitentur sermonis Latini castimoniam.*

VULCATIUS GALLICANUS V. Cl. (eos autem clarissimos dixit, qui dignitatis essent Senatoriæ) quid scribere propositum

tur habuerit, & quâ ætate vixerit, hæc ejus verba ostendunt: *Proposui, Diocletianæ Augustæ, omnes qui imperatorum nomen, sive justè, sive injustè, habuerunt, in literas mittere, ut omnes purpuratos Augustos cognosceres. Sed hodie nihil ejus habemus, præter vitam Avidii Cassii; unde verba ista depromsi. Imò nec omnium tradidisse vitas, certum est: quandoquidem ante Vopiscum vitam Aureliani prodidit nemo: ut initio illius Augusti locuples ipse testis est. Vopiscum autem paulò post Vulcatium scripsisse, ex eo colligo, quòd Trebellii Pollionis meminerit initio Aureliani; Julii autem Capitolini, & Ælii Lampridii, initio Probi. Atqui isti ætate Vulcatii vixere. Sed nec illud memoratu indignum, in optimis, & antiquissimis Spartiani excerptis, quæ fuere in bibliotheca Palatina, illam Avidii Cassii vitam tribui Spartiano: ut doctissimus Salmasius observavit. Qui & tandem eò inclinavit, ut eum genuinum esse auctorem arbitretur: idque propter tam multa, quæ conveniunt; uti ætas, dictio, etiam propositum; quia, ut Lampridius ait, statuisse se omnes, qui post Julium Cæsarem vel Augusti, vel Cæsares, vocati essent, singulis explicare libris: ita & apud scriptorem vitæ Avidii Cassii legas, proposuisse eum, omnes, qui imperatorum nomen, sive justè, sive injustè, habuerunt, in literas mittere; uti antè etiam audivimus. Adde quòd, ut Lampridium constat, non præstitisse, quod proposuerat: ita nec scriptor vitæ Cassianæ id fuit executus. Nam Vopiscus negat quemquam ante se Aureliani vitam literis signasse. Atque idem Vopiscus planè præterit Vulcatii nomen, etiam ubi occasio ejus memorandi optima: ut cum in tradendis principum vitis imitari se ait *Gargilium Martialem, Iulium Capitolinum, Ælium Lampridium, ceterosque, qui hæc, & talia, non tam disertè, quam verè, memoria prodiderunt.* Verùm sic dicere possumus. Vulcatium hic inter ceteros illos comprehendendi. Nomen verò ejus non exprimi hoc loco, quòd etsi proposuisset de omnibus Imperatoribus scribere, idque fortasse æmulatione aliquâ Spartiani compulsus: tamen paucorum admodum vitam, imò fortean non aliam, quàm illam Avidii, in lucem edidisset. Et, si ea Avidii vita à Vulcatio scripta non est, unde factum dicemus, ut non tam Spartiani, Lampridii, aut Capitolini nomen, in quo proclivis fuisset error in miscella ista historia, ubi nunc hoc, nunc illud, nunc istud nomen inscribitur: quàm nomen legatur Vulcatii Gallicani, quod non alibi occurrit, nec tamen à libris temere præscriptum videtur.*

CAP. VI.

De Trebellii nomine. Quæ Trebellius Pollio scripserit: ac quæ sola supersint. Cur librum inscripserit de xxx tyrannis. Reprehensus, quòd alieni temporis tyrannum misisset, ut numerum tricenarium expleret. Excusatus, quòd etiam feminas addiderit. De duplici editione, tum ejus operis, tum vitæ Claudianæ. Vita Valeriani mutila: & unde sit, quòd in codd. nonnullis Capitolino tribuatur. Eam ad Constantium Cæsarem, non ad Constantinum, scriptam esse.

Proximus est TREBELLIVS POLLIO. Is in principe editione, quæ Mediolani prodiit, *Trebellius* dicitur: uti & Joanne Aventino in scriptoribus, quos secundo Annalium præmittit: sed perperam. Nam in antiquis inscriptionibus constanter legas, *Trebellius Pelidianus, Trebellius Marinus proc. Trebellia Tyche*, aliâque id genus. Adde quòd *Trebellius* factum est è *Trebius*: quod in iisdem inscriptionibus crebrum. Uti, *Trebius Germanus, C. Trebius Longus, Trebia C. F. Filumena*, ac similia. Imò in membranis hic ipse scriptor *Trebius Pollio* nominatur, ut Salmasio monitum. Pollio hic, ut Flavius Vopiscus in Aureliani vita scripsit, à duobus Philippis usque ad Divum Claudium, & ejus fratrem *Quintillum*, imperatores, tam claros, quàm obscuros, memorie prodidit. Sed non habemus hodie vitam Philipporum, vel Decii, qui Philippis successit, vel Galli, & Volusiani, qui post Decium imperarunt. *Quin* è vita Valeriani patris, qui post Gallum, & Volusianum, imperium tenuit, extrema solum supersunt. Ac præterea habemus vitam Valeriani filii, item Gallienorum duorum, & xxx tyrannorum, qui Gallieni temporibus imperium occuparunt. Adhæc divi Claudii. Quòd verò volumen suum de xxx tyrannis inscripsit, eò respexit, quòd, Athenis à Lyfandro captis, xxx tyranni imperarunt. Bellum videbatur, si totidem tyranni, Valeriani ac Gallieni temporibus, imperasse viderentur. Verùm non plures reperit, quàm xxix. Itaque, ut numerum rotundum impleret, adjecit Valentem superiorem, alieni temporis tyrannum; ut quem ipse Decii temporibus rebellasse, fateatur. Hoc verè est, quod Græci dicunt, *δὲλθὲν τῆς τριακῆς*, ac, Lesbiorum more,

more, in structura uti plumbeâ regulâ, quâ fit, ut non paries normæ, sed norma parieti accomoderetur. Sanè si extra Valeriani, & Gallieni, tempora ire licuit, quot alios adjuce potuit tyrannos! Sed ut in eo Pollionem excusare non possumus: ira in illo culpari non meretur, quòd duas addidisset feminas, Zenobiam, & Victoriâ. Viri quidem docti, qui in templo Pacis convenire, deque literis tractare solent, illud in Pollione reprehendebant, quòd, xxx tyrannos pollicitus, immiscuisset duas, ut sic dixerim, tyrannas, vel, ut Græci malent, *tyrannidas*. Verùm ea parte planè injurii fuerunt. Nam, quòd feminas vulgò non vocamus tyrannos, haut magis mirandum, quàm quòd nec tyrannæ appellantur. Nempe id rei magis insolentiâ, quàm vocabuli vitio fit. Cur enim non eam tyrannum æquè, ac furem, aut homicidam, dicere liceat? Atque ut non aliter, quàm tyrannam vocitare liceret: sanè sic quoque sub tyrannorum nomine, velut sub digniori genere, recèntes tyrannas complectamur; haut aliter ac qui poëtas laudet, etiam poëtrias intelligat. Pollio nihilominus, monitus ab amico, propterea se vapulare, quòd, pollicitus xxx tyrannos, tyrannas immisceret, secundâ editione xxx illis tyrannis duos adjecit, ut, si feminæ non viderentur tyrannorum nomen mereri, saltem, duobus illis additis, justus expleretur numerus. Atque hoc ostendunt verba illa, quæ adjecit post editionem primâ: *Hæc sunt, quæ de triginta tyrannis dicenda videbantur: quos ego in unum volumen iccirco contuli, ne, si de singulis singula quaque narrarem, nasceretur indigna fastidia, & ea, quæ ferre lætor non posset.* Studiosè in medio feminas posui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigiosius passa est res Romana. Duos etiam nunc tyrannos, quasi extra numerum, quòd alieni essent temporis, additurus unum, qui fuit Maximini temporibus; alterum, qui Claudii: ut tyrannorum xxx viri hoc volumine tenerentur. *Quæso, qui expletum jam librum acceperas, boni consulas, atque hos volumini tuo volens addas: quos ego, quemadmodum Valentem superiorem huic volumini, sic post Claudium, & Aurelianum, his, qui inter Tacitum, & Diocletianum, fuerunt, addere desinaveram. Sed errorem meum major historiae diligentia tua eruditionis avertit. Habeo igitur gratiam, quòd titulum meum prudentia tua benignitatis implevit. Nemo in templo Pacis dicturus est, me feminas inter tyrannos, cum risu & joco, tyrannas videlicet, & tyrannides, ut ipsi de me solent jactare, posuisse. Habent integrum numerum ex arcanis historiae in meas literas datum. Titus enim, & Censorinus, quorum unus, ut dixi, sub Maximino, alter sub Claudio fuit, ambo ab iisdem militibus, à quibus purpurâ delati fuerant, interempti sunt.* Hactenus Pollio. Atque ita ille quidem

explevit numerum triginta virorum, qui tyrannidem invassissent: sed, si demas Zenobium, & Victoriam, solum xxvi erunt, qui Valeriani & Gallieni temporibus fuerint. Quantopere verò, uti agebam, tyrannorum numerus excrescere poterat, si alieni etiam temporis tyrannos addere licebat! Nec solum de triginta tyrannis, sed etiam de Claudii vita, iteratà dedit editionem. Eà pleraq; de Claudio recoxit: & quia reprehendebatur, quasi, in gratiam Constantii Cæsaris, virtutem Claudii, à cuius fratre Constantius genus ducebat, nimis extulisset: subinde istiusmodi obtreccionibus occurrit. Ut cum ait, *Dicat nunc, qui nos adulationis accusat, Claudium minus esse amabilem.* Item: *Vera dici fides cogit: simul ut sciant hi, qui adulatorem nos existimari cupiunt, id, quod historia dici postulat, nos non tacere.* Addamus aliquid de vita Valeriani patris. In plerisque enim membranis, quas & Robertus à Porta secutus fuit, vita ea tribuitur Julio Capitolino. Qui error inde provenit, quia codex ille, unde omnes promanarunt, mutilus erat: ut in quo, præter alia, desideraretur, quomodo per annos lxx vità laudabili in eam gloriam conscendisset. Hoc fusè Pollio tractârat, quòd nunc verbulo tantùm attingitur. Prior igitur, ut dicebamus, pars vitæ Valeriani deperiit, & unà vitæ inscriptio. Unde factum, ut residua pars crederetur esse Capitolini, cuius liber de Maximi, & Balbini vita proximè autecerat. Credat aliquis, vitam Valeriani integram haberi, quia à genere Imperatoris ejus incipit. Sed initium istoc in melioribus membranis desideratur, ut omnino, velut statuæ cuidam, caput hoc appositum sit Pollioni. Quàm ineptè autem hoc fecerint, patebit consideranti, quomodo vita illa legatur in codd. MSSis, quorum fidem optimè in eruditissimis suis castigationibus ac notis Salmatius expressit. Vita Claudii, quod ætatem Pollionis clarè docet, scripta ab eo est, non quidem ad Constantinum Cæsarem; ut est in vulgatis codd. sed, quod jam viris doctis observatum, ad patrem ejus Constantium, ut hæc verba docent: *Quæ iccirco posui, ut sit omnibus clarum, Constantium, divini generis virum, sanctissimum Cæsarem, & Augustæ ipsum familiæ esse, & Augustos multos de se daturum, salvus Diocleriano, & Maximiano Augustis, & ejus fratre Galerio.* Etiam initio ejus vitæ legas: *Feliciter ventum est ad principem Claudium, qui nobis intuitu Constantii Cæsaris cum cura in literis digerendus est.* Et satis liquet, Constantii, non Constantini, legi deberi in Gallienis: *Contra Posthumium igitur Gallienus cum Aurelio, & Clodio duce, qui postea imperium obtinuit, principe generis Constantii Cæsaris nostri, bellum incepit.* Ac ali-

quantò

quantò pòst: *Is enim est Claudius, à quo Constantius, vigilantissimus Caesar, originem ducit.* Atque hæc simul indicant tempore Constantii claruisse. Quicum illud convenit, quod dicat avum suum fuisse familiarem Terrico juniori. Scriptoris hujus diligentiam Vopiscus commendat initio Firmi sui. Nec, si ætatem cogitemus, quâ vixit, laude caret dictio ejus. De qua non admodum refrager Gesnero, qui, tom. 1 Bibliothecæ, eam tersam esse ait, paulloque altiùs adfurgere, qualis historico convenit. Sin comparemus eum cum Augustæ ævo, longissimè abest. Unde Petrus Bembo lib. 1 v epist. primæ eorum, quæ ad Fredericum Fregosium, Archiepiscopum Salernitanum scriptæ sunt, in *Pollione multa inepre* esse ait: ut inter alia, cum *decennales ludos* vocat *decennia*, quasi *decennia* dicatur ut *Floralia*, *Rubigalia*.

C A P. VII.

Julii Capitolini ætas, ac Vitæ, & cur, cum singulis imperatoribus singulos libros antè destinasset, consilium postea mutavit. Lactantii Firmiani Itinerarium. Quorum vitas Lampridius in literas miserit. Tattius, seu Statius Cyrillus, interpres potius, quàm historicus. Flavii Vopisci Vitæ, atque ætas, & à quo imperatore scriben. li fecerit initium: item ut bono cuncta ordine consignet: adhæc ut impii Apollonii Tyanei vitam gloriosis literarum monumentis signare statuerit. Fabium Sossianum perperam historicis accenseri.

IULIUS CAPITOLINUS ad Diocletianum Augustum vitam scripsit Antonini Pii. Etiam vitam consignavit M. Antonini philosophi; sed non exprimunt libri, cui eam nuncupavit. Item Veri Imperatoris, quæ eidem dicata Diocletiano. Nisi illa potius Spartiani est. Adhæc vitam Pertinacis. Tum autem Clodii Albini, quæ consecrata Constantino Augusto: non Diocletiano, quod putabat Casaubonus initio notarum in Spartianum. Præterea vitam Opilii Macrini, quæ ad eundem missa est Constantinum. Uti & duorum* Maximinorum, & Gordianorum trium. Eiusdem quoque habemas Maximum, & Balbinum: sed cui eos miserit, ignoratur. Reliqui, quos scripturæ, imperatores perierunt. Cæterùm non eandem in vitis istis perscribendis inlicitam viam.

Primùm enim singulis imperatoribus librũ suum destinárat. Postea consilium id displicuit. En verba ipsius Capitolini, initio vitæ Gordianorum: *Fuerat quidem consilium, venerabilis Auguste, ut singulos quosque imperatores, exemplo multorum, libris singulis ad tuam clementiam destinarem, (nam id multos fecisse, vel ipse videram, vel lectione conceperam) sed improbum visum est, vel pietatem tuam multitudinem distingere librorum, vel meum laborem plurimis voluminibus occupare.* Ubi non tantùm se mutasse sententiam dicit: sed etiam, & prioris, & posterioris consilii causam exponit: prioris quidem, quòd multi sic facere solent; quorum exemplo purgat factum prius, de quo tum omnibus satis constabat: posterioris autem, quia si posthac plures jungat imperatores; & sibi, scribendo; & Augusto, legendo; minùs creaturus sit molestiæ ac laboris. Hunc in modum præfari voluit, ut omnes cognoscerent, cur non eandem nunc viam iniret, quam antea instrisset.

LACTANTIUS, cui patria Firmum Picenum (*Φίρμιον* corruptè vocatur in codd. Ptolemæi) Diocletiani temporibus docuit Rhetoricen Nicodemæ, ac senectute extremâ instituit Crispum, filium Constantini Magni: quem pater postea interemit. Plus elocutioni quàm eruditioni, studuisse; iudicium est Antonii Galatzei libro de Lapygiæ situ. Inter alia *ὁδοιπορικῶν* hexametris condidit ab Africa Nicodæiam usque: ut B. Hieronymus refert in catal. script. ill. cap. LXXX. & Honorius in luminaribus Ecclesiæ. Carmen hoc deperiit; ejusque loco Lactantio tribuuntur poemata quædam, quæ partim sunt Venantii Fortunati, partim incerti scriptoris. Sanè nec Hieronymus eorum meminit, nec in vet. libris Lactantio adscribuntur. Phœnix verò nec hominis est Christiani; ut Lactantius scripsisse non possit; nisi fortè cum adhuc gentiliū erroribus captus detineretur. Quod si Phœnix alterius est, ut arbitror: ne inde quidem conjectare licebit, quam solertem poetam disertissimus ille orator in *ὁδοιπορικῶν* suo se comprobavit.

ÆLIUS LAMPRIIDIUS inter eos est, quos, in vitis principum perscribendis, imitari se dicit Vopiscus in Probo suo. Scriptas ab eo habemus vitas quatuor istorum, Commodi Antonini, Antonini Diadumeni, Antonini Heliogabali, & Alexandri Severi: quarum duæ posteriores dicatæ sunt Constantino Augusto. Dubitari ramen possit, utrùm vita illa Alexandri Severi auctorem habeat Lampridium. Vulgò quidem ei, etiam in principe editione Mediolauensi, adscribitur. Sed Spartiano adsignat optimus Palati-

nae quondam bibliothecæ codex: uti & Robertus à Porta Bono-
niensis. Quin excerpta Spartiani, quibus ex eapſe bibliotheca
Salmasius uſus fuit, non ei hanc modò vitam tribuunt; ſed etiam
illas trium Antoninorum, quas antè referebam. Sed hoc ſi verum
eſt, nihil amplius Lampridii ſuperſit. Verùm non ego plus auſim
fidei tribuere unis illis excerptis, quàm ipſis codicibus Spartiani, &
Mſſis, & excuſis. Aut ſi excerptis illis fidem derogari duriùs vi-
detur: dixerò eundem mihi Ælium Spartianum, atque Ælium Lam-
pridium videri. Auſonii iſtòc notum,

----- *Tria nomina nobiliorum.*

Porro, præter tres quatuorve iſtas, aliorum quoque vitas reli-
querat Spartianus: eaſque inter Marci Antonini, cujus ipſe memi-
nit initio vitæ Commodi. Non tamen pertexuiſſe omnium vitas
uſque ad Conſtantinum, vel etiam Diocletianum: imò ne Aurelia-
ni quidem vitam edidiſſe: clarè colligitur ex Auguſti ejus vitæ
Vopifco ſcripta.

Sub Conſtantino etiam vixit TATIUS, ſive, ut Mſſi vo-
cant, STATIUS CYRILLUS; qui imperatorum Romanorum
vitas ex Græco vertit Latinè. Julius Capitolinus, in duobus Ma-
ximinis: *Ne ſatiſidioſum eſſet clementiæ tuæ, Conſtantine maxime, ſingu-
los quoſque principes, vel principum libros, per libros ſingulos legere: adhi-
bui moderationem, quæ in unum volumen duos Maximinos, patrem filium-
que, congererem. Servavi deinceps ordinem, quem pietas tuæ etiam à Tatio
Cyrillo, clariffimo viro, qui Græca in Latinum vertit, ſervari voluit: quod
quidem non in uno tantum libro; ſed etiam in plurimis deinceps reſervabo:
exceptis magnis imperatoribus, quorum res geſta plures atque clarioreſ lon-
giorem deſiderant textum.*

FLAVIUS VOPISCUſ Syracuſius edidit vitam Aureliani
Imper. Item Taciti Imp. & fratris ejus Floriani. Adhæc Probi,
quam ad Celfum ſcripſit: nempe Rufum Celfum, ut in Firmo vo-
cat. Edidit item quadrigam tyrannorum, Firmi, Saturnini, Pro-
culi, & Bonofi. Præterea trigam imperatorum, Cæſari putæ, Nume-
riani, & Carini. Neque præter iſta, quæ hodie exſtant, quicquam,
vel ab ipſo auctore, vel ab alio ſcriptore, citatur. Quæ vixit æta-
te, non uno colligere eſt argumento. Avum enim ſuum interfuſ-
ſe dicit concioni, cùm Aper manu occideretur Diocletiani. In
Carino autem quatuor heſce principes laudat, Diocletianum,
Maximianum, Galerium, & Conſtantium: atque horum, ſingu-
lis libris, vitam eſſe proditam ait ab Claudio Euthenio, qui Dio-
cletiano

cleriano ab epistolis erat: atque hoc iccirco à se dici, nequis rem tantam à se petat, *maximè cum vel vivorum principum vita non sine reprehensione dicatur.* Unde liquet, vixisse post obitum Constantii Chlorig, qui Constantini M. pater fuit. Et tamen in Aureliano ait: *Et est quidem jam Constantius imp.* Sed, puto, ab Aureliano scribendi initium fecit. Carinum verò in literas misit post obitum Constantii. Vel hoc verum est, vel scribi debet, *jam Constantinus imper.* Vel intelligendus Constantius, Constantini fil. At omnino verius, quod primo loco dicebam. Nam Aurelianum multò ante alios editum fuisse, verba hæc ostendunt in Probo: *Sed non patiar ego ille, à quo duorum solus Aurelianus est expertus, cujus vitam, quantum potui, persecutus, Tacito Florianoque jam scriptis, non me ad Probi facta conscendere: si vita suppetet, omnes, qui supersunt, usque ad Maximianum Diocletianumque dicturus.* In Vopisco, præter eruditionem, illud etiam laudamus, quòd omnia ordine narrat meliori, quàm factum fuit à Spartiano, Capitolino, atque aliis historiæ Augustæ scriptoribus, in quibus pleraque valde turbata. Cæterùm decrèrat quoque memoriæ tradere vitam Apollonii Tyanei, plani illius, cujus magicas fraudes veris Christi miraculis opponebant gentiles. Hunc impostorem Vopiscus in Aureliano appellat *celeberrimæ famæ auctoritatisque sapientem, veterem philosophum, amicum verum deorum, ipsi etiam pro numine frequentandum.* Et post aliqua de eodem ait: *Quid enim illo viro sanctius, venerabilius, antiquius, diviniusque inter homines fuit? Ille mortuus reddidit vitam. Ille multa ultra homines & fecit, & dixit: que qui volent nôsse, Græcos legat libros, qui de ejus vita conscripti sunt.* Ex his cognoscere est, ut Vopiscus magnis folliibus propudiosa fuerit mendacia spiraturus, si scripisset vitam Apollonii, quam continuò pòst promittit, his verbis: *Ipsè autem, si vita suppetat, atque ipsius viri favori usquequaque placuerit, breviter saltem tanti viri facta in literas mittam: non quòd illius viri gesta munere mei sermonis indigeant, sed ut ea, que miranda sunt, omnium voce prædicentur.*

FABIUS SOSIANUS etiam à Gesnero inter historicos referretur, ac vitam Firmi in literas retulisse dicitur: sed argumento id colligit planè infirmo. Nec enim aliud habet, quod pro se adferat, quàm illum Flavii Vopisci locum in Firmo: *Scis enim, mi Basse, quanta nobis contentio proximè fuerit cum amatore historiarum M. Fontejo, cum ille diceret, Firmum, qui Aureliani temporibus, Ægyptum occupaverat, latrunculum fuisse, non principem: contra ego, mecumque Rufus Celsus, & Cæionius Iulianus, & Fabius Sosianus contenderent, illum & puri*

parâ usum, & percussa monetâ Augustum esse vocitatum. Sermo-
ne enim, non scripto, velitatio hæc institui potuit. Atque idem
judicium est de duobus aliis hic memoratis, nempe CEIONIO
JULIANO, & RUFO CELSO: etsi & isti in bibliothecâ Ges-
nerianæ compendio Simleri, & exinde à Popeliniero in Historico-
rum Historia, inter eos referantur, qui vitas imperatorum posteris
reliquerunt.

CAP. VIII.

Aurelii Victoris ætas, dignitas, tenuis origo, libri duo genuini. Sed liber de Origine gentis Romanæ, alterius est; qui & de Origine gentis Patavinæ egerit. Religione prior ille gentilis. Duo alii Aurelii Victores, unus hoc antiquior, alter eo junior. Eutropii breviarium, ætas, militia. Refelluntur varii, qui discipulum esse Augustini tradiderunt. Stylus cujusmodi, ac tralatio Græca Pæanii. Alius ab eo, tum Eutropius grammaticus, tum Eutropius medicus. Sexti Rufi breviarium ad Valentinianum. Ejusdem, vel alius ejusdem nominis, esse descriptionem Romæ, quæ creditur P. Victoris. Hilarii Pictaviensis liber de Synodo Ariminensi, & Seleuciensi. Aquilii Severi $\delta\delta\omega\mu\epsilon\lambda\sigma\acute{o}\nu$. Pontificum vitæ non Damasi sunt, sed Anastasi bibliothecarii.

SEXTUS AURELIUS VICTOR, qui beneficio Cl. Viri, Andrea Schotti, prodiit in lucem, ætate vixit Constantii & Juliani imperatorum. Siquidem in M. Antonino Philosopho ait, Constrata terræ motu nostrâ ætate Nicomedia, Cereali consule. At Neratius Cerealis post 1x Constantii consulatum consul fuit. Adhæc in Julio Philippo inquit, Nostrâ quoque ætate, post mille, centesimus, consule Philippo, excessit, nullis, uti solet, sollempnibus frequentatus. Denique in Constantino ait, Ac memoriâ meâ Constantinum (malim cum Schotto Constantium) quamquam cæteris promptum virtutibus, ad usque astrâ votis omnium subyexere. Quare nec dubium, quin hic sit ille Aurelius Victor, qui cum Valentiniano consul fuit anno Urbis $\epsilon\lambda\omicron\kappa\chi\iota$. Ac longè minùs ambigo, quin idem sit Victor, de quo sic Ammianus Marcellinus lib. $\kappa\chi\iota$; Imperator (Constantius)

tius) revertitur Nassum, copiosum opidum: quò inde expedire cuncta disponeret suis utilitatibus profutura: ubi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exinde venire præceptum, Pannoniæ secunda Consularè præfecit, & honoravit æneâ statuâ, virum sobrietatis gratiâ multilaudum, multò post Vrbi præfectum. Atque eo ex loco simul cognoscimus, quò virtute, & honestarum artium studiis, pertigerit, licet *rure ortus, tenuique & indocto patre*, ut ipse de se Victor in Severo scribit. Exstant hujus Victoris libri duo. Prior est de Viris Illustribus à Proca usque ad Julium Cæsarem; qui vel Cornelio Nepoti, vel Plinio Novocomensi, vel Suetonio etiam falsò tribui solet. Alter continet vitas Cæsarum usque ad Juliani tertium consulatum. His libellis præmittitur *Origo gentis Romanæ*. Sed cur commentationeula istæc minùs credatur ejusdem esse Victoris, verisimile facit titulus ejus: quando istic legas, ex fontibus illis petitam esse, ex quibus sua hausere juniores ipsi, Livius, & Victor Afer. Quis enim sit Victor ille Afer, si non est historicus ille Ammiano memoratus, ac cujus duo sunt libelli, quos dicebamus? Nec obstat Afri cognomen. Nam Aurelium Victorem natione fuisse Afrum, à vero non abhorret, quandoquidem multus est in ea laudanda, ac alicubi appellat *terrarum decus*. Quamobrem ita colligimus, libellum illum de Origine gentis Romanæ congestum esse ab aliquo, qui fuerit post Aurelium Victorem. Atque idem scripsit *De origine gentis Patavine*: ut ipse initio libelli de origine gentis Romanæ testatur. Victorem fuisse hominem gentilem, vel inde constat, quòd in Hadriani vita eò inclinât, ut Antinoi sacrificium res fuerit pia religiosaque. Alius ab hoc scriptore est Aurelius Victor, cognomento Primus, de quo sic Julius Capitolinus in Opilio Macrino: *Verba denique Aurelii Victoris, cui Primo cognomen erat, hæc fuerunt: Macrinum, libertinum hominem, prostibulum a servilibus officiis occupatum &c.* Nam Julius Capitolinus misit eam Macrini vitam ad Diocletianum Augustum: ut historicum istum laudare non potuerit, qui breviarium suum perduxit usque ad tempora Juliani. Adde quod ea de Macrino neutrquam in hoc Victoris breviario legantur. Alius quoque est Sex. Aurelius Victor, cujus exstat opusculum de vita & moribus imperatorum Romanorum usque ad Theodosii excessum: de quo postea dicemus. Imò nec semper satis convenit inter hosce Victores historicos: ut cum ille Schotti duos tantum, alter autem tres agnoscit Gordianos.

a Ita huc locum distinguo, ut dicat, non hominem prostibulum, quod sumus vir senser: sed prostibulum occupatum.

EUTROPIUS, sophista Italus, ut eum vocat Suidas, cum alia quedam eodem

eodem teste, tum breviarium scripsit rerum Romanarum ab V. C.
 usque ad Flavium Valentem Augustum, cui & opus suum dicavit.
 Militasse se ait sub Juliano, atque expeditioni ejus in Persas inter-
 fuisse. Quod & pertinent verba Georgii Codini in Selectis de Ori-
 ginibus Constantinopolitanis, ubi sic scribit a: *Εὐτρόπιος ὁ ἐπι-
 σκός, ὁ τῆς πατριάρχης Ἰερουσαλῶν συνπατριῶν ἐν τῇ Νεγοσίδ.* Laudat verò
 eum testem in rebus Constantini Magni, quæ oculis suis vidisse
 eum ait. Atque ex his patet error Ptolemæi, & hujus se autorita-
 te tuentis Raphaëlis Volaterrani, qui Eutropium hunc fuisse pu-
 tarunt discipulum B. Augustini. Quæ & sententia est Philippi Ber-
 gomatis in Suppl. Chron. ad an. ccccxxix. Item Gesneri, & Eifin-
 grinii, & Theodori Zuingeri Theatri sui volumine vi lib. i. i: adhuc
 Posselvini in Apparatu sacro, atque aliorum. In errore omnes eos
 impulit, quod Gennadius in illustrium virorum catalogo Eutropiū
 quendam referat, de quo hunc in modum apud eum legitur: *Eutro-
 pius presbyter scripsit ad duas sorores, ancillas Christi, quæ ob devotionem pu-
 dicitia, & amorem religionis, exheredatæ sunt à parentibus, epistolas in modū
 libellorum consolatorias, elegantis & aperto sermone duas, non solum ratione,
 sed etiam testimoniis Scripturarum munitas.* Meminit autem ejus Gen-
 nadius post Augustinū, Orosium, alios. Hunc illi esse breviarii scri-
 ptorem crediderunt. Sed tempora repugnant, cum auctor breviarii,
 Constantini, ejus liberorum, Juliani, Joviani, & Valentis tempo-
 ribus vixerit: at non item Gratiani, aut Theodosii; saltem non Ar-
 cadii, & Honorii: ut Augustino esse junior non possit. Adhæc il-
 le Gennadio memoratus presbyter erat: at hic an Christianus fuerit,
 ambigitur, cum reticeat Christianorum persecutiones, ac in Jo-
 viano apertè suadeat perfidiam. Scio esse, qui Christianum fuisse
 colligant exinde, quod de Juliano scribat: *Religionis Christianæ infes-
 tator, perinde tamen ut cruore abstineret.* Sed ita quoque scribere po-
 tuit gentilis, saltem qui in confinio tenebrarum ac lucis constitu-
 tus, nec gentilem religionem probaret, nec Christianæ tamen no-
 men dedisset: quales seculum illud habuit multos. Sed utcumque
 hoc est, tempora, ut vidimus, eos refellunt, qui Augustino Eutro-
 pium faciunt juniorem. Ac mirum in isto etiam aberrasse virum
 temporum bene gnarum Stephanum Pighium Campensem in An-
 nal. Rom. ad an. Urbis lcccxxviii, ubi sua de atroci Africæ pestilentia
 ex locustis coorta exscripsisse ait Eutropium ex Orosio: qui demū
 scripsit post Romam ab Alaricho captam. Ubi & alter error. Nihil eni-
 nim de eo Eutropius. Credo dicere voluit Paulum sive Joannē Dia-

con. in cuius historiâ Miscella eadem ex Orofio transcripta legere est. Stylum si spectes parû est concinnus : sed hoc ætati, quâ vixit tribuamus. Res verò ipsas compendio satis commodo constrinxit. Sanè quanti à Græcis fieri soleat, vel argumento illud erit, quòd Capito, *historicus* Lycius, epitomes Eutropii *μετάφρασην* scripserit Græcè: ut Suidas docet in *Κανόνων*. Imò & Sinnerus, in Appendice Bibliothecæ Gesneri, testatur, in bibliotheca P. Pithæi existare *Παλαιῆς μετάφρασην* Romanæ Eutropii historiæ. Ac video quædam ex Pæanio hoc citari à Scaligero. Compendio Eutropii Paullus Diaconus, malo sanè exemplo, sua inferfit; ut liquet ex undecim primis historiæ miscellæ libris: de quibus dicemus, cùm ad Paullum primis historiæ deventum erit. Meminit & Eutropii Beda Histor. Angl. lib. 1 cap. xi, & qui seculo toto Bedâ junior est, Hincmarus Rheimensis, opusculo ad Hincmarum Laudunensem cap. xvi: ubi de Castello Lauduno loquens ait: *Quod sicut Eutropius, antiquus historiographus, dicit, auctore Marcobrio pratore conditum, ab exordio sui in paganismo inter civitates, & provinciales sedes, nomen & iocum non habuit.* Facit & mentionem Flodoardus Pontif. Rem lib. 1 cap. 1, & Leo Ostiensis (qui Alexii & Henrici Imp. temporibus fuit) Chronici Casinensis lib. 1 cap. xvi 1. MSus semel iterumque existat in publica Cantabrigienfis Academiæ bibliotheca. Item apud eosdem in Bibliothecâ Collegii S. Benedicti. Item Oxonii in bibliothecâ Collegii Novi, & in Collegio Ballionensi. De Eutropio hoc satis: à quo diversus est Eutropius grammaticus, quem de literis testem laudat Priscianus lib. 1. Item Eutropius medicus, memoratus Marcello Empirico præfat. operis de medicamentis. Quanquam de hoc quidem non magnopere adversor Jano Cornario, qui præfatione in Marcellum Empiricum suspicatur, eundem fuisse medicum & historicum. Sanè tempora conveniunt. Nam Marcellus vixit Theodosii senioris temporibus: ipse autem Eutropium medicum (uti & Julium Aufonium, patrem Aufonii poëtæ) refert inter eos qui paulò ante sua tempora, medicâ artem magnum honorem sunt consecuti.

SEXTUS RUFUS, vir Consularis, scripsit rerum gestarum pop. Rom. epitomen, quæ inscribitur, de consulari & imperiali dignitate atque accessione Rom. Imperii. Eum libellum Valentiniano dedicavit. Cùm verò corruptissimè antè legeretur, collatione variorum codicum correxit eum, & eruditè scoliis illustravit Ioannes Cuspinianus. MSus existat Oxonii in bibliotheca collegii

gii corporis Christi. Volaterranus nomen ei fuisse ait Festo Rufo: quod si est, idem fuerit ac Festus Rufus Avienus. Tradit Blondus, & ex eo Marlianus in Topographia Urbis Romæ lib. IV cap. XXI. Sextum Rufum consignasse descriptionem Urbis Romæ: vixisseque temporibus Diocleriani. Hos si audimus, alius sit à breviarii auctore is, qui Romam descripsit. Descriptionem autem urbis, quæ P. Victoris nomen præfert, non ejus esse, sed Sexti Rufi: prodit Philander in Vitruvii lib. VI cap. III. quo loco de latrinis disceptat. In eum P. Victorii, vel potius Sex. Rufi libellum, commentarium edidit Guido Panciroli, qui notitiæ utriusque imperii subjungitur. Sed omnino sunt diversi; cum multa habeat Rufus, quæ desideres in Victore, multa Victor, quæ desint in Rufo. Primus Rufum edidit Onuphrius Panuinus, cum Victorem multò ante Aldus Manutius excudisset. Utriusque verò, & Rufi, & Victoris, ob insignem in describenda urbe diligentiam, non parum est gratiæ habendum. Plurimum item de utroque meritum Panuinus in commentariis suis de Rep. Romana, quibus utrumque inseruit, & eruditè illustravit. Alii dicunt diversas esse descriptiones Victoris & Rufi. Et ita esse liquet ex editione Onuphrii.

HILARIUS, PICTAVIENSIS in Aquitania episcopus, Constantii imper. temporibus, ac deinceps floruit. Valentiniano autem, ac Valente, imperantibus, mortuus est. Præter alia, quæ beatus pater composuit, etiam est historia Ariminensis & Seleucienfis Synodi: cujus sanctus Hieronymus meminit in catal. script. Eccl. item epist. VI, quæ ad Florentium, & XLI, ubi refert, se, peregrinantem cum Bonoso in Galliis, volumen hoc Treveris manu sua descripsisse. Mentionem ejusdem facit Honorius in Eccl. Lumin. & Matthæus Westmon. ad an. CCLXI. Eoque ex opere luculenta quædam supersunt fragmenta: quæ primus edidit P. Pithæus. Chronica etiam scripsisse, à Frithemio dicitur: sed apud Hieronymum nihil de eo opere lego; uti nec Græcum interpretem, Sophronium.

Itidem AQUILIVS SEVERVS Hispanus, qui in nonnullis MSSis *Achilius*, vel *Acilius*, vocatur, tempore vixit Valentiniani. De eo sic Hieronymus in catalogo script. ill. *Aquila Severus in Hispania, de genere illius Severi, ad quem Lactantii duo epistolarum scribuntur libri, composuit volumen, quasi ὁδοποιεῖν, totius vita sua statum continens, tam prosâ, quàm versibus; quod vocavit κατὰ στοιχὴν sive πείραν: & sub Valentiniano principe obtul.* Meminit & Honorius in Catalogo.

Etiã

a In Ca-
talogo
scripti.
Eccl.

Etiam Valentiniani & Valentis temporibus floruit DAMASUS, Antonii filius, Hispanus, qui annis XXI I Romanæ præfuit Ecclesiæ. De eo sic B. Hieronymus a, *Damasus, Romana Urbis episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaq; & brevia opuscula heroico metro edidit, & prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est.* Non meminit Hieronymus operis, quod inscribi solet, *Pontificale* sive *de gestis summorum Pontificum*; ac Damaso quoque tribuitur à Tritthemio in catalogo script. Imò & à Platina, qui sic scribit: *Damasus otio literario delectatus, vitas pontificum omnium, qui ante se fuerit, conscripsit, easque ad Hieronymum misit.* Sed præterquam quòd Hieronymus ejus non faciat mentionem, etiam phrasis Tritthemio reclamatur, quæ hic rudis & inculca, contra quàm de Damaso testatur Hieronymus. Præterea multa in eo opere falsa occurrunt, nec ullius gravis scriptoris auctoritate subnixâ. Quare Damasi neutiquam esse, agnoscunt etiam Bellarminus, Baronius, Possievinus, Binnius, & multi alii. Est autem is fœtus Anastasii bibliothecarii: de quo infra dicemus. Planè enim eadem dictio est priorum, & eorum, quæ Damasi vitam consequuntur. Nec tamen primus hic erravit Tritthemius. Nam & jam olim Martinus Polonus *Chronicon Damasi Pape de gestis Pontificum* reposuit in præfatione inter ea, unde *Chronicon* suum congesserat.

CAP. IX.

Ammiani Marcellini *ætas, libri, patria, militia, laus, dictio.* Philastrii *ætas adstruitur.* Idem *emendatus.* *Censura ejusdem.* *Translatio vitæ Athanasii perperam adscripta* B. Hieronymo. *Quando eam verterit Evgrius.* Avienus sive Avianus *quando vixerit, & que scripserit.* *Macrobbii ætas.*

AMMIANUS MARCELLINUS floruit sub Gratiano ac Valentiniano: ac libros scripsit xxxi: ex quibus tredecim primi deperierunt. Cujus fuerit nationis, & qua professione; unde item historiam cœperit; & quousque sit progressus: verba ista in epilogo historiæ ostendunt: *Hæc ut miles quondam, & Græcus, à principatu Cesaris Nerva exorsus, adusque Valentis interitum, per virium explicavi mensura.* Et sanè Græcum fuisse, non hoc solum ex loco patet: sed eo etiam, quòd lib. XXI I, ubi pyramides ita dicitur,

ait,

ait, quòd speciem habeant ignis, addat, *ὡς πῦρ, quemadmodum nos dicimus*. Nempe nos Græci. Est verò hic scriptor veritatis studiosissimus, & prudens, gravis planè, ac serius, & dignus qui ab omnibus, ac Germanis præcipuè, ametur. Mirificè enim illustrat veteris Germaniæ situm. Eoque majorem hac parte fidem meretur, quia in hac stipendia ipse meruerit adversus Germanos. Dicitio horridior est. Sed virtutes hujus scriptoris sunt tantæ, ut hoc in rationem venire non debeat. Et quid mirum, si duri militis phrasibus quoque durissimula sit, homoque Græcus Græcicas sapiat loquendi formas? quo pacto se ipse excusat, ut paullò antè vidimus. Memini Ammiani Priscianus quoque lib. IX. Vide & quæ diximus in historicis Græcis lib. II cap. XVIII. ubi de Marcellino nobis sermo. Non malè de historico hoc meritus est Mariangelus Accursius: qui quinque eum libris auxit à se inventis, ac præterea (si ipsi de se credimus) quinque mendarum millibus eum purgavit. Prodiit ea Accursii editio Augustæ Vindelic. anno MDLXXXIII. Quantò tamen emendatior sit illa, quam Rob. Stephanus, itemque Seb. Gryphius, postea dedit; & imprimis, quam doctissimus Lindenbrogus ad MS. & vet. codd. fidem recensuit; apertius est, quàm ut dici mereatur.

Sub Theodosio M. claruit PHILASTRIUS, Brixienfis episcopus: quippe quem cum B. Ambrosio se vidisse Mediolani dicat B. Augustinus, initio libri de hæresibus ad Quodvult Deus. Apud Margarinum de la Bigne, in Indice Chronologico bibliothecæ PP. adnexo, legas, Philastrium vixisse anno MDXXX. Sed error, ut arbitrator, est typhothetæ, pro 330 reponentis 530. Saltem propiùs hoc à vero abest. Uti & quod Philastrius ipse hæresi LXIII dicit, *Inde à Domino usque nunc anni CCCXXX*: ut vulgò quidem legitur. Sed leviculâ mutatione rescribo, CCCLXXX: ut nota quinquagenarii exciderit. Sanè hoc optimè convenit cum eo, quod de viso eo ab Augustino dicebam. Scripsit Philastrius librum de hæresibus ad sua usque tempora. Sed multa in eo inter hæreses refert, quæ hæreses non sunt: sed vel erronea duntaxat, vel etiam vera. Vide Sixtum Senensem lib. V Bibliothecæ sanctæ, Annot. XXVI, Bellarminum in scriptoribus Eccles. & lib. IV de amissione gratiæ & statu peccati cap. XI, item Possevinum in Apparatu sacro.

Isdem temporibus floruit EVAGRIVS, Antiochenus episcopus: qui, presbyter etiamnum, cum alia scripsit, tum Athanassi vitam Latinè reddidit, teste Hieronymo, & Honorio: qui & acris ac

a Diss. 1;
cap. Sancti
Rom.
Eccl.

ferventis ingenii fuisse ajunt. Tralatio ea Euagrii missa est ad Innocentium, hodieque exstat: etsi à nonnullis, imò Gelasio ipso a Hieronymo tribuatur. Cùm autem exarata sit ab Euagrio presbytero: consequitur scriptam esse ante annum CCCLXXXIX, quo is episcopus factus est: ut constat ex Theodoro lib. v cap. XXI II, Socrate lib. v cap. xv, Sozomeno lib. VII cap. xv, atque è Latinis Ambrosio epist. LXXXVII I. Euagrii hujus sæpius in epistolis meminit Hieronymus: idem in vita Malchi *Euagrium Papam necessarium suum* appellat. Memorat & in Chron. ad an. Christ. CCLXXII, qui secundus est Aureliani imperatoris. Estq; idem Euagrius, quem B. Basilius cum Eusebio Vercellensi episcopo in Occidentem fuisse profectum refert. At alius ab hoc est Euagrius Ponticus, monachus: alius item Euagrius Scholasticus: de quibus in historicis Græcis diximus.

AVIENUS totum Livium jambis expressit: ut ait Servius in Maronis illud lib. x,

*Hinc Helenum pettit, & Rhæti de gente vetustâ
Anchemolum.*

Credo eundem esse Rufum Festum Avienum, Arateorum interpretem, cujus præterea insignes atque eruditi libelli duo hodie verbis exarati exstant: nempe *περὶ ὁρίων*, sive orbis descriptio, & *περὶ πλοῦ*, sive de orâ maritimâ. De quo sic Barthius Adversar. lib. XLVI. cap. XVI, *Rufus Avienus scriptor luculentissimus, poeta verò adeo excellens, ut nunquam sese ipsum vix videatur capere.* Etiam lib. XLIV ait esse *magni oris poetam, sed durum omnino, & se ipsum vix usquam capientem.* Beatus Hieronymus commentario in Titum, meminit ejus, ut nuperi scriptoris. Unde Theodosii Imp. ætate vixisse, colligimus. Præsertim cùm nec Probus ille, cui poematum de orâ maritimâ sacra vit, alius videatur, ac consularis ille Probus, ad quem scribit Claudianus. Ut omnino erret Crinitus, quando Avienum hunc Diocletiani æqualem facit. Exstat Æsopicarum fabularum liber elegiaco carmine factus, sive ab Aviano, ut in meis quoque MSSis vocatur: sive Aniano, ut nominatur in codicibus Proverbiorum, quæ Bedæ tribuuntur. Idemne is, an alius sit, non ita apertum est. Alium ut credamus, suadet, quòd ille Avienus; hic Avianus, sive Anianus, nominatur. Sed tanta est hæc nominum vicinitas, ut facilis in iis fuerit error. Et omnia, quæ hæctenus attulimus, sapiunt unius hominis genium, qui gauderet aliorum inventa Latinis numeris reddere. Ad hæc fabularis ille scriptor suum libellum dicat Theodosio. Et

Theo-

Theodosius Macrobius in Saturnalium libris loquentem inducit Avienum. Quare Theodosius, cui Avianus, sive Avienus, fabulas dicat, videri possit haut alius esse à Saturnalium scriptore: nec Avienus, quem loquentem inducit Macrobius, alius fortasse sit ab editore fabularum. Ætas quidem probè convenit. Nam & Macrobius Theodosii imp. ætate floruisse, jam aliis est observatum ex codice Theodosiano lib. VI. Tit. VIII. de præpositis sacri cubiculi. Accedit quòd (ut ex initio lib. V Saturn. satis liquet) æqualis fuerit Symmachi ejus, cujus epistolæ exstant, ac adversus quem Ambrosius, & Prudentius, scripsere. Quod autem Genebrardus in Aniceto, & Thevetus lib. XI de viris illustribus cap. XLI, retulere ad secundum à nato Christo seculum: aut quòd in indice bibliothecæ Vaticanæ refertur ad seculum X: id utrumque sanè ejusmodi est, ut nec unius assis censi mereatur.

CAP. X.

Prudentii ætas, honores, carmina de passionibus sanctorum.

Dextri pater. Eundem videri Dextrum, cujus in catalogo scriptorum meminit Hieronymus: ac illum, cui catalogum illum dicavit. Obviam itum argumento, quod adversari huic sententiæ videbatur. Dextri dignitas. Vigili Tri-dentini libri, & quando martyrii coronam acceperit. Refelluntur, qui Vigilium hunc confundunt cum eo, cujus libri exstant adversus Eutychen, & alios hæreticos.

Theodosii senioris, filiorumque ejus temporibus, claruit AURELIUS PRUDENTIUS CLEMENS, Hispanus, miles Palatinus, & postea Urbis præfectus, imò, ut Aldus, & Lilius, autumant, etiam consul: quem honorem si gessit, necesse est, in defuncti locum fuerit suffectus. Nec enim in Fastis consularibus ejus nomen legitur. Historiam Christianam juvit iis, quæ, inter alia, de variorum martyrum passionibus scripsit: carmine quidem; sed ex quo tamen petere rei gestæ veritatem soleant, qui hanc materiem prosâ prosequuntur. Nec ita demum seculo fit nostro: sed jam olim aliqui sic fecere. Quemadmodum quidam (ut verbis utar venerabilis Bedæ ex præfatione ejus in vita S. Felicis) *martyrium beati Cassiani de metrico opere Prudentii in commune apertumque omnibus eloquium transtulit.*

Atque is apud Surium existat a. d. XIII Aug. Plura de poëta hoc Gennadius in catalogo, Aldus Manutius in ejus vita, Lilius Gyraldus in poëtarum historia.

Equalis Prudentio erat. DEXTER, filius Paciani ejus, qui Barcilonensis episcopus fuit, & sub Theodosio magno admodum senex mortuus est. De Dextro hoc ita B. Hieronymus in illustr. Scrip. cat. *Dexter, Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud seculum, & fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi. Meminit & in catalogo suo Honorius. Dispiciendum, utrum Dexter hic ille sit, cui B. Hieronymus dicavit libellum de viris illustribus. Ita censet Baronius ad ann. CCCLXXXVII. Nec mihi alia mens. Sed enim dixeris, si is tam amicus ac familiaris fuisset B. Hieronymo, ut ei dicaret hunc illustrium scriptorum librum, non ejus nomen inter ecclesiasticos scriptores ita retulisset, ut, num referri debeat, dubitasse videatur. Nam quid aliud verba hæc indicant, fertur historiam texuisse, quam necdum legi? Hæcne satis convenienti amico, cui librum illum consecres, quo ista scribas? Non difficulter hic nodus solvitur. Nec enim dicit Hieronymus, fertur texuisse: sed fertur texuisse ad me: hoc est, intelligo eum non solum composuisse, sed etiam mihi dicasse: dicare saltem velle. Nempe Dexter opus hoc nondum perfecerat: saltem nondum ediderat. Sed Hieronymus, ubi ex amicis, qui id opus viderant, cognorat, suo hoc nomini inscriptum iri: tam eam rem gratam habuit, ut non contentus viri, ac libri necdum lecti, aut visi sibi, meminisse, etiam prævertere Dextrum voluerit affectus sui testimonio, quod esse voluit dicationem hujus libelli de scriptoribus Ecclesiasticis. Ita mihi quidem videtur. Fuit autem hic Dexter præfectus prætorio. Ut cognoscere est ex Sophronio, interprete Græco, qui vertit, Ἰερωνύμου ὁπισθὸν πρὸς Δέξτρον, ἑπιεργὸν παρατωκίον.*

Floruit eo tempore quoque VIGILIUS, Tridentinus episcopus, ac martyr, cujus ad Simplicianum, Mediolanensem episcopum, libellus, sive epistola existat a. de martyrio Sifunnii, & socio-rum. Alia quoque composuit. Gennadius in ill. scr. cat. cap. xxxviii: *Vigilius episcopus scripsit ad quendam Simplicianum in laudem martyrum libellum: & epistolam continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum.* Honorius quinque libros in laudem martyrum fecisse ait. Vigilius hic Honorii temporibus, Stiliconis consule, martyr obiit. De quo sic Ushardus ad d. vi Kal. Jul. *Apud Tridentinam urbem S. Vigilius episcopi, qui sub Stilicone consule pro Christi nomine, magno imbri lapidum percussus,*

a Apud
Surium
a. d. 29
Maji.

sus, martyrium implevit. Fuit autem Fl. Stilico consul cum Aureliano anno Christi cccc: atque iterum cum Anthemio anno ccccv. Alterutrum in annum incidit Vigilii martyrium. Quare vehementer errant, qui Vigilium hunc vixisse dicunt temporibus Zenonis & Anastasii imperatorum: cum inter Vigilii martyrium, & Zenonis imperium, sint anni lxx. In hunc errorem eos impulit, quod Vigilii martyris esse arbitrarentur quinque libros illos, qui pro Chalcodonensi concilio scripti fuere adversus Eutychem. Atqui temporum ratio arguit, scriptorem hunc à martyre illo planè alium esse. Imò nec illud certò dicere possumus, hunc etiam Vigilium episcopum fuisse Tridentinum. Fortasse enim librarii, cum non alium nossent Vigilium, quàm Tridentinum episcopum, hoc dignitatis nomen adjecerunt. Optandum autem erat, ut vita Vigilii, quæ præmittitur operibus ejus in editione Lipsiensi, atque etiam in bibliotheca Patrum *a*, quæque est apud Surium in supplemento Historiae Sanctorum, ita esset edita, prout in MSSis legebatur. Nunc interpolator ejus vitæ vitam illi penè evitavit, dum errori suo indulgens ex duobus Vigilii, qui seculo penè distiterunt, unum nobis, somnians potiùs, quàm vigilans, concinnat. *a Tom. 4. edit. 2.*

CAP. XI.

Hieronymus quid præstiterit in Eusebiano Chronico. Quas Patrum vitas idem, ut genuinas, agnoscat. Quo tempore catalogum scriptorum ediderit Ecclesiasticorum. Librum de nativitate B. Virginis omnino alterius esse. Quanto in pretio Rufinus priùs fuerit, etiam apud Hieronymum: & quid ab eo abalienârit. Paullini judicium de Rufino. Quæ Rufinus verterit è Græco. Translationum ejus, ac præcipuè Eusebianæ historiæ, censura. Gelasius, Rufini interpres Græcus.

Theodosii quoque, sed imprimis Honorii & Arcadii tempore, floruit B. HIERONYMUS, qui præclare meritis est de historia transferendo Eusebii Chronicon, multaquæ addendo. Sic enim scribit *b* ad Vincentium, & Gallienum: *Sciendum etenim, me esse, & interpretis, & scriptoris ex parte officio usum: quia & Græca fidelissimè expressi, & nonnulla, quæ mihi intermissa videbantur, adjecti; in Romana maxime* *b Prefat. Chron.*

ximè historia; quam Eusebius, hujus conditor libri, non tam ignorasse, utpote eruditissimus; quam, ut Græcè scribens, parùm suis necessariam, perstrinxisse mihi videtur. Itaque à Nino, & Abraham, usque ad Troja captivitatem, pura Græca translatio est. A Troja, usque ad vigesimum Constantini annum, nunc addita, nunc mixta, sunt plurima; quæ de Tranquillo, & cæteris illustribus historicis, curiosissime excerptissimus. A Constantini autem supradicto anno, usque ad Consulatum Augustorum Valentis sexies, & Valentiniani iterum, totum meum est. Satis ex his liquet, B. Hieronymum non solum Eusebii Chronicon vertisse; sed multa etiam inseruisse: adhæc inde, ubi desierat Eusebius, continuasse: nempe ab Vicennialibus Constantini M. Nicodemiae factis, & sequenti anno Romæ editis (qui Christi annus est CCCXVI) usque ad obitum Valentis, atque Gratiani cum fratre Valentiniano imperium: qui Christi annus est CCCLXXIX. Res verò gestas à Gratiano, & Theodosio, latiori se stylo reservasse, ait in eadem Chronici præfat. Non, inquit, quod de viventibus timuerim liberè ac verè scribere (timor enim Dei timorem hominum expellit) sed quoniam, debacchantibus adhuc in terra nostra barbaris, incerta sunt omnia. Verùm non videtur historiam eam condidisse. Chronicon hoc Eusebianum emendarat Vassæus: sed morte præventus edere non potuit. Verba ejus sunt in Chron. Hisp. cap. v: *Eusebius Casariensis, cujus Chronicon multis mendis, quibus scatebat, repurgatum, & lectioni sincera restitutum, ex veterum codicum, & præcipuè Alcobaciensis collatione, propediem in lucem dabimus, simul cum Chronico D. Hieronymi, & Prosperi Aquitanici.* Sed quod Vassæus ob mortem præproperam minùs potuit, id postea præstitere magnà curâ, Arnoldus Pontacus, episcopus Vazatensis, & Josephus Scaliger: cujus in hoc Chronicon commentario nihil excellentius, aut simile etiam, interiores habent literæ. Idem B. Hieronymus composuit & vitas Sanctorum: ut Pauli, primi eremitæ, & B. Hilarionis, ac captivi monachi: quarum trium ipse meminit in catalogo illustr. script. cap. ult. Chronicon Hieronymi MSum habes & apud Cantabrigienses in collegio S. Benedicti. His addunt aliqui vitam Malchi: qui ignorant, Malchum esse illum captivum monachum. quippe quem, cum monasterio esset egressus, Saraceni ceperint. imò nec aliud fere vita ea Malchi continet, quàm ut ille in captivitate pudicitiam servavit, inque fuga à Deo fuerit conservatus. Quare falluntur, qui putant Captivum fuisse proprium monachi nomen: quos & Sophronius refellit, cum vertit *αιχμαλώτου μοναχῶν*. Sed præter trium vitas, quos dixi, scripsit & vitas Romanarum trium viduarum; Fabiolæ, Paullæ, ac Marcellæ.

Alias quoque ei tribui scio : sed eæ partim sunt Euagrii Pontici, de quo Hieronymus epist. ad Cresiphontem, & Gennadius in catalogo : partim etiam aliorum. Historicum quoque opus est liber de illustribus Ecclesiæ viris : quem Sophronius Græcè vertit. Eum se decimoquarto Theodosii imper.anno composuisse, testatur ipse in libelli ejus fine, ubi commemorat, quæ ad eum usque diem edidisset. Commendat autem hoc opus Cassiodorus de divinis lect. cap. xvii, quod est de Historicis Christianis. Miretur fortasse aliquis, præteriri à nobis librum de nativitate Mariæ ad Chromatium & Heliodorum episcopos : quo, ut de ortu B. Mariæ, ita etiam de Sospitatoris nostri nativitate, & infantia, tractatur. Sed profectò fœtus iste non est beati Patris; verùm planè supposititius : quod non dictio modò clamat, sed etiam res ipsa : imò vel inde fraus apparet, quòd Issacharem pontificem comminiscitur : qui si Mariæ temporibus fuisset, meminisset ejus Flavius Josephus, qui in Antiquitatum, deque bello Judaico libris, summos pontifices recenset. Et sunt alia id genus, quæ non minùs fucum factum esse arguunt. Ut nec sanè esse hominis videatur, recedere hac parte ab Erasmo, Sixto Senense, Cano, Baronio, Possentino, aliis : qui Hieronymo planè abjudicant. Videtur & hic locus deberi B. Hieronymi libro de locis Hebraicis, ut qui ad terrarum historiam pertineat. Sed nec iste Hieronymi est : ut cujus mentio fiat, ubi agit de Smyrna.

RUFINUS, Aquilejensis Ecclesiæ presbyter, apud multos olim magno loco habebatur. Cassiano lib. vii de incarnat. cap. xxvii vocatur *Christiana philosophia vir, haut contemnenda Ecclesiasticorum doctorum portio*. Imò & B. Hieronymus, ut ex epistolâ ejus v ad Florentium constat, summis hujus sanctimoniam laudibus extulit. Sed istoc fecit, antequam Rufinus Romam rediens, translatione librorum Origenis *αὐτῶν ἀρχαίων*, errores suos detexisset. Postea sanè mens longè alia beato patri fuit; ut adversaria amborum scripta ostendunt. Atque hoc in causa est, cur Palladius a quoque, qui Rufino erat addictior, iniquior sit Hieronymo. Sed pro Hieronymo stat Gelasius, & concilium Romanum lxx episcoporum : quo statuitur, multa in Rufino ad arbitrii libertatem pertinentia notata esse à B. Hieronymo : in quibus Hieronymi sententiæ subscribere conveniat. Imprimis Rufinus, ob utriusque linguæ, ac historiarum peritiam, magni fieri solet. Itaque & cum Severus Sulpitius rogasset Pontium Paullinum, ut participem se eorum faceret, quæ de antiquis temporibus observasset : negavit hic, se eorum esse intelligen-

a In Lau-
siaci cap.
78. sine,
juxta a-
liorum
disting-
tionē 72.

tem;

b Forr.
unani-
mis.

tem; Rufinumque Sulpitio, ut eorum multis partibus peritiorem, commendavit. Sic enim inter alia ad Severum scribit epist. nonâ: *Quod de me non habui, de fratris unanimi a opulentiore thesauro petivi; & ipsam adnotationem, quam commonitorii vice miseris, literis meis inditam direxi ad Rufinum presbyterum sanctæ Melaniæ, spirituali viâ comitem, verè sanctum, & pie doctum, & ob hoc intimâ mihi affectione conjunctum. Si ille has, quæ merito te permovent, de amorum, sive regnorum, non congruente calculo, hiantis historiae causas non ediderit; qui & scholasticis, & salutaribus literis, Græcè juxta, ac Latine, dives est: vereor ne apud alium, in his regionibus, frustra requiramus.* Multum sanè operæ contulit Rufinus ad historiam illustrandam. Nam inter alia, quæ Gennadius, & ex eo Honorius commemorat, Clementis Romani Recognitiones, & Flavium Josephum, Latine transtulit. Item decem libros Eusebii historiæ Ecclesiasticæ. Quod ad Josephum, versio illius, ut Casauboni verbis utar ad Apparatus Annalium sect. ult. multis locis est ad insaniam usq; inepta. Sed addit hoc, inde provenisse, partim quod corruptissimos nactus esset codices, partim quod iudicio critico destitutus, quicquid inveniret, exprimeret. In Eusebio quoque nimium profectò libertate in vertendo usus fuit. Sanè Eusebiana translatio ne paraphrasis quidem dici possit: sed proprium opus, in quo tamen Eusebium plurimum excerpserit. Multa adeò addit, multa demit, multa mutat. Dimidium octavi libri omisit: decimum vix attingit. Atque hoc pacto ex libris decem Eusebii fecit novem: quibus duos de suo adjecit: sed quibus non semper habenda sit fides, si Socrati credimus. Sanè futilissimum auctorem vocat etiam Josephus Scaliger, appendice operis de emendatione Temp. Duorum, quos dixi, Rufini librorum, etiam Gennadius meminit. Græcè verò eos vertit, & præfationem suam iis addidit Gelasius, Cæsareæ Palæstinæ episcopus; non ille Cyzici natus, qui de concilio Nicæno scripsit; sed alter eo antiquior, qui Cyrillum Hierosolymitanum avunculum habuit: ut Photius testatur tmem. LXXXIX. ubi omnino adi, quæ hoc de Gelasio annotavit vir doctissimus, Andreas Schottus. Video autem à Melchiorè Goldasto Rufino etiam tribui vitam S. Eugenii. Quod facere arbitror MSSorum fide subnixum. Saltem stylus non abnuvit. In editis auctor non ascribitur. Uti nec in multis aliorum Sanctorum Vitis: quarum Rufinum esse interpretem, partim ex Hieronymo, partim ex editione, cognoscitur. Vide quæ super ea re ad vitas SS. Patrum Rossyveidus annotavit Proleg. IV. & V. Satis autem mirari non possim jam tempore Calliodori dubitatum fuisse, utrùm Rufinus, an alius, vertif-

vertisset libros de bello Judaico: imò creditum esse, translationem eorum librorum non existare: ita ut Cassiodorus eos verti curârit ab amicis. Vide de eo ipsum Cassiodorum lib. de divinis lectionibus cap. xv i i, quod de Historicis agit Christianis.

CAP. XII.

Severus Sulpitius, B. Martini familiaris, & Sulpitius, Bituricensis episcopus, perperam confunduntur. Severi Sulpitii elogia, libri, amici familiares, error, dictio, ac pro eo apologia. Paullini Aquitanici dignitas, in pauperes liberalitas, ac commigratio in urbem Nolanam, quò melius cum uxore Christo inferviret. Tanaquil pro uxore marito impetrante. Paullini episcopatus, ac compendium librorum Suetonii de regibus, item libri de vita B. Martini, & libri vii in natalem B. Felicis, oratione scripti ligatâ, quos in pedestrem sermonem Beda convertit. Iulu Hilarionis ætas. Locus ejus corrigitur.

Hieronymi, ac Rufini æqualis fuit SEVERUS SULPITIUS Nitiobrix: ubi *Sulpitius* esse cognomen clarè ait Gennadius, & id nomen postponit Gregorius Turonensis lib. i. de miraculis S. Martini cap. i. & lib. x Hist. Franc. cap. xxxi. Obstare interim videtur, quod *Sulpitium Severum* se vocet, in inscriptione epistolæ ad Aurelium Diaconum, item ad Bassulam Socrum. Sed sæpe prænomen postponi comprobat Franciscus Sylvius Progymnasmatum centuria ii cap. xlvi. De patria cognoscimus partim ex dialogo i. cap. xx, ubi se Aquitanum agnoscit, atque idem Gennadio proditum: partim ex lib. ii Histor. Sacræ, ubi Phœladium suum vocat Episcopum: eum vero Aginni (quod in Nitiobrigibus) episcopum fuisse clarè ait Hieronymus in scriptoribus Ecclesiasticis. Malè verò Carolus Sigonius, Petrus Galesinus, & Victor Giselinus Sulpitium hunc, cum Sulpitio, episcopo Bituricensi, confundunt: ut rectè notatum Josepho Scaligero in prolegom. lib. de Emendar. Temp. item Baronio ad ann. ccccccxxxi, & P. Fabro in opusculis postumis, schediasmate de Dionysio Areopagita; ubi Severum hunc ait fuisse monachum Primuliacensem. Sanè nunc vixit Primuliaci, nunc Elufone, ut cognoscere est Paulini epist. vi, xi, xii. Sed &

Tolifæ habitasse videmus ex epistola ejus ad focrum Bassulam. Sed monachum fuisse non legi apud Veteres, verum presbyterum: de quo nobis auctor Gennadius. Qui episcopum fuisse ajunt, falli planè existimandi. *Vir fuit doctrinâ & sapientia pollens*, ut eum Augustinus vocat epist. cccv. *vir genere & literis nobilis* dicitur à Gennadio, & Honorio. *vir summus* appellatur ab Idacio, penè initio Chronici. Inter alia duos composuit libros de sacra historia; quos, à mundi initio exorsus, perduxit usque ad consulatum Stiliconis, & Aureliani: hoc est annum quadringentesimum. Scripsit & vitam B. Martini, quo familiariter usus fuit: uti & B. Paullino; qui quanti Severum fecerit, satis laudes luculentæ in ejus epistolis ostendunt. Ad hæc tres ejus epistolæ extant: una est adversus æmulos B. Martini; altera agit de obitu & apparitione ejus: tertia refert, quomodo B. Martinus ex hac vita mortali transferit ad immortalem. Item extant dialogi tres, quorum primus narrat virtutes & miracula monachorum orientalium; duo posteriores exponunt virtutes B. Martini, libro primo præteritas. Pro Sulpitii libellis de B. Martino apologiam scripsit Guibertus Martinus, abbas Gemblacensis, qui MSus extat Gemblaci, & Lovanii ad S. Martinum. In dialogis, quibus Postumianus, & Gallus, loquuntur, sequitur Sulpitius errorem millenariorum: ut & monet Hieronymus in Ezech. cap. xxxv i. Unde apud Gelasium quoque legas in Concil. Rom. lxx episcop. *Opuscula Postumiani, & Galli, apocrypha*. Dictione utitur tersâ, & elegantî, ad eò ut *Ecclesiasticorum purissimus scriptor* vocetur à Josepho Scaligero opere de Emendat. Temp. Sallustii imprimis æmulus est. Unde Christianum Sallustium vocat Barthius Advers. lib. xl ix cap. iv. Et alia quædam de Severo suppeditabunt Gennadius, ac Honorius in scriptoribus Ecclesiasticis, Ado in Chronicis, item Baronius Tom. v. Annal. ad ann. ccccxxxv. In eo tamen à Baronio dissentio, quod Gennatium parum cautè vocat Severi æqualem: cum Gennatius post Severum floruerit annis plus minus lxx. Nam dicavit librum suum de fide, (ut ipse ait) Gelazio Papæ, qui demum Episcopus Romanus factus est anno ccccxcii. Valde autem Sulpitii sanctimoniam commendat, quod in Romano Martyrologio ejus memoria celebretur ad iv Kal. Februarias.

Itemdem Theodosii senioris, ac imprimis filii ejus Honorii temporibus, vixit PAULLINUS AQUITANICUS: qui cum dignitatis senatoriæ foret, divenditis suis, uxore etiam adhortante, Nolam concessit, ut ibi Christianæ magis religioni vacaret. Quâ de re sic

B. Ambrosius lib. vi. epist. i. ad Sabinum: *Paullinum splendore generis in partibus Aquitania nulli secundum, venditis facultatibus, tam suis, quam etiam conjugibus, in hos se induisse cultus ad fidem comperi, ut eam in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam, & ipse pauper ex divite factus, tanquam debneratus gravi sarcinâ, domû, patriæ, cognationi quoque, valedicat, quò impensius Deo ferriat. Elegisse autem secretum affirmatur Nolana Urbis, ubi tumultum fugiens evum exigat. Matrôna quoque virtuti, & studio ejus, proximè accedit; neque à proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum jura suis prædiis, virum sequitur, & exiguo illic conjugis contenta cessante, solatur se religio, & charitatis divitiis. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hac ubi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illâ familiâ, illâ profapiâ, illâ indole, tantâ prædium eloquentiâ, migrasse à Senatu? Quia autem uxor in hoc instituto consenserat Paullino, eò Aufonius persuasum habuit, fecisse uxoris hortatu, cui obnoxius foret: unde & Tanaquilem appellat epist. xxxiv, quæ est ad Paullinum hunc:*

Si prodi, Paulline, times, nostraque vereris

Crimen amicitia; Tanaquil tua nesciat istud.

Nomen uxori erat Therasia: ut eam Idatius appellat. Item Sigbertus in Chronicis. Sed Tanaquil vocatur, quasi cujus instinctu pleraque ageret Paullinus, haut aliter ac Tarquinius Priscus solet obsecundare consiliis Tanaquilis suæ. Ideo Paullinus respondet;

Nec Tanaquil mihi, sed Lucretia conjux.

Cæterum Paullinus, aliquanto postquam Nolam se receperat, Nolanus episcopus factus fuit: vir non Ambrosio modò, sed etiam Hieronymo, Augustino, Prospero, Eucherio, aliisque, laudatus. Varia ab eo carmine edita recenset Gennadius. Inter alia fuit, quod non nominat Gennadius, poëma de regibus, in quo libros Suetonii in compendium redegit. Aufonius epist. xix. quæ est ad Paullinum: *His longè jucundissimum poëma subdideras: quod de tribus Suetonii libris, quos ille de regibus dedit, in epitomen cœgit, tantâ elegantia, solus ut mihi videre affectatus, quod contra verum naturam est, brevitatis ut obscura non esset.* His libris, ut mox exponit Aufonius, inter alia egit de Carano, primo Macedonum rege; de Nechepso, & Sefostre, regibus Ægypti; de Vonone, Parthorum rege; de Avele, rege Numidico, &c. Atque isti versus quos adducit Aufonius, ipsius sunt Paullini, unicum ex historico illo poëmatio fragmentum. Sed neque meminit Gennadius quatuor librorum de vita B. Martini, episcopi Turonensis. Exstant hi in biblioth. patrum edit. II Tom. VII. Ac mentio eorum

rum quoque fit apud Gregorium Turonensem libro primo miraculorum Martini cap. 1, his verbis: *Paullinus quoque beatus, Nolana Urbis episcopus, post scriptos versu de virtutibus ejus, quas Severus complexus est, quinque libros, illa comprehendit miracula, que post ejus gesta sunt transitum, id est in sexto operis sui libro.* Et Turonensis æqualis Venantius Fortunatus initio libri primi de eapse historia:

*Stemmata, corde, fide, pollens Paullinus, & arte
Versibus explicuit Martini dogma Magistri.*

Nisi hoc opus unum est Paullini Nolani quod Barthius censet lib. XLIV Adversar. cap. v. Ubi & observat, ut Franciscus Juretus alio priorem, alio posteriorem sententiam sequatur. Turonensis tamen, ut vidimus, clarè tribuit Nolano. Et elogia à Venantio tributa Paullino facilè ostendunt Nolano id opus tribuisse. Etiam Paullinus libris septem celebrat natalem B. Felicis, non quo editus in lucem: sed quo (ut Paullini ipsius verbis utar)

*———— corpore terris
Occidit, & Christo superis est natus in astris,
Celestem nactus sine sanguine martyr honorem.
Nam confessor obit, penas non sponte lucratus,
Acceptante Deo fidam pro sanguine mentem.*

Meminit ejus operis quoque Sigebertus lib. de illustr. scriptor. cap. XIV. Ex eo prosà vitam S. Felicis contexit venerabilis Beda: ut ipse in præfatione testatur his verbis: *Felicissimum beati Felicis triumphum, quem in Nola, Campania civitate, Domino adjuvante, promeruit, Paullinus ejusdem civitatis episcopus, versibus hexametris pulcherrimè ac plenissimè descripsit: qui quia metricis potius, quam simplicibus, habiles sunt lectoribus, placuit nobis ob plurimorum utilitatem, eandem sancti Confessoris historiam planioribus dilucidare sermionibus.* Libellum etiam suum ita claudit: *Explicit liber de vita & confessione sancti Felicis: quem ego famulus Christi Beda de metrico opere beati episcopi Paullini simplici sermone transtulit.* Martyrium quoque scripsit S. Genesii Arelatensis episcopi: quod apud Surium est Tom. IV die XXV Augusti. De Paullino hoc vide & quædam in Chronico Burdegalensi Gabrielis Lubæi ad ann. CCCXCIV. Elogia Paullini sedulo ex veteribus collegit Barthius Advers. lib. LX in August. lib. 1. de civit. Dei cap. x. col. 297 r. & seq. Ex iis testimoniis, & vitam Paullini, & quantus vir fuerit, cognoscere cuivis licebit. Fusissimè autem Paullini vitam ab amico Romæ perscriptam, unà cum Paullini operibus, suisque & Fronto-

nis Ducei in eum notis edidit Heribertus Rosvveidus, edit. Plantin. an. 1622.

Sulpitio, Paullinoque, sociari optat Q. IULIUS HILARIO, qui Chronologiam, sive de mundi duratione libellum scripsit. Exstat in Tom. VII biblioth. PP. primusque edidit Pythæus. In frontispicio MSi exaratum erat: *Hunc librum Rudolphus lucratus est S. Bonifacio anno Domini cIo CCCLX.* Quare ducentis sexaginta annis codex ille fuerit antiquior. Ipse verò Hilario quando vixerit, non video unde colligi possit, præterquam hisce ipsius verbis: *A passione domni in consulatu Cesaris, & Attici, die IX April. anni transferunt CCCLXIX.* Ubi legendum censeo, Cesaris, & Attici; qui consules fuere anno CCCXCVII. Sed à passione Christi, usque ad id tempus, anni sunt CCCLXIV. Et sanè ita puto Hilarionem scripsisse. Proclivi enim lapsu x potuit pro v poni. Sed si tam vetustus est scriptor, mirum, neminem antiquorum ejus meminisse. Chiliaftam fuisse, liquet ex libelli extremo.

CAP. XIII.

Cur S. Augustinus vitam suam, non ita uti vulgò Vitæ scribi solent, tradere voluerit: sed prout ab eo factum videmus in Confessionum libris. Illa de hæresi Nestorii, & Eutycheis, libro Augustini de hæresibus ab alio sunt assuta. Primasius, qui anno claruit 10 XL, tres libros huic Augustini operi addidit. Paullinus, quo hortante, ac quando, vitam Ambrosii in literas miserit, & unde ei cum Augustino amicitia. Refelluntur, qui Paullinos duos, unum presbyterum Mediolanensem; alterum episcopum Nolanum, confundunt: deque diverso utriusque stylo. Maximus Taurinensis. Honorii locus emendatus.

BAURELIUS AUGUSTINUS, Hipponensis antistes, Arcadii & Honorii temporibus vitam suam XIII Confessionum libris complexus fuit. Hoc prætulit scribendi genus, ne laudum suarum buccinator videretur: simul ut lectorem magis ad Dei laudationem excitaret. Itaque ipse Augustinus hoc de opere sic loquitur Retractat. lib. I cap. v: *Confessionum mearum libri tredecim, & de malis, & de bonis meis, Deum laudant justum & bonum, atque in eum exultant humanum intellectum & affectum. Interim, quod ad me attinet, hoc in me*

egerunt, cum scriberentur, & agunt, cum leguntur. Nec ad historiam minus, quam Fidem, pertinet de Hæresibus liber, quem etiam Possidii indiculus agnoscit. In eo Pelagianam hæresin recentissimam statuit. Quæ igitur de Euryche, & Nestorio, ibi leguntur, post excessum beati antistitis adjecta fuere. Atque hoc etiam annorum ratio clarè evincit. Quæ verò, morte præventus, præstare hoc opere non potuit Augustinus, tribus libris persecutus fuit PRIMASIUS, itidem Africanus episcopus: sed seculo toto junior: de quo Isidorus in catal. cap. IX, & ex eo Honorius Augustodunensis.

Eodem tempore fuit PAULLINVS presbyter: qui vitam B. Ambrosii scripsit ad B. Augustinum. Hortatu se Augustini eam consignasse, ipse initio Vitæ profitetur. Nec statim ab obitu Ambrosii id fecisse, sed aliquanto post, illud docet, quòd, cum ista scriberet, non Simplicianus, qui Ambrosio successerat anno CCCXCVI, defieratque vivere anno cccc: sed Venerius episcopalem Mediolani sedem obtinebat. Sic enim Paullinus: *Defuncto tamen Ambrosio, non alius illi successit, nisi is, quem ille bonum trinâ voce signaverat. Cui Simpliciano Venerius successit.* Amicitia, quæ Paullino fuit cum Augustino, contracta esse potuit, partim Mediolani, cum istic ageret Augustinus; partim in Africa; ubi quoque fuisse, hæc ostendunt verba in extremo Vitæ ejus: *In urbe etiam Carthaginensi, cum apud Fortunatum diaconum, fratrem venerabilis viri Aurelii episcopi, ad convivium venissem unâ cum Vincentio, Colossitano episcopo; Murano etiam, episcopo Bolitano; sed & aliis episcopis, & diaconibus: Murano episcopo, detrahenti sancto viro, retuli exitum presbyteri superius memorati.* Loci, in quo hæc scripserit, meminit istis verbis: *Nos tamen ea Mediolani positi, ipso Maseo, ele referente, cognovimus. Nam & in hac provincia, in qua nunc positi hæc describimus, pluribus hoc ipsum retulit sacerdotibus.* Hoc de scriptore ita Isidorus Hispalensis in illustribus viris cap. XVI: *Paullinus presbyter explicuit in benedictionibus patriarcharum, triplici intelligentia genere librum satis succinctâ brevitate compositum. Idem etiam, petente Augustino, conscripsit Ambrosii vitam, sicut florentem, atque doctrinis.* Eademque habemus apud Honorium. Confundit eum cum Paullino Nolano Siegbertus. Sed Siegbertum tueretur, in notis ad Isidorum, vir doctus, Jacobus du Breul, monachus S. Germani à Pratis. Sic enim scribit: *Frustra multi nostrâ ætate, Honorium Augustodunensem secuti, Paullinos duos faciunt, unum Nolanum episcopum; alterum, presbyterum Mediolanensem, auctorem vitæ sancti Ambrosii, cum ipse Paullinus in epistola ad Alypium scribat, se, licet in Hispania ordinatus fuerit presbyter à Lamprio, episcopo Barcinonensi; tamen, beneficio sancti Am-*
brosii,

*brofii, affectum esse, ut, ubicumque terrarum degeret, Ambrosii presbyter dicere-
tur. Nobis secus planè videtur. Idque duabus de causis. Nam di-
ctio in vita Ambrosiana nequaquam spirat elegantiam ac venusta-
tem, quam omnia habent Paullini Nolani: imò longissimè ab ea
abest. Adhæc tempora, ut idem sit, minimè ferunt. Nam, Ambro-
sio superstite, jam in Nolanum agrum concesserat Paullinus: ut ipse
testatur Ambrosius epistolâ xxxvi. Verba ejus antea adduximus,
cùm de Nolano Paullino ageremus. At hic Paullinus, moriente
Ambrosio, erat ei à manu, ac minoris ordinis clericus sub curâ Casti
diaconi agebat Mediolani. Sic enim ipse in vita Ambrosii inquit:
*Ante paucos verò dies, quam tectulo detineretur, cùm quadragesimum psalmum
dicitæret, me, & excipiente, & vidente, subito, in modum scuti brevis, ignis caput
ejus cooperuit, atque paullatim per os ipsius, tanquam in domum, habitator in-
gressus est, & facies ejus facta est velut nix; postea verò reversus est vultus
ejus ad speciem suam. Quod cum fieret, stupore percussus obrigui; nec potui scri-
bere, quæ ab illo dicebantur; nisi posteaquam visio ipsa transibat. Dicebat enim
in eo tempore testimonium scripturæ, quod ego optime retinebam. Nam scribendi,
vel dictandi, ipso die finem fecit. Sed quidem ipsum psalmum expleri non potuit.
Ego verò id, quod visum à me fuerat, honorabili viro Casto diacono, (sub cujus
curâ debebam) statim retuli. Unde cognoscimus, Paullinum hunc no-
tarium fuisse; qui diacono suberat, & res Ecclesiæ signabat.**

Æqualis his MAXIMUS, Taurinensis Episcopus, qui, ut de eo
Gennadius catal. cap. xl ait, fecit duos de S. Eusebii, Vercellensis episcopi,
& confessoris vita tractatus: & de sanctorum, Cypriani, & Laurentii, marty-
rio, multaque alia: quæ Romæ prodierunt anno cLxlv. Quæ-
dam tamen ex iis hominibus etiam reperiuntur inter illas de Tempo-
ribus, aut Sanctis, quæ sub Augustini nomine leguntur: uti & quæ-
dam earum est apud Ambrosium, & Augustinum de verbis Aposto-
lorum. Qua de re vide Criticum Sacrum clarissimi collegæ mei,
doctoris Theologi in antiquis Theologis egregiè versati, Andreæ
Riveti. Cæterum sermonem de Canto, Cantiano, & Cantianilla,
qui apud Ambrosium est lxxv, Maximi esse, censet Surius, qui eum
refert ad xxxi Maji. Moritur Honorio, & Theodosio juniore,
regnantibus: ut ibidem legitur. Eademque apud Honorium repe-
rias. Sed corruptè in hoc legas, sub Theodorico claruisse. ubi Theo-
dosio reponendum videtur ex Gennadio. Nisi magis placet ex Ho-
norio emendari Gennadium. Sanè, ut bene Baronius observat,
non potest sub Honorio mortuus esse, si in concilio fuit Mediola-
nensi, quod sub Marciano celebratum est: aut si Concilio Romano
episco-

episcoporum **XLVII** interfuit anno **CCCLXV**; & post Urbis episcopum primus subscripsit. Quid si igitur utrobique legendum dicamus, *Mortur Odoacro & Theodorico regnantibus*. Sanè prior horum Italia dominium invasit anno **CCCLXXVI**: alter in Italiam irruit anno **CCCLXXXIX**, ac paulò post insidiis Odoacrum, regni socium, sustulit.

CAP. XIV.

Orosii ætas, ac quâ occasione historiam scripserit. Disquisitum, unde historiæ huic Hormestæ nomen impositum sit. Unde item Propertius Nautæ, Martialis autem Coqui acceperit cognomen. De Orosio iudicium. Cujus sit commentarius in Cantica Orosio tributus. Liquidò ostensum, in apologia Orosii de libero arbitrio duodecim capita legi ex libello Augustini: nec ea ab Orosio esse ex magno illo antistite exscripta: sed dum chartæ MSæ utriusque scriptoris incompatæ habentur, incuriâ quadam pluscula ex Augustino folia fuisse Orosianis permixta: quod nec ab editore fuerit animadversum. Euodius Vzalensis, ac Severus Minoricensis, de miraculis per Stephanum protomartyrem factis. Luciani liber de reliquiis S. Stephani, translatus ab Avito presbytero.

a *Initio*
vz *CCXLIIII*
p. 1. 1. 1.
Hisp.

PAULLUS OROSIUS, Hispanus patriâ, domo (ut Joannes Gerundensis a tradit) Tarraconensis sub Arcadio, & Honorio, vixit: ut Prosper in Chronicis ait. Hic cum Româ ab Alaricho, Gothorum rege, captâ, gentiles, & hujus, & omnium calamitatum causam, in Christianos conjicerent, composuit, hortatu B. Augustini, septem historiarum libros: quibus ostendit, ab orbis condito, usque ad tempus, quo illa scriberet, (id spatium ipse dicit annorum esse quinquies mille sexcentorum & duodeviginti) maximas semper, atque atrocissimas, per orbem calamitates contigisse. Opus illud *Hormestam* appellari video, cum in speculo Vincentii Bellovacensis, tum Tritthemio, Gesnero, aliis. Imò apud Balæum, Cent. II cap. **XXVI**, legas, Alphredum Magnum, regem Anglorum doctissimum, qui anno obiit nongentesimo primo, *Hormestam* Paulli Orosii in linguam Anglicam transtulisse. Cur verò liber iste *Hormestam* Orosii dicatur,

catur, divinare difficile est. Proximè quidem *Hormesta* accedit ad *Hormesta*, sive *Hormeuta*: ὁρμευτῆς autem piscatorem significat, Hesy-
 chio teste. Num ergo putabimus, Orosio piscatoris hæsisse nomen,
 uti Propertio *nauta* cognomentum apponitur in MSSis, ac veteri,
 quam habeo, editione ejus poetæ, Regii Lepidi procuratâ anno
 CLO CCCC LXXXI: aut quomodo Martialis *coquus* vocatur à
 Jacobo Magno Toletano in Sophologio, & aliis ejusce seculi scri-
 ptoribus, ac plerisque codd. MSSis? Sed unde natum sit utrumque
 hoc cognomen, jam viri docti acutè perspexerunt. Nempe Proper-
 tio *nautæ* nomen adhæsit ex eo, quòd in corruptis poetæ ejus codd.
 exaratum esset, *Quamvis navita dives eras*: ubi nunc rectè legitur,
non ita dives eras. Martialis autem coqui nomen accepit exinde, quòd
 apud Lampridium legeretur jam olim, ut *Martialis coci epigramma*
significat: pro, ut *Martialis quoque epigramma significat*. Satis hæc
 aperta. Sed unde Orosio ὁρμευτῆς sive piscatoris nomen datum sit,
 non æquè facile dictu est. Imò nec tam Orosius vocatus *Horme-*
sta, quàm historia ejus. Quid si dicamus, non *Hormestam*, sed
Hormathum scribi debere? Nam Chronicon nihil est aliud, quàm
 catenata temporum series: ὁρμαθῆς autem catenam, aut seriè notat:
 unde in veteri verbo, ὁρμαθῆς κένων. Sed hoc commentum ne mihi
 quidem placet: nedum aliis me illud probaturum sperem. Po-
 tius censëam, dominum libri in frontispicio ejus, ut fieri solet, no-
 men suum adscripsisse. Hoc fuisse *Hormisida*, vel simile: id postea in-
 scriptionis factum esse partem ab imperito librario. Vel, quod im-
 primis placet, dicendum, *Hormesta* corruptum esse ex *hominum mise-*
ria: quæ voces non integrè, sed compendio quodam literarum
 erant exarata: ut in veteribus MSSis crebrò fit. Inde igitur occasio
 fuerit erroris. Sanè eruditus scriptor *ορολογιγράφου* in Tom. Historiæ
 Orientalis ait, in codicem se Orosii incidisse, qui inscriberetur, *De*
miseria hominum. Et valde convenit is titulus cum proposito aucto-
 ris, & argumento operis: ut liquet ex occasione ea, qua historiam
 hanc conditam esse antè dicebamus. Tædet pluribus insistere rei tam
 incertæ, & voci planè nihili. Nec enim id nomen, vel scriptores ve-
 teres, vel melioris ævi codd. agnoscunt. Venio ad ea, quæ majoris
 sunt momenti. Est Orosius scriptor planè utilis: sed qui scriptores
 Græcos nō legerit: imò Græcarum literarū expers fuerit. In tempo-
 ribus etiã crebrò fallitur. Ut vel illa ostendunt, quæ in eo castigavit
 Scaliger in animadversionib⁹ Eusebianis. Sæpius etiã vulgares lecta-
 tur opiniones, quã historicū. Perquirat, cujus est omnia ad veritatis

trucinam expendere. Ita videmus eum libro VII tradere Drusium à Tiberio extinctum veneno, quam opinionem vulgi refellit Tacitus in IV Annal. Justus Lipsius commentario ad eum locum, culpatur hoc nomine Orofium, & asperius aliquanto quam vellem subtexit: *At me non valde movent ejusmodi scriptores legitima historia, (dicam vatis quorundam auribus) debonestament a.* Item in lib. V, cum questus esset de magno historiæ hiatu, (nam triennii ferè gesta desiderantur) subiungit mox: *Ad eò bonis illis patribus cura otiumque fuit describere Orofios, & Vopiscos, & hujusmodi quisquillas præ (Taciti) auro.* Nec immeritò sanè, Haut inutilis Orofius. Sed Tranquillus ad Tacitum? Casauboni etiam judicium apponam ex I Exercit. ad Apparatum Annalium sect. XII: *Orofium, ex quo multa in hoc scriptore describit, scriptorem alioqui optimum, & zelo domus Dei plenum, si injuria facilitatis in talibus credendis postulaverimus; non deerunt viri præstantissimi, & veri amantissimi, quorum exemplo factum tueamur, rationes validissima, quibus sanctum virum & xpm dicit, & injuria credulitatis reum peragamus.* Et sanè Baronius quoque non semel fidem Orofio detrahit propter nimiam credulitatem. Vitam Orofii Gennadius breviter consignavit. Aliquid de hoc quoque Honorius. At fufius de eo nos lib. I Historiæ de Pelagio cap. XVII. Verùm quod tum putavimus, commentarium in Cantica, qui Orofii nomine citatur, Origeni priùs fuisse tributum, planè falsi sumus, cum Honorii fit; ut postea ab clarissimo, dumque viveret, amicissimo viro, Geverarto Elmenhorstio, didicimus. Sed genuinus planè Orofii factus est Apologia ejus de Arbitrii libertate. Quo in opere observavi quiddam, quod planè operæ pretium hoc loco exponere videatur; etsi ad historiã minimè pertineat. Animadverti, ut huic libello, (qui Orofii historiæ subjectus est in editione ea, quam Franciscus Fabricius emendavit) inserta sint septem integra Augustini folia cum parte octavi, quæ ex opusculo illo planè debeant furcillari. Augustini illa, quæ dixi, incipiunt ab istis verbis b: *Hanc esse intentionem legis arguentis, ut propter illa, quæ perperam sunt, confugiatur ad gratiam Domini miserentis: quæ habemus cap. XII. August. de Nat. & Grat. Porro sequuntur reliqua ejusce capituli. Item Augustini caput XIIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX, usque ad illa verba c: *Medico indiget, quia sana non est.* Exinde habes Augustini cap. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. & partem duodecimi, usque ad ista: *Sicut Apostolus ait, Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me finxisti sic?* Dixerit aliquis, Orofium ista ex Augustino esse mutuatum. Sanè hoc sensisse videtur Joannes Molanus, Theo-*

a Colon.
apud Ma.
tern. Cho
linum
an 1572.
b pag. 750
edit. Col.
quam di
ximus.

c pag. 758

logus Lovaniensis, in Bibliothecâ materiaram: ubi, inter eos, qui de arbitrii libertate scripserunt, Orosium ponit, atque addit, librum ejus potius esse collectaneum ex Augustino. Sed huic sententiæ multa adversantur. Primum quod in panno affuto legas hæc verba a: *In libris, quos ad Marcellinum inscripsi, sicut potui, explicare curavi.* Atqui si ex Augustino centonem farcire voluisset Orosius, eumque venditare pro suo, saltem leviter hæc immutasset, aut planè præterisset verba ista. Augustinus enim est, quem ad Marcellinum scripsisse scimus de peccatorum meritis, & remissione. Nec magis Orosio conveniunt verba illa b, *Quanto majore zelo accensus est libri hujusce, quem misistis, conditor.* Hæc sanè qui scribere potuit Orosius, cum intelligatur ab Augustino Pelagii liber de naturâ, quem Jacobus & Timasius, adolescentes, miserant Augustino, ut eum refelleret. Atqui Orosius, non Jacobum, & Timasium, alloquitur, sed patres Palæstinos, ut ex Apologetici, & ingressu, & epilogo, constat. Illud quoque quantivis pretii argumentum est, quod si septem, quæ dixi, folia, unâ cum octavi parte, eximantur, aptè omnia cohærent; non item, si relinquuntur ea, quæ alienum nunc fundum occupant. Nam antè ista ex Augustino affuta, proximè hæc Orosii antecedunt c: *Mea sententia est, quia & in hoc quoque peccamus, qui cum infirmi simus, de infirmitate conquerimur.* Post verò Augustini pannum continuè sequuntur ista d: *Sicut dicit Apostolus, Numquid dicit signum ei, qui se finxit: Quid me finxisti sic? Infirmitatis ei querela, propria virtutis ambitio est: quoniam occultè adjutorium Dei sustulit, qui peculiarem fortitudinem querit.* Atque ex his quoque liquet, non tantum ab Orosio minimè esse inserta, quæ diximus: sed ne quidem ab aliquo, ad pleniorè explicationem eorum, quæ Orosius scripserat, fuisse adjecta. Sunt enim, quæ istic nunc leguntur, planè aliena à proposito. Casu igitur factum putamus, ut quis Augustini aliquas pagellas, easque inversas & trajectas, permiscuerit Orosianis. His verò semel incuriâ aliquâ admixtis, & cum Orosianis postea compactis, factum fuit, ut tanquam Orosiana legerentur à lectore parum attento, & in Augustini lectione non multum versato. De Orosii historia satis. Nisi hoc addi placet, MSum ejus exemplar cum inscriptione Ormestæ extare etiam Oxonii in bibliothecâ Balleolensi, ut ait Thomas Jamesius. qui & auctor est, Cantabrigiæ in bibliotheca Collegii S. Benedicti MSum esse exemplar Orosii de viris illustribus. Quale opus videre nondum contigit. Sed sanè metuo ne non Orosii, verum Honorii illud sit. Quæ

nomina in manuscriptis quandoque confunduntur.

Hujus temporibus etiam EVODIUS fuit, Uzalenſis epiſcopus, ad quem Auguſtini literæ exſtant, unus ex quinque illis Africæ epiſcopis, quorum literas habemus ad Innocentium primum. Hic conſignavit miracula facta per reliquias S. Stephani, quas ex Palæſtina in Occidentem primus tulerat Oroſius. Teſtis Auguſtinus de civitate Dei lib. XXII cap. VIIII ubi cum dixiſſet, nondum biennium eſſe, ex quo apud Hipponem Regium cœpiſſet eſſe memoria Stephani protomartyris; & jam haberi LXX ferme libellos, qui miracula facta teſtificarentur: ſubiicit iſta, *Calama vero, ubi & ipſa memoria prius eſſe cœpit, & crebrius (libelli) dantur, incomparabili multitudine ſuperant. Vt alii etiam, que coloma Vice vicina eſt, multa per eundem martyrem facta cognovimus: cujus ibi memoria longè prius, quàm apud nos, ab Epiſcopo Euodio conſtituta eſt.* Sigebertus in illuſtr. ſcript. cap. XV. *Euodius epiſcopus ſcripſit librum de miraculis in Africa oſtenſis per reliquias Stephani protomartyris noviter inventas, quas detulit in Africam Oroſius, Auguſtini diſcipulus.*

Similiter circa hæc tempora SEVERUS, minoris inſulæ Balearis epiſcopus, circularem ad omnes eccleſias epiſtolam miſit de Judæorum eâ in inſulâ converſione, aliis que miraculis ibidem factis per reliquias S. Stephani, quas Oroſius, quia in Hiſpaniam à Gothis obſeſſam tranſmittere non poſſet, iſtic reliquerat. Ex Vaticana eam bibliotheca edidit Baronius in Annal. Eccleſ. ad annum CCCCXVIII.

Ætate eâdem fuit, ſimilique in argumento verſatus eſt, AVITUS preſbyter, natione Hiſpanus. Nam librum Luciani preſbyteri, de inventis reliquiis Stephani martyris, è Græco Latine vertit, epiſtoleque ſuâ præmiſſâ, occidentalibus per Oroſium tranſmiſit. Gennadius auctor in catalogo cap. XLVII. & Matthæus Weſtmonaſterienſis in Florilegio ad annum CCCCXVIII. Alius verò ab eo eſt Alci-mus Avitus, epiſcopus, qui circa annum floruit quingentimum. De eo Iſidorus in catal. cap. XXIII.

CAP. XV.

Aurelii Victoris junioris ætas, & unde ſua excerpterit. Geſneri $\mu\alpha\theta\epsilon\sigma\mu\alpha$. Victoris hujus lapis vetus: niſi hiſtorico potius Victorio, aut Victorino, nomen fuit. Rutilii Claudii dignitas, carmen, cui id dicat: quando ſcripſerit, cujuſmodi dictio,

dictio, ejusdem virulentia erga religionem & Judaicam, & Christianam.

SEXTUS AURELIUS VICTOR itidem vixit temporibus Arcadii, & Honorii: ac de vitis imperatorum Romanorum epitomen fecit: eamque ad Theodosii usque excessum perduxit. Contexta hæc epitome est, cum ex Tranquillo, Eutropio, Ammiano, alijs: tum etiam Sexto illo Aurelio Victore, de quo superius dictum. At non audiendus doctissimus Gesnerus, cum in priori Bibliothecæ suæ tomo ait, Eutropium ex hoc scriptore potissimum hausisse, quæ refert. Nam Eutropius claruit tempore Juliani; ut Victore hoc sit verustior. Suspicio autem historicum nostrum eum esse, cujus inter inscriptiones veteres hoc fragmentum habemus:

... IERUM PRINCIPUM CLEMENTIAM

... ANCTITUDINEM MUNIFICENTIAM
SUPERGRESSO

D. N. FLAVIO THEODOSIO PIO VICTORI
SEMPER AUGUSTO

SEX. AURELIUS VICTOR V. C. URBI PRÆF.
JUDEX SACRARUM COGNITIONUM.

D. N. M. Q. E.

Sanè tempora conveniunt; cum Theodosii ætate vixerit; nec multò post Theodosium & ipse vitâ excefferit; ut qui in Theodosii morte desinat, uti diximus. Alius tamen fuerit, si historicus noster non Victor dicebatur: sed Victorius, aut Victorinus. Quod posterius in tribus Aurelii hujus codicibus MSSis se reperisse scribit V. Cl. Andreas Schottus. Sanè in Aurelia gente fuisse non Victores modò, sed & Victorios, liquet ex antiquo lapide, quem Romæ I. Lipsius exscripsit, ubi legas, M. AURELIUS VICTORIV.. Mentio hujus historici fit apud Paullum diaconum de gestis Longobardorum lib. II cap. XVIII. his verbis: *Sunt qui Alpes Cottias, & Apenninas, unam dicunt esse provinciam: sed hos Victoris revincit Historia, quæ Alpes Cottias per se provinciam appellat.* Locus Victoris, quem signat, est iste in Nerone: *Pontum in jus provincia, Polemonis reguli permisso, redegit, à quo Polemoniacus Pontus appellatus est: itemque Cottias Alpes, Cottio rege mortuo.* Sed veteres editt. in Paulli loco pro *Victoris*, ut est in MSSis, habent *Victorini*. Ut nec ex hoc loco liqueat de vero ejus historici nomine.

Ad hæc etiam tempora pertinet CLAUDIUS RUTILIUS, five Rutilius Claudius Numatianus Gallus, qui *O'domeneus* five Itinerarium scripsit libris duobus. Sed posterioris libri pars melior deperit. Fuit vir consularis, præfectorius Urbis, tribunus militum, & prætorio præfectus. Dignitatum earum meminit ipse his verbis:

Si non displicui, regerem cum JURA Quirini;
Si colui sanctos, CONSULUIQUE patres:
 (Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum,
 Non sit PRÆFECTI gloria, sed populi)
Sive datur &c. Et post multa:
Officiis regerem cum regia tecta magister,
Armigerasq; pii principis excubias.

Dedicavit poema suum Venerio Rufio. Quia verò carmen heroicum respuit Venerii nomen; ut in quo tres primæ sint correptæ: ed maluit hoc pacto ejus indicium facere:

Optarem verum complecti carmine nomen;
Sed quosdam refugit regula dura pedes.
 Cognomen versu, VENERI carissime RUFII,
 Illo te dudum pagina nostra canit.

Ubi Veneri & vocandi casus esse potest à recto *Venerius*, ut *Virgilius* est à *Virgilius*: & dandi casus à recto *Venus*, ut *Rufius Divæ Veneri* carissimus dicatur. Perperam autem, qui *Rufius* est, à quibusdam *Rufus* vocatur: quod allatus versus indicat: atque item iste:

Rufus Albini gloria viva patris.

Cujas ille *Rufius* fuerit, & quos gesserit honores, ostendunt ea, quæ *Rutilius* continuè subjungit. Scriptum est hoc poema post cædem *Stiliconis*, ac *Romam* ab *Alaricho Gotho* captam: quod satis ex posterioris libri reliquiis cognoscitur. In eo carmine situm locorum attentius consideranti, versus quosdam loco suo trajectos esse, non erit obscurum. Carmen est elegans, etiam supra ætatem, qua poeta vixit. Sed in quo, jure optimo, culpes iniquum, ac planè virulentum animum, tum erga *Christianos*, imprimis *monachos Caprariæ*, & *Gorgoniæ insulæ*: tum *Judæos*, quorum *sabbatha* homini, in pietatis ac religionis negotio, planè cæco, videntur esse

— *lassati mollis imago Dei.*

CAP. XVI.

Vita B. Augustini à Possidio scripta. Honorius Augustodunensis emendatur. Patricius, primus Hibernorum episcopus, quæ historica scripsisse dicatur. Constantinus de vita B. Germani. Oranius, sive Vranius, de vita B. Germani. Paratus carmine argumentum idem tractare decrevit. Hilarius Arelatenfis de vita Honorati. Petronius de vita monachorum in Ægypto. Honorius iterum correctus. Petronius de sanctorum Patrum apophthegmatis. Acta Petronii ubi existunt; & quem habeant auctorem.

Valentiniani tertii ætate fuit POSSIDIUS Afer, Calamensis episcopus, qui B. Augustini vitam, scriptorumque indiculum reliquit. Hodieque ea exstant. Meminere autem etiam Isidorus, & Sigebertus, in scriptoribus illustribus. Imò & Honorius. Sed apud eum corruptè vocatur Possidonius.

Etiam sub Valentiniano III fuit PATRICIUS, qui Hibernorum dicitur Apostolus. De eo sic Sigebertus ad ann. Christ. ccccxxxii: *Celestinus Papa ad Scotos in Christum credentes Palladium mittit primum episcopum. Post quem ad eosdem ab eodem Celestino missus est sanctus Patricius, genere Brito, filius Conches, sororis sancti Martini Turonensis: qui in baptismo quidem dictus est Suchat, à sancto Germano Magominus, à Celestino verò Patricius: à quo Archiepiscopus Scotorum ordinatus, per lx annos signis, sanctitate, doctrinâ excellens, totam insulam Hiberniam convertit ad Christum.* Pleraque ex his etiam habes apud Marianum Scotum ad eundem annum. Baronius ad annum ccccxxxii annotavit, vitam ejus à Probo, & aliis, prodi: atque etiam scripta ejus recenseri. Ad oram verò remittit nos ad Balæi centuriam primam. Et sanè centuriæ istius capite xliiii plurima ei tribuuntur, illaque inter historica hæc, De antiquitate Avalonica, *Odor. Mercator* Hiberniæ, Historia Hiberniæ ex Ruano. De quibus nihil dicere habeo. Unum scio, in priorum seculorum scriptoribus non rarò Balæi fidem claudicare. Idem de Joanne Pitseo dictum velim, qui exscribere Balæum solet, præterquam in iis, quæ ad diffidium in sacro religionis negotio pertinent: ubi nihil mirum, si pugnantißima hi duo habeant.

Tum quoque claruit CONSTANTINUS episcopus, qui B. Germani vitam contexit, ut ait Isidorus de illustribus Eccl. script. cap.

IV. Obiit autem B. Germanus anno ccccxxxv. Exstat hoc Constantii opus libris duobus in Collectione Suriana a. d. xxxi. Jul. MSum verò Oxonii superest in bibliothecâ Bodlejana. Ubi & liber MSus de translatione & miraculis ejusdem Germani.

Æqualis his etiam URANIUS, seu Uraninus, qui in libris nonnullis Oranius, vel etiam Ofanius vocatur. Descripsit obitum Paullini, presbyteri ejus, qui librum reliquit de vita B. Ambrosii. Auctor Isidorus in illustr. scr. cap. iv. Exstat ea historia apud Surium ad Jun. xxii. MSa verò, ut Possevinus ait, adservatur in bibliotheca Medicæ. Inter alia refert, adfuisse se morienti, quod ætatem Uranii satis docet. Dicavit autem hunc libellum PARATO, qui vitam ejus verbis describere statuerat: ut ex præfatione discimus. Sed utrum id Paratus præstiterit, ignoratur. At quatuor seculis post, temporibus nempe Caroli Crassi, quinque id libris fecit Hericus Altiflodorensis: de quo suo loco dicemus.

Æqualis his etiam fuit HILARIUS, discipulus B. Augustini, qui in Arelatensi episcopatu successit Honorato, ac librum de vita decessoris sui edidit, ut Gennadius testatur de eccl. script. cap. lxxix. & ex eo Isidorus, ac Honorius. Vita hæc ante annos xii ex MSSis Lerinensibus edita est à Vincentio Barrali, monacho Lerinensi. Ejusdem sermo de miraculo B. Genesii martyris exstat apud Surium a. d. xxv Augusti. Obiit anno x Leonis Papæ, qui Christi fuit ccccxlxx. Epitaphium ejus è tabula marmorea parieti infixum apud eundem Vincentium Barrali reperies. Plura de Hilario hoc Gennadius, ac nos lib. i. historiae de controversiis Pelagianis cap. xix.

Tum quoque PETRONIUS, Bononiensis episcopus, (ut Gennadii verbis utar) *vir sanctæ vitæ, & monachorum studiis ab adolescentia exercitatus, scripsisse putatur vitas Patrum monachorum Ægypti: quas velut speculum, ac normam professionis suæ, monachi amplectuntur. Moritur Theodosio, Arcadii filio, & Valentiano, regnantibus. Eadem apud Honorium legas, sed corruptè ibi scriptum, floruisse sub Theodor. i Theodosio reponendum. Nec enim Theodoricus Gothus, cum Valentiano iii imperavit: sed is demum duodequadraginta post ejus obitum annis, Odoacre dejecto, creatus Italiæ rex fuit. Alphonsus Ciacco, tractatu de B. Hieronymi Cardinalitio, adducit hæc ex MSo codice Petronii de Selectis SS. Patrum apophthegmatis: Hieronymus, vir in omni doctrinarum genere absolutissimus, S. R. E. presbyter Cardinalis, cum ab amulis suis accusaretur, ex voluminibus Origenis innumera in sua transulisse opera, dixit: Laus, que debetur Origeni offerri, maxima est: & cum illum in mens operibus*

operibus imitatus sum, illum imitari proposui, quem nobis, & omnibus prudentibus, placere, minime vereor. Opus hoc à priori diversum est. Nam in illo de solis Ægyptiis monachis actum fuit: in hoc universè de SS. Patribus, etiam B. Hieronymo, ut verba adlata arguunt. Tum autem in hoc sola sunt apophthegmata: in priori alia etiam, quæ ad vitam eorum pertinerent. Simile tamen argumentum facit, ut eundem Petronium credam. Quod si Ciacco fucum non fecit lectori: spero tandem aliquando fore, ut Petroniana hæc sanctorum patrum apophthegmata adspiciant lucem. Acta Petronii Bononiæ exstant, cujus urbis episcopum fuisse diximus. Continentur autem ea Officio, quod ibidem octavâ D. Petro lii recitatur, atque ante hos LX annos conscriptum fuit à Gabriele Palæoto, Cardinale, & Episcopo Bononiensi, viro doctissimo. Meminit Petronii hujus Eucherius, Lugdunensis episcopus, epistolâ ad Valerianum: *Hilarius nuper, & in Italia nunc anistes Petronius, ambo ex illa plenissima, ut ajunt, mundana potestatis sede, unus in religionis, alius in sacerdotii nomen ascendit.* Patrem quoque in summo honore fuisse, indicat Gennadius; qui ait, fuisse prætorio præfectum, virumque eloquentissimum, & secularibus literis excellentissimum.

CAP. XVII.

Jo. Cassiani *etas, ac libri. Honorius emendatus. Cassiani adversarius Prosper, Augustini propugnator, ejusque postrema de gratia Dei sententiæ subscriptum.* Distinguuntur duo Eucherii Lugdunenses, quos viri etiam summi pro uno eodemque habent. Eucherii libelli duo spiritualis intelligentiæ. Refelluntur, qui commentarios in Regum libros esse Eucherii putant. Glossema, quod in Isidori contextum irrepsit. Prosperi Aquitanici Chronicon. In Beda conjectura. Paschasius Siciliensis. Isidorus correctus. Paschasius, & ante synodum Chalcedonensem, ejus synodi ergo, legatus fuit ad Imperatorem: & in ea præsedit, nomine Leonis Papæ: & post eam, acta hujus synodi concinnavit. Idacius, seu Itacius Lemovicentis. Quousque Chronicon suum perduxerit. Sigeberti in eo lapsus. Tritthem i error cum hoc Idacio confundentis illum, qui Priscilliani æqualis, & ad-

F f

versa-

*versarius infestissimus fuit. Idacii liber adversus Vari-
mudum. Aetate Antonii ejus, qui vitam Simeonis Sty-
litæ descripsit.*

ETIAM IOANNES CASSIANUS Scythæ, qui prius dia-
conus Constantinopoli, postea Massiliæ presbyter fuit, ejus-
dem Valentiniiani tempore claruit: ut vel inde cognoscimus, quod
septem ejus libri de incarnatione Christi scripti fuerint rogatu
Leonis archidiaconi, qui postea episcopus Urbis fuit. Præterea
verò edidit libros IV de institutis monachorum: opus historicum
pariter, ac dogmaticum: cui libros V. II de vitis principalibus,
eorumque remediis, subjunxit. Adhæc scripsit Collationes
cum patribus Ægyptiis habitas, quas libris XX I v complexus est.
Earum etiam meminere Gennadius, ac Honorius: sed apud
hunc perperam pro *Collationes* editum *Collectiones*. Mentionem et-
iam facit Antoninus, archiepiscopus Florentinus, part. II Hist.
Tit. X cap. X. §. II. ubi opus hoc appellat *vitas parum in Ægypto
tempertas*. Eas anno scripsit CCCCXXXII, ut ad hunc annum
Conradus à Lichtenavv, qui vulgò dicitur Urspergensis abbas,
annotavit. MSum exemplar exstat Oxonii in Bibliotheca Col-
legii Novi: ubi (ut est apud Tho. James) inscriptio istiusmodi:
*Sanctorum Patrum Collationes, auctore Joanne Monacho Bethleemico,
qui etiam Cassianus dictus est.* Eloquentissimum Scriptorem appel-
lat Barthius Advers. lib. XLIV. cap. III. Quanti autem Cas-
sianum fecerit B. Fulgentius; atque ut, ejus lectione accensus,
Ægyptum petere statuerit: cognoscere est ex Fulgentii vita ab
discipulo ejus scripta: ubi inter alia legas; *Subiò B. Fulgenius,
Ægyptiorum monachorum vitas admirabiles legens, INSTITUTIONUM
simul, atque COLLATIONUM, spiritali meditatione succensus, memo-
ratis terras navigio petere statuit &c.* Quædam tamen ei insperia à
Cassiano fieri, quibus necessitas gratiæ in dubium vocaretur. Ita-
que ad. ersus Collatorem, hoc est, Cassianum, scripsit B. Prosper. Ea
fortasse fugere aciem Fulgentii adhuc adolescentis. Vel ut rectum
curvo jam tum posset discernere, non propterea negligenda para-
bat, quæ ad augendam vitæ pietatem ac sanctimoniam præclare ab
eo dicerentur. Sed hoc ut ut est, saltem jam episcopus Prospero, non
Cassiano, adhæsit. Quod satis indicant libri, quos habemus. Et
pleniùs cognoscere fuit ex iis, quæ de gratia, & libero arbitrio, scri-
pserat adversus Faustum Rhegiensem: ut episcopi Africani in Sar-
dinia

cinia exulantes epistolis suis synodicis testantur: item discipulus Fulgentii in vita magistri: atque etiam Isidorus in viris illustr. cap. XIV. Nempe celeberrimi quique occidentalis ecclesie doctores sequebantur Augustinum & Prosperum: cujus de gratia & libero arbitrio, prædestinationeque divina, doctrinam ipse etiam sequor, & probo. Ut omnino sententiam meam haut satis assequantur, si qui existimare me arbitrentur, postremæ Augustini sententiæ, quæ prædestinationem fide, & perseverantia, priorem facit, tamquam impia, vel etiam falsæ, obduci posse ea, quæ ante septennium in opere de controversiis à Pelagio, & Massiliensibus, excitatis, de priori Augustini sententia retuli; vel etiam, quæ adduxi ex libris, seu Latinorum, seu Græcorum Patrum, qui scripserant ante Pelagii hæresin exortam. Nec enim, iudicio meo, B. Augustinus prioribus Patribus repugnat: sed quod de Prædestinatione priores ferè Patres præteribant, hoc addit: atque ubi illi de gratia incautiùs essent locuti, hoc explicat. Sed de isto fusiùs, spero, alibi nobis commodior offeretur agendi locus.

EUCHERIUS, Lugdunensis episcopus, Thebæorum passionem prosâ conscripsit, eamque dicavit Sylvio episcopo. Auctor Sigebertus in catal. cap. CLIX: ubi Marbodum Gallum ait, Eucherii hujus vestigiis insistentem, idem argumentum carmine tractasse. Censeo autem ejus hoc Eucherii opus esse, quem Valentiniani, & Marciani, temporibus obiisse, Gennadius in Catalogo, atque Ado in Chronicis, testantur. Præter quem alter etiam ejus nominis, item episcopus Lugdunensis, fuit: qui consilio Arauficano 11 subscripsit anno 1031. Tunc enim id celebratum fuisse, ostendimus lib. 1 Historiæ de controversiis Pelagianis cap. LIII. Hosce duos Eucherios Lugdunenses confundunt multi: etiam annalium Ecclesiasticorum conditor. Apud Gennadium legas, *Eucherium discernisse etiam ad personam filiorum Viani, & Salonii, postea Episcoporum, obscura quaque sanctarum capitula Scripturarum.* Exstat hic libellus in operibus Eucherii editis Basileæ. Etiam Flacius illum subjunxit operi suo, quod Clavem Scripturæ nuncupavit: ac Vincentius Barrali Salernus, monachus Lirinensis, inseruit eum Chronologiæ sanctorum, & abbatum, aliorumque illustrium virorum insulæ Lirinensis. Ubi & Eucherii epistolam paræneticam reperies ad Valerianum suum. Item opusculum de laude eremi ad Hilarium, Arelatensem episcopum, solitudinis deserta perentem. Cujus opusculi Isidorus meminit in viris illustribus. Commentarios in Genesim, &

a Præfat.
præmissa
Eucherii
ad Hila-
rium epi-
stola in
Chrono-
logia san-
ctorum
insula Li-
rinensis.

libros Regum, esse ejus Eucherii, qui Cassianæ æqualis fuit, censet Dionysius Faucherius, monachus Lirinensis *a*. Sed eum refellit, quoddam comment. in libros regum lib. III cap. XVIIII. citatur Cassiodorus fenator in psalmodum expositione. Item quoddam ejusdem libri cap. XXII refertur, ut Gregorius Magnus Augustinum, & alios, in Britanniam miserit ad Evangelium prædicandum. Nec movere debent verba ea, quæ adducit Dionysius ex Isidori de viris illustribus cap. xv. Ubi is, cum opusculi de laude eremi meminisset, hæc subjungit: *Scriptit alia in multis sacros libros commentaria, non minus necessaria, quam utilia, præcipue vero in Genesin, & libros regum ad Salonium, & Veranum, fratres episcopos, opus prolixum & doctissimum.* Quippe hæc verba, (quæ & præfiguntur commentariis istis in editione Eucherii Basileensi) planè alius addidit Isidoro. Sanè in MSSis melioribus non reperias: uti nec editione ea Isidori, quam Colonia Suffridus Petri, vel Parisiis dedit Jacobus Breulius. Deinde quid illud est, quod Eucherius etiam *alia in sacras literas commentaria scripsisse dicitur?* Atqui non antecesserat mentio ullorum in Scripturam commentariorum. Nempe priùs scriptum fuerat *aliàs*: pro ut editum in Basileensi editione. Atque ea particula hanc vim habet, unum quidem tantum de solitudine edidisse libellum, qui tantopere laudetur ab Isidoro: cæterum, si ratio ineunda sit omnium, quæ scripserit Eucherius, nec præteriri debuisse commentarios istos in Scripturam. Hoc sibi voluit, qui istæc ad oram alleverat, quæ in contextum postea sunt admissa.

Ejusdem Valentiniani temporibus fuit B. PROSPER AQUITANUS, quem Bardigalensem appellat Joannes Aventinus de scriptoribus agens, è quibus secundum Annalium scribens profecit. Leonis Papæ primùm notarius, ac post episcopus Rhegiensis fuit. Ut fortasse *Prosper Rhegiensis* legi debeat apud Bedam histor. Eccl. lib. I cap. x, ubi nunc exaratum *Prosper rhetor*. Inter alia Chronicon scripsit à primo homine usque ad Urbem ab Genserico, Vandalorum rege, captam: quemadmodum Honorius tradit, ac ante eum scriptores duo, temporibus Prosperi vicini, Gennadius in Illustr. scr. cap. LXXXIV: ac Cassiodorus libro de divinis lect. cap. XVII. Ex Chronicis istis nunc pars solùm exstat, ab obitu Valentis, qui incidit in annum Chr. CCCLXXIX, usque ad Valentianum VI, & Nonium, *coff.* hoc est Chr. an. CCCXLVII. Cæterum triplex exstat editio Chronici Prosperi. Prima antiqua est, quæ in vet. edit. B. Hieronymi Chronico subjungi solet. Altera planè ab eâ est di-

versa, Prospero Tironi Aquitano inscripta; quam debemus Petro Pithæo, viro præclare de antiquitate merito. Tertia expressa est ex MSo codice Augustano monasterii SS. Afræ, & Udalrici; ubi auctor ejus itidem *Tiro Prosper* appellatur. Atque hæc, ut cum antiquâ in multis convenit; ita in nonnullis est dilucior: in nonnullis item, imprimis circa finem, auctior est. Hanc exhibuit Henricus Canisius Tom. I. Antiq. Lect. sed ita, ut & duas priores adjungeret, quò facilius cuivis eas sit conferre. Præfatione in Chronicon ait, quanquam Gennadius dicat, exorsum fuisse à primo homine; tamen incepisse, ubi desierat Hieronymus: sed imposuisse Gennadio, quòd in fine Prosperi vidisset collectionem annorum ab orbe condito, usque ad ea tempora, ubi ipse desisteret. Atque ita ibi ille: sed in notis opinionem eam meritò retractat. Movent nempe aperta verba Gennadii, ubi dicit, *Chronica nomine illius prætitulata legi continentia à primi hominis conditione, juxta divinarum Scripturarum fidem, usque ad obitum Valentiniiani.* En, legisse se ait id Chronicon: & nos vidisse eum negemus? Præterea MSus codex Ultricianus Prosperi habet: *Incipit ex Chronicis Tironis Prosperi, Chronicorum Eusebii temporibus prætermittis.* Quid liquidius? Adde his, quòd idem ac Gennadius etiam dicat Calliodorus, loco eo, quem antè commemoravimus. Habes & MSum Chronici cod. apud Cantabrigienses in colleg. S. Benedicti. Plura de Prospero si voles, adi, quæ de eo diximus libro primo a historiae, a Cap. 18. quam de controversiis à Pelagio motis edidimus.

Fuit tum quoque PASCHASINUS, qui Isidoro b perperam b in illust. Paschasius, Lilybæi in Sicilia episcopus. Scripsit hic ad Leonem, vir. cap. 11. Urbis episcopum, epistolam de quæstione paschali, & fontis miraculo: quæ inter Leonis epistolas invenitur, estque numero LXIII. Meminere ejus epistolæ præter Isidorum, de quo dixi, etiam Honorius in viris illustribus, & multò ante eum Ado in Chronicis, postquam de capta à Vandalis Carthagine dixerat: hoc est, ad annum cccc. lvi. Etiam Paschasius hic unà cum Lucentio, Asculano episcopo, & Bonifacio, Urbis diacono, scripsit epistolam de damnatione Dioscori, Alexandrini antè episcopi: quæ etiam num extat c. Imò tres hi in Chalcedonensi concilio primo loco leguntur; nec nineque Leonis papæ ei subscripsere: ut ex Actis hujus concilii cognoscimus. Atque iidem etiam ruerant inter legatos, quos Leo ad Marcianum Imp. miserat postulatum, ut synodus differretur: quemadmodum ex Leonis epist. xliiii constat. Meminimus autem Paschasini hoc loco, quia acta Concilii Chalcedonensis con-

c Tom. 2
concl.
edit. Co-
lon Ben-
nii pag.
41.

signavit: ut Tritthemius tradit: quem & sequitur Gesnerus. Sane id satis verisimile est, cum nomine domini Leonis in synodo praesiderit.

Extremis Valentiniani III temporibus, ac deinceps, fuit I T A C I U S, seu Idacius, vel ut nonnullis codd. legas Hydatius, (quasi *Hydatius* sit) Lemicensis in Gallæcia episcopus. Hic Chronicon scripsit, quod incipit ab obitu Valentis, ubi Eusebianum Hieronymi Chronicon sistit: desinit autem in anno Christi ccccxc, ut ait Sigebertus in Chronico ad eum annum: è junioribus item Vaseus in Chronico Hispaniæ cap. iv. Vel in octavo Leonis imp. anno, ut est apud Isidorum de viris illustribus cap. ix. Quod verius puto. Quomodo enim potuit progredi ad usque annum ccccxc, si verum est, quod ait Isidorus, obiisse eum sub Leone, qui decessit anno Christi cccclxx. Et sane in Leonis temporibus terminatur quoque illud Idacii Chronicon, quod ex veteri codice exscripsit Fredericus Lindembrogius, ac Chronico Eusebiano Scaliger subjunxit. Fortasse exinde Sigeberti error manavit, quòd in codicem incidisset, ubi Idacio quædam ab altero adjecta forent. Atque eò hoc verisimilius est, quia collector Chronologus, Karoli Magni æqualis, quem habes apud Canisium Tom. I I. Antiq. Lect. libro tertio, quo Idacium exscribit, ad ulteriora etiam tempora pertingit: uti & facit Idacii editio, quam integriorem & emendatiorem illà à Scaligero, & Canisio procuratà exhibuit Andreas Schottus Tom. IV Hispaniæ illustratæ. Itaque nisi ex Isidoro constaret, Idacium Leonis tempore decessisse: existimare aliquis posset, vixisse eum temporibus Justiniani; quia liber ille, quo in *Βρυξων* collector se Idacium exscribere profiteretur, ad ea usque, quæ dixi, tempora producit. Utcunque est, ex his liquet, longe alium esse, tum ab Ithacio, Sossubensi episcopo, sive ut Garfias cumq; eo Sigonius a, & Mariana b censet, Osnobens; tum ab altero episcopo, nomine Idacio, qui duo interfuere concilio Cæsaraugustano; atque à Severo etiam Sulpitio propterea reprehenduntur, quòd in expugnanda Priscilliani hæresi magis affectui obsecundarint, quam in sancto hoc studio oporteret. Vixere enim illi tempore Gratiani, anno cccclxxv I I I. Hosce duos confudit Tritthemius. Quæritur, uter sit Idacius memoratus Leoni Pape in fine epistolæ xci ad Thuribium: ubi auctor est, ut, si minus generale Galliciæ concilium celebrari possit; saltem sacerdotes conveniant, atque iis præsent duo hi, Idacius & Ceporius. Mihi Idacius hic planè videtur ille Chronici scriptor. Nam Galliciæ con-

a *notis in Sulpitiū*
b *Annal. Hisp. lib. 4. cap. 20.*

clium, quod Leo papa exoptat, celebratum non multò post fuit: puta anno ccccxlvii, annis xxxiv ante Leonis imp. annum octavum, in quo desit Chron. on Idacii. Non hoc tantum est intervallum, ut scrupulum ulli injicere debeat: quandoquidem Idacius, ut de eo prodit Isidorus, *ultima penè senectute* decessit. Præterea scripsit Idacius Fastos consulares a 3 rato & Tarquinio, usque ad alterum Consulatum Athenii Augusti: Sed ex iis Fastis partem magnam, quæ & ipsa in MSo exstabat, in editione suâ præterit Sirmondus. Nam orditur ab initio imperii Aureliani, ac desinit in Honori excessu. Opus hoc Fastorum eo nomine commendatur à Barthio Advers. lib. li cap. iv, *quod dies ipsos multarum præclararum actionum designet*. At non item liquet, ejus, an alterius Idacii, sit opus adversus Varimudum, Arrianæ sectæ diaconum, quod legitur in bibliothecapatum Tom. iv. Nam Isidorus seniori quidem Idacio tribuit apologeticum adversus Priscillianum: juniori autem chronicon: sed de opere isto adversus Varimudum, apud eum altum est silentium. Imò cum auctor in præfatione dicat, ista se scripsisse Neapoli, Campaniæ urbe, constitutum: planè metuo, ne diversus sit ab duobus illis episcopis Hispanis, de quibus antè dictum nobis. Idacium Chronologum non exiguo olim in pretio fuisse, ex eo agnoscimus, quod ejus jam temporibus Caroli Magni meminerit auctor Chronologiæ universalis à Canisio editæ Tom. ii. Sylloges suæ: uti & Magister Rigordus, Philippi Galliarum Regis Chronologi.

ANTONIUS is, qui vitam scripsit Simeonis Stylitæ, fuit temporibus Leonis Imperatoris. Siquidem ex Cedreno constat, Simeonem Srylitem Seniore, qui & *δευμας* dicitur, jam centenarium obiisse anno Leonis Imp. quarto, qui Christi est cccclix. At Antonius ille Leonis hujus discipulus fuit: ut ostendant in vita eâ hæc ipsius verba cap. v. i. *Quidam autem juvenis adstitit ei, Antonius nomine, qui vidit, & scripsit hæc*. Assentio autem iis, qui Antonium hunc signari existimant ab Euagrio lib. i hist. Eccl. cap. xiii. ubi legas: *Τέτι τὰς διουσημίας ἔβρεθε ἡ καὶ πρὸς αὐτῶν ἡγουμένων γάρ εσθ' ἡ λογίως ἀπέδειξεν ἡ θεοδωρητὸς ὁ καὶ κυρτεῖν ἐπινοήτης*. Hujus res gestas, qua omnino divina virtutis signa erant, scripsit aliquis ex us, qui oculis conspexerant. Scripsit etiam, sacundeq; exp. suit, Theodoretus, Cyrensis episcopus. Vita ea Stylitæ utraque, & illa, inquam, quæ scripta est ab Antonio, & altera, quæ Theodoretus auctorem habet, hodie superest. Fortasse autem, uti Theodoretus, ita & Antonius scripserat Græcè. Sed cum nomen Antonii in libris omnibus, non ut interpretis, sed

ut auctoris, præponatur : sine gravi satis causâ ab libris, & receptâ sententiâ, recedendum non putavi.

CAP. XVIII.

Victor Uticensis. Honorati Massiliensis ætas, & commentatio de vita Honorati : hanc illam esse, quæ nunc quoque superest, ostenditur. Duo alii ejusce nominis. Sidonius transfuit vitam Apollonii Tyanæi. Historiam orsus fuit : sed non pertexuit. Homilia Fausti de vita S. Maximi. Spissus error illorum, qui eam tribuunt Eusebio Emiseno. De Ennodii vero nomine, episcopatu, anno dieque mortuali, sive natali potius : item de operibus, quæ reliquit. Gennadii ætas, presbyterium, libri. Dinamii tractatus de vita S. Maximi. Eugippii ætas, deque vita S. Severini liber, & præfatura ejus monastica. Sigeberti, & Arentini, super ætate Eugippii ; aliorum super nomine ejusdem, error.

ACCedo nunc ad eos, qui, desito Occidentis imperio, viguerunt. Nempe quo tempore in Oriente primùm Zeno, hinc Anastasius, tum Justinus, exinde Justinianus fuit : in Occidente autem imperavit, primùm Odoacer, hinc Theodoricus, exinde Athalaricus, post Theodatus, Vitiges, Totilas, Teias.

S. VICTOR UTICENSIS, episcopus Africanus, reliquit libros tres de persecutione Vandalica, quæ B. Augustini ætate, in Africa fuit sub Gensericho, & Hunericho, Vandalorum regibus. Vixit Zenone imperante, ut ex iis videre est, quæ scribit lib. III.

Ejusdem Zenonis temporibus, floruit HONORATUS, Massiliensis episcopus : de quo pluscula Gennadius in catalogo cap. penult. Inter alia inquit, S. Papa Gelasius, Romæ Urbis Pontifex, per Scripturam agnoscens ejus fidei integritatem, rescripto suo probatam judicavit. Sanctorum patrum Vitæ ad edificationem posterorum coaptat ipse legendas : præcipuè meritoris sui Hilarii, Arelatensis episcopi. Obiit autem Hilarius ille, Asterio, & Protogene, consulibus : qui Christi annus erat ccccxl ix, Leonis Papæ decimus. Gelasius verò, qui Honorati scripta approbavit, episcopus Urbis factus fuit anno Ch. ccccxcii. Quare is, de quo loquitur Gennadius, & ante Gelasium Papam, & ejus temporibus vixerit. Exstat hodieque vita S. Hilarii Arelatensis.

Arelatenfis, quam ex antiquo codice membranaceo monasterii Lericensis, in Chronologia sanctorum, & abbatum, illustriumque ejus monasterii virorum, in lucem edidit Vincentius Barrali Salernus. Et si autem in MSo non addatur nomen auctoris: non dubitandum tamen, quin is sit Honoratus, episcopus Massiliensis. Nam scriptor hujus vitæ exsequiis B. Hilarii interfuit: ut verba ista ostendunt: *Hebraeam concinentium linguam in exsequiis honorandis audisse me recolo. Nam nostros ita mæror obsederat, ut ab officio solito impatiens doloris inhibuerit magnitudo.* Sequæ præfuisse aliis, idem semel, iterumque, non obscure indicat. Est autem vita hæc Hilarii mendosissimè edita. Vide quæ in ea emendat Barthius Advers. lib. LVIII. cap. v. Cæterùm Honoratus hic, qui Massiliensis episcopus fuit, & Hilarii Arelatenfis episcopi vitam composuit, confundi non debet cum Honorato, Arelatenfi episcopo, cujus vitâ in literas retulit Hilarius Arelatenfis. Uti nec cum tertio Honorato, Constantinæ, Africæ civitatis, episcopo: qui & ipse circa hæc tempora vixit. Gennadium de hoc vide cap. xcv, & Honorium in scriptoribus ex Gennadio sect. xcv.

C. SOLLIUS APOLLINARIS SIDONIUS, Arvernorum episcopus, sub Leone, ac imprimis Zenone claruit, Gennadio, ac Honorio, testibus. Qualemqualem hic sibi is locum deposcit, quia vitam Apollonii à Tascio Victoriano (qui in nonnullis libris Roscius vocatur) Græcè scriptam, in Latinam transfulerit linguam. Eam ad Leonem, Euarigis, Gothorum regis, consiliarium transmisit. Vide epistolam III Sidonii lib. VIII. Ab eodem Leone rogatus, ut in epistolarum curâ ad scribendam historiam se appelleret, callidè retorsit, atque ab Leone ipso, ut magis idoneo, id deposcit. Ad libri IV epistolam XXI, ad Leonem. Aliquando tamen Sidonius & historiam scribere orsus fuit. quæ erat de Aureliano ab Attila, Hunnorum rege, obsesso; deque ejus militibus, dum urbem diriperent, ab Aëtio patricio, Meroveo, & Theodorico, Gothorum rege, qui supervenerant, fugatis. Sed difficultate operis territus, à proposito hoc Sollius destitit. Vide ejusdem libri epist. xv, quæ ad Prosperum scripta est.

Zenonis quoque, & ut videtur, Anastasii etiam tempore in pretio habebatur FAUSTUS, abbas Lerinensis, ac Maximi in episcopatu Rhegiensi successor. Hic homiliam scripsit de vita hujus Maximi: quæ exstat inter homilias Eusebio Emisleno adscriptas, ex curâ Jo. Gagneji, Patiensis Theologi, Lovanii editas. Perri-

diculum autem est, quòd homilia ista Emisseno tribuitur, qui sub Constantio vixit. Nam eo tempore needum erat monasterium Lirinense; cuius post Honoratum Hilarius, post Hilarium Maximus, post eum Faustus, abbas fuit. At Maximus abbas est creatus anno **CCCLXVI**, quo tempore Leo imperabat. Nec diu præfuisse cœnobio, arguit, quòd Faustus jam ex abbate Lirinensi Regiensis episcopus erat temporibus Sidonii Apollinaris; ut constat ex lib. **IX** epist. **111**. Atqui Sidonius, Zenone imperante, decessit: ut ex Gennadio, Honorioque, cognoscitur. Quare Savaroni assentio, qui in notis ad epistolam, quam dixi, & item ad carmen Eucharisticum, homiliam de vita S. Maximi tribuit Fausto. Sanè, quisquis est, Maximi se ætate vixisse, satis indicat, his verbis: *Sub nudo axe cæli trium dierum, ac trium noctium imbribus, verberatur: sicut & ipse sum testis*. Imò & discipulum Maximi fuisse, hæc verba ostendunt: *Hujus ergo tanti, ac præclari, queso ut nos, & discipulos meminerimus, & filios. Rapiat unusquisque, quod possumus, de bonis intestati parentis*. Atque hoc etiam Molanus vidit notis in Usuardum a. d. **XXVI** **1** Nov. De Fausto satis: imò pro opusculo minuto, cuius ergò ejus meminimus hoc loco, plusquam satis. Cætera de eodem persequimur in Historia, quam ante septennium de Pelagianis controversiis publici juris fecimus.

Zenonis, & Anastasii ætate, magnum **ENNODII** nomen fuit: qui corruptè nonnullis Euodius vocatur: eosque inter Platinæ, Lazio, Surio. Episcopus Ticinensis, sive, ut nunc vocant, Papiensis creatus est anno **CCCCXC**. Legato eo usus est Hormisdas Papa ad Anastasium imper. quod anno contigit **IOXV**. Obiit anno proximo **XVI** Kal. Sept. ut constat ex epitaphio, quod Papiæ legitur ad D. Michaelis: teste Bernardino Sacco Historia Ticinensis lib. **VI** **1**: cap. **1**. Id epitaphium latuit Baronium: quæ causa fuit, cur anno post obisse arbitraretur. Exstant ejus epistolarum lib. **XII**, orationes ac declamationes **XXX**, panegyricus dictus Theodorico, Gothorum regi, apologeticus pro **IV** Synod. Rom. sub Symmacho Pæa, poëmata sacra: & (propter quæ hic memoratur) vita Epiphani, Ticinensis episcopi, cui successerat: item vita B. Antonii Cyri, monachi Lerinensis. Prior & in Orthodoxographorum altero volumine Basileæ excusa est, & Colonia in collectione Suriana **TOM. VII**. a. d. **XXI** **1** Jan. sed duplo auctior Tornaci prodiit, cum cæteris Ennodii operibus, curâ V. Cl. Andreæ Schotti. Illa verò Antonii Cyri, cum in iisdem Ennodii operibus legitur: tum apud

Surium a. d. xx. Jan. & in Chronologia sanctorum Lirinensium, quam Vincentius Barrali congeffit, ac notis quibusdam illustravit.

GENNADIUS, Massiliensis presbyter, vixit tempore Anastasii imp. & Gelasii papæ: cui & opus de Fide dicavit. Episcopum vocat Sigebertus: uti & Platina in Symmacho facit. Sed presbyter dicitur à Walafrido Strabone de divinis officiis cap. xx. Imò ipse sic se appellat in fine libelli de illustr. script. Ut verisimile sit, à Sigeberto eum confundi cum altero Gennadio, Constantinopolitano, qui Leonis senioris temporibus floruit; ut ex Massiliensi hoc Gennadio cognoscimus: item è Niephoro lib. xv cap. xxii, & xxiii. Massiliensis Gennadii duo libri extant: unus est de dogmatibus Ecclesiasticis; quem falsò tribui Augustino, jam ante annos octingentos monuit Ecclesia Lugdunensis in iis, quæ de Godscaldi causa adversus Joannem Erigenam Scorum scripsit. Alter liber, cujus unius causa hæc ejus meminimus, est is, quem conscripsit de illustribus Ecclesiæ scriptoribus. Eum & Cassiodorus commendat libro de divinis lect. cap. xvi. MSus extat in Bibliotheca publica Academiæ Cantabrigiensis, & bibliotheca collegii S. Benedicti, eadem urbe. Reliqua Gennadii perierunt. Plura de eò diximus lib. I Histor. Pelagianismi cap. x.

Etiã, Anastasio imperante, claruit DINAMIUS patricius, qui B. Maximi, abbatis Lirinensis, posteaque episcopi Rhegiensis, vitam tradidit: atque illam dedicavit Urbico, qui in episcopatu Rhegiensi successerat Fausto: ut ex præfatione Dinamii constat. Habemus eam vitam apud Surium Tom. vi a. d. xxvi. i. Nov. item in Chronologia sanctorum insulæ Lirinensis à Vincentio Barrali ex variis opusculis contexta. Etiã Marii Bobiensis vitam signasse, ostendit his verbis Sigebertus in catal. cap. cxv: *Dinamius, vir illustri ac patricius, scripsit plenam virtutibus vitam S. Marii, qui fuit abbas Bobacensis cænobii.* Dinamii hunc librum illustrat Barthius Advers. lib. lxx cap. xii.

Ejusdem imperatoris temporibus floruit EUGIPIUS, seu Eugipius, vel Eugepius, vel etiam Euygius. Variè enim id nomen scribitur. De ætate, tum ex eo scimus, quòd Gelasii Papæ discipulus fuit: tum quòd nonnullæ ad eum epistolæ existunt B. Fulgentii Ruspensis. Scripsit vitam S. Severini, abbatis (juz, qui Noricorum apostolus vocatur, atque anno obiit cccc. lxxxii), aut circiter. Hæc vita apud Surium legitur Tom. i, ad viii. Jan. Misit illam ad Paschasium, Romanæ Ecclesiæ diaconum, eum, cujus mi-

raculum narrat Gregorius Magnus in dialogis. Epistolam verò Eugippii ad Paschaliū, quā vitæ Severini præmiserat, apud Caniliū reperies Tom. VI Antiquæ Lect. Fuit Eugippius hic cœnobiarcha: ut hæc ejus verba ostendunt in eo, de quo diximus, opusculo: *Marcianum monachum, qui postea presbyter effectus, monasterio ANTE ME præfuit, ad Noricum (Severinus) reduxit.* Qui locus etiam ætatem Eugippii indicat. Uti & ille circa libelli finem: *Illustris femina Barbaria post obitum Severini venerabilem presbyterum nostrum Marcianum misit.* Elogium Eugippii habes apud Cassiodorum de divinis lect. cap. XXI I I. Meminere etiam Isidorus, & Sigebertus, ut juniores mittam. Sed Sigebertus fallitur, cum eum refert ad tempora secundi Pelagii, & imperatoris Tiberii Constantini: hoc est, annum DLXXX. Melius Isidorus, qui claruisse ait post consulatum Importuni junioris, Anastasio imperante. Consulatus autem Importuni incidit in annum Anastasii XXI, Christi verò IOVI I I: unde & error dilucet Joannis Aventini, qui vixisse putat tempore Attilæ. In quibusdam Isidori libris pro *Importuno* legas *Mavortium*, qui decimo octavo post Importunum anno consuluit. Sed *Importuno* rectius legi arguit, quod de Anastasio adjicitur. *Mavortius* quippe non sub Anastasio consulatus gessit; sed quo anno Justinus, Justiniano prius imperatore creato, è vivis excessit. Honorio abbas hic Egippius dicitur, corruptiusque Philippo Bergomati Egessippus nominatur: quem errorem Platina, & Sabellicus, sequuntur.

a In scriptoribus, & quibus profecit in secundo annaliū.

C A P. XIX.

Datus, Mediolanensis episcopus. Epiphanius Scholiasticus. De ætate ejus, & sententia aliorum refellitur, & vera comprobatur. Cassiodori ætas, dignitas, Chronicon, deque eo judicium. item historia ejus Gothica, & historia Tripartita, & Vitæ quædam, & collectanea de Orthographia, quæ extremâ senectute edidit. Dionysius, abbas Romanus. Genebrardi lapsus in ejus ætate. Leunclavii error in ætate illius, qui jam olim vertit Nysseni libellum. Quis primus auctor vulgaris æræ Christianæ. Scriptor vitæ B. Fulgentii. Marcellini Comitis ætas, dignitas, Chronicon, ac Constantinopoleos, & Hierosolymorum descriptio.

Sequun-

Equantur nunc illi, quos ultra Anastasii tempora vitam suam produxisse constat. Qualis est DATIUS, sive Dacius, Chronici scriptor, episcopus Mediolanensis: qui sub Justino Imp. seniore vixit: ut cognoscimus ex Gregorii Magni lib. III dialog. cap. IV.

Item cum erat EPIPHANIUS Scholasticus, qui Theodoretus, Socratis, & Sozomeni, historiam Ecclesiasticam Latine vertit: teste Cassiodoro præfat. in Historiam Tripartitam, & Sigeberto in catalogo cap. XII. Actres quidem illi, quos transtulit, vixere temporibus Valentiniani III, & Theodosii junioris. Imò Sozomenus, ut in præfat. ipse scribit, perduxit historiam suam usque ad septimumdecimum consularum Theodosii junioris, hoc est, annum CCXXXIX. Cassiodorus autem, qui ex translatione Epiphanii historiam tripartitam contexuit, temporibus fuit Justinii, & Justiniani, qui anno LXXVII, pari potestate imperarunt. Inde colligunt aliqui, Epiphanium intermedio tempore fuisse: ut qui nec antiquior eis esse possit, quos vertit; nec junior eo videatur, qui ex translatione illius novam historiæ faciem confecit. Sed cum intermedium tempus annorum sit LXXVII; credere malunt, proximè post tres illos, quos transtulit, vixisse: idque propterea, quòd Sigebertus cum continuè illis subjungat: imò Paullino, Euodio; & Possidio, qui partim Augustini ætate, partim post obitum ejus, claruerunt, etiam præmittat. Sed profectò sunt hæc planè ficulna. Quid enim manifestius, quàm Sigebertum, in digerendis scriptoribus, sæpius negligere temporum seriem? Proinde aliunde ætas ejus rursus spanda, non ex tam incertis. At quanto certius ætatem ejus arguit, quòd Cassiodori postulato tres illos Ecclesiasticæ historiæ scriptores verteret? Hoc ipse testatur Cassiodorus libro de Divinis Lect. cap. XVII, quod est de historicis Christianis. Verba ejus sunt ista: *Post historiam Eusebii apud Græcos Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, sequentia conscripserunt: quos à viro Epiphanio disertissimo in uno corpore duodecim libris fecimus, Deo auxiliante, transferri: ne insultet habere se facunda. Græcia necessarium, quod vobis judicet esse subtractum.* Quare vixit Epiphanius tempore Cassiodori: de quo nunc dicendum.

MAGNUS AURELIUS CASSIODORUS jam Anastasii temporibus in honore fuit: imò anno Chr. IXXIV, (post quem Anastasius triennium, & menses aliquot, supervixit) solus gessit consularum. Sed imprimis tamen claruit sub successore ejus Justino Thrace: arque exinde etiam sub Justiniano: cujus temporibus eum fuisse, testis est Paulus diaconus de gestis Longobardorum lib. I

cap. xxv. ac Aimoinus lib. 11 de gestis Franc. cap. 11: ubi & *ov-*
gēdus fuisse dicunt, Cassiodorum hunc; Dionysium abbatem, co-
 gnomento exiguum, qui cyclum paschalem scripsit; item Arato-
 rem, qui actus apostolicos exaravit carmine; adhæc B. Benedictum;
 & præterea Priscianum grammaticum. Hoc etiam Cassiodori æta-
 tem clarè arguit, quòd ab epistolis fuit Theodorico, Gothorum
 regi; ac Chronicon breve, ab orbe condito, ad hunc usque regem,
 perduxit; atque eidem dicavit. Inscriptio ejus Chronici, item Va-
 riarum, quantæ vir is fuerit dignitatis, paucis indicat. Sic autem
 habet: *Magni Aurelii Cassiodori, Senatoris, V. Cl. & illustris exquestoris*
sacri palatii, exconsulis ordinarii, exmagistri officiorum, præfecti pratorio,
atque patricii, in Chronicon ad Theodoricum regem præfatio. Chronicon
 istoc ad codices MSSos castigavit Guil. Fornerius, antecessor Au-
 relianensis. At eruditus idem commentariis jam ante seculum il-
 lustravit Joannes Cuspinianus, qui & Cassiodori vitam præmisit.
 Est illud Chronicon non inutile quidem propter consulum annos,
 quos digessit; ut & Sigebertus annotavit in catalogo cap. xl: sed
 tamen nec nimis est magnæ rei. Sanè penè nunquam ei cum Euse-
 bio convenit. Sed Cassiodori chronicon tantùm farrago est, quam
 temulentix comparat Onuphrius Panuinus, approbante etiam Jo-
 sepho Scaligero in Animadvers. Eusebianis. Profectò insanum
 sit non longè præferre factos Capitolinos. Nam antiquiores sunt
 multò, longèque florentioris ævi: adhæc non consules modò, sed
 etiam censores, & dictatores, nominant, cùm suis equitum magi-
 stris: præterea prænomina exactè magis ponunt, quorum ignorantia
 facit, ut personæ sapius confundantur, magnaque in historiis ori-
 atur obscuritas. Utinam tantùm facti illi non ad nos mutili per-
 venissent. Præter Chronicon & alia scripsit Cassiodorus. Ut libros
 xi de rebus gestis Gothorum: quorum ipse meminit in præfatio-
 ne Variarum. Eos Jornandes in epitomen redegit. Idem Cas-
 siodorus, postea monachus factus, edidit historiam tripartitam: quæ
 ita vocatur, quia confecta est ex tribus illis, Socrate, Theodoro, &
 Sozomeno: quos Epiphanius Scholasticus Latinè converterat:
 ut ipse Cassiodorus testatur in præfat. & ex eo Sigebertus. Tribuun-
 tur & ei Paphnutii, Spiridionis, aliorumque sanctorum vitæ illæ, quæ
 apud Aloysium Lipomanum leguntur libro primo. Atque hæc
 omnia gravioris operæ sunt. At cui non mirum videatur, tantum
 virum, laborem, quem pueris dignum putes, jam anno ætatis
 Orbogr. xciii, quemadmodum ipse ait, & ex eo Sigebertus prodidit,
 susci-

a Præfat.
 lib. de
 Orbogr.

fufcipere voluiffe, ut librum fcriberet de Orthographia? quem ex XII Grammaticis collegit, atque, ut ipfe loquitur, defloravit.

DIONYSIUS, cognomento EXIGUUS, natione Scythia, fed abbas Romanus, fcripsit cyclum pafchalem an. Ixxxvi i: quo Iuftinus deceffit, cum eopfe anno Iuftinianum imperii confortem feciffet. Ut omnino fallatur Genebrardus Chronologiae fuae libro III, ubi Dionyfium hunc cenfet claruiffe temporibus Leonis Papae, atque ei miffiffe Proterii tralationem. Nam Proterius, quem vertit, non interpres ejus, ad Leonem fcripsit. Multa etiam alia tranftulit, eaq; inter & Nyffenum de conditione hominis, ut plane fallatur Leunclavius, qui interpretem ejus quatuor abhinc feculis vixiffe credebat. Item vertit Canones Ecclefiafticos. Sed nihil ifta ad institutum noftrum. Quod vero ejus hic meminerimus, propterea fit, tum quod de temporibus, altero Hiftoriae lumine, praecclare meritis fit: (nam primus morem induxit numerandi annos à nativitate Chrifti, cum antè Diocletiani æra obtineret) tum quod etiam tranftulerit vitam S. Pachonii abbatis: ut Sigebertus teftatur. Vita ea hodieque exftat. Praefario Dionyfii in eam fruftra in Lipomano, ac Surio, quaeratur. Sed reperitur in vitis SS. Patrum, etiam illis ab Rosweido editis. Plura de Dionyfio hoc fi voles, omnino Caffiodorum adi de Divinis lect. cap. xxiii. Meminere & veterum plurimi: hos inter Beda de ratione temp. cap. xlv. & Hiftoriae Ecclef. lib. v cap. xxiii.

Quo anno Dionyfius hic cyclum pafchalem edidit, eo obiit B. Fulgentius, Rufpenfis epifcopus: cujus vitam fcripsit difcipulus ejus. Habes eam apud Surium a. d. i Jan. Est qui a fufpicetur, auctorem ejus vitæ effe Fulgentium Ferrandum, Carthaginenfis ecclefiae Diaconum, qui breviarium canonum compofuit ex bibliotheca Ecclefiae Tricaffinae editum Lutetiae b, ac codici Canonum veteris Ecclefiae Rom. fubjectum. Movet eum, quod Ferrandus ille, libello regularum ad Reginum comitem, meminerit Rufpenfis Fulgentii, ut nuper vita functi. Certiora omnino afferremus, nifi Sigebertus in fcriptoribus Ecclef. cap. xxix dicere contentus effer, fcripiffie ad Reginum comitem librum de vii regulis innocentiae, & alia nonnulla.

a In praefar. Fulgentii Ferrandi breviiario praemiffa.
b Anno 1609.

MARCELLINUS, COMES Illyricianus, qui cancellos egit Iuftiniani etiamnum patricii, Chronicon poftea condidit, or fus illud à tempore Valentis, ubi defierat Hieronymus, ac finiens in quarto Iuftiniani confultatu: qui eft imperii ejus octavus, Ohri fti Ixxxiv. Vide

Vide de eo Cassiodorum, divinarum lectionum cap. xvii. & item xxv, ubi etiam dicitur *Constantinopolitanam civitatem, & urbem Hierosolymorum, quatuor libellis minutissimâ narratione conscripsisse*. Primus edidit Antonius Schonhovius Belga, postea alii, in his Iosephus Scaliger in Thesaurio temporum. Castigatissimè omnium Jacobus Sirmondus S. I. Presb. Paris. 1619.

PAULLUS FLORUS vixit temporibus Imperatoris Justiniani: ut ait Nicolaus Alemannus Prolegomenis in Procopii *avindo*, sive Historiam Arcanam. Ac verisimile id facit, quòd sit carmine complexus res gestas Justiniani. Refertur à Cuspiniano, in opere de Imperatoribus, inter eos, quibus aliqua in historia sua referat accepta. A plerisque autem (ut Balæus auctor est cent. xv) idem putatur, ac Florus ille, quem calamum strinxisse contra Joannem Mailrosium Scotum, testatur Simeon Dunelmensis in Chronicis. Sed valde eum ratio fugit. Nempe istud est, quod eum impulit in errorem. Fuit Florus quidam, qui laudem sibi paravit opere suo contra Joannem Scotum. Sed est is, non Paullus Florus, de quo sermo est nobis: verùm alius tribus seculis junior. Nempe non, ut aliquibus videtur; Joannes Mailrosius Scotus, quem Carolus Magnus Benedictinorum cœnobio præfecit anno 1000: verùm Ioannes Erigena Scotus, qui claruit temporibus Caroli Calvi. Mathæus Westmonasteriensis ad an. 1000: Eodem anno venit in Angliam magister Ioannes, natione Scotus, vir perspicacis ingenii, & scientiæ singularis. Et aliquanto post: Scripsit contra eum quidam Florus: qui & ejus scripta depravando damnavit. Est is Florus, (ut alibi diximus) cujus exstat expositio Missæ Tom. vi bibliothecæ SS. Patrum. Ac quem Sigebertus in catal. cap. xciv ait Paulinas epistolas Augustini verbis exposuisse. Nec mirum, si tantus Augustini amator se opposuerit Joanni Erigenæ Scoto, planè *πελαγαίου*: qua de re satis dictum nobis lib. vi parte iv operis nostri de controversiis, quæ cum Catholicis fuere Pelagio, & Semipelagianis. Sed hæc nihil ad Paullum Florum.

C A P. XX.

Iordanus, sive Iordani, parens, avus, dignitas: Geticam ejus historiam compendium esse Geticorum Cassiodori: & quo anno epitomen hanc ediderit. Quomodo librum, quo res Romanas præcipuè tractat, inscripserit, & quem imprimis

primis exscripserit. *Liberati diaconatus, ac breviarium, & unde id confectum, & ut senserit Liberatus de Theodoro Mopsuesteno. Liber septimus de vitis Patrum à Paschasio translatus; item Paschasii hujus ætas collecta ex ætate abbatis sui, Martini Dumienfis. Pelagius, trium pontificum diaconus, ac post ipse pontifex, idem ille videtur, qui vitas Patrum de Græcis Latinas fecit. Commentatio Cypriani, Messiani, & Stephani, de vita Cæsarii Arelatensis, ad Cæsariam ejus sororem, mutilè à Surio, sed integre edita à Vincentio Barrali. Scriptor vitæ Launomari abbatis. Historici duo, sed suspectæ fidei, Teliesinus, & Melkinus Avalonius. Gordianus de vita B. Placidi.*

ETiam alii complures claruere Justiniani temporibus. Quos inter non infimum nomen IORNANDIS fuit, sive Jordani, ut etiam Sigebertus appellat. Is filius erat Alanowamuthis, filii Peria: atque ex notario Gotthorum factus est episcopus Ravennæ: ut ipse indicat libr. de rebus Geticis cap. L. Qui liber Lutetiæ Parisiorum ex veteri exemplari P. Pythæi emendatior prodiit unâ cum Cassiodoro à Fornerio recensito. Est verò Jornandes eo complexus, quæ Cassiodorus fusè erat persecutus libris XI: ejusdem argumenti. Scripsit illum anno Christi 1011. Quod cognoscitur ex cap. XIX, ubi dicit, novennio antequam ista scriberet, pestilentiam crudeliter esse grassatam per terrarum orbem. At constat Jornandem vixisse sub Justiniano Imper. eamque pestilentiam secundo fuisse anno post col. Basilium, anno autem Christi 1041. Cæterùm hoc non injuriâ in Jornande culpâris, quòd omnia Scytharum gesta suis tribuat Gothis: item quòd præterit, quæ offuscate gloriam suæ gentis viderentur: qualis victoria de Gothis reportata à Claudio 11, quam Trebellius Pollio narrat. Vide omnino de hac re Bonfinium Hungaricarum rerum lib. 1 a. Scripsit & lib. Pag. 32.

de gestis Romanorû, ut quidem appellat Tritthemius. At non de solis agit Romanis, verum etiam de Assyriis, Medis, Persis, Græcis. Quare rectius in vulgatis codd. vocatur, *De regnorum, & temporum successione*. Veram autem inscriptionem puto, quæ est in MSSis, *Jordani episcopi liber de origine mundi, & actibus Romanorum, cæterarumque gentium*. MSum ejus codicem habes & Oxonii in bibliothecâ Collegii Balliolensis. In hoc opere res Romanas à Romulo

usque ad Augustum planè exscripsit è quatuor libris Anni Flori: unde multa in Floro, ex Jornande; in hoc item, è Floro possunt emendari. Sed mirari satis nequeo, hominem Gothum nusquam eum mentione suâ dignari, per quem tantopere profecisset. Quem admodum & cùm exscribit alios, qui post Florum fuere. Valde enim fallitur, si speravit, vitam se evitaturum Floro, & aliis. Atque ut hoc consecurus esset, fraus latere non posset. Nam ubi veteres describit, Romanus scriptor videtur: ubi suis utitur verbis, facile Gothū agnoscas. Ut quando narrat res suis temporibus proximas.

LIBERATUS, archidiaconus ecclesiæ Carthaginensis, eodem tempore fuit, ac breviarium collegit causæ Nestorianorum, & Eutychianorum, quod capitibus constat xxiv, ac Tom. I I Concil. invenitur. Unde historiam eam hauserit, ipsè in præfat. testatur: *Ex Ecclesiastica historia nuper de Græco in Latinum translata, & ex gestis synodalibus, vel sanctorum patrum epistolis, hoc breviarium collegi, nectens temporum curricula, quæ in Græco Alexandria scripto accepi, vel gravissimorum hominum didici narratione fideli.* Et si autem errores, qui Theodoro Mopsuesteno tribuantur, improbaret: de viro tamen eo bene sensisse videtur: ut videre est ex iis, quæ scribit cap. III. x, & xxiv. Vide de eo & Batonium Tom. v. ad an. ccc cxxxv, & Bellarminum Tom. I Contr. III lib. iv de Rom. pont. cap. x. item in script. Eccles. ad an. iolx.

Justiniani etiam tempore floruit **PASCHASIUS**, Romanæ Ecclesiæ diaconus. Hic septimum vertit librum, qui est de Viris Patrum. Fecit hoc rogatu abbatis sui, Martini Dumienensis. Hinc Sigebertus in catalogo cap. cxv, II: *Martinus episcopus transtulit, per manum Paschasis diaconi, interrogationes, & responsiones plurimas sanctorum Ægyptiorum Patrum, in Dumienfi cœnobio.* Nec diversum esse opus, quod habemus, præfatio indicat, cujus inscriptio est: *Domino Venerabili patri Martino presbytero, & abbati, Paschasius.* Hinc orditur epistolam hoc pacto: *Vitas patrum, Græcorum (ut cetera) facundia studiosè conscriptas, iussus à te, sanctissime pater, in Latinum transferre sermonem, in insolito, si licuisset, opere renuissim.* Paschasis igitur ætatem non aliunde meliùs discamus, quàm ex ætate Martini Dumienensis. De eo autem sic Iidorus in catal. cap. xxii: *Martinus Dumienensis, monasterii sanctissimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans in Galliam venit; ibique, conversis ab Arriana impietate ad fidem Catholicam Suevorum populis, regulam fidei, & sanctæ religionis, constituit, ecclesias informavit, monasteria condidit.* Et mox: *Floruit regnante Teudummiro a, rege Suevo-*

a Al.
Theudi.
mimiro.

sum, temporibus illis, quibus Iustinianus in Republica, & Anagildus b
 Hispanus, imperium tenuere. a Al. A-
 canagil-
 dus

Ejusdem imperatoris temporibus, PELAGIUS, trium Romano-
 rum pontificum, Agapeti, Sylvestri, & Vigilii, diaconus, fuit: ac
 post Vigilii obitum ei in Episcopatu Urbis successit. Sed viden-
 dum, sitne hic Pelagius ille, qui, cum diaconus esset Ecclesiæ Ro-
 manæ, è Græco Latinè vertit librum quintum de vitis Patrum.
 Græcè quis eum librum scripserit, incertum est. Nam ne nomèn
 quidem expressit Photius, qui Græcè legit, & argumentum, divi-
 sionem, ac utilitatem operis retulit in bibliotheca sua, cod. cxcviii.
 Interpretis nomen est in MSSis. Imò & apud Sigebertum in ca-
 tal. cap. cxvi, his verbis: *Pelagius, diaconus Romanæ Ecclesiæ, transtulit*
de Græco in Latinum, de vita, & doctrina, & de perfectione sanctorum Pa-
trum, libros sedecim. Ac singulorum deinde librorum argumentum
 exponit. Ut, quin ille Sigeberto memoratus idem sit, ac quem ho-
 die habemus, minimè ambigi possit.

Præterea his temporibus claruere tres discipuli Cæsarii Arela-
 tentis; CYPRIANUS, qui priorem scripsit librum de vita magistri sui
 Cæsarii; & MESSIANUS presbyter, ac STEPHANUS diaconus; qui
 ab adolescentia Cæsario servierant, atque alterius libri de vita Cæ-
 sarii sunt auctores. Opus hoc de Cæsario, (qui anno obiit 1014)
 dicatum est Cæsariæ, Cæsarii Arelatensis sorori. Surius Tom. IV
 a. d. xxvii Augusti, multò maximam partem prioris edidit libri.
 Cui ista subjecit: *Hoc loco desunt nonnulla in duobus MSSis codd. que*
sola habuimus. Sed Vincentius Barrali Salernus, integrioris nactus
 codices, & priorem librum supplevit, & secundum adjecit. Inte-
 grum si opus voles, Chronologiam adi illustrium Lirinensis insulæ
 virorum, quam Vincentius hic ex variis scriptoribus, bono publi-
 co, confarcinavit b.

Tunc etiam fuit ille, qui scripsit vitam æqualis sui S. Launoma-
 ri, abbatis, & confessoris: quam vitam à Surio paraphrasticè red-
 ditam habes Tom. I. a. d. xix Jan. b Editæ
 Lugdun:
 an. 1613.

THELESINUS HELIUS, qui aliis Thelesinus, Britannus,
 iisdem temporibus, nempe circa annum claruit 1014, regnante in
 Britannia Arturo: & Latinè, Britannicèque, cum prosâ, tum car-
 mine, scripsit compluria, interque alia, Acta regis sui Arturi, &
 historiam vaticinalem; si Balæo credimus cent. I cap. LIV. Quem &
 sequitur Pirseus.

Atque idem Balæus centuriæ ejusdem cap. LVII, MELKINUM

AVALONIUM paullo post, sub rege Vortiporio, circa annum 102, floruisse auctor est: scripsisseque De rebus Britannicis, De Arturi mensa rotunda, & Antiquitates suæ gentis. Sed culpatur, quod quædam falsa immiscuerit; ut cum in opere Antiquitatum ait: *Avalonia funerum avida, millia dormientium accepit: inter quos Ioseph ab Arimathea dictus, somnum sub marmore diuturnum cepit, &c.* Nec minus fabulosa ait adferre de Arvirago, Lucio, Constantino, Arturo, &c.

GORDIANUS, famulus B. martyris Placidi, jussu imperatoris Justiniani magni scripsisse dicitur vitam, & passionem beati martyris Placidi, discipuli S. Benedicti: item martyrium Placidi fratrum, Victorini, & Eutychii, sororisque ejus Flavie virginis: adhuc Donati, Firmati diaconi, ac Faustii, & aliorum xxx monachorum: qui Messana in Sicilia à Manucha pirata necati fuere, anno Justiniani XIII, Christi autem 10xxxix. Habes apud Lipomanum Tom. IV. & apud Surium T. v die v Octobr. Baronius in Martyrologio Romano operis hujus ita meminit, ut inscriptionem ejus videatur suspectam habere. Sic enim inquit, *Acta à Gordiano conscripta, ut ferunt, jussu Imp. Justiniani.* Sanè scrupulum illud injicere posse videatur, quod clarè de Gordiano in Actis istis legas: *His quoque diebus Gordianus quidam, natione Romanus, literis Græcis apprime eruditus, ad venerabilem patrem Benedictum pervenit, seque ejus magisterio subdidit. Quæ auctorem eum de alio potius, quàm de se ipso referre, mihi quidem minimè obscurum videretur. Sed utcumque sit de nomine scriptoris: aut fucum auctor ille fecit lectori; aut ea, quorum oculatus testis erat, jussu Justiniani Imp. scripsit. Quod hæc ejus verba indicant: In hujus itaque martyris passione explicandâ, cujus ad jussum agere orsus sum, promam. Divus enim Justinianus triumphator, invictus Aeneades, dum agnovisset, qualiter jam dictus martyr domini Placidus triumphalem lauream suscepisset; illico nostram exiguitatem advocans, præcepit, ut passionem illius, atque miracula, prout oculis ipse perspexeram, exorens, Sanctæ Ecclesie filiis ad legendum morigeraret. Cujus sacratissimo imperio parens, ad tanti martyris passionem describendam animum dedi.*

C A P. XXI.

Gildæ Sapientis præceptor, professio, libelli: item quo anno natus sit. Bellarmini de ætate ejus sententia refutatur, ac non unus Buchanani error arguitur. Quæ Gildæ falsò

falsò tribuantur. Refellitur Balæus duos Gildas ponens, quos inter LXXX annorum fuerit intervallum. Querulus Gilda.

Justiniani etiam temporibus, atque ultra, claruit GILDAS, cognomento SAPIENS, Illuti Morganensis discipulus, & Bannochorensis cœnobii monachus, atque abbas. Cujus tum libellum de excidio Britannię habemus: tum reprehensionem acrem in Britannię clerum. Priorem commentationem ipse epistolam vocat: eaque se esse complexum ait historiam sui ævi. Quando natus fuerit, ex ipso cognoscimus, cùm sic scribit memorato antè libello de Britannię excidio: *Ex eo tempore, nunc cives, nunc hostes, vincebant, ut in ista gente experiretur Dominus solito more presentem Israël, utrùm diligat, an non; usque annum OBSESSIONIS BADO- NICI montis, novissimæque ferme de furciferis non minime stragis, quique QUADRAGESIMUS QUARTUS, ut novi, orditur annus, mense jam uno emenso: QUI ET MEÆ NATIVITATIS EST.* Ecce, natum se ait anno eo, quo Britanni vicere Saxones ad Bado- nicum montem: eum annum ait fuisse XLIV à primo Saxonum ad- ventu. Atqui Saxones advenere in Britanniam anno Chr. cccc- XLIX; ut disertim scribit Beda historiæ Angl. lib. I cap. xv. Ergo, eum nasceretur Gildas, annus Christi erat ccccxciii. Atque hinc refellitur sententia Bellarmini, in scriptoribus Ecclesiasticis, & Jacobi Gualterii in tabulis Chronographicis, qui Gildam refe- runt ad annum gratiæ ccccxcv. Quo tempore Gildas tantum biennis erat. Item hinc diluitur multiplex error Georgii Bucha- nani, in quinto historiæ Scoticæ libro. Primum cùm ait, Gildam vixisse, partim temporibus Congalli, vigesimi secundi Scotorum regis, quem anno Ior defunctum ait: partim fratris ejus Gorani, quem dicit anno obiisse Ixxxv. Nam quomodo potuit clarere sub Congallo, qui octennio solo ante obitum Congalli natus fuit? Præterea scribit, Gildam, & Merlinum, etsi moribus fuerint dispa- res, fuisse tamen ætate pares: ut ex ætate unius de altero statui, juxta eum, possit. Merlini verò ætatem inde cognosci putat, quod prius quidem in Vortigerni, deinde autem in Uterii fuerit clien- tela. Hæc quoque ἀπρητα ἀμείνω. Siquidem Vortigerius multò ante natum Gildam decesserat: Uterius verò, quemadmodum ipse scri- bit Buchananus, imperare cœpit anno quingentesimo, quo tem- pore Gildas erat septennic. Ut senectus Merlini incidat in pueri-
tiam

tiam Gildæ. Nec Uterius ampliùs, quàm septendecim annis, rexit. Ut, eo obeunte, Gildas annorum fuerit XXI V. Sed tum, aut è vivis excefferat Merlinus: aut admodum decrepitæ fuerit ætatis. Denique nec ullo colore defendi potest, quod ait Buchananus, Gildæ patrõnum fuisse Aurelium Ambrosium, virum, & probitate, & virtute bellicâ, præstantem. Siquidem fatetur ipse, obiisse Ambrosium hunc anno quingentesimo. Quod si Marthæum Monasteriensem audimus, triennio antè mortuus sit: quo tempore Gildas annorum erat tantum quatuor. Quomodo igitur verum esse potest, quod ait idem ille summus vir (qui, cum à me reprehenditur, sæpius nominari non debet) Gildam post obitum Ambrosii, ubi tanto se patrono orbatum vidit, fecerit in Avaloniam: atque ibi diem suum obiisse? Altero etiam argumento, eoque nihilo infirmiori, opinionem istam refellimus. Nam Gildas apertè se refert, non ad Ambrosii tempora; sed nepotum ejus, quos ab avita gloria multum a se descivisse. Verba Gildæ sunt: *Tempore igitur interveniente aliquanto, cum recessissent domum crudelissimi pradones, roborata à Deo reliquia, (quibus se conjungunt undique de diversis locis miserrimi cives tam avidè, quàm apes procellâ imminente) simul deprecantes cum toto corde, & ut dicitur, onerantes æthera votis, ne ad interuersionem usque delerentur, duce Ambrosio Aureliano, viro modesto, (qui, solus ferè Romane gentis, tanta tempestatis collisioni occisis in eadem parentibus, purpurâ nimirum indutus, superfuerat: cujus NUNC temporibus NOSTRIS soboles magnopere AVITA bonitate degeneravit) vires capessunt victores ad prælium: queis victoria, Domino annuente, cessit.* Ex his non tantum, quando floruisse falsò credatur: sed etiam, quando claruerit Gildas, utcunque cognosci potest: tamen nequis scrupulus porrò superfit, alia etiam adferam, quæ ejus ætatem clarè nobis ob oculos ponant. Quale illud est, quod Constantinum, Aurelium Conanum, Vortiporium, Cuneglasum, & Maglocunum, tantopere hortatur, ut resipiscant, ne iram Dei graviùs in se concitent. Unde consequitur, Gildam exarâsse ista, cum quinque illi rerum in Britannia potirentur. Ac de Constantino quidem ita scribit: *Cujus tam nefandi piaculi non ignarus est immunda leena Damnonia tyrannicus catulus, Constantinus: qui HOC ANNO, post horribile juramenti sacramentum, quo se devinxit, --- in duarum venerandis matrum sinibus, ecclesiæque carnalis sub sancto abbate Amphibalo, lætera regionum tenerrima puerorum, vel precordia crudeliter duum, totidemq; nutritorum, inter ipsa, ut dixi, sacrosancta altaria, nefan-*

de ense, hastâque, pro dentibus, laceravit. Nunc cum istis confetamus, quæ de eodem Matthæus Westmonasteriensis narrat, his verbis: Anno gratiæ I O X L I I duo filii Mordredi insurrexerunt in regem Britonum Constantinum, volentes patrem vindicare, qui Saxonibus confederati prælia plurima commiserunt. Quos tandem Constantinus in fugam pulsos persequens, unum Wintoniæ, in Ecclesia sancti Amphibali, ante altare trucidavit. Alterum vero Londoniæ, in quorundam fratrum cœnobio absconditum, crudeli morte damnavit. Hæc ille, postquam dixerat, Constantinum superiori, hoc est I O X L I I anno, imperium fuisse adeptum. Ut, si Westmonasteriensis Matthæus exactè satis tempora numerat, planè consequatur, Gildam hanc epistolam scripsisse secundo Constantini regis anno: qui Christi erat I O X L I I. Hoc enim indicant allata illa verba Gildæ eadem regionum liberorum in locis sacris patratam narrantis, H O C A N N O post horribile juramenti sacramentum, &c. Venio ad Aurelium Conanum: quem sic increpat Gildas: Quid tu quoque, ut propheta ait, catule leonine, Aureli Conano, agis? nonne eodem, quo supradictus, si non exitiabiliore, parricidiorum, fornicationum, adulteriorumque cœno, velut quibusdam marinis irruentibus tibi voraris feraliter undis? Nonne pacem patriæ, mortiferum ceu serpentem, odiens, civitâq; bella, & crebras injustè prædas sitiens, anima tuæ cœlestis portas pacis, ac refrigerii, præcludis? At de eodem sic Westmonasteriensis ad annum I O X L V: Successit Aurelius Conanus, mira probitatis juvenis, & Constantini nepos, per omnia diademate dignus, nisi civilis belli fuisset amator. Nempe avunculum, qui post Constantinum regnare debuerat, incarceravit, duobusque filiis peremptis, regnum obtinuit. Unde cognoscimus, cur Conanum parricidii Gildas accuset, & excitati belli civilis. Sequitur Vortiporius, seu Vortiperius. Quem his verbis alloquitur Gildas: Quid tu quoque pardo similis moribus, & nequitii discolor, canescente jam capite, in throno dolis pleno, & ab imis vertice reus diversis parricidiis, & adulteriis, constuprato, boni regis nequam fili, ut Ezechie Manasses, Demetarum tyranne, Vortipori stupide, riges? De eodem sic Matthæus Westm. ad ann. I O L X V I I I. Eo anno, defuncto rege Britonum, Aurelio Conano, Vortiperius successit, tribus annis: qui Saxonibus infestus, multoties de eis laudabiliter triumphavit. De Cuneglaso autem tacet Matthæus. Ut, eo misso, solus superfit Maglocunus: quem sic alloquitur idem Gildas: Quid tu etiam, insularis draco, multorum tyrannorum depulsor, tam regno, quàm etiam vitâ: supradictorum novissime in nostro stylo, prime in malo, major multæ potentia, simulque malitiâ; largior in dando, profusior in peccato; robuste armis, sed anime fortior excidit,

excidiis, Magocluue, in tam vetusto scelerum atramento, veluti madidus vino, de Sodomitana vite expresso, stolidè volutaris? Quare tantas peccaminum regia cervici sponte, & ita dicam, ineluctabiles celorum ceu montium innectis moles? Quid te non ei regum omnium regi, à quo cunctis penè Britannia ducibus, tam regno, factus es, quàm status lineamento, editior, exhibes cateris, moribus meliorem; sed versà vice deteriozem? Regem vocat, & Sodomitici criminis accusat: ut idem sit, de quo sic Matth. Westm. ad annum 10LXXXI: Vortiperio successit Malgo, vir pulcherrimus, armis robustus: sed Sodomiticà peste dissolutus, Deo, & hominibus, sese exhibuit odiosum. Nec obijci debet, hinc non de Maglocuno, sed Malgone, agi. Nam loquitur de eo, qui Connano successerit. At eum veteres quoque Britannia annales Magoclonum vocitant: uti & eorum exemplo Polydorus facit lib. I I I historia Anglica, cum ait: Constantinum secuti sunt, Aurelius Conanus, Vortiporius, Maglocunus. Ut qui integrè vocatur Maglocunus, is κατ' ἄπορον πλὴν etiam Maglo, & Ἐμετρίου Malgo dictus videatur. Nisi magis placet, librariorum vitio eo in nomine jam olim peccatum esse.

Sed hinc non levis oboritur difficultas, quomodo omnes eos, seu reges, seu regulos: vel duces, unà epistolâ increpare potuerit Gildas: cum Constantinus (si Westmonasteriensem audimus) imperârât ab anno 10XL I I usque ad 10XLV: exinde Conanus usque ad an. 10LXXVI I I: hinc Vortiperius usque ad an. 10LXXX I: quo Magoclonus cœpit rerum potiri.

Hoc telum, ut ego quidem conjecto, bifariam exire possumus. Primum, si dicamus, temporibus Constantini etiam Conanum, Vortiperium, & Maglocunum, imperârâsse: sed terris diversis. Pro qua sententia est, quòd Gildas Constantinum, Damnonia; Voltiporium autem Demetarum tyrannum appellat. Eoque minùs mirandum, si plures eodem tempore in eadem gente imperârâsse credamus: quòd tunc omnia plena fuerint dissensionis civilis: quam post bellum externum consecutam fuisse, etiam Gildas refert. Nichil verò impedit, quo minùs eorum, qui priùs diversis terris rexerint, alius alii post obitum in imperio successerit.

Præterea dicere liceat, falli Westmonasteriensem, cum singulis horum, quale vidimus, imperii spatium præfinit: atque errorem istum natum tamè videri, quòd in monumentis antiquis, seu Mathæus, seu priores, quos ille secutus fuit, hoc ordine res ab iis gestas legissent. Atqui nihil obstabat, quo minùs, ubi varii partem imperii occuparent, mentio unius reguli, actorumque

cius fieret, necdum eo defuncto, de quo prius actum erat. Sanè aut alterum horum verum est: aut statuere oporteat, Gildam, cum priori operis hujus editione de solo Constantino, aut fortasse etiam Conano, scripserit: post obitum horum, imperantibus aliis, alia adjecisse.

Utrunque est, satis ex his loquet, secundo Constantini anno, hoc est, anno gratiæ **IOXLIII** scripserit Gildam: ac si postea ab eo illa de aliis, imprimis Maglocuno, sint addita, superfuisset etiamnum anno **IOLXXXI**; quo, ut Westmonasteriensis ait, Malgo, seu Maglocunus, cœpit imperare. At posterius hoc non male convenit cum sententia Polydori Virgilii, Joannis Balzi, & Gesneri, qui epistolæ illius scriptorem floruisse ajunt anno **IOLXXX**. De ætate Gildæ satis.

Nunc ad alia venio. Sanè ut summæ eruditionis vir, ita fidei, ac sanctimonix præcellentis fuit. Nec movere debent ridicula illa, atque inepta oracula, Gildæ tributa. Planè enim sunt nugatoris cujusdam commentum, qui auctoritatem aliquam quisquiliis suis Gildæ nomine voluit comparare. At verè scripsit Gildas librum antè memoratum, sive, ut ipse vocat, epistolam de excidio, & conquestu Britannix. In qua refert, quàm atrocitas sit perpeffa Britannia à Saxonum adventu usque ad tempus illud, quo ista traderet. Is liber primùm operâ Cutheberti Tonstalli, Londinensis episcopi, in lucem protractus, ac cum præfatione Polydori Virgilii editus fuit. Meminit hujus libelli etiam venerabilis Beda histor. Angl. lib. 1 cap. **XXI**, item Guilielmus Neubrigentis in præfat. Brevis est in historia: multus autem in castigandis Britannorum vitiis. Antequam is lucem adspexisset, imponi simplicioribus solet libello alio Gildæ nomen eminentente. De quo operæ est audire judicium Polydori Virgilii historiæ Anglicæ libro primo: *Exstat item alter libellus, ut tempestivè lectorem nefaria fraudis admoneamus, qui falsissimè inscribitur, GILDÆ COMMENTARIUM, haut dudè à quopiam pessimo impostore compositum ad corroborandum cujusdam novi hominis commentum. Sanè is nebulo, longè post homines natos impudentissimus, summam illud ex ejusmodi novi auctoris farinâ dealbavit, crebrò factâ Bruti mentione, id quod Gildas nunquam somniavit: & ut callidius legentes falleret, quedam ex suo addidit: quò vel duos fuisse Gildas, vel hunc libellum Gildæ prioris opusculi compendium crederes. Quorum tamen utrumque tantùm abest, ut à doctis recipiatur, ut etiam unusquisque mediocriter eruditus, id doli facillè deprehendat, ac pro impostura habeat. Sed ut nemo*

homo in istiusmodi errore in posterum tempus versaretur nos nuper ipsius Gilda opus divulgandum curavimus. Ab errore hoc non satis sibi cavuit Joannes Balæus, dum duos Gildas facit, unum Albanium, qui vixerit sub Utherio, anno 10X11: alterum Badonicum, cognomento Sapientem, qui sub Magocluno claruerit, anno 10LXXX. A priori autem edita hæc esse ait, Regum Britannorum historiam, librum de victoria Aurelii Augustini, & acta sanctorum, Germani & Lupi. Ac hujus vitam scriptam esse dicit à Caradoco Lauca:banensi, qui eum hoc elogio ornârit:

Historia veteris Gildas luculentus arator

Hæc retulit, parvo carmine plura notans.

A Badonico autem inter alia signatam idem ait Historiam quandam, item epistolam de excidio Britannæ, quæ & Gildæ Badonici nomen præfert in MSo codice Oxoniensis bibliothecæ: ut indicat in Catalogo suo Thomas James. Ac ibidem legas existare inibi Gildam Albanium. Vide eum pag. 68. Nemp hæc sunt quæ imposuere Balæo. Addit denique, *Quæ alter Gildas ventura prænuñciavit, hic oculis præsens, non sine cordis dolore, adimpleta vidit.* Sed exiis, quæ diximus, liquet, oracula, ac Britannicam historiam, quæ Gildæ credita fuere, esse somnia impostoris cujusdam. Quare commentum illud de duobus Gildis, Albano, & Badonico, planè explodi meretur. Quod siquid Gildæ, præter epistolam, de qua diximus, ac invectivam in clerum Britannæ, tribui debet, id fuerit Querolus; sive Aulularia illa, quæ cum Plauti nomine falsò prodit. Sanè Gildæ adsignant codices quidam manu exarati: nec stylus refragatur: nisi quòd ille in Gildæ epistola sit impeditior, intricatiorque, quàm in Querolo. Memoratum de excidio Britannæ opus sæpe lucem vidit: ac MSum adservatur Cantabrigiæ in bibliothecâ publicâ, & Oxonii in bibliothecâ Collegii Mertonensis. Etiam vita Gildæ hujus MSa dicitur supereffe Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Variaque ex ea vitâ fragmenta refert Joannes à Bosco in libro, quem ex veteribus membranâ Floriacensis bibliothecæ collegit.

CAP. XXII.

Venantii Fortunati patria, domicilium, ætas, libri de vita S. Martini, & quâ occasione eos scripserit: item aliorum vitæ

ab

ab eodem exara. 2. Bandoninia de vita S. Radegundis. Gregorii Turonensis, patria, opera, simplicitas ejusdem quæcunque de miraculis accepisset albâ lineâ signantis. Fredegarii liber XI. Radulphus de gestis Francorum. Exploditur Hannibaldus Francus. Ætas eorum, qui S. Domnoli, & S. Austregisili vitas signarunt.

VENANTIUS HONORIUS (qui aliis Honoratus) CLEMENTIANUS FORTUNATUS, Italus, natus fuit loco non longè diffito ab urbe Tarvisina, qui Duplabilis vocatur. Sed Ravennæ liberalibus fuit artibus excultus. Ac non multò antè, quàm Longobardi invasere Italiam, domicilium habuit Pictavis. Atque hîc cum prosâ, tum carmine, gesta prodidit sanctorum: ibidem etiam episcopus tandem est factus: hodieque corpus ejus inibi requiescit. Imperium eo florente erat penes Justinum juniorem: ad quem, uti & uxorem ejus, Sophiam, Hædæporicon exarâvit. Poëta, prout tempora illa erant, nobilis fuit: atque inter alia, carmine epico quatuor libris, complexus fuit vitam & miracula B. Martini. Occasionem sibi scribendi eo præbitam refert, quòd cum ipse, ac insimul socius suus Felix, vehementi oculorum dolore vexaretur, uterque ope B. Martini hoc morbo fuerit liberatus. Sic enim scribit:

Quà mea Tarvisus residet, si molliter intras,

Illustrem socium Felicem, quaeso, require:

Cui mecum lumen Martinus reddidit olim.

Recepisse autem se, & Felicem, visum ait, cum oculis inunxissent oleo lampadis: ut indicant hæc verba:

Tigum adest, cujus vitreâ natat ignis in urnâ,

Etuc ego dum propero, valido torquente dolore,

Diffugiente gemens oculorum luce fenestra:

Quo procul ut tetigi benedicto lumen olive,

Ignis ille vapor marcenti fronte recessit,

Et præsens medicus blandè iugat unguine morbos.

Præterea vitam S. Hilarii, Pictavorum episcopi, duobus libris perscripsit: quam apud Surium reperies Tom. I, die XIIII Jan. Item S. Albini, Andegavensis episcopi: qui obiit circa annum 1017: Habes apud Surium T. II, 1 Mart. Item S. Germani, Parisiensis episcopi: quæ est apud Surium T. III die XXVIIII Maji. Adhæc vitam S. Medardi: quam offendes T. I: I, die VIIII Jun.

Item vitam S. Radegundis, quæ est Tom. IV, XII. Aug. & S. Maurilli, quæ creditur esse illa apud Surium XII. I. Sep. Apud Posseninum perperam pro eo, s. Mauriti editum est. Item vitam S. Remigii, quæ est T. V. I. Oct. & S. Marcelli; quæ scripta ad S. Germanum, Parisiensem episcopum. Habes Tom. VI. die I. Nov. Videtur & ejus esse vita S. Amantii, episcopi Rutenensis, quæ est T. VI, IV. Nov. Ex his de Remigii vita auctor quoque nobis Hincmarus, Rhemensis Archiepiscopus, in Remigii vita: ubi sic scribit: *Sicut à senibus, & jam etate provectâ viris religiosis (qui tempora Tilpini, urbis hujus præfulis, adhuc vivebant, quando in servitium istius S. Ecclesiæ, auctore Deo, sui electus, atque provectus; & postea per aliquot annos vixerunt) fidei ratione didici, à suis majoribus audierunt narrari, eos vidisse librum*

a Fortaf
se leg.
quod ii à

maxima quantitatatis, manu antiquariâ conscriptum, de ortu, ac vita, & virtutibus, atque obitu beati Remigii, sanctissimi patroni nostri: qui hac occasione deperit, quoniam Ægidius, post B. Remigium quarcus istius civitatis episcopus, quendam virum religiosum, Fortunatum nomine, metricis versibus insignem, (qui à multis potentibus & honorabilibus, in his Gallicis & Belgicis regionibus, per diversa loca tunc vitæ ac scientiæ suæ merito invitabatur) petiit de eodem libro, cothurno Gallicano dictato, aperto sermone aliqua miracula, quæ in populo recitarentur, excipere, quatenus ea sine radio audire, & mente recondere, atque per ea ad amorem, & honorem, atque devotionem Dei, & ipsius protectoris sui, idem populus excitari valeret. De eodem Fortunato sic Aimoinus lib. III. de gestis Francorum cap. XIII: Ejus tempore Fortunatus, qui in rhetoricâ, metricâque arte, famosus habebatur, ab Hesperia in Gallias transiens, Pictavis episcopus ordinatur. Hic multorum vitas passionisque Sanctorum, partim prosâ, partim metro, composuit. Ad amicos quoque singula disticha elegans orator conscripsit. Unde præfato Regi elegiacum misit carmen, congratulans ei in i. v. ptis Brunichildis. Quem cum quidam consors librum, ad diversos ab eo sibi familiares conscriptum, manibus intulisset meis: in eo secunditatem viri, dulcemque affabilitatem, satis admiratus sum. Meminit & cap. XVI. item Beda lib. I. Hist. Eccl. cap. VI. I. & Hildiwinus epistolâ ad Ludovicum Pium Imper. ubi Fortunatum hunc vocat virum prudentem, & scholasticissimum: atque ab eo hymnum ait scriptum de gloriosissimo martyre, Dionysio Arcopagita. Vide & de eodem Hincmarum præfat. in vitam S. Remigii, Sigebertum in catalogo cap. XLV, & Matthæum Westmonasteriensem in Florilegio ad annum DCLXII.

Iisdem temporibus fuit B. ANDONIA: quæ cum Fortunatus episcopus de vita S. Radegundis reginæ librum scripsisset, alterum

alterum ei librum addidit, quo complectebatur, quæ præterierat Fortunatus. Fuit Bandoninia alumna S. Radegundis : ut ipsa in præfat. testatur. Obiit autem S. Radegundis anno Ch. IXXC. Habes hoc opusculum apud Surium T. IV ad XIII Aug.

Æqualis Venantio, & Bandoninia fuit, GREGORIUS, TURONENSIS sive, ut in MSis plerisque vocatur, THRONICUS episcopus undevigesimus : quippe qui præsens interfuerit luctui immenso sanctimonialium ob luctum S. Radegundis reginæ, de qua proximè dictum : ad quem item plura Fortunatus scripserit : ut Hilduinus epistolâ ad Ludovicum Pium ait : ubi & ejus *contemporalem* (sic loquitur) appellat. Patriâ fuit Arvernus, ut genere, ita virtute, nobilis. Patrem habuit Florentium, & Armenantium, ut Fortunatus testatur. Patruum autem Gallum episcopum. In episcopatu Turonensi ordinante Ægidio Rhemense, successit Euphronio : quod anno contigit IOLXXII : ut ad eum annum Mathæus Westmonasteriensis annotavit. Sed ipsum potiùs audiamus Turonensem de miraculis S. Martini cap. I : *Anno CLXXII post transitum S. Martini Antislitis, Sigeberto, gloriosissimo rege XII anno regnante, post excessum S. Euphronii episcopi, onus episcopale suscepi.* Obiit autem S. Martinus anno IOLXII. Eoque Turonensem episcopatum adeptus sit Gregorius triennio post, quàm tradidit Westmonasteriensis. Scripsit libris X historiam Francorum : quibus postea à FREDEGARIO, undecimus est adjectus. Perducit autem historiam Gregorius ad sua usque tempora. Appendix verò, seu liber undecimus, desinit in Karoli magni obitu. In fine libri X commemorat Gregorius & alia, quæ in literas retulit. Verba ejus sunt : *Decem libros Historiarum, septem miraculorum, unum de vitis patrum scripsi : in psalterii tractatum librum unum commentatus sum : de cursibus etiam ecclesiasticis unum librum condidi.* Subjicit quædam deinde, quibus adjurat librarium, atque alios, nequid libris suis, etsi stylo rustico scriptis, demant, vel in iis immutent. Octo insuper alios composuit libros, quos hodieque habemus. Eorum argumentum ponit præfatione libri de gloriâ Confessorum : *In primo, ait, libello inserimus aliqua de miraculis Domini, ac sanctorum Apostolorum, reliquorumque Martyrum, quæ hætenus latuerunt, quæ Deus ad corroborandum fidem quotidie dignatur augere. In secundo posuimus de virtutibus S. Iuliani. Quatuor verò libellos de virtutibus S. Martini. Septimum de quorundam feliciorum vita. Octavam hunc scribimus de miraculis confessorum.* Etiam scripsit de virtutibus Senoch Abbatis, quas is erga infirmos exer-

cuerat: item de vita S. Nicetii: item vitâ Caluppæ reclusi: itē Patrocli reclusi: item de mirabilibus Medardi: item de vita Hillydii, Avernorum episcopi: item de virtutibus Quintiani: item de vita abbatis Abrahæ: quorum omnium mentionem Gregorius ipse facit variis in locis. Ex quibus sola Medardi vita non exstat. Præterea Sidonii de Missis libro addidit præfationem: cujus meminit Historia Franc. lib. 11 cap. xii. Apud Sigebertum *a* autem lego, etiam epitomen fecisse de rebus Francorum: quam pluribus postea libris tractârît. Ea epitome conspicitur in corpore *b* veteris & sinceræ Historiæ Francorum. Adhæc Chronicôn Ecclesiasticæ historiæ composuisse, idem testatur. Virum ait fuisse magnæ, ut nobilitatis, ita & simplicitatis. Et sanè iudicium non immeritò requiras, dum albâ lineâ miracula omnia signat, quæ in Apocryphis legerat, vel ab aliis acceperat. Neque nostrum solùm hoc iudicium est: sed etiam Sigeberti, in d̄ jam ante secula prope octo idem scripsit Hilduinus epistolâ ad Ludovicum Pium Imper. Verba ejus sunt: *In quibusdam, nec sensu, nec orationis tenore, poterant fociari: quod manifestum est hujus venerabilis, & antiquissimi patris (Dionysii Arcopagite) vetustâ longinquitate, & ignota atque peregrina lingua, (Græcam signat) ubi de ejus notitia maximè scriptum erat, inscitia, seu devotione fidelium accidisse: qui non studuere ad prisca historias pro cognitione ejus recurrere; sed ea, quæ auditu collegerunt, (ut Gregorius Turonensis, non votiyo errore fallens) videntes insignia magnifica, atque innumerabilia, per eum fieri, prout unicuique sensus abundavit, curaverunt scriptis committere.* Et paullo post: *Ceteràm parcendum est simplicitati viri religiosi, Gregorii, Turonensis episcopi qui multa aliter, quam se veritas habeat, æstimans, non calliditatis astu, sed benignitatis, ac simplicitatis voto, literis commendavit.* Celebrat historicum hunc quoque Hincmarus præfatione in vitam Remigii. Nam perperam Surius putabat, signari istic Gregorium M. quia is scripserit dialogorum libros. Meminit & Aimoinus de gestis Francorum lib. 1 cap. xvi 111. his verbis: *Verùm in Chronicâ, quæ dicitur Gregorii (& putatur esse Turonensis episcopi) refertur, quod quidam rex Sigebertus filium suum Chlodericum ad Clodoveum principem direxerit, Francorum auxilium contra Gothos laturum. Memorat etiam idem Chronicus, eosdem, videlicet patrem cum filio, fraude Francorum esse interemptos, regnumque eorum, ac thesauros à Francis occupatos. Sed quia codex, in quo hæc digesta invenimus, vitio scriptorum erat depravatus, ad liquidum investigare nequivimus, cujus gentis rex fuerit, vel quæ iusta necis hujus causa extiterit. Tantummodo narrat, regnum ejus,*

a In cal.
zal. cap.
49.
b Hano-
via pro-
diit anno
1613.

apertè à Clodoveo pervasus. Refert eò Aimoinus ex Gregorii Annalium Francicorum lib. 11 cap. xxxvii, & xl. Finit Gregorius annales anno lxxcvi. Atque obiit anno eodem, xv Kal. Decembr. Festum ejus habes & apud Bedam, & exinde in Molani additionibus ad Ursuardum, & in Martyrologio eò Romano, quod Baronius notis illustravit. In catalogo MSorum Angliæ codd. Gregorio quoque tribuitur Libellus de passione Domini: quem ipse *Gesta Pilati* videtur nominasse lib. 1 cap. xxi. Habes in Orthodoxographis Basileæ b editis. Error iste mihi ex eo videtur obortus, quòd codici fuerit Gregorii Turonensis à nonnemine subiectus. Sanè Tritthemius non agnoscit. Cætera pete è vitâ Gregorii hujus, à Turonensi clerico exaratâ: quæ apud Aloysium est T. 111, & Surtium T. vi die xvi Nov. item è Tritthemii catalogo, & de illustribus viris ordinis Benedictini lib. 111 cap. x, & li. item lib. 14 cap. xl. item iis, quæ à Savarone passim dicuntur opere de originibus civitatis Claromontanæ. Ad eadem tempora à Suffrido Petri in Chronologiâ ad oram additâ, à Sigeberto c referatur Rudolphus sive ut in aliis libris est, R A D U L P H U S, quem & ipsum Sigebertus historiam Francorum scripsisse ait: sed addit, à suo tempore, ut videatur sui sæculi res solùm cognasse.

Idem ad junioris Justini tempora pertinere putatur H U N I B A L D U S Francus. Hic, ut Tritthemius in *Compendio*, & Simlerus in Gesneri appendice, tradunt, ex carminibus, & scriptis flaminum suæ gentis, continuavit Walthali historiam per annos lcccxcvi, usque ad Clodovei, cujus tempore vixisse dicitur, annum ultimum, qui Christi erat, non quidem lxxiv, ut est apud Simlerum, sed lxxiv; ut temporum ratio clarè evincit. Ac primis quidem sex libris tractat res Trojanas usque ad mortem Antenoris. Hinc sex aliis libris progreditur usque ad Waramundum regem. Sequentibus verò pertingit usque ad tempora Clodovei. Duodecim ultimos Hunibaldi libros redigit Tritthemius in compendium: quod in operum ejus volumine comparè: imò non paullò erat hoc Annio, & indoctior, & impudentior. Verùm Hunibaldus iste nec tressis scriptor est. Imò nihil illo ineptius, stultiusque. Sanè quicquid de antiquis Germanorum temporibus Romanis indictum prodit; id omne commisit. Nec enim veteres Germani gesta sua mandabant literis, quas nesciebant. At ille ferre oris, plumbei cordis, Hunibaldus,

non modò promit his indicta, sed planè repugnantia: ut fidem ei habere non possimus, nisi insimul Romanis omnibus detrahamus. Vide de hoc pluçcula apud Illustrem, Doctissimumque Hermanum Comitem Nuernarium, dissertatione de origine, & dissertatione præscorum Francorum: item apud Hadrianum Iunium Bataviæ suæ cap. 1x. Cui Janus Duza subscribit notis ad elegiam suam Annalibus Batavis præfixam. Scaliger etiam de emendatione temporum, lib. vi imperitiæ seculi pag. 496 tribuit, quod impunè ei fuerit Marrucinis illorum temporum probare. Nec minus rejicit Cluverius Antiquæ Germaniæ lib. 111 cap. xx. Idem facit Isacius Pontanus in Originibus Francicis, & notis ad sua poëmata. Ubi refellit Ioannem Dilenum Iuriconsultum Lovaniensem, & Iacobum de Charron, Regi Christianissimo à Cubiculis: quibus Hunibaldus ille in pretio erat. Quare Hunibaldus eo loco habendus, quo Berofus Annii, & similis farinae nugatores. Inter cæteras ejus ineptias est, quod Roterodamum novitium Bataviæ nostræ oppidum ait conditum esse à Rothero Rege Francorum, circa annum Christi LXXXIX. Qui Rex nunquam fuit.

Justini quoque, ac Tiberii Anicii temporibus, is fuit, qui S. Domnoli, Cenomanensis episcopi, vitam, jussu Haduini præfulis, conscripsit. Siquidem ejus auctor opusculi, quod ipse non obscurè indicat, Domnoli amicus ac familiaris fuit. Domnoli verò ætatem vel inde cognoscimus, quòd, ut ibidem legas, B. Germani, Parisiensis episcopi, summus fuerit amicus. Is autem obiit anno 10LXXIX. Vita hæc Domnoli legitur apud Surium in Hist. Sanct. Tom. 111 a. d. XVI Maji. Sed Haræus in epitome suâ eam rejecit ad 1 Dec.

Eotundem imperatorum ætate vixit ille, qui vitam composuit æqualis sui B. Austregisili, archiepiscopi Bituricensis. Habes apud Surium ad xx Maji. Quod autem de ætate ejus scriptoris dixi, id cognoscere est ex istis verbis: *Dixit igitur (Austregisilus) amico suo Marculpho, id temporis lectori, NUNC verò abbati ejus basilica, ubi corpus ejus humatum est, &c.* Atqui obiit Austregisilus circa annum 10LXXXI. Vide quæ in epitome sanctorum Haræus annotavit ad Sulpitii, & Austregisili vitas. Magis enim ea probantur, quàm quæ Baronius de obitu ejus tempore retulit ad annum CHI. LXXXI.

CAP. XXIII.

Gregorius Magnus ex præfecto urbis factus monachus, hinc diaconus, exinde papa. Error abbatis Urspergensis. Gregorius hic à quibus auctor agnoscatur dialogorum de sanctorum miraculis. Idem quantopere Romanis fuerit exosus, qui & defuncti scripta comburere fuere aggressi. Dialogorum libri à Zacharia papa Græcè translati. À Cedreno crediti esse Gregorii II. Falli eos, qui Photio eum dem opinionem tribuerunt. An dialogus Græcolatinus æ vitæ Benedicti possit esse hujus Gregorii. Beulanus presbyter de genealogiis gentium. Scriptor vitæ S. Eugendi. Elvonii Probi historia Britannica. Asaphus Venedota de vita Kentigerni. Chronicon Ioannis Biclariensis, sive Gerundensis. De origine rerum Hispanicarum episcopi Gerundensis liber. Scriptores vitarum S. Ebrulphi, & S. Eparchii.

GREGORIUS MAGNUS anno Christi DLXXXI, qui Justiniani junioris erat sextusdecimus, Urbis præfectus erat. Anno Chr. DLXXXI, Tiberii imp. secundo, monachus S. Equitii est factus. Ut valde fallatur Conradus, abbas Urspergensis, cum eum jam anno DLVI II, monachum fuisse arbitratur. Nec diu in eo vitæ genere permansit: sed mox à Pelagio Papa septimus fuit Levita designatus. Anno Chr. LXX, qui Mauritiu fuit quintus, ex diacono est creatus Papa. Atque obiit anno secundo Phocæ Imp. qui Christi erat DCV. Hic, ut verba Sigeberti retineam, *librum dialogorum, quem cum Petro, diacono suo, de miraculis sanctorum sui temporis habuit, Tadelinda a, Longobardorum regina, pro munere misit. De Petro istoc, quicum dialogi fuere habiti à Gregorio, mirificam ibidem rem narrat Sigebertus, his verbis: Scripsit & alia, que à Romanis post mortem ejus combusta sunt, qui & omnia opera ejus combussissent, nisi Petrus, diaconus ejus, interveniens confirmasset jurejurando, se vidisse Spiritum S. quasi columbam super caput Gregorii iractantis sedentem, rostrum suum ori illius inferentem: & hoc ipsum Petrus hac conditione fecit, ut, si ipse post factum jurejurandum statim moreretur, Romani à libris Gregorii comburendis cessarent: si non moreretur, ipse etiam combustoribus librorum manus daret. Sic Petrus inter verba juramenti exspiravit, & Romano-*

a Alii, Trudelinda, vel Tadelinda.

rum *insania cessavit*. Dialogos autem Gregorii Papæ sesquifeculo post Græcè reddidit Zacharias Papa, ut idem testatur cap. LXXXVII; & ante eum scripserat Petrus diaconus lib. IV. de vita Gregorii Magni. Præter eos alii quoque multi meminere horum dialogorum: eosque inter Leo Ostiensis Historiæ Casinensis cap. I. Imò planè hoc Gregorii opus signat Beda lib. I Hist. Angl. cap. XIV. Atque aded ipse etiam Gregorius lib. I I epist. LXXXIX cap. I. cum ait: *Fratres mei, qui mecum familiariter vivunt, omnimodo me compellunt aliqua de miraculis patrum, quæ in Italia facta audivimus, sub brevitate scribere*. Non desunt tamen viri eruditi, qui dialogos eos esse arbitrentur Gregorii II, vel III; quorum ille anno 10ccxv, hic anno 10ccxxi sedere cœpit. Sanè subnixæ est hæc sententia auctoritate Cedreni: qui Gregorium dialogorum auctorem vixisse a temporibus Constantini, & Leonis imp̄p̄ ac à lucubratione istac *Dialogi* accepisse cognomen. Ajunt & in eadem sententia Photium esse, cujus major sanè apud me auctoritas foret, quàm Cedreni. Nam & emunctioris est naris, & majoris eruditionis, atque industriæ, &, quod non minoris duco, Gregorianis temporibus propior multò. Verùm de Photio falluntur, cum ille inter tempus, quo Gregorius dialogos scripsit, & illud, quo Zacharias eos vertit, annos dicat interjectos clxv: quod convenire neutiquam potest Gregorii II, vel III temporibus: quia Gregorio secundo Gregorius III, huic autem Zacharias successit. Quare primo tribuisse Gregorio, satis est manifestum: utcunque pauciores aliquanto anni sint inter Gregorium I, & Zachariam, quàm Photius, (nisi librarii is error) existimavit. Nec movere debet, quòd is Zachariam dialogorum conditoris *Ἀγέδοχον* appellet. Nam successisse ei, dicit: sed *αὐτῶς* successisse, non dicit: nec dicere voluit, qui sesquifeculi inter eos intervallum ponit. Nec solùm dissensus est de dialogorum auctore: sed etiam de eorundem fide. Quà de re adi querimoniam Melchioris Càn, episcopi Canariensis, Locorum Communium lib. XI cap. penult. quæque adversus Canum differit Baronius notationibus in Martyrologium Rom. ad XXI II Decembris. Extremo illud loco addam, in Cæsarea bibliotheca, quæ est Viennæ, existare codicè MSum Gregorii hujus nomen præferentem: continet autem dialogum Græcolatinum de vita B. Benedicti. Is si genuinus, Latine quidem sit à Gregorio; (sanè eum id argumentum tractasse, dicit Sigebertus *b*) sed translatio ab alio fuerit: fortasse à Zacharia Papa, vel aliquo, qui jussu Zachariæ verterit; vel ab Anastasio, Antiocheno episcopo,

a Pag.
375.

b In eccl.
tal. cap.
33.

piscopo, qui Pastoralia in Græcum sermonem transfudit. Sanè Gregorii esse nequit, cum ipse epistolâ ad Eusebium, episcopum Thesalonicensem, se Græcè nescire, ingenuè fateatur.

BEULANUS, presbyter Anglus, Nennii præceptor; iisdem, quibus Gregorius Papa, temporibus vixit. Hic sedulò inquisivit Anglosaxonum, qui Britanniam sesquiseculò antè ingressi fuerant, origines: atque adèd, ex qua post diluuium gente prognati essent. Ex iis verd, quæ ista meditans, collegerat, librum fecit De genealogiis gentium; ut ex Balæo cognoscimus.

S. EUGENDI, ABBATIS Jurenfis, discipulus vitam scripsit præceptoris sui. Ea apud Surium exstat T. 1. a. d. 1 Jan. In vitæ ejus extremo pollicetur auctor etiam Instituta monasterii A-gaunensis, in quo vivebat. eaque à se scripta esse ait iussu S. Marini presbyteri, insulæ Lirinenfis abbatis. At S. Marinus, ut ex vita ejus videmus, fuit tempore Childerici Francorum regis, Clotharii filii, cum imperator foret Tiberius. Quare sub Tiberio hoc, vel successore ejus Mauritio, claruerit vitæ ejus scriptor.

Sub Mauritio quoque, fugatis in Cambriam Britannis, vixit **ELUODUGUS PROBUS**, Bannochorensis cœnobii monachus, Nennii iridem præceptor: ut præter Nennium ipsum in Chronicis suis Gualterus Coventrius, & Rogerius Cestrius, restantur. Condidit Britannicam historiam, quam, ope historiæ Romanæ, à multis priorum fabulis purgavit.

ASAPHUS VENEDOTA iridem tempore Mauriti claruit, quo in Britannia imperabat tyrannus Carentius. Scripsit vitam præceptoris sui Kentigerni; à quo, dum viveret, monasterio El-guenti, sive Eluiensi, fuerat præfectus; atque in episcopatu, consentiente plebe, successor constitutus. Ab hoc diœcesis, cui præfuit, veteri nomine perditio, S. Asaph cœpit nominari.

Claruit & tum **JOANNES ABBAS**, Gorhis oriundus, sed Scalabi in Lusitania natus, conditor Biclariensis monasterii, ac postea episcopus Gerundensis: unde & nunc **JOANNES BICLARIENSIS**, nunc **JOANNES GERUNDENSIS**, vocari solet. Hic continuavit Chronicon, ubi Victor Tununensis desierat: nempe ab initio imperii Justiniani imperatoris, qui Justiniano successit, usque ad octavum Mauricii annum, & quartum Reccaredi, regis sui, qui Christi annus est **DXCV**. Eum primus in antiquis suis lectionibus divulgavit Henricus Canisius. Vide de eo Isidorum lib. de iris illustribus cap. xxxi, item Tritthemium in Catal. Baronium Tom.

VII ad an. DLXXXIV, & Joannem Marianam rerum Hispanicarum lib. v. cap. XIII, & xv. Fortasse verò & hujus sit Gerundensis episcopi de origine rerum Hispanicarum liber. Eum Possévinus ait MSum extitisse in bibliotheca Vincentii Pinelli, quæ post obitum ejus Patavio Neapolim est translata.

Etiã Mauritiï temporibus fuit ille, qui vitam S. Ebrulphi confessoris consignavit. Nam æqualem fuisse S. Ebrulpho, indicant hæc de eo verba in vitæ initio: *Ebrulphus vir nobilis, parentes habuit illustres. Nutritus est autem in aula regis Franciæ, tantamq; præ se tulit modestiam, & humilitatem, ut in palatio magnum obtineret locum, quem admodum IPSE NOBIS dicere consuevit.* Et post multa ait: *Cum jam vir sanctus octogesimum ætatis annum excessisset, sicut ab IPSO DIDICIMUS, cupiebat dissolvi.* Obiit autem S. Ebrulphus, (ut in eadem vitâ dicitur) temporibus Rodoberti, episcopi Sagiensis, anno duodecimo Childeberti regis: ubi Childebertus signatur, Austrasiæ rex, Sigeberti, & Brunchildis filius, qui patri successit anno DLXXVI II, ut duodecimus ejus annus sit Christi annus LXXC. Extat ea Ebrulphi vita in Suriana Sanctorum hist. T. VI die XXIX Dec.

Circa eadem tempora fuit, qui exaravit vitam S. Eparchii. Nam prope æqualem fuisse, indicant hæc verba: *In hac S. Eparchii vita, nemo quiquam putet commentitium, aut supervacaneum, recitari: quandoquidem ea, que dicturus sum, multorum possunt, qui coram intuiti sunt, testimonii confirmari.* At obiit Eparchius anno DLXXXIII. Habes eam vitam apud Surium Tom. IV. Kal. Jul.

CAP. XXIV.

Scriptores sex, qui temporibus vixerint imperatoris Phocæ. Puta Faustus Cassinensis de vita S. Mauri: anonymus de vita B. Arnulphi: Elboldus Britannus de gestis sui temporis: Marceus Cassinensis de vita S. Benedicti: Maximus Casariensis de rebus Hispanicis tempore Gothorum: & Secundus de gestis quibusdam Longobardorum.

FAUSTUS, CASSINENSIS monachus, S. Benedicti discipulus, floruit tempore Phocæ imperatoris. Vitam scripsit S. Mauri abbatis, condiscipuli sui: qui anno obiit DLXXXIV, tertio anno imper. Tiberii, quadregesimo primo anno, ex quo in Galliam venerat:

venetat: ut Faustus testatur in Mauri vita (habes apud Surium ad xv Jan.) in cuius extremo legas, cum oblatum fuisse B. Benedicto, cum duodecim esset annorum: habitasse cum eo xx annis: commoratum esse in monasterio suo, quod ipse edificavit, annis xl, diebus xiv. Qui simul sunt anni lxxi, dies xiv. Scripsit autem ea Faustus post obitum Mauri annis amplius xx. Quod ostendunt verba ista in præfatione: *Denique hoc opusculum beatissimo Papæ Bonifacio ostendi. Quod ipse sanctissimus pontifex approbans, laude dignum duxit, suâque sanctâ auctoritate roboravit.* At is, qui primus Pontificum post Pelagium xi, sub quo S. Maurus obiit, Bonifacii nomen habuit, fuit Bonifacius ixi, qui sedere cœpit anno 106vi: uti anno proximo Bonifacius iv: quorum alterum quin Faustus signet, dubitare non possumus. Sed tertium vocat Leo Ostiensis Chronici Casinensis lib. i cap. iiii. ubi hæc reperies: *Tertio interea Bonifacio Apostolica sedi presidente, memoratus Faustus, qui cum beato Mauro ad Gallias perrexerat, ad prædictum Lateranense cœnobium rediit: atque à beato Theodoro (qui tunc post sanctæ memoriæ Valentianum tertius eandem congregationem regebat) rogatus, atque compulsus, historiam de vita beati Mauri signatâ veritate conscripsit: quam idem papa Bonifacius approbans, suâ auctoritate roboravit.* Memnerat & idem cap. i. ubi de B. Benedicto ait: *Nihil moratus beatum Maurum illuc direxit, atque unâ beatum Faustum, qui ejus postmodum historiam pleniter scripsit.* Vide & Siebertum in catal. cap. xxxi r.

Anonymus ille, qui vitam tradidit B. Arnulphi, Metensis episcopi, (ea apud Surium exstat a. d. xv: Aug.) iisdem quibus Arnulphus temporibus fuit. Siquidem penè initio ejus vitæ sic loquitur: *Hujus ego res memorabiles, & laude dignas nonnulla, ab ejus familiaribus didici: pleraque per memet ipsum cognovi.* Et in eadem vitâ: *Quod nos audientes, celeri gressu inus ad domum beati viri, &c.* Sermo ibi est de Arnulpho hoc. Is autem familiaris fuit Clothario, secundo ejus nominis Francorum regi: ut ex eadem vita constat. Quare Phocæ, & Heraclii temporibus, vixisse, satis est apertum. Videtur autem hoc esse opus illud, quod signat Paullus Diaconus de Longobardorum gestis lib. i cap. xvi, ubi ait: *De cujus (Arnulphi) mirabilibus apud Metensem ecclesiam, ubi episcopatum gessit, liber exstat, ejusdem miracula, & vitæ abstinentiam, continens.*

Eisdem ætate fuit ELBOÐUS Britannus, Venedotarum in Anglia archiepiscopus. Hic à bonarum literarum peritiâ Lelando laudatur: ac, præter librum de ratione paschæ, etiam historiam sui temporis reliquit: ut Baleus testatur.

MARCUS, CASSINENSIS monachus, eodem tempore fuit. De eo sic Sigebertus cap. xxxi i i: Marcus poeta, familiaris Benedicti Cassinensis, vitam ejus à Gregorio descriptam destoravit heroico breviloquio, & pauca superaddidit. Hoc carmen Marci, cum diu delituisse, in monasterio B. Benedicti Mantuani inventum, ac Romæ, cum tertio Prosperi Martinengi poematum libro, anno cIo Io xc excusum fuit.

Vixit iidem temporibus MAXIMUS, Cæsaraugustanæ civitatis episcopus, qui historiolum de his, que temporibus Gothorum in Hispania acta sunt, historico, & composito sermone, scripsit: ut ait Isidorus in catal. cap. ult. ubi eum adhuc vivere, multa que componere, dicit. Meminit & Honorius. Item Tritthemius, qui librum eum appellat *insigne volumen*, & opus amœnum, de gestis Gothorum in Hispaniis. Intercidisse arbitratur Vassæus in Chron. rerum Hisp. cap. i v. Mihi quidem hactenus est invisum.

Phocæ quoq; tempore, ac primo Heraclii quinquennio, Clothario ii in Galliis imperante, fuit SECUNDUS, de quo Paullus Longobardus lib. iii de gestis Longob. cap. xxix. *Tantaq; ibi strages facta est de Francorum exercitu, quanta nusquam alibi memoratur. Mirandum sane est, cur Secundus, qui aliqua de Longobardorum gestis scripsit, hanc tantum eorum victoriam præterierit, cum hac, que præmissimus de Francorum interitu, in eorum historia iisdem ipsis penè verbis exarata legantur.* Item lib. iv cap. xlii: *Sequenti mense Martio defunctus est apud Tridentum Secundus, servus Christi, de quo sæpe jam diximus: qui usque ad sua tempora succinctam de Longobardorum gestis composuit historiolum.* Mox subjungit, ut eodem tempore Theudebertus, Francorum rex, in prælio ceciderit. Quod anno contigit Io cxv. Ut eopse anno mortuus sit Secundus: quem ut ab aliis discernamus, Tridentinum vocare possumus ob verba Paulli proximè prælata.

CAP. XXV.

Sequentur tempora Heraclii, quibus Eustasius iter S. Columbani, Nennius res Britannicas, literis mandavit: quibus item fuit Isidorus Hispalensis. Atque hujus indicatur genus, ac dignitas. Distinguitur idem ab Isidoro seniore, & alio, Pacensi episcopo. Locus ex Chronicis Isidori ab alio ejusdem Originum libris insertus. Quantopere idem rem historicam juverit. Quibus conciliis præfuerit. Ostenditur alium esse ab hoc, qui canones Ecclesiasticos consarcinavit:

five

sive ei Mercator cognomen, seu ipse peccatorem se modestie causâ nominavit. Obiter aliquid de Redempto Clerico. Braulionis, episcopi Casaraugustani, liber de vita Emiliani monachi. Samuelis Beulani historia itineraria.

PRIMIS annis imperatoris Heraclii (qui imperare cœpit anno 10cx, ac annis rexit xxxi) claruit EUSTASIUS, discipulus Columbani. Hic magistri sui iter descripsit. Quicquid verò de magistro prodidit Eustasius, hoc historiae suae de vita Columbani inseruit Jonas: de quo postea dicemus.

Temporibus ejusdem imperatoris, circa annum 10cxx, sub Caduano, duce Britanno, vixit NENNIUS Anglus; Elvodugi Probi, ac postea Beulani presbyteri, discipulus; Elbodi ejus, de quo diximus, familiaris; ac tandem Bannochorensis cœnobii antistes. Historiam condidit de origine Britannorum, cui Samuel Britannus addidit notas. Existare eam in Norduicensi Carmelitarum bibliotheca, auctor est Balæus. Qui & scripsisse testatur librum de Urbibus Britannicis, elogium Britanniae, apologiam quandam, cosmographiam, item additiones Gildæ. His addit Piseus collectiones historiarum, librum de mirabilibus, ac Chronicon. Ex iis verò, quæ retulimus, elogium quidem Britanniae ait superesse in bibliotheca baronis Lumlejani: Chronicon autem Cantabrigiae haberi in Collegio S. Benedicti. Historiam verò de origine Britannorum, non Nordvici solum existare, ut Balæus ait; sed etiam Cantabrigiae in eodem Benedicti collegio, atque item in bibliothecâ publicâ ejus urbis Academiae.

Utroque hoc longè celebratior est ISIDORUS HISPALENSIS. Stirpe Gothicâ natus fuit. Pater erat Severianus, Urbis Carthaginensis præfectus. Fratres habuit episcopos duos, Leandrum Hispalensis, & Fulgentium Carthaginensis Ecclesiae. episcopus per annos fuit xl; ut de eo auctor est nobis Lucas Tudensis. Idem est, qui *Isidorus Junior* in multorum codd. inscriptionibus vocatur: uti & à Sigeberto, Tritthemio, & aliis. Nempe sic dictus, ut distinguatur ab Isidoro Cordubensi, qui Honorii temporibus vixit: hoc est circa annum gratiae cccc. Atque hic ille sit, qui, ut quidem Tritthemius prodidit, commentarios in libros regum edidit: eosque dicavit Orosio, presbytero Hispano, B. Augustini discipulo. At Hispalensis Isidorus claruit imprimis circa annum

10cxx, scriptoribus Heraclii Imp. & Suinthilani, Gothorum in Hispania regis: ut constat ex iis Isidori verbis, quibus & Chronicon suum incipit, & quintum Originum finit: nisi potius alius ex Chronicis in Originum libros transtulit: quod verum puto: etsi Bellarminus credat, Chronicon ex quinto Originum esse decerptum. Sed contra factum esse, inde colligo, quod in vet. meis optimæ notæ manuscriptis, extrema ista libri quinti verba, quæ in Breulianâ edione legas, desiderantur. Nec semper tamen per Isidorum juniorem Hispalensis signatur: sed interdum & Pacensis, itidem Hispanus, qui Hispalensi ipso junior fuit. De Pacensis hoc postea dicemus. Ingenium atque eruditionem suam posteris testatam fecit Hispalensis, multis ad literaturam, multis item ad sacras literas pertinentibus: de quibus nunc non agimus. Historica verò ejus sunt ista, quæ hodieque exstant. Chronicon scripsit ab initio mundi usque ad quintum annum Suinthilani regis, qui Christi fuit 10cxxvi. Hujus operis meminit in fine quinti Originum: si appendix ea ipsius fuerit Isidori, de quo antè satis dictum. Condidit quoque historiam de origine Gothorum, & regno Suevorum, & Wandalarum. Cujus operis meminit Braulio, episcopus Cæsaraugustanus, in præfatione eâ, quæ Isidoro præmittitur. Etiam opusculum composuit de xlvi viris illustribus; quod MSum exstat Cantabrigiæ in bibliothecâ Collegii S. Benedicti, & Oxonii in Collegio Mertonensi. Adhæc Philippus Bergomas in supplemento suo Chronico ad annum 10cxcv, ait, eum consignasse vitas quorundam sanctorum, quod ipsum Sigebertus prodit in catal. cap. lv: sed hic explicatiùs paullo loquitur: quia egisse ait *de ortu, vitâ, & obitu sanctorum patrum, qui in Scripturis laudibus efferuntur*. Joannes Vasæus Chronici Hispaniæ cap. iv scribit, incidisse se & in Chronicon quoddam Isidoro Hispalensi adscriptum, à superiori autem Chronico diversum: sed quia illud in ultimo Thrasamundi, Vandalorum regis, anno desinat, & quod caput est, Vandalorum in Africâ potius, quàm Gothorum in Hispaniâ, rationem habeat: rectè censet alterius potius esse, ac quidè hominis Afri. Cujus suspitione illud confirmat, quod de rebus Vandalorum alterum exstet opusculum Isidori, quo res eorum perducit usque ad Gilimeri casum, & Vandalorù interitum. Anno 10cxix præfuit synodo Spalensi, quomodo vocatur synodus Hispalensis: ut *Spalis* pro *Hispalis*, *Spania* pro *Hispania* dixerit. Item præfuit nobili illi lxx episcoporum synodo Tolera-

Toletane: quæ anno habita **IOCLXXXIII**: ut ex MSSis antiquis Garfias Loaisa observavit. Utrum autem Hispalensis hic sit idem ille, qui pontificum epistolæ, & conciliorum canones, collegit, adhuc in controversia est. Sanè jam ante annos penè octingentos tribus hæc ei Hincmarus, Rhemenfis archiepiscopus, libro de Synodis: ut de Joanne Gersono, & juniorum aliis, qui idem fecere, nihil nunc dicam. Sed si idem est, quid causæ afferemus, cur Conciliorum collectori in lib. vet. apponatur cognomen Mercatoris? Per enim verisimile est, hoc eo factum fuisse, ut ab Hispalensi distingueretur. Verùm ad hoc responderi posse video, *Mercatoris* cognomen corruptum esse ex *Peccatoris*: quod nomen modestiæ causâ ab antiquis sæpius adsciscitur. Equidem non repugno. Quare munitiori telo hic opus. Quale illud fuerit, quòd Isidorus ille in Collectionis suæ præfatione quædam adferat ex concilio Toletano **XI**, quod celebratum est anno **IOCLXXV**: item quòd ibidem meminit Agathonis Papæ, qui sedere cœpit anno **IOCLXXVI**. Atqui obiit Isidorus (ut **REDEMPtus CLERICus**, Isidori discipulus, qui & morienti adfuit, testatur *a*) ærâ **IOCLXXIV**: hoc est anno Chr. **IOCLXXXV**. quicum *a Epistolâ historicâ de obitu Isidori: qua operibus eius præfigitur.* convenit, quòd eum primo Chintilæ anno decessisse, scribat Lucas Tudensis: imò & antè memoratus Braulio, cui præ omnibus fides haberi debet. Est enim is Braulio, cui Isidorus dicavit libros Originum: quos ipsos hujus scripserat postulato, ut ex Hildephonfi viris illustribus constat. Quare quin ab Hispalensi illo Isidoro alius sit, seu Mercator, seu Peccator Isidorus, minimè dubitamus. Illustre Isidori Hispalensis elogium habemus in Concilio Toletano **VIII** cap. **II**. Vide & quæ de vita, ac morte Isidori hujus, præter Redemptum antè memoratum, scribit Joannes Mariana lib. **VI** de rebus Hispaniæ cap. **V. VI**, & imprimis **VII**.

Ipse etiam **BRAULIO** proximè memoratus, hic aliquem sibi locum deposcit. Concilio is Toletano quarto, quinto, sextoque, interfuit: ut ex Actis videmus. De eodem ita in illustribus viris scribit Hildephonfus cap. **XII**: *Braulio, frater Joannis, in Caesar augusta decedentis adeptus est locum, vir sicut germanitate conjunctus, ita non minimum ingenio minoratus. Clarus & iste habitus canonibus, & quibusdam opusculis. Scripsit vitam Æmiliani cujusdam monachi, qui & memoriam hujus, & virtutem illius sancti viri, suo tenore commendat pariter, & illustrat. Habuit sacerdotium ferme viginti annis: quibus expletis, clausit diem vite presentis. Duravit in regimine temporibus Sisnandi, Chintila, Tulganis, Chindasvinti, regum. Francisco Taraphæ libro de rebus Hispanicis, reges hi dicuntur Si-*

fundus, Suintilla, Tulga, & Sindafundus: quorū Sifunandus imperare cœpit an. 10cxxvi, Sindafundus autē an. 10cxlvi. Vide & quæ de Braulione Baronijs notat in Martyrologio ad xxvi Martii.

Extremis quoque Heraclii temporibus vixit SAMUEL BEULANUS, Britannus, Beulani presbyteri, de quo superius dictum, filius, Elbodi episcopi auditor. Hujus hodieque superest historia itineraria: ut testis est Balæus. Idem consignasse dicitur facta Arturi apud Scotos: uti & in Nennium Annotationes. Bedæ tamen, ac Polydoro etiam, fuisse ignotus videtur. *Natus in Scotia. Anglum non nemo eum facit, quod in Insula Vecta Anglicæ ditionis provinciola fuerit educatus; cum tamen ipse se in Teudalia natum, in Bernicijs atatem exegisse scribat, atque in cænobio Mailroto. Florebat an. DCXL.*

CAP. XXVI.

Scriptores sex, qui ætate Constantis, Heraclii filii, claruerint. Primus est Audoënus, cujus vitæ genus, & quando decesserit, exponitur. In Sigeberto conjectura. Scripsit Audoënus, tum S. Eligii, tum S. Remigii vitam. Sequuntur scriptor de vita S. Amati, & alius de vita S. Martini Papæ: hinc Elerius Cambrius de vita S. Wenefredæ: tum Hildephonus, Toletanus archiepiscopus, de viris illustribus: ac postremò Ionas Scotus abbas de vita S. Columbani, & præceptoris sui Attala, item Eustasii, & Bertulphi, vitis.

AB Heraclii temporibus accedo ad ea, quibus imperium tenuit filius ejus, Constantis: qui anno 10cxlvi regere cœpit, desinitque an. 10clxviii. Ad hæc tempora referendus Odocius sive Audoënus, prout in MSSis Sigeberti codd. vocatur, qui Tritthemio perperam *Audoënus*. De ætate quod dixi, inde cognoscimus, quia, cum prius fuisset Dagoberto regi à consilijs; postea Rothomagensis episcopus creatus est: (ejus sedis vigesimum primum fuisse, in tabulis Democharis legitur) in hac verò dignitate fuit sub Clothario III, ac Theodorico; quorum ille tertiusdecimus, hic XIV Francorum rex erat. Cabilonensi concilio interfuisse, constat. Obiit autem anno regis Theodorici sexto, qui Christi est 10clxxvii. In vita S. Audoëni (quæ apud Surium legitur ad xxiv Aug.) corruptè pro eo editum est *anno Theodorici sextodecimo*. Quod si plura de anno, dieque, quo decessit, nôsse voles, adi Baronium in Annalibus anno 10clxxvii,

IOCLXXVII, inque Martyrologio ad xxv Aug. Retulit in literas Audoënus vitam æqualis sui S. Eligii, quæ apud eundem Surium extat ad i Decembris. Eo de opere sic Sigebertus: *Audoënus, qui & Dado, episcopus Rothomagensis, scripsit ad Robertum, Parisiorum episcopum, vitam Eligii Noyoniensis episcopi: duobus libris explicans miracula, quæ in vita, vel post mortem ejus, gesta sunt: per eum tertio libro rhetoricæ, & commentariæ, totam vitam ejus recapitulans. Ubi pro per eum legerem verum: nisi simplicius videretur, distinguere hoc pacto: quæ in vita, vel post mortem ejus, gesta sunt per eum: tertio libro &c.* Ex tribus Audoëni libris tertium omisit Surius, quod nonnisi priorum epitome foret: imò & operis prologum præterit, multaque libro primo, & secundo, fufius dicta paucioribus constrinxit. Mallet ego auctorem nobis edidisset, prout in MSo suo repererat. Cæterum apud Helvetios in bibliothecâ S. Galli extat etiam Audoëni, Rothomagensis episcopi, liber de vita S. Remigii. Planeque censeo hunc ipsum esse Audoënum illum, ad quem scripta est vita S. Aquilini, episcopi Ebroicensis. Quod si est, ex Audoëni ætate de scriptoris illius temporibus satis liquebit.

Constantis etiam ætate vixit ille, cui debemus vitam S. Amati, presbyteri, & abbatis monasterii Romani: quæ est apud Surium T. v die XIIII Sept. Nam fuit auctor is æqualis S. Amato. Is autem decessit circa annum IOCL.

Etiam his temporibus fuit, qui reliquit vitam S. Martini Papæ à Surio Historiæ Sanctorum ex MSSis codd. insertam Tom. vi die XII Nov. Siquidem æqualis, atque aded comas Martini Papæ fuit: ut ipse his verbis indicat: *Hæc in mente habens, humilis ego famulus vester, quædam quidem exterius sollicitudine multa addiscens, plurimorum proprie CONTEMPLATOR FACTUS, judicavi literis remisceri, & nota facere, claræq; consuetudine omnibus Christi amatoribus: quatenus cognoscentes mecum illam propheticum sermonem proferant, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, &c.* At obiit Martinus Papa Chersonæ in Ponto anno Chr. IOCLIV. XII die mensis Nov.

Ejusdem imperatoris ætate circa annum IOCLX claruit ELERIUS CAMBRIUS, ac in literas retulit vitam S. Wenefredæ: ut dubium non videatur, quin pleraque ex eo hauserit Robertus Salopienfis, qui annis post prope quingentis ejusdem sanctæ virginis vitam composuit: quædam ei addens de ejus miraculis, deq; translatione ejusdem in Salapianum monasterium.

Tum quoque imprimis claruit HILDEPHONSUS, vel Ille-

phonus, (qui nisi idem sit nomen, perperam aliquibus Alphonfus) Toletanæ sedis episcopus. Hic Isidori, Hispalensis episcopi, discipulus fuit: atque anno DCCLIII in Concilio Toletano, cum adhuc Agaliensis cœnobii abbas esset, quarto inter abbates loco subscripsit: anno autem DCCLVIII, vel, juxta alios, DCCLXII, Eugenio II in Toletanæ sedis episcopatu successit: obiit verò anno DCCLXVII, quarto anno regis Bambæ: ac successorem habuit Quiricum, qui in Synodo Toletana XI præsedit. Hildephonus hic inter alia, exemplo Hieronymi, Gennadii, & Isidori junioris, scripsit de XIV illustribus viris librum unum: qui in Parisina Isidori Hispalensis editione exstat. Illis autem, quos descripsit Hildephonus, Hildephonsum ipsum adjecit Julianus Pomerius; Julianum autem Felix; uterque archiepiscopus Toletanus. Præterea Hildephonus Gothorum historiam contexuit: quam exorsus est ab anno quinto Suinthilani regis, ubi desierat Isidorus. Produxit autem usque ad finem Reccesunthi regis. Ut indicant verba illa, quæ apud Lucam Tudensem in fine proximè memorati regis legas: *Huc usque Hildephonus*. Inde enim conjectare est, uti in prioribus descripsit Isidorum, ita in iis, quæ Isidorum sequuntur, exscripsisse Hildephonsum. Nescio autem, quid in causa sit, cur hujus operis non meminert Julianus archiepiscopus. De junioribus minùs mirum, quia postquam Hildephonsum complexus est Tudensis, seorsum desuit exscribi. *Sequitur*, Videre a est de Hildephonso quædam, &c. Vide & de Hildephonso quædam priùs inedita apud Baronium in Martyrologio quidem ad XXIII Jan. in annalibus autem ad annum DCCLXVII §. V. & VI. b. Sed quæ ex Vaticano codice hausit Baronius, ea ipsa sunt, quæ Julianum Hildephonso addidisse dicebamus. Sanè aut Juliani Pomerii sunt, aut, juxta codices alios, Felicis: ut observat Jacobus de Breul, monachus S. Germani. Qui illa de Hildephonso & Juliano, in Parisiensi editione Isidori, ex codd. suis adjecit Hildephonso. Etiam in opere de poetis latinis aliqua de hoc Hildephonso diximus.

a Ita verscribendum.
b Ita scribe pro xv
et v.

Præterea tempore Constantis fuit egregius ætatis suæ scriptor, JONAS, patriâ Scotus (nam perperam Anglum, vel Hibernum fuisse, putavit Bellarminus c.) dignitate verò abbas congregationis Luxoviensis. Quæ ingenii sui monumenta reliquerit, exponit Sigebertus cap. LXXI: *Jonas scripsit vitam Columbani abbatis, & vitas Attale, & Eustasii, qui fuerunt discipuli, & successores Columbani*. Leguntur hæc vitæ in collectione Surianâ: Columbani quidem die XXI Nov. Attalæ autem

autem die x Mart. Eustafii verò die xxix Mart. Quin & priores duas habes in Chronologia sanctorum Lirinensium collectà à Vincencio Barrali. Eustafii vitam contexens, habuisse videtur itinerarium ab Eustafio ipso descriptum: usque adeò accuratè assignat, & quibus locis, & apud quos, beatus ille vir diverterit. Meminit & ejus Molanus additionibus ad Ufuardum, ubi ait, *Eustafii vitam Ionas Scotus, discipulus ejus scribit.* Ætatem suam ipse nos docet, cum in vità Columbani cap. xi ait, *Pergeres ergo simul, adolescentem Sommarium, qui etiamnum superest, comitem sibi adjungunt, & ad destinatum Eremiticum locum perveniunt, unius tantum panis alimonià contenti.* En clarè ait, Sommarium S. Columbani familiarem, superstitem fuisse, se ista scribente. Atque in eadem vità refert quædam, quæ audierit, ex S. Gallo: qui & ipse discipulus fuit Columbani. Mirum autem, Sigebertum non meminisse vitæ S. Bertulphi abbatis, Attalæ successoris: quæ est apud Surium die xix Aug. Nam & eidem Jonæ tribuunt vet. lib. & genuinam esse, satis liquet. Non desunt, qui vitas à Sigeberto Jonæ tributas adsignent Bedæ. Sed eos temporum ratio satis refellit, sive Jonas hic Columbani discipulus erat, quod Sigebertus, ut videmus, ac Tritthemius quoque putavit: sive, quod verius est, discipulus fuit vel Eustafii, quod sensit Molanus, ut jam dictum, vel Attalæ, qui Columbanus in monasterio Bobiensi successit. Sanè sub Attalæ cum in monasterio vixisse, satis ex ipsius Attalæ vita liquet. Imò idem cognoscere est ex vita S. Valerici abbatis a, ubi legas: *Et de S. quidem Columbani virtutibus, & factis admirandis, si quis plura nosse velit, ad eruditum discipulorum ejus discipuli, Ionæ abbatis, præclari sanè viri, opusculum legendum se conferat, quod ille de tanti patris vità conscripsit.* Ubi per discipulos Columbani Attalam & Eustafium intelligi potest. Possit tamen & Sigeberti sententia vera esse. Nam quid si Columbanum prius, inde ejus discipulos audierit? Quomodo multi qui Socratem audierant, post ejus obitum Platonem sequebantur. Qua ratione iidem & condiscipuli & Magistri dici possint.

a Apud
Sur. a. d.
1. April.

CAP. XXVII.

Scriptor vitæ Valerici abbatis. Eleutherius Dorcestrius de origine monasterii Malmesburienfis. Quando scriptæ sint vitæ SS. Bathildis, Aquilini, & Siviardi. Iulius Tolletanus de vita S. Hildephonsi, item de rebellione Pauli

aduersus regem Wambam. Malè cum Iuliano hoc confundi Iulianum Pomerium. Tritheimii opinio de ætate Tolotani Iuliani refellitur. Adamannus Scotus de situ terra sanctæ, prout ex ore hauserat Arcuulphi. Illidius, & Gallus, Arvernorum episcopi, de vita S. Boniti. Eguvinus de vita Althelmi. Onno sive Ouvo de visione, & morte regis Radbodi, & quando scriptor ille decesserit.

Quemadmodum autem Jonas hic consignavit vitam S. Colum-
bani: ita pauld post, nempe, ut videtur, Constantini Pogona-
nati temporibus, alius literis mandavit vitam Valerici abbatis, qui
S. Columbano, ejusque discipulo, Eustasio, familiaris fuerat. Quod
verò dicebam, non ita multo post scripsisse, id ex hisce ejus verbis
cognoscimus: *Quo fit, ut illas duntaxat virtutes, quas Deus per (Waleri-
cum) illum effecit, quotidieq, efficit, huic lucubratiuncula innoxuerimus, quas à
viris fide dignis, & earum bene consciis, aut peritis (quippe ab ipso sancto viro, &
enutritis, & institutis) auditione accepimus.* Habes Valerici vitam apud Su-
rium Tom. I I. a. d. I Apr. Sed Haræus in epitome suâ consultò trans-
tulit a. d. XII Dec.

Ejusdem Pogonati temporibus, scilicet Kentuino, Anglorum rege,
claruit **ELEUTHERIUS DORCESTRIUS**, Anglus, quartus
Vifosaxonum, seu Occidentalium Anglorum episcopus. Ingenii
sui monumentum esse voluit commentarium de origine monaste-
rii Malmesburiensis, quod primò dictum Maildulphesbery, ac mu-
sæum fuit Maidulphi Scoti, viri doctissimi, posteaque ingens mona-
sterium evasit. Obiit Eleutherius anno **DCCCLXXIII**.

Claruit tum quoque **BAUDEMUNDUS**, abbas tertius Blandi-
niensis, apud Gandavenfes in Flandriâ. Factus abbas (ut ex Chro-
nicis Blandiniensis cognoscitur) anno **DCCLVII**. Tertio abinde
anno decessit S. Amandus, cujus testamentum Baudemundus scri-
psit. Sed & vitam S. Amandi quam Surius publicavit, à Baudemun-
do exaratam esse ait Aubertus Misæus in Fast. s. Belgicis, & Sver-
tius in Athenis Belgicis. Sanè Milonis Elnonensis, cujus nomen
præfert apud Surium, esse nequit, cum ille non prosâ: sed carmine
vitam S. Amandi scripserit, ut inferiùs dicemus.

Ab æquali etiam tum scripta est vita S. Bathildis, Francorum re-
gina: qual. ex codd. antiquis Surius repræsentat Tom. VII a. d.
XXVI Jan. Ejus verò, quod de ætate retuli, indicium nobis hæc
verba

verba faciunt : *Ad sanctam matrem, dominam Bathildem, quæ nostris effulsi temporibus, nec non & ad ejus merita gloriosa, quæ ipsi ab eâ gesta vavimus, & vidimus, recurrendum est.* Decessit autem Bathildis circa annum **lccclxx.**

Isdem temporibus vixit, qui, ut antea monitum nobis, exposuit vitam B. Aquilini, Episcopi Ebroicensis, qui Rothomagensi synodo, anno **lccclxxxii** celebratæ, subscripsit. Vita ea existat apud Surium a. d. **xix Octob.** ac dicata est Audoëno, episcopo Rothomagensi. Minimum autem quinquennio ante eam synodum scripserit, quia Audoënus decessit anno **lccclxxvi**, ut superius diximus.

Item tum in terris agebat de nomine ignotus nunc scriptor, qui vitam nobis dedit æqualis sui S. Siviardi, abbatis Anisolenfis. Quippe de eo loquens, *Nostro*, inquit, *tempore existit hæc nobis sancta propago.* At diem suum obiit Siviardus anno **lccclxxxv**, qui ultimus erat Constantini Pogonati. Ea vita expressa est à Surio ad **i Mart.**

Ejusdem Pogonati, ac imprimis Heraclii Justiniani temporibus, claruit **JULIANUS**, archiepiscopus Toletanus : ad quod fastigium anno pervenit **lccclxxx.** Hic inter alia memoriam sui propagavit proferendo posteris vitam S. Hildephonfi : cujus successori Quirico ipse in episcopatu successerat. Eam mutilè Aloysius, integrus verò, perfectiusque edidit Surius : quem vide a. d. **xxiiii Jun.** Præterea condidit historiam de Paulli, ducis Narbonensis, rebellionem in Wanbam, regem Gotthorum : cujus operis mentionem facit Felix, archiepiscopus Toletanus, in appendice Hildephonfi. Jo. Vafæus in Chronico Hispaniæ cap. **iv**, ait, se id opus vidisse Salmanticæ in bibliotheca ecclesiæ Cathedrali. Ac vel lucem vidisse, vel propediem visurum, spero ; quandoquidem illud Jacobus du Breul, monachus S. Germani à Pratis, cum aliquot aliis veterum libellis promittit in annotationibus ad Hildephonfi viros illustres, quos una cum Isidoro Hispalensi in publicum dedit. Obiit Julianus, eodem Felice testante, æra **lcccxxviii** ; hoc est anno Christi **lccxc.** Nam si ab æra, quam dixi, subtrahantur anni **xxxviii** ; remanet hic annus salutaris *lcccxxxviii*. Atque hinc liquet, malè eum à multis confundi cum Juliano Pomerio, qui (ut ex Ennodio Ticinensi constat) circa annum vixit quadringentesimum nonagesimum : nempe annis ducentis ante hunc Julianum Toletanum ; qui & Pomerii illius meminit non semel in prognos-
tico

ftico suo futuri feculi. At omnium gravissimus est error Tritthemii, aliorumque qui ajunt, vixisse circa annum ccccl; eique B. Prosperum dicasse libros suos de vita contemplativâ. Nam Julianus Pontifex, quem inscriptio Prosperi librorum celebrat, est is, qui subscripsit concilio Arauficano I: ut diximus Historiæ de Pelagio lib. I cap. xviii. Aut hoc verum est, aut eorum librorum auctor non sit Prosper Aquitanicus; sed Prosper Aurelianensis, qui Vasensi, & Carpentoractensi concilio subscripsit: Julianus autem fuerit, qui tum eidem Carpentoractensi, tum Arelatei. si III, & Arauficano I I interfuit: ut inscriptio testatur. Vide quæ de tempore conciliorum istorum dicta nobis Historiæ nostræ de controversiis Pelagianis lib. I cap. liii.

ADAMANNUS Scotus, qui Balæo Centur. xiv. ubi de illustribus scholis egit, Adamannus Coludius vocatur, presbyter, & abbas monasterii, quod S. Columbanus in Huensi insula Scotiæ exstruxit, sub Justiniano juniore claruit circa annum lxxx: ut Tritthemius ait. Fusè de hoc Adamanno agit Beda lib. v Histor. Eccles. cap. xvi. Ubi Adamnanus dicitur. Quæ autem pluribus dicit Beda, ea paucis complexus sic Sigebertus; *Adamannus presbyter, & abbas Scotorum, scientiâ literarum nobilitatus, scripsit librum de sanctis locis natiuitatis, passionis & resurrectionis, & ascensionis Iesu Christi: & de monumentis sanctorum Patrum. De eodem sic Matthæus Westmonasteriensis ad annuam lxxci: Floruit vir bonus, & literatus, Adamannus presbyter, & abbas monachorum, qui erat in insula Hii. Hic missus ad Aelfridum regem gratiâ legationis, cum videret ritus Ecclesiasticæ institutionis, & observantia festi paschalis, continuo irabatur ad consensum. Qui cum demum redisset, curavit suos, qui erant in insula Hii, ad callern perducere veritatis, nec valuit. Navigansque in Hiberniam, penè omnes ad legitimum paschæ tempus observandum induxit. Scripsit idem vir Domini de loco Dominicæ natiuitatis, passionis, & ascensionis, situmque terræ sanctæ mirabiliter descripsit. Haufit verò ista ex Bedæ lib. v hist. Angl. cap. xvi. Sed ex eo illud præterea cognoscimus, libri hujus de locis terræ sanctæ auctorem magis fuisse ARCUULPHUM, episcopum Gallicanum, quàm Adamannum Scotum. Verba Bedæ sunt ista: *Scripsit idem (Adamnanus) de locis sanctis librum legentibus multò utilissimum; cujus auctor erat docendo, ac dictando, Galliarum Episcopus, Arculphus; qui locorum gratiâ sanctorum venerat Hierosolimam; & iustratâ omni terrâ repromissionis, Damascum quoque, Constantinopolim, Alexandriam, multasq; maris insulas, adierat; patriamq; navigio revertens, vi tempestatis in Occidentalia Britannia iuora delatus est. Ac post multa ad nem-**

memoratum Christi famulum Adamanum perveniens; ubi doctus in Scripturis, sanctorumq; locorum gnarus esse, compertus est; libentissimè est ab illo susceptus, libentius auditus; adeo ut, quæque ille se in locis sanctis memoratu digna vidisse testabatur, cuncta mox ille literis mand curaverit. Fecitque opus (ut dixi) multis utile, & maxime illis, qui longius ab eis locis, in quibus Patriarcha, & Apostoli erant, secreti, ea tantùm de his, qui lectione didicerint, norunt. Porrexit autem librum hunc Adamanus Alfrido regi, ac per ejus est largitionem etiam minoribus ad legendum contraditus. Scriptor quoque ipse multis ab eo munibus donatus, in patriam remissus est. De cujus scriptis aliqua decerpere, ac nostris huic historiae inferere, commodum fore legentibus reor. Hinc maxime memorabilia eo ex Adamnani opere excerptis, quibus caput XVII, & XVII, destinavit. Præter illa, quæ diximus, edidit quoque libros tres de S. Columbano, presbytero, & confessore; qui circa annum Domini IOLXV floruit. Eos ex membris monasterii Windbergensis in Bavaria, primus edidit Henricus Canisius. Cæterùm qui Sigeberto, Trittenioque ac in plerisque memorati scriptoris codd. MSSis, *Adamannus* vocatur, is in MSSis aliis est *Adamannus*, vel *Adomannus*: ut & ante nos Canisius observavit. Nonnullis etiam, eosque inter Baronio, Adamandus dicitur, ut de eo Possevinus ait. Quod nomen magis Romanum quid, quàm Scoticum, sonat. Idem tamen Baronius Adamnanum vocat ad annum ICCCXCIX, §. x & xi.

Justiniani junioris tempore ille etiam fuit, qui vitam scripsit S. Boniti, Arvernorum episcopi. Nam æqualem ejus fuisse, non unus in ea vita locus arguit. item quòd fuerit scripta postulato Adelphii; de quo tam multa in ea vita. Bonitus autem, ut ibidem legitur, temporibus viguit Ariperti, Longobardorum regis: eique precibus suis victoriam impetravit anno Ch. ICCCIV. Nec turbet, quòd ibidem mentio fit Pipini. Is enim non est pater Caroli M. filius Caroli Martelli: sed Martelli parens, Caroli M. proavus. Nomen scripitoris non exprimitur: sed Surius a testatur in prologo, se re-^{a T. I. a d.} perisse, ILLIDIUM, & GALLUM, Arvernorum episcopos, ac^{15 Jan.} confessores, luculento stylo Boniti vitam signasse.

Extremis Justiniani Junioris temporibus, ac deinceps, claruit S. EGUVINUS, ac vitam tradidit Althelmi. Anonymus in Althelmi vita apud Surium b: *Ejus autem obitum S. Eguvinus, qui vitam ejus conscripsit, divinitus cognovit, sicut ipse in quodam suo scripto testatur, his fere verbis: Post duos annos Althelmus, religiosus episcopus, migravit ad Dominum: quod ego per revelationem agnoscens, convocatis fratribus, excessum ven-*^{b A. d. 25 Maji.}

nerandi patris eis aperui: concitoq³ gradu ad locum, ubi sacrum corpus jacebat, quinquaginta fere millibus ultra Meldunense monasterium positum deveni, & ad sepulturam adduxi, honorificèq³ sepelivi: mandavique, ut quibuscunque locis sacrum corpus, dum absporetur, quiesceret, sacra crucis signa statuerentur. Mox ibidem subjungitur, obiisse Althelmum anno Christi MCCIX, cum abbas fuisset annis xxxiv, Episcopus autem annis iv. Unde ætas Eguini satis dilucet. Nonnullis Eugenius vocatur. A patria cognominatus est WICCIUS: genere fuit nobilissimus, professione monachus S. Benedicti, posteaq^{ue} episcopus Wicciorum, sive, ut nunc vocant, Wigorniensis: ac præter illam Aldhelmi, etiam aliorum sanctorum vitas descripsit: imò & librum fecit de primordiis sui cœnobii, & alium de suis apparitionibus. Vitam Eguini in literas retulit S. Bercivaldus, archiepiscopus Cantuariensis.

Etiam tum fuit ONNO, sive OUVVO, Frisius, monachus in cœnobio Fontanellæ: qui visionem Radbodi regis, atque horrendum ejus obitum, à posteris noluit ignorari. Apud Suffridum Petri in scriptoribus Frisæ refertur, edolâsse eum istoc opusculum *circa annum septuagesimum decimum*. Sanè in Chronico Frodoardi, quod in Francorum annalibus edidit Pithœus, memini quidem me legere, *anno nongentesimo quinquagesimo decimo*, pro *nongentesimo sexagesimo*. Sed Suffridus per *septuagesimum decimum*, non *octogesimum* dicere voluit: verùm *septingentesimum decimum*. Quod satis apud eum series temporum docet. Neque hoc tanti erat, ut verbo attingeretur à nobis: nisi mirari subiisset, Possëvinum, dum in Apparatu sacro, more suo, Suffridum exscribit, non correxisse illud leviculum: sed ipsum etiam, sanè nimis negligenter, scribere, Onnonem anno septuagesimo decimo claruisse. Cæterum Onno, sive OUVVO, vel Ovo hic, est ille, qui puer à Frisiis suspensus fuerat, ut diis ex more solenni offerretur: precibus verò S. Wulfranni miraculosè fuit liberatus: posteaq^{ue} baptizatus à Wulfranno, & Fontanellæ sacris imbutus literis, ex quo monachus, & tandem ab Reginaldo, Rothomagensi episcopo, abbatem inter est ordinatus. Quæ omnia plenius vide apud Jonam monachum in vitâ S. Wulfranni.

CAP. XXVIII.

S. Willebrordus de peregrinatione sua. Eulogius de Georgii diaconi, & quatuor aliorum, martyrio. Anonymus de vita, & miraculis, S. Huberti: & alter eo junior de translatione S. Hu-

S. Huberti. Bedæ genus, patria, & quando scripserit historiam ecclesiasticam. Vitæ quædam ei falsè attributæ. Accas Hagulstaadensis de passionibus sanctorum. Heddius Stephanus de vita Wilfridi, Eatæ, & Tumberti. Collectanea Notthberti de Augustino monacho, postmodo Anglorum episcopo. Kumbertus Lindesejus de Lindissane provinciæ rebus Ecclesiasticis. Daniel Wentanus de rebus in Wintoniensi Ecclesiâ gestis; atque alia ejusdem. Anonymus de vita S. Austreberthæ. Item alius de vita S. Wandregisili. Ionas Fontanellensis de vita S. Walfranni, Felix Crotandensis de vita Guthlaci reclusi, & gestis abbatum Guthlandiæ. Verus de vita Eutropii episcopi. Humbertus, sive Wibertus, de vita Ceolfredi abbatis.

S WILLEBRORDUS, primus Ultrajectensium episcopus, claruit extimis Justiniani junioris temporibus, item Philippici, Anastasii, & Theodosii, ac imprimis Leonis Isauri, qui imperare cœpit anno 1000xvi, atque annis xxiv imperium tenuit. Reliquit Willibrordus librû de peregrinatione suâ. Obiit anno 1000xxvii, vii Eid. Nov. cum annis xl Ecclesiam gubernasset. Vitam ejus fuscè Alcuinus, brevius autem Joa. Beka perscripsit. Vide & de eo Joannem à Leidis Carmelitam lib. 11 Chronici Belgici, & Petrum Suffridi in script. Fris.

Etiam imperante Leone Isauro, qui & Iconomachus vocatur, floruit EULOGIUS. Is martyrium scripsit æqualium suorum, Georgii Diaconi, Aurelii, Felicis, Nataliæ, & Liliosæ: qui martyrium passi circa annum 1000xxv. Habes apud Surium T. iv die xxvii Aug.

Eodem tempore erat ille, qui nobis dedit vitam S. Huberti, episcopi Leodiensis. Habemus apud Sur. T. vi. die 111 Nov. Sanè fuisse eum scriptorem familiarem S. Huberto ejusdem, ac fortasse etiam discipulum; satis verba ista indicant: *His dictis officium completorû cecimus, cubitumq; secessimus.* Et postea: *Mihi quoque, qui hæc scripsi, in eodem naufragio tale quid accidit.* Atque iterum: *Juxta quod vir Dei super sepultura sua celebratione ore presago acturum fore disposuerat, nos fidelissimi ac devotissimi ejus famuli flebiliter exsecuti sumus.* Obiit autem S. Hubertus anno 1000xxxi. Cæterum cum vitam hanc antiqui adeò

scriptoris, & Huberto ipsi familiaris, esse dicimus: id capiendum de vitâ eâ usque ad cap. xx1. Nam epilogus capituli xx satis docet, istic definire veterem scriptorem: atque idem indicat annotatio ista præmissa capiti xx1: *Hæc de vita, & mirabilibus beati Huberti, anti-* *stitis almi, & de his, quæ circa corpus ejus præcis temporibus celebrata sunt, fide-* *lylo ad nos scripta commearunt. Abhinc autem quomodo sub piissimo, Deique* *antantissimo, Ludovico Imperatore, in transferendo sanctissimi viri corpore, sit* *actum, breviter, fideliterq₃, constat esse subnexum. Inde incipit cap. xx1,* *hoc pacto: Anno octingentesimo undecimo Domini nostri, exento rebus hu-* *manis famosissimo imperatore, Carolo, &c. Inter alia verò ibi narratur, ut* *anno Chr. 1000xxv, ossa S. Huberti à Vulcano, Leodiensi episco-* *po, in ecclesiam S. Lamberti fuerint transvecta. Ut ante Ludovici* *Pii tempora appendix ea perscripta esse non possit.*

Etiam Leonis Isauri ætas vidit BEDAM, cognomento Venerabilem. Origine erat Anglosaxo, genere natus humili, patriæ de Jarv, sive Girv vicensis. Girv vicum autem pagus est exigui nominis. Hic in Wirmuthensi ac Girv vicenti cœnobis (quæ vix quinque distant milliaribus) sub uno abbate omnem transegit vitam. Scripsit Ecclesiasticæ Anglorum Historiæ libros quinque: quos se ait, auctore, & adjutore Albino abbate, fecisse: alios etiam, qui operam suam contulerint, commemorat in præfatione ad Ceolvvulphum, regem Northumbriæ; cui id opus dicavit, & apud quem magno in honore fuit. Incipit autem à Julii Cæsaris in Britanniam adventu, ac pertingit usque ad annum Dominicæ incarnationis septingentesimum trigessimum primum: qui ab adventu Anglosaxonum in Britanniam fuit ducentessimus octogessimus quintus: ut extremo hoc opere ipse ait Beda. Manum ad movere historiæ huicæcepit anno 1000xxv: ut ait Matthæus Westmonasteriensis in Florilegio. MSus ejus Codex & Oxonii est in Collegio Lincolnensi, & Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Fortasse idem opus est, quod *Chronica Bedæ* inscribitur Oxonii in bibliotheca collegii Mertonensis: ut est in catalogo Thomæ Jamesii. Egit præterea de temporum ratione, deque sex mundi ætatibus. Quod opus MSum exstat in publica Cantabrigiensis Academiæ bibliotheca, & apud eosdem in Collegio S. Benedicti, & alibi. Atque ante annum xpc eruditissimis illis illustravit a, atque à Bedæ ætate, sive anno 10 imperatoris Leonis Isauri, ad xxv annum Karoli v, continuavit Joannes Bronchorstius Noviomagus, parens clarissimi viri, & collegæ amicissimi, Everardi Bronchorstii, Juris in Academiâ Leideni professoris.

a Editum
Colonia
anno 1557

Adhæc varia reliquit de vitis ac martyriis sanctorum: quæ ipse Beda commemorat appendice eâ, quam de scriptis suis Historiæ Ecclesiasticæ adtexuit: item Sigebertus, & Honorius, in catalogo. In ætate est vita Cudberti, quam tamen primò non integrè est persequutus: sed quædam de ea postea adjecit in historia Ecclesiastica Anglorum lib. IV cap. XXVII, XXVIII, XXIX, XXX. Quo capite hæc etiam legas: *E quibus aliqua in libro vitæ Cudberti olim memoriæ mandavimus. Sed & in hac historia quædam, quæ nos nuper audisse contigit, superadjicere commo- dum duximus.* Acta Cudberti à Bedâ heroico carmine expressa primus edidit Canisius Tom. V Antiq. Lect. Præter eas vitas, quas scrip- tores hî memorant, hodie & aliæ vitæ assignantur Bedæ in tertio operum tomo; sed falsò: uti illa S. Patricii, quæ Probum habet au- ctorem: & S. Columbani, quæ est Jonæ: & S. Arnulphi, quæ à Paulo diacono scripta est. De vita, morte, ac sepultura Bedæ, Mat- thæum Westmonasteriensem adi ad annum MCCXXXIV: quo & anno Beda obiit; ut quoque incertus, sed antiquus scriptor, qui Bedam continuavit, testis est lib. I de gestis Anglorum cap. VI. Unde & alia de Beda licebit haurire. Quamquam de anno, quo obiit, ali- ter alii. Vide annales Baronii, item Brianum Tuynum lib. I r. de Antiquitate Academiæ Oxoniensis *b*, qui Baronio quædam accu- ratiùs discussit. Adire possis & apparatus ossivini. Atque hic in appendice Tomi prioris etiam indicium faciet, quibus in bibliothecis lateant compluria Bedæ tributa, sed adhuc inedita. Quòd si quis novam Bedæ editionem dare volet, juvabunt codices MSi, qui su- persunt in bibliothecis Angliæ. Sanè liber de situ Jerusalem & lo- cis sanctis, qui epitome erat ex Adamanno, reperitur in Cantabri- gienti collegio S. Benedicti, & privatâ bibliothecâ Gualtheri Copi. Liber de situ, & mirabilibus Britanniæ, est in eodem collegio S. Be- nedicti. At Oxonii in bibliothecâ publicâ superest vita S. S. Cud- berti, & Juliani. Eadem in urbe collegium Mertonense habet vitam S. Gregorii papæ I. In privatâ Guilielmi Copi bibliotheca est vo- lumen ingens de vita & virtutibus S. Augustini, Anglorum, ut vo- cant, apostoli. Liber de temporum ratione est Cantabrigiæ in Col- legio S. Benedicti, Oxoniæ in collegio Magdalenensi, & in privatâ Gualteri Copi. Chronicon, sive opus de sex ætatibus mundi, est Oxonii in Mertonensi, atque etiam in Magdalenensi collegio. Li- ber de imagine mundi est Cantabrigiæ in archivis Collegii Caji & Govellii, & Oxonii in Collegio Mertonensi. Imò & historia ejus Saxonice scripta Cantabrigiæ reperitur in bibliotheca Collegii S.

bPag. 172
usque ad
179.

Benedicti. Ac iuvabit hac in parte etiam Thomas James in biblioth. Angl. pag. 72. *Depositum Bedæ Genuæ visitur* : ut Volaterranus ait lib. xiv.

ACCAS, HAGULSTADENSIS episcopus, fuit æqualis Bedæ, ad quem epistolam misit Scripturis illustrandis. Præterea Officiarium Ecclesiæ edidit, & librum de passionibus Sanctorum : cujus operis ergo hoc loco ejus meminimus.

Temporibus iisdem HEDDIUS STEPHANUS, itidem Britannus, sub Ofrico, Northumbriæ rege, in pretio erat. Monachus, ac presbyter fuit apud Cantios : in musicis etiam excelluisse, cognoscimus ex Bedæ lib. iv cap. ii. de gestis Anglorum : *Primus, inquit, excepto Iacobo, cantandi magister Nordan-Humbrorum ecclesiis, Eddi cognomento, Stephanus fuit, invitatus de Cantia à reverendissimo viro, Wilfrido.* Heddius hic reliquit vitam Wilfridi episcopi. Item vitas Eatæ, & Tumberti. Quas hortatu Accæ, Hagulstadenfis episcopi, exarasse, auctor est Balæus. Quæ & causa fuit, cur eum Accæ proximè jungeremus.

Etiam NOTHBERTUS Londinensis, quo tempore venerab. Beda condebat historiam Anglosaxonum, Romam fuit profectus, ac permissu Papæ Gregorii II, ex Ecclesiæ Romanæ scriniis exscriptis, quæ ad Augustini Anglorum, ut vocant, Apostoli, profectioem, atque acta, pertinerent : uti regulas, epistolas ad Augustinum à Pontifice missas, atque alia id genus. Ea verò certo à se ordine in commentarios redacta Bedæ transmisit. Qui *antè d'oge* loco ei dedicavit opus suum xxx quæstionum in Regum libros. Obiit Nothbertus anno MCCXXXIX, temporibus Alrici, Cantiaë regis.

CUMBERTUS, seu KIMBERTUS LINDESEIUS, illustri Anglorum familia prognatus, libro uno *Comprovincialium facta* collegit. Nec satis certò dicere ausim, idemne, an aliud opus signet Pitiseus, cum ei tribuit Compendium annalium suæ gentis. Fuit Bedæ æqualis, qui & in præfatione ad Ceolrulphum regem, ejus se operâ in tradendâ Anglorum historiâ adjutum fatetur. *In provincia, inquit, Lindisfi, quæ sint gesta erga Christi fidem, quæve successio sacerdotibus existierit, vel literis reverendissimi antistitis Kumberti, vel aliorum fidelium viva voce, didicimus.*

DANIEL WENTANUS, ut olim locuti, hoc est Wintoniensis episcopus, Bedæ æqualis, condidit historiam suæ provinciæ : item australium Saxonum gesta. Præterea prodidit res insulæ Vætæ ; adhæc vitam Ceddæ episcopi : item historiam signavit de obitu

obitu Adhemi, & alia. Decessit sub Sigeberto Vissifaxonum rege, anno episcopatus sui XLII, Christi ICCCXLVI. Epistola ejus catechetica, de ratione instituendi infideles, ad S. Bonifacium, Anglorum apostolum missa, apud Baronium legitur Tom. IX ad ann. ICCCXIV.

Bedæ etiam ætate fuisse videtur is, à quo exposita est vita S. Austreberthæ virginis, primæ abbatissæ Pauliacensis: quæ apud Surium est T. I. a. d. x Febr. Ea in vita hæc legas, quæ ætatem scriptoris indicant: *Dum hæc Christi famula die quadam in ordine vicis sue in hoc opere laboraret: habebat secum unam tantum adolescentulam, quæ apud eam fuerat educata, & hoc miraculum narrare consuevit: quæ hucusque vivit in corpore.* Obiit verò Austrebertha circa annum ICCCXC: quo imperabat Heraclius Justinianus. Ut scriptorem eum Leonis III Isauri, qui Iconomachus dicitur, ac fortasse etiam Constantini Copronymi temporibus vixisse, per sit verisimile.

Etiam ad Leonis Isauri ætatem referendus videtur, qui posteris reliquit vitam prope æqualis sui S. Wandregisili abbatis, qui obiit anno ICCCLV. Est ea apud Surium ad XXI Jul.

Sed istoc non satis apertum. Magis autem liquet de ætate JONÆ, Fontanellensis cœnobii monacho: à quo exarata S. Vulfranni, Senonensis archiepiscopi, vitam, Sanctorum Historiæ Surius intexit T. II. die xx Martii. Ætas scriptoris hoc pacto cognoscitur. Vulfrannus cum bona venia Childeberti, Francorum regis, ac Pipini principis, Caroli Martelli patris, anno Christi ICCC profectus in Frisiam fuit, ut Christi gratiam huic genti prædicaret. Obiitque idem in cœnobio Fontanellensi anno ICCCXX: sed corpus inde in urbem Tarvennam translatum fuit anno ICCCXXIX. Itaque & vitam Vulfranni dedicavit Jonas Baino, præsul Tarvennensi, & abbati Fontanellensi. Quæ autem narrat, accepisse se ait ab Odone è Frisiis oriundo, uno eorum, quos Vulfrannus converterat. Ex his colligimus, quasi iisdem temporibus Jonam, ac Vulfranum, vixisse: aliumque esse hunc ab Jona, Attalæ discipulo, de quo superius diximus. Habes & aliqua in eâ Vulfranni vitâ de Radbodo, Frisiæ rege. Sed qui seorsum vitam Radbodi prodidisse, autumant; uti in Chronologia sua opinari videtur Qualterius; planè falluntur.

FELIX CROLANDIENSIS, Anglus, monachus Benedictinus, claruit sub Ethelbaldo, Merciorum in mediterraneâ Angliâ rege, anno ICCCXXX. Fuit rhetor, ac poëta pro temporibus illis non
malus.

malus. Scripsit ad Ealfvvaldum, Mæcenatem suum, vitam Guthlaci reclusi, deque ejusdem miraculis, & translatione ejus, & epitomen vitæ Guthlaci: item gesta abbatum Guthlandiæ. Epitome vitæ Guthlaci, quam dixi, videtur esse illa ipsa, quam apud Surium habemus a. d. XI Apr. Siquidem in MSO etiam adnotatum erat, esse vitam abbreviatam, sed veram. Nec est, quod quis potius credit, compendium esse vitæ Guthlaci, quam circa annum cIo CLXXVII scripsit Guilielmus Rameseye, itidem & Anglus, & Benedictinus. Nam Ramesejus, non prosâ, sed carmine, vitam eam esse profecutus.

In catal.

773.

Iisdem temporibus fuit VERUS episcopus, qui, ut Sigebertus a inquit, vitam Eutropii, episcopi Arausica Galliarum urbis, illustrem virtutibus ac miraculis, descripsit luculento sermone.


Ad eadem tempora pertinet HUNEBERTUS DEIRUS, sive, ut aliis dicitur, WIBERTUS DEIRUS, Anglus. Claruit enim & ipse sub Osrico, Northumbriæ rege, circa annum 1000. Wirmuthæ, & Girvici monasteriorum abbas erat: inque eo munere Ceolfrido Bernicio successit. Sed jam senex S. Bonifacii famâ pertractus in Germaniam fuit: ubi Fritestariense, & Ordorfense monasterium reformavit. Scripsit vitam Ceolfridi abbatis; cujus successorem fuisse, antea dicebamus. Corpus ejus in Heresfeldensi cœnobio adservatur.

CAP. XXIX.

S. Bonifacii ætas, & libri. Possævino Winfridum, quem malè Wanefridum appellat, alium à Bonifacio hoc videri, sed perperam. In M. Adamo locus correctus. Spissus Philippi Bergomatis error. Cuthbertus de vita venerabilis Bede. Iglacus de vita S. Siguvini. Vnde videatur Ethelwolpho Anglo Latinum Lupi nomen datum. Ejus magistri, ac commentationes, & de ejusdem pœsi judicium. Anastasius Cassinensis de translatione reliquiarum S. Benedicti, & Scholasticæ. Aribo Frisingensis de vita S. Corbiniani. Meginbartus de passione S. Ferrutii. Quo anno scripserit anonymus ille, qui Gregorio Turonensi librum XI addidit: Anso Belga de vita S. Vrsuarii. In Ratherio Veronensi conjectura. Willibaldi Devonii genus, dignitas, deque Bonifacio, ac

cio, ac Walpurga, liber. Iudicium de verbis passioni S. Bonifacii subnexus. Utilem fore collationem eorum, quæ Wilibaldus, quæque Ludgerus, prodiderunt de S. Bonifacio. B. Marcellinus de primis Euangelii præconibus in Frisia. Auberti opusculum de monasterio S. Vincentii, & quando is scriptor claruerit.

S BONIFACIUS, archiepiscopus Moguntinus, floruit temporibus extremis Leonis Isauri, & primis filii ejus, Constantini Copronymi. Literis, præter alia, mandavit vitam S. Lævini, quæ MSA supereft in monasterio Rubræ Vallis juxta Bruxellam: item in Carthusia Lovaniensi, ac Bruxellensi. Meminit quoque Tritthemius in Catalogo illustrium Germaniæ virorum. Ubi addit, præterea scripsisse de gestis variis sanctorum. Adhæc dicitur opus reliquisse de suis in Germania laboribus. Vita Lævini illa, ac martyrium ejus, ex MSo codice Aquicinctino edita sunt à Nicolao Serrario, unâ cum epistolis S. Bonifacii. Mejerus tamen dubitasse videtur, ntrum genuinus auctor Bonifacius esset: aut saltem, quia nondum vidisset, alienâ maluit fide referre. Nam in annalibus ad annum 1000000000 inquit: *Scriptit, ut tradunt, hujus eminentissimi martyris vitam Bonifacius, pontifex Moguntiacensis.* De patriâ Bonifacii aliquis est dissensus. Natione Anglum fuisse ait M. Adamus, cujus verba inferiùs addam. Item Albertus abbas Stadiensis ad annum 1000000000 ait fuisse *de parentibus ex Angliâ non modicis exortum.* Similiter Molanus in Sanctis Belgiæ. Mejerus ad ann. 1000000000. Atque idem ajunt Balæus, Pittseus, imò & Tritthemius in catalogo illustrium Germaniæ virorum. Idem tamen in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, & lib. 11 de viris illustribus Ord. S. Benedict. cap. xxxiv & lib. 111 cap. clxi aperte Scotum dicit. Ac similiter Gesnerus Tom. priori Bibliothecæ. Imò, ut antiquiores laudem, clarè Scotum vocat in Quirinalibus suis Metellus Tegerensis, qui temporibus vixit Barbarossæ. Item Marianus Scotus lib. 111 ad ann. 1000000000: *Monasteria S. S. Scotorum, S. Galli, & S. Bonifacii igne cremantur;* & ad an. 1000000000, *Epistola Zacharia Papa ad Bonifacium Scotum Moguntiensem Archiepiscopum.* Intellego etiam ex V. Cl. Felice Ofio, librum esse editum à Thomâ Demstero, in quo novem rationibus firmissimis comprobet, S. Bonifacium non Anglum fuisse, sed Scotum. Pos-



sevinus pro diversis habet, Bonifacium Anglum, Moguntinum Archiepiscopum, & Bonifacium Wanefridum, monachum. Sed Bonifacius, priusquam in Germaniam veniret ad Evangelium prædicandum, monachus in Angliâ fuit. Nomen autem ejus tunc non *Wanefrid*, uti etiam est apud Simlerum, quod nihili nomen est; verum *Winfridus* erat, pro quo variante dialecto, alii *Winfredus*, item *Winfrihtus*, vel *Winfrethus* scribunt: At Bonifacii nomen accepit à Papa Gregorio, cum *Moguntinensis urbis pastor pro pontificali benedictione Romanam adscenderet*: ut ait Iohannes de Bekâ in chronicis suis. Idem error est in vulgatis codd. Matthæi Westmonasteriensis. Nam ad an. lxxcliii legas: *S. Bonifacius Moguntinae urbis Episcopus cum aliis* L I I I in *Frisia Martyrio*. Ac continuo ad an. lxxcliv additur: *S. Bonifacius, qui & Winfridus dicitur, Francorum Archiepiscopus per Martyrium decessit*. Sed alteruter locus est expungendus. Vitam ejus discipulus Wilibaldus prosâ consignavit: eandem carmine heroico Ruthardus, Rabani discipulus, constrinxit. De eodem sic M. Adamus Ecclesiasticæ historiæ lib. I. *Primus omnium, qui Australes Germania partes, idolorum cultui deditas, ad cognitionem divinæ ac Christianæ Religionis adduxit, Winfridus erat, natione Anglus, verus Christi philosophus; cui postea cognomen tum ex virtute erat, Bonifacius. Et quamvis alii scriptorum, vel Gallum in Alemania, vel Hemeranum in Beguaria, sive Kilianum in Franconia, seu certe Willebrordum in Frestia, priores verbum Dei asserant prædicasse: hic tamen omnes alios, uti Paulus Apostolus, studio, & labore prædicationis, antevénit. Ipse enim (ut in gestis suis legitur) Apostolica sedis auctoritate fultus, legationem ad gentes suscepit, Theutonumque apud populos, (apud quos nunc, & summa imperii Romani, & divini cultus reverentia, viget, ac floret) Ecclesias doctrinâ, virtutibusque, illustravit. Quarum etiam provincias, ac episcopatus, distribuens, seorsum Francos cis Rhenum, Hassones, ac Thuringos, qui Saxonum confines sunt, primitivo quodam laboris sui fructu, Christo, & Ecclesiæ copulavit. Tandemq; à Frestibus, quos jam antè ad fidem converterat illustri martyrio coronatus est. Gesta ejus à discipulis plenariâ manu edita sunt, quæ eum ferunt agonizasse cum aliis quinquaginta, & amplius, committentibus suis, anno ordinationis suæ xxxvii. Ipse est annus Dominicæ incarnationis dcccly, Pipini Junioris xiiii. Ubi ut pro xiv legamus iv, aut v, temporum ratio suadet. Præterea in verbis adlatis, ubi in editis legitur, *Theutonumque populos, rescripti, Theutonumque apud populos*: quam emendationem faciliè omnibus, qui loci sententiam attendant, probaturum me confido. Nempe *te* apud præteritum librarius, eo quòd post vocabulum proximum apud te-*

quatur. Vide de Bonifacio S. Wylibaldum presbyterum, qui vitam ejus descripsit, ut paulò ante dixi. Item Joannem à Leidis Carmelitam lib. III. Chronici Belgici: & quæ de eo ex bibliotheca Schabenheimensi Wicelius in Hagiologia refert: quæque Brouverus in antiquitatibus Fuldensibus. Quod sicuti tanti etiam is scriptor videatur: adire etiam possit Cornelium Kempium rerum Friscarum lib. III. cap. XXI. Sed non semel in historiâ hâc, more suo peccat, ut inter alia, cum Bonifacium ait occisum anno 1000. Nisi forte scripserat 752: unde proclivis error in 782. Sanè 752 occisum prodidit etiam Regino: item Joannes à Leidis lib. III. cap. XV. & XVI. Sed uterque falsus. Nam demum anno 1000. in Frisiâ à gentilibus est interfectus, ut constat ex annalibus Franciæ, à Pithæo editis, Mariano Scoto, Chronicis Sigeberti, & Matthæo Westmonasteriensi. Quanquam apud hunc verba quædam irrepere, quibus etiam priori anno martyrium ejus tribuatur. Sed omnino alteruter locus est expungendus, ut qui ab alienâ manu è margine in contextum sit receptus. Et sanè hanc de anno 1000 sententiam sequitur etiam Mejerus in ann. Fl. & Baronius in Martyrologio. Ad annum tamen proximum referunt, Lambertus Schafnaburgensis, Gotfridus Viterbiensis, & Albertus Stadenfis. Eamque sententiam sequitur & Tritthemius, tum in Catalogo illustrium Germaniæ virorum, tum in scriptoribus Ecclesiasticis. Item Molanus in Sanctis Belgii. Utunque est, vel LIV, vel LV anno occisus est: non LII, nedum LXXXII post 1000. In annal. Francorum à Pythæo, & Frehero editis dicitur martyrio affectus Junii die IV. Puto scripsisse die V. Nam Nonis ipsis occisum esse, legere est apud Usuardum & Adonem Viennensem in martyrologiis. Item Marianum Scotum. Imò Joannes à Leidis hos versiculos adducit lib. III. cap. XVI.

Junius in nonis festum venerabile nobis

Advenit; exultant fratres cum civibus in quod

Tunc quia cælorum meruit Bonifacius alta

Scandere perpetuam mercatus sanguine vitam.

Occisus in oppido Frisiæ quod dicitur Dockum: ac prius à Trajectensibus sepultus in templo S. Salvatoris. Sed postea S. Lulli rogatu delatus Moguntiam, ac sepultus in monasterio Fuldensi. Anno autem 1000.

Basilica S. Bonifacii martyris in sacrobio Fuldensi ab Hestulpho Archiepiscopo dedicata est in honorem Salvatoris, & omnium sanctorum ejus:

translatæque sunt ossa sancti Martyris Kal. Novembris: ut verbis iisdem scribit anonymus in annalibus sive gestis Francorum in cœnobio Fuldensi scriptus & continuatus, atque à Pithæo prius, posteaque auctior editus à Frehero. At planè ineptum, quod in Africa à Mahomedanis interentum ait Philippus Bergomas Chronici Supplementi lib. x ad an. 1500. xv.

CUTHBERTUS, monachus cœnobii Girvvicensis, ejusdem Copronymi tempore, claruit sub Egberto; Northumbriæ rege; deque Bedæ, præceptoris sui, vitâ, & obitu, librum reliquit.

Itidem IGLACUS, Anglus, Benedictinus, gymnasiî rector, floruit anno 1000. sub Egberto, Northumbriæ rege: ac vitam scripsisse dicitur Siguvini, abbatis S. Petri in sinibus Berniciorum. Meminit ejus discipulus illius Ethelvvolphus Bernicius, carmine de ... dibus cœnobii sui: atque è junioribus Lelandus, & Balæus.

ETHELVVOLPHUS BERNICIUS, cognomento LUPUS (nisi hoc potius proprii nominis *Ethelvvolf*, quod *nobilem lupum* sonat, Latina est interpretatio) temporibus ejusdem imperatoris claruit anno 1000. sub Osvvulpho, rege Northumbriæ. Primum in fano Petri, Lelando teste, discipulus erat Eadfridi, sive Eadferi ejus, qui postea Lindisfarrensis episcopus creatus fuit. Exinde præceptore usus est Iglaco; de quo proximè à me dictum. Carmine lusit ad Egbertum episcopum de origine fani B. Petri ad orientale Berniciorum litus: item opus meditatus est de illustribus monachis, atque alia. Pro tam barbaro seculo tolerabilis sanè erat versificator: ut vel fidem facient versificuli isti de præceptore suo Iglaco:

Tempore quo lector, præclarus gaudia dicti

Accumulet patris, Iglacus nomine dictus;

De quo jam dudum perstrinxi pauca velatu

Anglorum de gente, pios dum carmine quosdam

Concerem. Quondam fuit inclytus ille magister &c.

Etiam Constantini Copronymi tempore fuit ANASTASIUS, monachus Cassinensis, & cardinalis, ac bibliothecarius Stephani II, Papæ, qui anno sedit 1000. Scripsit historiam de translatione partis reliquiarum S. Benedicti, & ejus sororis, Scholasticæ. Extat Ms. Cassini, & alibi. Si modò est genuinus. Sanè historia ejus in plerisque suspecta est: ut ait Arnoldus Wion Ligni Vitæ parte 1, in catalogo abbatum Casinensium. Ab Adrevaldo quidem in qui-

in quibusdam dissentit : qui argumentum idem tractavit, ut dicemus cap. xxxviii.

ARIBO quartis Ecclesiae Frisingensis episcopus fuit : atque honestissimum hoc onus suscepit anno Chr. lxxxli, annisque sustinuit xxiii. Scripsit vitam S. Corbiniani, qui primus fuerat episcopus Frisingensis. Habes apud Surium T. v die viii Sept. Diverfus ab eo est Aribo ille, qui interpretatus est xv psalmos graduum : atque ad abbatem Bennonem bene longam epistolam exaravit. Nam ille undevigesimus Moguntinorum archiepiscopus fuit, atque anno obiit clxxxvi. Vide de eo Philippum Bergomatem lib. xii Chron. Suppl. ad an. lxxxclxxii.

Quod si Possevinum audimus, etiam Constantini Copronymi aetate claruit MEGINHARDUS, Fuldensis monachus, Congregationis Luxoviensis : à quo signata exstat Passio S. Ferrutii. Sed eum Caroli Calvi tempore vixisse, inferius ostendam.

Item Copronymi temporibus claruit ANONYMUS, qui appendicem, sive librum undecimum, adjecit Gregorii Turonensis Historiae Francorum. Desinit ea appendix in morte Caroli Martelli : qui est annus Christi lcccxi. Sed cap. cix ait, à passione Dom. usque ad tempus, quo ea traderet, esse annos lcccxxv. Quare cum Christus, juxta æram vulgarem, seu Dionysianam, passus sit anno xxxiii : consequitur, eum auctorem ista signasse anno lccclxviii ; quo in Galliis regebat Pipinus, Caroli Martelli filius, Caroli M. parens.

ANSO Belga, monachus monasterii Laubiensis, congregationis Floriacensis, ac postea sextus ejus monasterii abbas, edidit vitam S. Ermini episcopi & abbatis Lobienfis. Præterea vitam S. Ursuari Episcopi scripsit, eamque dicavit monasterii sui abbati, Theodulpho ; cui postea eo in munere successit anno lcccxxvii. al. 776. Hanc Ursuari vitam, ab Anfone rudiùs expressam postea expolivit RATHERIUS, Veronensis episcopus, qui & Ansonis in præfatione suâ meminit his verbis : *Epistolaris verò præfatio cujusdam Ansonis, sancti, ut credi potest, quamquam non adeo disertus viri, quam eidem suo operi præposuit, omittenda visa est omnino, ut ipsa quoque auctoris in eâ lateat omnimodis intentio.* Vitam eam ita expolitam habes apud Surium a. d. xviii Aprilis. Sed quid est, quod RATHERIUS ait, eo se Ansonis præfationem penitus rescâsse, quò, quid voluerit, penitus ignoretur ? Equidem planè suspicor, tria hæc verba, *quippe obscura aded, aut hæc, utpote tam obscura, aut alia, quæ*

idem signent; à librario esse omiffa. Nempe ut hunc, fimilemve in modum, legamus: *Omittenda (præfatio) visa est omnino: quippe tam obfcura, ut ipfa quoque auctoris in eâ lateat omnimodis intentio.* Obiit Anfo anno 1000.

WILLIBALDUS DEVONIUS, difcipulus S. Bonifacii, & ex forore ejus natus, cum fratre Winebaldo, fororeque Walburga, Germaniam, poft avunculum, adiit: atque inibi primus Eyfterenfis Ecclefie factus eft præful, & fummus cancellarius. Ac hortatu Lulli, five Julii, natione Angli, fed archiepifcopi tunc Moguntini, vitam fcriptit Winfridi Bonifacii, atque ejus fororis Walburgæ. Eam Bonifacii vitam unâ cum Bonifacii epiftolis edidit Nicolaus Serrarius a. Verùm cum vita hæc eleganter quidem, fed obfcurius tamen fcripta poftea monachis quibusdam Fuldenfibus videretur: alius illam rogatu eorundem, apertius tradere conatus eft, idque libris duobus: quorum prior exponit, quæ egerit antequam Moguntinus fieret Epifcopus; alter autem, quæ poftea fecerit. Hofce duos libellos habes apud Surium T. II I d. v. Jun. Sed ftvlo ab eo plerifque in locis, quòd rudior & impolitior foret, commutato. Ex Wilibaldo etiam fua haufit Wicelius in Hagiologia. Qui & ifta vitæ ejus fubjecit è cod. fuo: *Ego Wilibaldus epifcopus &c. vitam, & paffionem Bonifacii confcripsi primum in ceratis tabulis ad probationem Lulli, & Megengandi. Poft eorum examen in pergamenis refcripsi. Atque hoc in loco, qui dicitur S. Victoris extra muros Moguntie, ubi Lullus, & Rabanus, vocabant orationibus &c.* Sed ifta ab imperito, & audaculo aliquo, effe adjecta, fatis evincit Rabani ætas: ut qui demum fub Lothario, Ludovici Pii filio, ex abbate Fuldenfi factus fit Epifcopus Moguntinus: ac fub Ludovico juniore obierit anno 1000. Dedicavit hoc opus Lullo antè memorato, & Megingozo, five Memingolo, aut Megingango, vel etiam Mayngugo, (variè enim nominatur) epifcopo Herbipolenfi. Quod autem ad vitam S. Walpurgæ, cam à S. Willibaldo fcriptam fuiiffe, auctoribus dixi centuriatoribus Magdeburgenfibus Centuriâ VI II, Balæo Centur. II fcriptorum Britann. & epitome bibliothecæ Gefneri. Sed necdum ea in lucem prodit: nec quibus in bibliothecis lateat, hætenus cognovi. Decellit verò Wilebaldo anno 1000, ætatis fuæ LXXVI. Eyftete fepultus fuit: fed reliquie ejus anno 1000 per Balduinum Ierrem * translatae funt Furnam. Flandriæ id oppidum eft, patria doctiffimi Paulli Leopardi, folum jucundæ mihi memorie, ob quadriennium, quod ibi cum cariffimis parentibus, dum fata Deique

Moguntia 1605.

* Molanus in Natalibus Sanctorum, & indiculo Sanctorum Belgii.

habebant,

suebant, puer admodum transegi. Vitam Bonifacii à Willibaldo hoc traditam scriptor, qui est apud Surium T. IV die v Jun. sequi se profiteretur. Initio sanè prologi legas: Tandem precibus vestris, Fuldenses fratres, pro scientia mea exiguitate morem gessi. Peristis enim, ut sancti patris nostri, Bonifacii, vitam, elegantior quidem à S. Willibaldo olim conscripseram; sed plerisque locis parùm eruditus adeò obscuram, ut difficile ejus sententiam possint assequi; ego sermone apertiori, magisque perspicuo, scribendum suscipiam. Et post aliquam multa: Hoc in opere id mihi vel maxime studio fuit, ut quæ prius ab alio dicta fuere, verbis apertioribus redderem, nisi exceptis, quæ propter difficultatem, & obscuritatem, satis assequi non potui. Nam quæ perspicua satis visa sunt, ea interdum, nihil mutatis verbis, secutus sum. Continuo subdit: Porro autem hoc etiam dilectioni vestrae notum esse velim, in libro illo, quæ me explicatis reddere voluistis, permulta tum miracula, tum epistolas insignes, desiderari; quæ, ex aliis codicibus collecta, locis opportunis inserere conatus sum. Et fortassis ille venerandus vir, qui vitam sancti Bonifacii primus scripsit, multas ejus, & virtutes, & epistolas, nesciens omisit. Non inutile vero fit conferre cum hac Bonifacii vitâ actâ à Ludgero scripta, immistaque vitâ S. Georgii, de qua in Ludgero diximus. Sunt enim aliqua, ubi dissideant, & ubi ex Ludgero fit corrigere ejus lapsus nonnullos.

Fuit iisdem temporibus B. MARCELLINUS Brigantius, Britannus, unus eorum, qui cum Willebrordo, Suitberto, Lebui-no, aliis, ab Egberto, archiepiscopo Eboracensi, missi fuere in Frisiam, ut eam à pagana religione ad Christianam converterent. Scripsit vitam memorati S. Suiberti, qui eo in itinere decessit. Dicitur autem Gregorio, Trajectensi episcopo. Habes apud Surium Tom. II a. d. i Mart. Quibus autem in locis MSa exstat, Pitseus in Anglicis doctoribus docebit. Meminit ejus vitæ & Rixfridus, septimus Trajectensis episcopus, epistola ad S. Ludgerum, episcopum Monasteriensem: item S. Ludgerus epistolâ ad Rixfridum, quâ dicit, S. Marcellinum ultra LXX annos prædicationi in Frisia, ac gentiliū conversioni, impendisse. Præter vitam S. Suiberti, etiam edolavit vitam S. Willibrordi. Sic enim ipse scribit in vita S. Suiberti cap. VI: *Et ego minimus omnium Marcellinus, qui hanc historiam, sicut & sancti Willibrordi, conscripsi.* Adhæc signavit vitam S. Willeici, Canonici Trajectensis, ac postea, in Werdensi monasterio, sub S. Suitberto, coëpiscopo S. Bonifacii: de quo plura Molanus in indiculo sanctorum Belgicæ. Librum quoque de tyrannide Radbodi, Frisicæ regis, tribuunt eidem. Quibus autem locis Marcellinus præfuerit, docent

docent hæc ejus verba: *Et ego Marcellinus, presbyter inutilis, à præfatis pontificibus missus ad partes Transisulanas, locum Aldenseel, Tientam, & Tuentam, & Covordiam, & Daventriam rego, & Dei providentiâ, totum ferme locum Christo prædicando lucratus sum.* Possevinus seorsum agit de Marcellino Brigantio Anglo, monacho S. Salvatoris Trajecti, congregationis Gallicanæ Floriacensis; & S. Marcellino Frisio, quem & Marchelmum à quibusdam dici ait. Atqui est hic unus idemque Marcellinus: qui patriâ fuit Brigantius Anglus: sed quia S. V. Villibrorum in Frisiam comitatus est adolescens: atque ibi usque ad decrepitam ætatem Euangelium prædicavit: inter Frisios à Frisiss referretur; uti à Suffrido Petri. Addit Possevinus, vixisse anno DCCLXXX. Sed cum ipse Marcellinus a dicat, anno se DCXC venisse in Frisiam: & Euangelium ibi annis non multo ampliùs, quàm LXX, prædicârît; ut constat ex S. Ludgero: iis potiùs accedendum, qui obiisse ajunt circa annum DCCLXVII.

a In vita
Suiberti
cap. 6.

Etiam ad hæc tempora referendus videtur **AUTBERTUS** abbas, qui memoratur Paulo diacono lib. VI de gestis Longobardorum cap. XL: *Monasterii verò Vincenti martyris, quod juxta Vultunii fluminis fontem situm est, & nunc magna congregatione refulget, à tribus nobilibus fratribus, hoc est Tato, Taso, & Paldo, jam tunc edificatum: sicut viri eruditissimi Auberti, ejusdem monasterii abbatis, in volumine, quod de hac re composuit, scripta significant.* Quod de exstructo à tribus fratribus monasterio S. Vincentii narrat, id contigit anno Christi DCCLXXX: ut constat ex Chronico Cassinensi lib. I cap. IV. Post id tempus Aubertum fuisse, satis est apertum. At Paulus diaconus claruit tempore Karoli M. qui regnare cœpit anno DCCLXVII. Quare vel intermedio tempore floruerit, ut Paulo hoc aliquantillo antiquior sit: vel Karolo regnante, ut æqualis sit Paulo, qui ejus meminit.

CAP. XXX.

Flaccus Alevinus Albinus ubi natus, quibus usus magistris, quanto gaudeat discipulo: ejusdem honos, eruditio, opera historica. Quis Eliphilus ille, qui primus prælo subjecit libros Karoli nomine scriptos de cultu imaginum. Paulus diaconus Longobardus quibus parentibus natus, quæ munera gesserit, ut post captivitatem dimissus, postea que relegatus fuerit, deque fugâ ejus, & monachatu. An Atheniensis

nienſis in vet. lib. vocetur pro Atriienſis. Opus ejus de
 episcopis Metenſibus: & alterum de Papienſibus. Quo-
 rum vitas ſcripſerit. Libri ejus de geſtis Longobardorum:
 atque ut eos continuârit Herbrechtus. Quid historia mi-
 ſcella Eutropio, quid Paulo, quid Landulpho debeat: &
 unde hauserit Landulphus, quæ Paulo adjecit. Geminum
 rapogua Henrici Caniſii. An Ioannes diaconus rectè voce-
 tur editor historia miſcella. S. Ludgeri patria, episcopa-
 tus, relatio de vitis SS. Marcellini, & Georgii Ultraje-
 ſini: deque Ludgero verſiculi Iosephi, & quando ſanctus
 vir deceſſerit.

Temporibus Pipini, & filii ejus Caroli Magni, Francorum re-
 gum, claruit FLACCUS ALCUINUS, cui cognomentum
 ALBINUS fuit: ut ait conditor annalium Francicorum à Pithœo
 editus ad an. Icccxciv. Atque ita ex veteribus libris Pithœus in-
 ſcribit in Rhetoribus antiquis: *Albini Alcuini de arte Rhetoricâ dia-
 logus.* Eſti autem obſtare videretur locus ille conditoris annalium
 Francicorum, (qui vixit temporibus Karoli Crassi, ut poſtea dicitur)
 putem tamen, idem eſſe nomen Alcaini, & Albini: ſed Alcuinum,
 ſive, ut interdum ſcribitur, Alahvinum dictum Francicâ linguâ,
 quaſi *Al-vin*, vel *algin*: hoc eſt, omnia vincentem: ſed quia v & b
 confundi poſterioribus temporibus ſoleant, aſſumſiſſe pro barbaro
 nomen Latinum *Albinus*: tandemque factum, ut à nonnullis con-
 jungerentur, qui idem eſſe nomen non cogitarent. Natione hic erat
 Anglus: à Beda primùm, hinc ab Egberto archiepiscopo, eſt inſti-
 tutus. Docuit Carolum M. ac eidem poſtea ab eleemoſynis, & ſan-
 ctioribus conſiliis, fuit. Etiam conſilio ejus Carolus inſtituit Aca-
 demiam Pariſinam. Latinè, Græcè, Hebraicè, callebat: atque idem
 erat rhetor, philoſophus, mathematicus, & theologus nobilis. Chro-
 nica edidit, item lib. de vita, & virtutibus B. Martini, & acta diſci-
 pulorum Gregorii: & vitam Vedasti, episcopi Atrebatenſis; quæ
 apud Surium eſt a. d. vi Febr. item vitam VVillebrordi, quæ ſcri-
 pta ad Beornradum archiepiscopum. Vide eam apud Sur. T. vi
 die vii Nov. Sed edidit ille tantummodo librum primum proſâ
 ſcriptum: at alia hujus argumenti, quæ in præfatione à ſe ſignata
 eſſe Alcuinus reſert, primus divulgavit Caniſius T. vi Antiq. Lect.
 Ea ſunt, homilia de natali VViliboldi, liber ſecundus de vita VVi-
 liboldi

liboldi carmine compositus hexametro, & de Wilgiso, parente S. Williboldi. Quo ordine & ea Alcuinus in præfat. commemorat, & Canifus in membranis MSis S. Galli repererat. Carmine etiam heroico egit de martyrio S. Bonifacii, Moguntini archiepiscopi, & de pago Doccumenfi; ut Pitseus ait. Scripsit item vitam B. Richarii presbyteri; quæ dicata Karolo M. Habes apud Surium T. I I a. d. xxvi April. Item gesta Karoli M. & alia multa; sed ad Theologiam pertinentia; quæ apud Sigebertum vide de script. illustr. cap. LXXXI I. Sed nulla illic mentio librorum IV de imaginibus. In causa est, quod scripti quidem ab Alcuino fuerint: ut indicat Rogerus Hovedenus in Annal. ad an. Icccxcii: & Westmonasteriensis ad annum sequentem: sed editi tamen sub nomine Karoli M. Prælo eos primus divulgavit Eliphilus: hoc est, Joannes Tilius, Melodorum episcopus: qui cur nomen Eliphili assumeret, pauci sciunt. Nempe per priorem compositi hujus partem occultè significabat, se quasi spiritu *Eliæ*, imaginum cultum, hoc Karoli, seu Alcuini. opere, oppugnatum ire velle: *Phili* autem ad *Eli* adjecit, quia vocaretur ipse Tilius: nempe à tilia, quæ Græcè *philyra* nominatur. Barthius Advers. lib. XLV cap. XI, censet duos fuisse Carolos Albinos, unum Scotum, quem in Italiam Carolus misit, & prope Papiam abbatem S. Augustini fecit: alterum Anglum, Bedæ discipulum, quem usque ad finem vitæ detinuit secum. Probat autem hoc ex monacho Sangallensi, qui res Karoli signavit. Atque ex horum distinctione censet multa posse conciliari, quæ de Albino *εαυτοφαν* veteres prodiderant. A nonnullis, (ut à Simlero in biblioth. quoque traditur) Alcuino tribuitur vita Karoli Magni, quæ Eginhartum auctorem habet. Eginharto enim, præter veteres libros, assignant eam Lupus in epistolis, poëta anonymus Arnulpho imp. *σὺ γὰρ*, Marianus Scotus, M. Adamus Bremenensis, Sigebertus, scriptor Chronici Suarzaehensis, atque alii. Et quàm parum est verisimile, ut Alcuini sit, cum in ea Alcuinus inter præceptores Karoli referatur!

Æqualis Alcuino erat PAULUS, WARNEFRIDI, & Theodelindæ filius, cognomento WINFRID, Langobardus: qui prius diaconus fuit Aquilegiensis, & Desiderii, ultimi Longobardorum regis, cancellarius: quod non attendit Raphaël Volaterranus. nam pro diversis habet Paullum, historiæ Longobardicæ scriptorem, & Paullum, diaconum Aquileiensem. Hic, victo rege suo, inter nobiles captivos à Karolo, Francorum rege, abductus fuit: ac propter prudentiam, & eruditionem egregiam, magno aliquanti-

diu in honore erat: sed suspectior postea, in Diomedeam insulam
 est relegatus: unde ad Arichim, Beneventanum principem, gene-
 rum Desiderii regis, profugit. Eoque defuncto, monachus est fa-
 ctus cœnobii Casinensis. Vir magnus, &, qui eum sequitur, doctis-
 simus Fridericus Lindenbrugius, putant & atriensem fuisse: nem-
 pe priusquam diaconus fieret: atque hoc inde colligant, quia in
 veteribus glossis, ubi sub ejus nomine adducuntur Festi fragmenta,
 legatur *Paullus Atheniensis*; quod corruptum uterque arbitratur
 ex *Atriensis*. Nolim pertinaciter contra hanc conjecturam pertende-
 re. Attamen non paullò verifimilior foret, si eam Paullus epi-
 tomen, cùm atriensis foret, Karolo obtulisset. Verùm enim vero
 illam Karolo dicavit, non atriensis, aut levita, seu diaconus: sed post-
 quam cum Desiderio rege, cujus fuerat cancellarius, in Karoli ve-
 nerat potestatem. Quàm varia scripserit, docet Sigebertus cap.
 lxxx: *Paullus, monachus Casinensis cœnobii, natione Italus, propter scientiam*
lucrarum à Karolo Magno imperatore adscitus, scripsit vitam primi Gregorii
Papæ; scripsit gesta Pontificum Metensium; scripsit miracula sancti Arnul-
phi; qui primo major domus regis Francorum, postea Metensium episcopus, eremi-
ticam vitam exepit. Historiam quoque Vimmulorum, qui postea nominati sunt
Longobardi, luculento, & plano sermone scripsit. Opus de episcopis Me-
tenibus hæcenus mihi est invisum: sed exstare illud MSum, au-
 ctor est Molanus. Et Paullus ipse hoc à se scriptum fuisse; indicat
 lib. vi. de gestis Longobardorum cap. xvi: *Sed & ego, inquit, in*
libro, quem de episcopis ejusdem Metensis civitatis conscripsi, flagitante Angil-
ramno, viro mitissimo, & sanctitate præcipuo, præfatæ Ecclesiæ archiepiscopo, de
hoc sacratissimo viro Arnulpho, quadam ejus miranda composui: quæ modo su-
perfluum duxi replicare. Eoque ex opere videtur omnino esse illud
fragmentum de Arnulpho, quod ex MSo codice Surius Arnulphi
vitæ subtexitur: quodque testamento Karoli M. subjunctum legas
in annalibus Francorum à Pitheo editis. Nec tantum de Metensibus,
sed etiam de Papiensibus episcopis, commentatus dicitur. Imò
id opus visum sibi ait Galefinius. Mirum verò, Sigebertum mentio-
nem quidem facere vitæ Gregorii Papæ, atque Arnulphi: at nec
Cypriani martyris, quæ à Pamelio præmittitur operibus B. Cypri-
ani: nec B. Benedicti, S. Mauri abbatis, & Scholasticæ virginis: quæ
ternæ cum poëmaticis Prosperi Martinengii excusæ fuerunt Romæ.
Sanè vitæ Benedicti etiam Tritthemius meminit. Versus quoque
Paulli hujus de Scholastica virgine habes in Martyrologio Arnoldi
Vioni ad x Febr. Operis verò de gestis Longobardorum, postremo

* Postea
 visum in
 Corpore
 veterum
 Historia
 Francica
 scriptorū:
 quod edi-
 dit Mar-
 quarodus
 Frebreyes.
 Ac tum
 quoque
 comperi-
 mus, pla-
 ne inde
 esse frag-
 mentum,
 quod à
 Surius, &
 Pitheo,
 editum
 esse mox
 dicitur.

loco à Sigeberto memorati, etiam mentionem invenio apud Walafridum Strabonem libro de divinis officiis cap. xxviii. Opus verò hoc in editione Raphaelengii, & iis, quæ antè prodire, desinit in hæc verba, *Francorum Avaramq; pacem custodiens*. Atque ita etiam plerique MSSi. Sed Fredericus Lindebrogius in editione Hamburgensi, quæ sexdecim annis post Raphaelengianam prodit, fragmentum adtexuit luculentum ex MSo Palatino, quod à Marquardo Frehero acceperat: idemq; comparère voluit Freherus in Corpore Histori-

ricorum Francicorum, quod curâ ejus Hanovæ a excusum fuit. Continnavit eam historiam HERBERTUS. Leo Ostiensis Chronici Casinensis lib. I cap. x: *Dominus Herbertus in historia, quam de Longobardorum gente post Paullum diaconum scripsit, ita refert*. Bonam etiam partem Paullus huic debet Historia Miscella. Nam primi undecim libri iidem sunt, ac decem libri Eutropii: nisi quòd aliqua subinde de suo addat Paullus: quod ab eo iussu factum est Adelbergæ, sive Adhilbergæ, Beneventi ductrice: cui maritus erat Arichis; pater Desiderius, ultimus Longobardorum Rex. Exinde Eutropium continuat Paullus, cujus sunt quinque libri sequentes. Cæteri, nempe septimusdecimus, & qui consequuntur, à Landulpho Sagace additi sunt, imprimis ex Theophane, sive Anastasio bibliothecario, qui Theophanem vertit. Atque hæc causa est, cur Fronto Ducæus, notis

bEas edidit Baronius Tom. ix. Annal. Eccl. ad an. 726. c Prefat. ad lectore, qua est antic. historiæ miscellæ. d In Leone pag. 125.

in Gregorii Papæ librum de imaginibus b, quoties aliquid ex postremis octo libris citat, Theophanem, vel Anastasium, non Paullum Diaconum, eorum, quæ adducit, dicat auctorem. Ut omnino injuriam ei faciat Henricus Canisius c, cum censet, ab notarum illarum scriptore totam historiam miscellam Theophani, vel Anastasio, adscribi: cum Ducæus de postremis duntaxat libris loquatur. Sed alterum etiam ejusdem est Canisii *notæ*, cum Baronium culpæ reum putat, propterea quòd in annalibus ejus istoc legisse sibi videbatur. Nempe non attenderat verba, quæ præmisit Baronius, ubi ait, se, uti Gregorii librum, ita interpretationem, ac notas, quas apposuit, à Ducæo accepisse. Alphonsus Ciacconius in vitis Pontificum d *Habet*, inquit, auctor Miscellæ Paullus, vel potius Ioannes diaconus. Ego fidem non ausim derogare tot codd. antiquis; ubi, qui primus Eutropium continuavit, Paullus, non Joannes, appellatur. Nisi forte & Joannes diaconus post Paullum miscellam adauxit; quod vulgò non alius, quàm Landulphus Sagax, creditur fecisse. Eutropium cum additis à Paullo Diacono habes MSum Oxonii in Bibliotheca Balliolensi; item in bibl. Collegii S. Magdalenæ. Quæ præterea scripsit

zit Paulus, ex Tritthemio, & aliis, cognosces. Vide & quæ de Paulo hoc refert Leo Ostiensis Chronicorum lib. I cap. XVII, & Petrus Diaconus de sanctis montis Casini, ac Tritthemius de viris illustribus ord. Bened. lib. II cap. xxx.

S. LUDGERUS, sive Ludigerus, Uuardo etiam memoratus, natus fuit in Iria pago juxta Doccomm, cui Virumo nomen erat. Hic circæ annum 1000 ab Hildebaldo, Colonienfi episcopo, in Wirdino, seu Werhina, factus est primus episcopus Ecclesiæ Mimgardevenfis, seu Monasteriensis in Westfalia. Scripsit Ludgerus post S. Marcellinum epistolam de vita, & miraculis S. Suiberti: quam misit Rixfrido, seu Ritfrido, septimo Trajectensium episcopo. Legitur ea apud Surium ad I. Mart. Item composuit vitam præceptoris sui S. Gregorii, Ultrajectensis episcopi, discipuli S. Bonifacii. Nec tamen vita ea solùm acta S. Gregorii exponit: sed insimul complectitur historiam prædicationis, ac passionis S. Bonifacii. Albrici etiam, seu Alberici vitam exarasse, ait Suffridus Petri, & ex eo Baronius T. IX ad an. 1000 IX: item Possevinus in apparatu sacro. Exstat apud Ludgerum epistola Rixfridi. Ac Josephi quoque, qui Alcuini discipulus fuit, hos ad eum versiculos invenio:

*Frater amore Dei, cognato dulcior omni,
Et consanguineis merito pretiosior ipsis,
Ludger, amate Deo, Christi te gratia salvet:
Vive tua gentis Fresonum a clara columna,
Presbyter occiduis laudabilis orbis in oris,
Doctus in eloquio, prudens, & mente profundus.
Ipse gradum meritis ornas, & moribus almus,
Et pueris senibusque humili de corde ministras.
Tu germanus agis cunctis aequalibus ævo;
Utque parens pueris, vita documenta rependis.
In melius crescendo mei memor esto, sacerdos:
Tu precibusque tuis commenda queso Tonanti,
His brevibus, vatem, qui te laudavit in oris.
Si teretis baculi pro tali carmine donum
Municipis tribuas: fors hæc mercedula vati
Concordat modico. Felix sine fine valeto.*

a Alii,
Phrisonũ
tu clara
columna.
na.

Quos versus etiam, sed non adscripto nomine auctoris, præmiserunt editioni vite Ludgeri, quæ ante annos CX edita fuit à Joa. Cincinnio, typis Quentelianis. Obiit Ludgerus anno 1000 IX: ut in

vita Ludgeri, inque Chronicis Dithmari, legas. Ut minus rectè Bellarminus in Ecclesiasticis scriptoribus Lugderum referat ad annum 1500cxii. Nam triennio ante excessit, ut vidimus. Adi de Ludgero Crantzius in Metropoli lib. i. cap. v. & in Saxonia lib. i. cap. xiv, ac xvi; item vitam ejus scriptam à monachis S. S. oris Trajecti; quæ est in sylloge Suriana a. d. xxv i. Mart. Sed in nonachis cœnobii Werthinensis, seu Werdenensis, perperam tribuitur. Item vide Joannem Leidensem Carmelitam Chronici Belgici lib. iv cap. vi, & xvii.

CAP. XXXI.

Adhemari, seu Autmari commentarii de gestis Francorum, quos Aimoinus ad verbum, ut ipse fatetur, exscribere solet: ac passum esse Adhemarum, quod fecerat: quippe cui priores similiter exscribere moris fuerit. Quàm variè Ufuardi nomen scribatur. Error Gaulterii, Baronium, ut ait, sequentis ducem. Dissensum à Baronio, eundem Florum existimantis, qui martyrologium Bedæ auxit; qui que in Pauli epistolâ commentatus fuit. Haddonis, seu Haitonis, episcopatus, legatio ad Orientis imperatorem, *ἱστορικὸν* liber de visionibus S. Wettini, ejusdem ad monachatum transitus, & ubi, ac quando, decesserit. Anonymus de translatione corporis B. Germani. Paullus, diaconus Neapolitanus, de vita Mariæ Ægyptiacæ; & translatio eorum, quæ Theophanes tradidit de episcopis urbis Romane. Hildeberti Cenomanensis carmen de Maria antè dictâ.

PRæter eos, quos antea vidimus, alii etiam non pauci ætate eadem rem historicam juverunt. Quos inter primus nunc se offert ADEL-MUS BENEDICTINUS monachus, sive ut aliis vocatur ADHE-MARUS, sive Autmarus; qui Carolo M. fuisse creditur à sacris. Ejus quidem temporibus vixisse, fati constat. In literis hic retulit gesta Francorum: quæ perduxit usque ad annum Christi octingentesimum; quo imperium ad Francos translatum fuit. Ea Aimoinus exscripsit: ut ipse agnoscit his verbis, extremo libro iv: *Porro que scripsi usque ad tempora imperii Francorum, Adhemari, nobilissimi monachi, & devotissimi, relatione addidici, qui ei (Carolo Augusto) coævus, & communitus est.*

ius est. Verbis quoque Adhemari plurimum fuisse usum, colligo exinde; quòd in præfatione dicat: *Dicent etiam, En noster historiographus, novusq; auctor, qui aliorum verbis pro suis utitur. Hoc quidem me fecisse, non nego; neque id me piget; ac deinde facturum autumo: habeo bonorum exemplum.* Nec propterea, quæcunque libris IV prioribus, vel etiam sola, quæ quarto habes libro, Adhemari credi debent: sed ut Aimoinus Adhemarum, ita Adhemarus exscripserat priores. Sanè quæ antecederent caput quinquagesimum libri quarti, ea ab aliquo sunt, qui Adhemarum antecessit. Quod chronologia ista ostendit, quæ legitur cap. LIV. Nam perducitur ad annum Christi **IOCCXXXV**, Caroli Martelli XIX; quo anno historiam hanc auctor scribebat; ut ipse indicat, cum eum annum vocat præsentem, & deesse ait annos **CCLXV**, ut annus Christi millesimus impleatur. Hujusmodi profectò annorum collectio non solet institui, nisi jam summum operi fastigium imponatur. Atque hæc quidem dicta sunt ex hypothesi ista, quâ minimùm quatuor primi libri creduntur esse Aimoini. Sed aliquantò aliter statuere convenit, si Aimoinus desit in cap. **XLI** lib. quarti: atque hinc alius quædam subjunxerit ex Anonymo de gestis Francorum: mox alia ex Fredegario scholastico: cætera autem ex Adelmo, vel Adhemaro descripserit; nempe gesta Pipini, Caroli Magni, & Ludovici Pii, per annos continuos **LXXXVI** deducta; quæ pars à cap. **LVIII** incipit, atque ad libri **IV** finem producit. Hæc si sententia placet, (& sanè aliquantò verisimilior est, ut infra dicemus) non quidem Aimoinus exscripserit Adhemarum: sed alius non paullò junior ex Aimoino, Adhemaro, & aliis, eam Historiæ Francicæ miscellam composuerit.

USUARDUS, qui Sigeberto Hufuardus, Phil. Bergomati, & Trithemio, Ihuardus vocatur, natione fuit Gallus, monachus cœnobii Fuldenfis, ordinis Benedicti, auditor Alcuini. Hic jussu Karoli M. (ut Sigebertus testatur) edidit Martyrologium, in quo & Confessorum, aliorumque Sanctorum vitas, paucis inseruit. Id hodieque exstat, non exiguo sanè historiæ Ecclesiasticæ beno. Sed si Karoli Imperatoris postulato Ufuardus martyrologium scripsit: liquet, quàm spissus sit error illorum, qui eum dicunt Bedæ temporibus vixisse. Est hæc sententia Jacobi Gaulterii S. I. in tabulis Chronographicis. Tuetur ille se auctoritate Baronii. Et sanè apud eum in indice Tomi **IX** annalium legitur: *Ufuardus coet. meus Bedæ.* Sed si recurras ad ea, quæ Baronius dicit ad annum **IOCCXXXI**, sect. **XXXI**: satis liquebit, nec ab indicis auctore, nec à Gaulterio, Baronium

nium fuisse intellectum. Quin Ufuardum Karoli M. *ὁ ἄρχιεπος* fuisse, apertè Baronius, & in Annalibus, & in Martyrologio, profitetur. Nisi fortasse priores editiones a iud docuerunt: atque hoc iis, quos dixi, imposuerit. Agit de Ufuardo & Papirius Massonus in Carolo Calvo, & Molanus, notis in Martyrologium. Quod si ætatem Ufuardi novisset Georgius Vicelius, non hunc in modum scripsisset in præfatione Hagiologii: *Sigebertum, ac Ufuardum, à quibusdam toties citatum, esse neotericum, vel è nominibus liquere arbitror.* Sanè si paullo pòst, Ruggerum Fuldensem, quem anno **CLCLVI** claruisse agnoscit, inter antiquos reponit, quomodo recentibus annumerabitur Ufuardus, qui tribus seculis, & quod excurrit, Ruggero antiquior est? At condonandum hoc Vicelio, viro sanè erudito; sed qui Ufuardum necdum vidisset. Quos secutus fuerit Ufuardus, docet ipse his verbis: *Venerabilium, Hieronymi & Bedæ, presbyterorum, piis quamvis, & succinctis, super hoc provocabat descriptis: quorum prior brevitati studens, alter verò quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis præterisse necessaria: quos tamen secutus, censui & FLORI, memorabilis viri, latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo ejus libro: ibi enim multa, quæ in priori omiserat, & correxit, addidit: & siquid, præter quod ab illis accepi, hoc tempore auctum, vel mutatum est, sagaci à me indagare id perquisitum agrosce potest.* Ex his cognoscimus, martyrologium Romanum, quod Hieronymi nomen præferebat, à Beda fuisse auctum: Bedæ martyrologium fuisse adauctum à Floro: Flori itidem martyrologium ab Ufuardo. De Floro auctor quoque Ado Viennensis in præfatione Martyrologii: *Primum fuit imperium, ac jussio sanctorum virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus martyrum in martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domni Bedæ accreverat) tantum notati erant.* Baronius in prælegomenis martyrologii Romani censet, hunc Florum esse eum, qui epistolas Paullinas verbis Augustini, hinc inde collectis, exposuerat: ut Sigebertus ait in catalogo cap. **XCIV**. Mihi hæc sententia minùs probatur. Nam planè cenfeo, Florum illum Sigeberto memoratum eumpse esse, qui Augustini de prædestinatione sententiam defendit adversus Joannem Erigenam, Scotum; ut Matthæus Westmonasteriensis docet in Florilegio ad annum **IOCCCLXXXII**. Valde enim verisimile est, eum, qui tanti facere Augustinum solet, ut ejus potiissimum verbis, quæ hinc inde collegerat, Paullinas enarraret epistolas; etiam Augustinum adversus Erigenam Scotum magnopere *περὶ ἀπορίων*, (ut liquet ex commentationibus Lugdunensis Ecclesiæ ante annos

prope octingentos contra eum scriptis) seriò defendisse. Quare aliud mihi persuadere non possum, quàm Florum illum Sigeberto memoratum claruisse temporibus Karoli Calvi; apud quem Eri-gena diu in honore fuit: eum verò, quem Bedæ martyrologio multa addidisse; Ufuardus ait, medio inter Bedam, & Ufuardum, tem-pore floruisse: vel saltem, nec Beda vetustiorē esse, nec recen-tiorē Ufuardo.

HATTO, sive Haito, vel Hetto, episcopus Basileensis, unà cum aliis quibusdam, iussu Karoli Magni, ad Nicephorum imperatorem legationem obiit, anno gratiæ 1000xi: ut est in annalibus Fran-corum editis à Pithæo: item in vita Karoli M. ab eodem è tenebris erutâ. Hac occasione *O'dor mendr*, sive Itinerarium, contexuit; quo iter à se Constantinopolin susceptum exposuit. Tradidit quoque visiones S. Wettini monachi. Tandem, ætate gravis, vitam privatam episcopatui anteposuit, atque Huldrico lampada tradens, ad mona-sterium Augiæ majoris, in quo prius fuerat abbas, reversus est. Obiit anno 1000xxvi. Vide Chronicon Hermanni Contracti ad an. 1000xi, & 1000xi, & Joannem Stumphium lib. xi i cap. xxxi i.

Karoli Magni ætate etiam fuit monachus ille, qui condidit histo-riam translationis corporis B. Germani, episcopi Parisiensis; quam apud Surium habemus T. vi i die xxv Jul. De ætate arguunt hæc verba auctoris: *Licet ipse non viderim; tamen, multis, qui viderunt, nar-rantibus, cognovi. Ex quibus omnibus unum mihi in hoc opere excellentissimum auctorem ponere placuit; dominum videlicet Karolum, gloriosissimum Impera-torem; qui tunc puer septennis, operi pii genitoris interfuit; & ea, quæ ibi vidit, admirandâ memoriâ retinebat; nec non & admirandâ faciendâ diligentissimè scribatur.*

Item tum fuit qui seu vero, seu ficto nomine dictus est FERUS NELPERICUS. Reliquit heroico carmine historiam congressus Karoli M. & legionis Pontificis. Dixi de eo in opere de Latinis Poëtis.

PAULLUS, diaconus ecclesiæ Neapolios, transfudit vitam S. Mariæ, prius Ægyptiæ meretricis, quam Sophronius, Hierosoly-mitanus episcopus, scripserat. Hæc versio (unde sua hausit Wice-lius in Hagilogia) integra nunc quoque, cum præfatione interpre-tis ad regem Karolum, apud Surium exstat a. d. 1x April. Eâ in præfatione idem Paullus testatur, se vicedomini, hoc est, Theophi-li, penitentiam; item *librum de venerandis constitutis, & gestis præsulum Romanæ Ecclesiæ*; Latinam in linguam vertisse. Interpretem eum esse

admodum antiquum, inde cognoscimus, quòd Sigebertus ejus meminit; & ita meminit, ut Bedæ proximè subjungat; multisque præmittat, qui ante annum octingentesimum vixere. Eoque aliud mihi persuadere non possum; quàm Karolum, cui librum suum dicavit, esse, non Karolum Calvum, sed Carolum M. Verba Sigeberti sunt in catalogo cap. LIX: *Paulus, diaconus Neapolitana ecclesie, transtulit à Græco in Latinum vitam S. Mariae Ægyptiaca.* Hanc vitam postea carmine vertit Hildebertus *Cenomaneus*: ut testatur Henricus à Gandavo in catalogo cap. VIII.

CAP. XXXII.

De scriptoribus aliquot supposititiis, vel commentitiis. Ac primùm exploditur opus stolidum, ac turpium mendaciorum plenum, quod Turpini, vel Tilpini, creditur. Hinc de Solcone Fortenam, Sivardo Sapiente, Hancone Fortenam, Ioanne Abgilli, Adele Adelingo. Suffridus Petri refellitur. Unde sit, quòd Abassinorum rex dicatur presbyter Joannes. Goldigni error de Seriphiorum appellatione, quàm Mauritania reges censentur.

TURPINUS, vel potiùs **TILPINUS**, aut **Tulpinus** prius monachus fuit S. Dionysii prope Lutetiam: postea, postulato Caroli Magni, ab Adriano P. M. archiepiscopus factus est Rhemenfis. Vide, quæ de eo scribit Flodoardus lib. I Hist. cap. v. & imprimis lib. II cap. XVII, ubi & XLVI episcopatus anno obiisse legitur, ac versus referuntur, quos tumulo ejus inscripsit Hincmarus. Quod si sana est lectio Flodoardi, novennio peccat Joannes Chenu Biturix libro de episcopis Galliaë, qui Episcopum factum ait an. DCCCLXXIII, atque obiisse anno DCCCXI. Huic Turpino vulgò adscribitur, etiam à Tritthemio liber de gestis Karoli M. ac Rolandino jam olim ab scriptore Hierarchiæ subcælestis lib. IV cap. IX conjungitur cum Gregorio Turonensi, Richardo Cluniacensi, atque aliis, quos vocat nobiles Galliarum historiographos. Sed rectè censet Hottmannus Francogalliaë suæ cap. v esse foetum hominis stolidi, atque imperiti, qui non vitam, sed fabulas conscripserit. Nec mens est alia Papirio Massono in suis Galliaë Annal. Aut Duzæ in Annal. Batavicis, cui a dicitur mendaciorum monstris refertissimus. Sanè non

a Elegia
operis ad
ordines,
sive potius
notas
ipsius au-
thoris ad
oram.

Hinc-

Hinemar, Lupus, Flodoardus, vel ex tot aliis ejus, ac sequentis ævi, scriptoribus, illarum ullus quisquiliarum mentionem facit. Adde quod scriptor iste cap. xxxi i meminit obitus Caroli M. At Turpinus ante Carolum M. defunctus fuit. Nam post decessum Turpini Rhemensibus à Karolo archiepiscopus datus est Vulfarius : ut testatur Flodoardus lib. i i cap. xv i i i i. In MSo Turpini codice, quem cum editis contuli, post caput xxxi, quædam de pictura vi i liberalium artium adduntur. Item adjecta sunt fini nonnulla de miraculo quodam ob preces Rolandi præstito ; quædam item de ipso Turpino, & nonnulla alia. Quem codicem è bibliothecâ Amstelodamensi, ad me transmiserat, egregio parente filius dignissimus, Johannes Polyander junior, Jurisconsultus. Habes & MSum Turpini codicem apud Cantabrigienfes in Collegio S. Benedicti. Cujus inscriptio est hujusmodi : *Liber Turpini Archiepiscopi Rhemensis quomodo Carolus rex Francorum adquisivit Hispaniam.* Hunc librum dicit Papa Calixtus esse authenticum, ut adjungit Thomas James : ut puto ex MSi operis inscriptione, sive nota ei addita. Fuere & alii postea, qui vitam Caroli M. in literas retulerè. Unius de eo vitam in Hagiologia, docti sanè viri, Georgii Vicelii habes. Sed quàm ridiculum, quod addit, eam se vitam ex Plutarcho, desumisse. Nempe fefellit bonum virum, quòd Plutarchi vitis, in editionibus quibusdam subnexam reperisset.

SOLCO FORTENAM, & SIVARDUS Sapiens, Frisii, vixisse dicuntur temporibus Pipini, & Caroli Magni ; scripsisseque principum, ac regum Frisæ, genealogiam, ac res gestas. De quo fides sit penes Suffridum Petri in script. Fris. dec. v. cap. ix, & x.

Uti & de HANCONE FORTEMAN, Frisio : quem consignasse ait expeditiones à se susceptas sub imperatore Græco, rege Scotiæ, Angliæque, & Karolo Magno. Vide dec. vi cap. vi.

Etiã refert, Karoli M. temporibus vixisse JOANNEM ABGILLI, & ADELEM ADELINGUM, Frisios ; quorum priorem dicit commentarium scripsisse de expeditione Karoli Francorum regis in terram sanctam : item de expeditione sua in Indiam : adhæc de Indiæ situ, ac gentibus diversis. Alterum verò egisse de monstris Indiæ, de moribus Indorum, & eorundem religione. Idem ait, Joannem Adgilli fuisse filium regis Frisii : atque ob sanctimoniam singulare presbyteri cognomen accepisse : eundem cum Otgero, Daniæ rege, duce Karolo Magno, profectum fuisse in Palæstinam : ac captis Hierosolymis, Karolû quidem in Germaniam esse revertentem :

a Quas
etiã se-
cuta Ba-
silensis
Isengri-
nii anni
1550.

Joannem autem, unâ cum Orgero, atque aliis, Indiam petiisse: ibi vastos occupasse terrarum tractus, ac condidisse imperium Abyssinorum regis; quod ab hoc Frisio Joanne *presbyteri Joannis* vulgò nuncupetur. Addit, inter expeditionis Indicæ comites etiam fuisse Adelm A delingum; regali itidem stirpe editum: atque ab hoc similiter portui Abyssino nomen *Adel* esse impositum. O hominem valde simplicem, ac prope dixerim insipientem; qui vanis ad eò, ac stultis commentis habuerit fidem! Et sunt talia apud eum non pauca: ut parùm sanè fidei mereatur tot antiquos Frisiæ scriptores nobis commemorans: quorum multos ut ipse non sit commentus; commentitios tamen esse, nemo non videt, nisi qui oculos in calcaneo habuerit. Quòd si non aliunde, saltem ex eo fraudem odorari oportuerat, quòd hîc de captis à Karolo M. Hierosolymis dicitur. Cui enim veterum, vel per somnium, hoc in mentem venit? Nec appellatio *presbyteri Joannis* (quâ ante sesquiseculum, non Africanus, sed Asiaticus rex, constanter vocabatur) inde profluxit, unde Suffridus negatur: sed ab errore vulgari, quo *prestegianus* idem credebatur, ac *prestre Iean*. Atqui *prestegianus* vox est Persica, ac notat *Apostolicum*. Quâ de re vide Josephum Scaligerum lib. vi i i de emendat. temp. capite eo, quod est de computo Ecclesiastico. Id si minùs probatur, per me licet, sequaris opinionem Nicolai Godigni, libro primo de Abassinorum rebus cap. v. De causâ quidem, cur Abassinorum regi nunc id nomen detur, planè Godigno assentio. Nam cœpit ea appellatio à Petro Covillanio; idque occasione istiusmodi. Missus is erat à Joanne i i, Lusitanæ rege, ad exquirendum, quis potens ille Christianus rex foret, qui vulgò *presbyter Joannes* vocaretur. Sed is, cum in Asia esset, neminem istic ejus nominis reperit; ac ne quidem, cui competere, quæ vulgò de eo ferrentur. Quid mirum? Jam anno cHocLxxv i i deserat id nomen: puta devicto Davide prestegiano à duce suo Cinge: qui pro prestegiano, vel presbytero Joanne, Joannes Ularcanus fuit nominatus. Verùm audiverat Petrus in Africa agere regem Christianum admodum potentem. Is Abassinorum rex erat. Quò ut vênit, convenire ei vidit pleraque eorum, quæ apud Europæos de presbytero Joanne ferrentur. Hinc factum, ut crederet eum esse ipsum, qui presbyter Joannes dici solet. Ejus verò errorem aui hac parte secuti fuerunt. At planè fallitur Godignus, cum ait, pari ratione regem illum Asiaticum dictum fuisse presbyterum Joannem, ac olim Ægypti reges nominati *Pharaones*, & *Ptolomas*: & hodie Mauritanæ reges *Scirphi* vocantur.

imprimisdictum velim, si ita scripsit Eginhartus, uti nunc legitur. Sed etsi proætate suâ satis eleganter loquitur, (Suetonium sibi imitandum proposuisse, optimè observatum est Casaubono) tamen nec prætereundum est, primùm Eginharti editorem, Hermannum, comitem Neuenarium, non instituisse antiquo codici, quem habebat: sed in eo fuisse, ut passim floridiùs loquentem induceret. Quod ejus institutum, nequid dissimulem, probare neuriquam possim. Eoque magis displicet, quòd etiam, qui postea Eginhartum typis divulgaverunt, hanc Neuenarii comitis editionem secuti fuerunt. Veruntamen, ut non ea fuerit dictionis elegantia, quâ nunc prodit; tamen sic quoque Eginhartus non uno nomine laudem meretur. Nam saltem pro ævo suo omnino eleganter hanc vitam exaravit. Tanto autem meliori eam fide retulit, quanto familiarius Carolo adhæsit: ut & Sigebertus censor de scriptoribus illustribus. Meminit ejus operis idem in Chronicis ad an. **I O C C C X I V.** his verbis: *Cujus (Karoli M.) vitam Emarcus de-*

aVti Frã.
cofurtens-
is anni
1566. &
altera an-
ni 1587:
item Pa-
risina,
qua ex-
stat in bi-
bliotheca
Patrum
edit. 2.

scripsit. Ita editiones vulgatæ a habent, quas videre contigit. Sed plane legendum *Emardus*. Quod & docet magister Adamus historiæ Ecclesiasticæ lib. 11 cap. 19. *De hujus,* inquit, *freti naturâ breviter in gestis Caroli meminit Einhardus, cum de bello diceret Slavonico.* Hæc ille ante annos quingentos, & amplius. Imò & Lupus Abbas sic ad ipsum scribit Einhardum epist. 1: *Venit in manus meas opus vestrum, quo memorati imperatoris Caroli clarissima gesta (liceat mihi absque suspitione adulationis dicere) clarissimè literis allegastis.* Ut omnino fallantur, qui Albinum, aut Giatharum, vitæ ejus auctorem putant. Præterea reliquit (ut ex Aimoino & Chronico Laurishamensi cognoscitur) libros IV de inventione & miraculis SS. martyrum, Marcellini & Petri; quorum corpora Gandavi quiescunt. Item librum unum de iis carmine. Et hunc, & illos, reperire est apud Surium Tom. VII, die 11 Jun. Ejus quoque epistolam habemus ad Lupum, Abbatem Ferrariensis monasterii: quæ inter illas Lupi ordine est tertia. Ajunt & historiam scripsisse de gestis Germanorum, & Francorum. Quam non vidi. Uti nec epistolarum librum: aut quam psalterio operam impendit. Historiam seu fabellam, ut juvenis, Caroli notarius, cum filia ejus confueverit, atque ab ea per nivem sit portatus, eamque postea uxorem acceperit, vide sis in Chronico Laurishamensis Cœnobii, ex archivis Palatinis in Germania edito inter rei Germanicæ scriptores.

Eginharto æqualis fuit OTHELGRIMUS, familiarissimus discipulus S. Ludgeri, cujus & vitam tradidit. Sed ex duobus de vita S. Ludgeri libris prior solum videtur genuinus: posterior autem junioris alicujus. Libellos eos Surius historiæ Sanctorum inseruit T. II die XXVI Martii. At postea eos integrius ex MSo Fuldensi præsentavit Christophorus Brouverus.

Ludovici Pii temporibus claruit WALAFRIDUS STRABO. Fuit *vir doctus, & sapiens, & literarum scientiâ ante alios illustris*: ut de eo judicat Iso, monachus Sangallensis, præfatione suâ in vitam S. Othmari. De eodem sic Hermannus Contractus ad annum 1000CXII: *Augia Walafridus Strabo vir doctus, abbas XII, præfuit, qui metro & prosa conscripsit multa. Præter glossas & lib. de rebus Ecclesiasticis, etiam, (ut Sigebertus ait) vitam, & miracula sancti GALLI abbatis, primum prosaicè, deinde metricè, composuit. Eam libris duobus prosâ habes apud Surium Tom. v die XVI Oct. Carmine scriptam præterit: quæ exstat in MSo codice S. Galli apud Helvetios: sed adeò vitiosè exarato, ut solo ex eo in lucem dare, temeritatis potiùs, quàm diligentie esse, Henricus Canisius a putarit. Præterea librum de vita edidit S. Othmari. Quam uti & duos de ea Isonis libros, apud eundem Surium reperies Tom. vi Nov. XVI. Ille de vita S. Othmari exstat in bibliothecâ S. Galli. Ac similiter extrema S. Mammæ (seu Mamantis malis) monachi: quam Canisius repræsentat T. VI Ant. Lect. uti & vitam, atque obitum S. Blaitmaic. Item scripsit vitam S. Leudegarii. Adhæc visionem S. Wettini, epitaphium Werdonis abbatis, atque alia; quæ vide apud Canisium Tom. VI Antiq. Lect. Etiam (ut Posselinus ait) condidit Chronicon Monasterii Fuldensis, quod exinde alii, atque alii, continuarunt. Tritthemius vehementer errat, cum Walafridum abbatem S. Galli, & Strabonem, monachum Fuldensem, diversos esse arbitratur: atque illum quidem vixisse temporibus Aasimari Tiberii, & Justiniani junioris, hoc est circa annum septingentesimum: hunc autem temporibus Ludovici imperatoris, anno 1000CXI. Nam Walafridus hic priùs monachus Fuldensis fuit; postea decanus S. Galli; tandem & abbas Augiæ divitis, quæ vulgò *Richenau*: ac cum id munus septennium sustinisset, anno obiit 1000CXIX. Id eo magis monere operæ fuit, quia Tritthemius etiam Laurentium Surium in historia Sanctorum, Belarminum in catalogo illustr. scrip. atque alios nonnullos, in errorem induxit.*

a Præfat. in poemata VV. Walafridi Strabonis, qua expressit T. 6. Antiq. Lect.

FRECPULPHUS, qui & nonnullis Treculphus, monachus prius Fuldensis, post Lexoviensis Ecclesiæ in Lugdunensi secundâ (nunc ea est Rothomagensis provincia regionis Nortmannicæ) episcopus, quo in munere Launobod. succellit, successoremque habuit Rogerium; quantum ex episcoporum Lexoviensium catalogo perspicere licuit. Ubi & ab anno 1000xxx, usque ad annum 1000cxl, dicitur claruisse. Chronicon scripsit Sigeberto etiam celebratum in catal. cap. xci. Estque id opus bipartitum. Ejus parte priori ab initio mundi progreditur usque ad nativitatem Christi: alterâ ab Salvatore nato usque ad Francorum, & Langobardorum regna. Posteriorem partem dicavit Judithæ Augustæ, conjugii Ludovici Imperatoris, Caroli M. filii. Commentarios suos in Genesim Freculpho huic inscripsit Rabanus Maurus, vir ætatis suæ doctissimus. Freculphum hunc inter præcipua Galliæ lumina numerandum esse, censet Demisterus Paralip. in Rosini Antiquitates lib. i. cap. i. Prodiit non semel iterumque. At MSus exstat Oxonii in Collegio Lincolnienfi.

HILDUINUS, abbas monasterii S. Dionysii, celebratur anonymo annalium Francicorum conditori, à Pythæo edito, ad annum 1000cxxxvi, quo ipso dicitur *Romam mittens, arnuente precibus Eugenio, Apostolica sedis tunc præfule, ossa beati martyri Christi, Sebastiani, accepisse, & ea apud Sueffonam civitatem in basilica S. Medardi collocasse.* Eandem rem narrat Sigebertus in Chronicis ad an. 1000cxxxv; ubi etiam vocatur *sacri palatii archicapellanus*. Meminit Hilduini quoque Nithardus, Caroli M. nepos, lib. i, ac i i, de dissensionibus filiorum Ludovici Pii. ubi *ἄρχων abbas Ecclesiæ S. Dionysii* nominatur. Monasterium autem hoc S. Dionysii duabus leucis distat Lutetiâ Parisiorum. De eo sic Sigebertus in catal. cap. lxxxii: *Hilduinus abbas S. Dionysii Parisiensis, scripsit ad Ludovicum imperatorem utroque stylo; id est profaico, & metrico, vitam ipsius Dionysii.* Vitam eam præsa ab Hilduino scriptam, cum aliis opusculis ejus argumenti, primus edidit Matthæus Galenus Vestcapellius, Theologus Lovanientis: posteaque sanctorum historiæ inseruit Surius T. v. die 1x Octob. At quatuor libri, quos de eo composuit carmine, MSSi adservantur in monasterio Gemblacensi. Hilduino huic dedicavit Rabanus Maurus commentarios suos in 1v libros Regum. Operis ejus de passione Dionysii meminit & Notgerus, episcopus Leodiensis, epistola ad Werinfridum abbatem: quæ vitæ S. Remacii à Notgero scriptæ præmittitur.

ÆGIL, sive Aigil, seu Eigil (variè enim scribitur id nomen) Ludovici Pii favore, & totius congregationis consensu, quartus abbas Fuldenfis factus fuit anno Chr. **1000**. Scripsit vitam S. Sturmij, seu Sturmij, aut Sturmionis, Fuldenfis Ecclesiæ archimandrite, & conditoris, ac S. Bonifacio per familiaris; qui & Sturmionem vocare suum eremitam solebat. Potuit autem Ægil Sturmionis acta optimè nosse; quandoquidem ejus discipulus erat; & multorum, quæ refert, testis fuit oculatus: ut ipse de se scribit. Dicit hoc opus Angilthrudi virgini. Meminitque ejus quoque Candidus in vita Ægili, his verbis: *Lectionem libri illius, quem de vita supra dicti (Sturmionis) abbatis, & origine monasterii (Fuldenfis,) Christi largiente gratiâ, composuit, fratribus ad mensam recitari præcepit.* Hanc Sturmionis vitam è MSO cod. Bambergensi primus in lucem protulit Christophorus Brouwerus, S. I. Presbyter. Obiit Ægil anno **1000**, cum quadriennium fuisset abbas: successoremque habuit Rabanum Maurum, summum virum, ut diximus: qui & epitaphium fecit Ægilo. Id apud Candidum habes in Ægili vita.

THEGANUS Francus, Trevirensis Ecclesiæ chorepiscopus, vixit sub Ludovico Pio: deque rebus ab eo gestis librum edidit, quem unâ cum Francorum annalibus exhibuit Pithæus. Superstite adhuc Ludovico editum esse, satis docent postrema hæc opusculi verba: *Eodem anno, in ipso itinere, obiit Berengarius, dux fidelis, & sapiens; quem imperator cum filiis suis luxit multo tempore. Is est annus 1001 regni domini Ludovici, piissimi imperatoris; quem conservare, & protegere diu in hoc seculo feliciter commorantem, & post hæc discurrentia tempora, perducere dignetur ad societatem omnium sanctorum ejus ille, qui est Deus benedictus in secula.* Ergo non attigit Theganus res postremi triennii: sed desit anno Ludovici **1001**, qui Christi est **1000**. Cæterum libellum hunc secuit VValafriidus Strabo in partes **LVIII**; ac singulis caput suum, sive titulum, vel argumentum, præposuit. Vide ejus præfationem libello additam: unde & cognoscet, Theganum hunc Straboni fuisse cognitum; fuisseque genere nobilem, ingenio acrem ac vehementem, amantem justitiæ atque imperatoris sui, lectionis multæ; sed docendâ, regendâque Ecclesiâ suâ, admodum districtum; verèque magis, quàm eleganter, scripsisse.

Est & alter ejusdem ætatis, qui itidem in literas retulerit vitam Ludovici Pii, atque in annalibus Francorum à Pithæo editis similiter legatur. Ejus nomen nescitur: sed ætatem scriptoris clare ex eo cognoscimus, quòd, ut ipse refert, cum anno **1000**,

111 Id. Apr. cometes apparuisset per dies xxv. vel, ut alii dicunt, xxxiv; ab imperatore eo fuerit accitus, rogatusque, quid fides hoc novum portendere putaret. Hic scriptor etiam extremam Ludovici vitam, mortemque ejus, quod Theganus non fecerat, exponit. Operæ autem sit cum Pithœanâ editione conferre illam, quam cum aliquot rerum Germanicarum scriptoribus Justus Reuberus divulgavit. Multùm enim editiones hæ variant. Inscribuntur autem à Reubero, *Annales rerum gestarum à Ludovico*. Estque proximus iis ante Turpinum locus. Præterea vide caput xix libri quinti eorum, quæ tribuuntur Aimoino. Insuper opus *Francicæ Historiæ* curâ Marquardi Freheri Hanoviz editum. Ubi idem opus ex Palatinis MSis emendatius legitur.

C A P. XXXIV.

Nithardi liber de dissidio filiorum Ludovici Pii, & quando eum scripserit. Genus ejusdem; item cui opus isthoc dicarit, & ejus jussu id composuerit. Candidus de vita abbatis Egili, quam Rabani hortatu, & exemplo, descripsit. Idem de vita Bangulphi abbatis. Aimoini historia Francicæ, atque alia ejusdem. Cum Aimoino Ammonium, seu Ammonium, malè confundi à Posssevino, & aliis. Ætas Aimoini clarè ostensa. Alium videri ab hoc Aimoinum notarium, & capituli scribam: contrà quàm viro docto visum. De ætate Aimoini lapsus, seu Posssevini, seu librarii. Ab alio adjecta Aimoino videri, quæ libro quinto leguntur de Carolo Calvo, & seqq. imp. Hottomanni lapsus. Quis Abbo ille sit, cui Aimoinus dedicavit historiam Francicam. An Aimoinus fuerit monachus Floriacensis: ut Posssevinus putabat. Aimoinus imaginum cultui adversatus. Scriptor de translatione S. Viti. Auctor vitæ Karoli M. editus à Pithæo.

Ludovici Pii, atque item Lotharii tempore, claruit NITHARDUS: cujus sunt libri quatuor de dissidio filiorum Ludovici Pii Imper. Orditur ab excessu Karoli M. hoc est anno 1000xiv, & progreditur usque ad annum 1000xlii. Quo illa

in literas mittebat, ut docent hæc verba in extremo libri IV: *Temporibus bona recordationis magni Karoli, qui, uti jam penè anno xxx, decessit. Penè trigésimo, inquit, quia ab anno octingentesimo decimo quarto, quo Carolus decessit, usque ad octingentesimum quadragesimum tertium, cujus res gestas exponit, solum anni sunt undetriginta. Edidit Nithardum Pithæus in Annalibus Francorum. Inscriptio verò hujusmodi est: NITHARDI, ANGILBERTI FILII, KAROLI MAGNI IMP. EX BERTHA FILIA NEPOTIS, &c. Rectè sanè. Nam ipse genus suum exponit lib. IV, his verbis: Eademq; die Angilbertus, vir memorabilis, Centulo translatus, & anno post discessum ejus xxviii, corpore absque aromatis indissoluto repertus est. Fuit hic vir ortus eo in tempore haut ignotâ familiâ. Magdelhaudus autem, Richardus, & hic, ex una progenie fuerunt. Et apud magnum Karolum meritâ magni habebantur. Qui ex ejusdem magni regis filia, nomine Beretha, Harnidum, fratrem meum, & me Nithardum, genuit. Ubi magnum regem appellat Karolum M. cujus proximè mentio antecessit. Misit Nithardus hoc opus ad fratrem Lotharii imperatoris: sive is Hludarius, Germaniæ rex, erat: sive Carolus Calvus, tum temporis rex Neustriæ, ac postea imperator. Hoc arguunt ista verba initio lib. I I: *Explicitis, pro tempore ac viribus, disensionum vestrarum initis, è quibus quique lector scire cupiens, quamobrem, post obitum patris vestri, Lotharius vos, fratremque, persequi statuerit. Imò & jussu ejusdem scripsisse, ostendit initium hoc operis: Cum, ut optime, mi domine, nosse, jam per è annis duobus illatam à fratre vestro persecutionem vos vestrique merito pateremini: antequam Cadhellenicam introissemus civitatem, præcepistis, ut res vestris temporibus gestas stili officio memoriæ traderem. De Nithardo placet judicium Barthii, quod iccirco ejus apponam verbis ex Advers. lib. XLVI cap. IX. Nithardus, inquit, cordatus, prudens, proque iis temporibus disertus scriptor qualem sanè deceuit virum tanto genere eriundum, tantâ rerum experientiâ subnixum. Nam legationibus inter filios Ludovici Pii sanctus est, & turmis nonnullis à partibus Caroli Calvi post imperatoris præfuit: satis cetera laudatus, modo odium in Lotharium minus indulgeret suo. Sed quid faciemus illi? Homo utique & suis addictus fuit: atque ita cum fratribus suis egit Lotharius, ut bono cordatoque homini integrum sit non illorum potius, quàm ipsius partibus favere, siquidem favore opus sit: quem tamen in historiâ dissimulamus potius, quàm commendamus.**

Æqualis Nithardo erat CANDIDUS, monachus Fuldenfis. Hic æternitati sacravit vitam abbatibus sui Ægili, qui Fuldenfis monasterii

nasterii abbas electus est anno **IOCCCXVII**. Nec prosâ solum, sed carmine etiam, vitam ejus prodidit. Utrumque opus ex **MSo Fuldenfi**, eoque codice perversto, primus edidit **Christophorus Brouwerius**. Magni illius **Rhabani** horratu, atque exemplo, ea commentatum se fuisse, indicat ipse initio ejus *Vitæ*, his verbis: *Anno præterito, dominus abbas Rhabanus, cum illi querebar, quia non haberem quenquam mecum consociorum, cum quo, in divina lectione, disputando, & legendo, proficere potuissem; tale mihi responsum referebar: Exerce, inquit, temetipsum legendo, & aliquid utilitatis adde, dictando. Nam dum ego ibidem, ubi nunc ipse moraris, quondam commanerem: librum prosâ, & versibus, in laudem sanctæ Crucis, divinâ gratiâ inspirante, incepti, atque fidelibus legendum studioso labore consummavi. Hac igitur, frater, licentiâ fretus, duos libros de vitâ **Ægili**, abbatis nostri; dictando, & scribendo, Dei dono, peregi: unum prosâ, alterum verò versibus explicavi. Antequam autem **Ægili** vitam concinnaret, jam, **Ægili** ipsius jussu, exarârât vitam **Bangulsi** abbatis: quod hæc ipsius **Candidi** verba ostendunt: *Ex eo igitur tempore, quo me venerabilis pater Ægil vitam Bangulsi, cari Abbatis nostri, jam de ergastulo corporis absoluti, intimâ exhortatione persuasit literis explicare: ex eo me libuit benevolentiam, studium, & gravitatem tanti patris, memoriæ commendare.**

Ad hæc quoque tempora referri debet **AIMOINUS** monachus, egregius historiarum scriptor; ut eum vocat vetus auctor commentarii de regimine principatus lib. **II** cap. **XXI**: quod opus vulgò, sed falsò, tribuitur **Thomæ Aquinati**. Scripsit de gestis **Francorum**. Qui libri sæpius in lucem prodire. Item libros duos de inventione & translatione **S. Vincentii, Levitæ & Martyris**. Qui primum lucem videre beneficio doctissimi **Jacobi du Breul**, monachi. Ad fidem huic operi conciliandam, pertinent ista in eo verba: *Erat sanè alius in eodem monasterio religiosus monachus, aequè sacerdos, & conversus, Audaldus nomine, speciali ei familiaritate connexus, ac vitæ moribus, penè consimilis: cujus ABORE, quæ dicuntur, & multò etiam ampliora, nos in fide accepisse confidimus.* Ad hæc de miraculis **S. Germani** egit libris duobus: quos apud **Suri**um habemus **T. VII**. Addit **Possevinus** libros de miraculis **S. Benedicti**. Uti & **Carolus Sauffejus Aurelianensis** annal. lib. **IV** cap. **X**. Qui libros hosce ait post **Adrevaldum**, & **Adelardum**, (**Adelarium** dicere voluit) composuisse. Atqui isti multò post **Aimoinum** vixerunt: ut liquebit ex iis, quæ postea dicentur. Estque is primus error. Præterea de auctore fallunt, & falluntur. Sermo enim nobis est de libris **Aimoini**.

moini. Sed hi autorem habent Ammonium, seu Aumonium: qui, ut suo loco dicemus, vixit temporibus Ottonis III, circa annum lcccxc. At Aimoinus floruit temporibus Caroli Magni, Ludovici Pii, & Lotharii. De ultimis Caroli M. temporibus, satis apertum est ex verbis illis extremo lib. IV de gestis Francorum: *Porro quæ scripsi usque ad tempora imperii Francorum, Adhemari relatione didici, qui ei (Carolo Augusto) coævus & connutritus est. Posteriora autem, quia ego rebus interfui Palatinis, quæ vidi, & comperire potui, stylo contradidi.* Sub Ludovico Pio claruisse, indicant hæc, quæ libro V cap. XVII scribit de comete conspecto ab imperatore Ludovico Pio: *Quem cum primum imperator, talium studiosissimus, conspexisset, constitit: & antequam quieti membra committeret, accito quodam, itemq; me, qui hæc scripsi, & qui hujus scientiam habere credebar, percontari studuit, quic super hoc mihi videbatur.* At cometes iste fuit anno Ludovici XXIV, Christi lcccxxxvi, III Id. Apr. De Lotharii temporibus arguit exordium vitæ B. Germani; quod hujusmodi est: *Anno Incarnationis Dominica octingentesimo quadragesimo sexto, Regis item præcellentissimi Caroli sexto, cum regnum Francorum, post obitum Ludovici imperatoris, varias divisum esset in partes, &c.* At qui sextus est Caroli regis, idem est sextus Lotharii imperatoris: ut constat ex divisione imperii inter liberos Ludovici Pii. Ulterius verò fuisse progressum, cognoscimus ex libris de inventione, & translatione corporis B. Vincentii Levitæ, & Martyris: quos hoc pacto orditur: *Anno octingentesimo quinquagesimo quinto Domini nostri Iesu Christi, regnante orthodoxo Francorum principe Karolo, Ludovici imperatoris filio* At quinquagesimus quintus Christi, est decimus-quintus Lotharii. Atque hæc satis liquent. Caterùm eruditissimus Jac. Breulius longius etiam vitam producit. Nam etiamnum vixisse ait anno gratiæ lcccxxi, qui Ludovici junioris imper. duodevigesimus fuit. Probat hoc ex antiquis chartis, ubi se reperiisse testatur: *In nomine sanctæ & individue Trinitatis Gozlinus, gratiâ Dei abbas monasterii beati Vincentii martyris, ubi venerabilis confessor Christi, Germanus, corpore quiescit &c. Anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi dcccclxxi; regni verò Caroli xxxii.* Subscriptio autem hujusmodi erat: *Aimoenus notarius . . . & monachus scripsit, & subscripsit, prid. Non. Octobris.* Est autem is Gozlinus, qui postea ex abbate Parisinus est factus episcopus, ac Parisios defendit adversus Normannos, urbem obsidentes: quod anno contigit lcccclxxxv: vel, ut Guilielmus Nangiacus censet, biennio pôst. Putat autem Breulius, Aimoinum, mona-

chum, & capituli scribam, eundem esse ac historiographus ille, de quo dictum nobis. Eoque non dubitat, quin anno Chr. 1000 lxxxii superfuerit. Imò anno 1000 lxxxv, tempore obsidionis Parisinæ, in vivis fuisse arbitratur. Quod si est, valde fuerit longævus. Equidem metuo, ne notarius iste alius sit ab historiographo. Quod si est, perperam ex duobus unum concinnat: Quicquid est, Possevinus audiri non debet, cum claruisse Aimoinum ait anno 1000 xc. Scribere debuit 1000 xl. Sed fortasse & hæc librarii menda est pro 40 substituitur 90: qui proclivis admodum fuerit error. Imperitior aliquis existimare possit, Aimoinum vixisse multò post annum millesimum, propterea quòd liber quintus de rebus gestis Francorum producat usque ad nativitatem Philippi Augusti: hoc est annum Christi 1000 lxxv. Huic argumento facillè occurritur. Nam Aimoinus solum partem eam libri quinti scripsit, quæ est de temporibus Karoli Magni, Ludovici Pii, Lotharii, & Ludovici 11. Quod si, ut Breulius opinatur, tempore obsidionis Parisinæ superfuerit, scripsisse etiam possit illa, quæ Carolo Calvo, Ludovico 111, & Carolo Crasso, imperantibus, evenerunt. Sed ulterius non possit: nisi penè Nestoream illi ætatem assignamus, vel alicujus Joannis de Temporibus. Imò & conjectura mea est, libri quinti partem eam, quæ ab Aimoino est, fuisse olim partem libri quarti: sed ab iis, qui sequentes Galliarum reges Aimoino addiderunt, à quarto esse avulsam, quia putarent; meliùs novum inchoari librum ab imperio Karoli Magni. Sanè quatuor tantummodo libros promittit Aimoinus in præfatione hujus operis ad Abbonem Abbatem. Quæ res fecit, ut doctissimus Hotomanus, disputatione de jure feudali cap. 111, locum adducens ex Aimoini lib. v cap. 1, eam citaret ex appendice Aimoini. In quo falli liquet ex antè dictis. Dicere etiam possis, quatuor primùm libros duntaxat edidisse: sed, cum postea multos superesset annos, decrevisse & suorum temporum historiam pandere. Ac tunc extrema verba quarto esse libro adjecta, eamque quinti libri partem, quæ est de temporibus Aimoini. Sed quis abbas iste Abbo, cui suam Aimoinus historiam dicavit? num Floriacensis collegii abbatem dicemus? Id putant, qui ex eo, quòd abbati Abboni historia ista dedicetur, colligunt, Aimoinum fuisse monachum collegii Floriacensis: in qua etiam sententia est Possevinus. Atqui Abbo iste seculo toto junior est Aimoino. Siquidem est S. Abbo martyr, qui trigessimus est Floriacensis abbas, atque anno claruit 1000. Nec, nisi fortè abbatis alicujus nomen

interciderit, quisquam ante eum istius nominis Floriacensis abbas fuit: ut abbatum ejus monasterii catalogus ostendit apud Carolum Sausséjum lib. IV Aurelianensium Annalium cap. X. Et si Aimoinus fuisse monachus cœnobii Floriacensis: omnino, ut rectè à Breulio observatum fuit, in historia sua alicubi cœnobii ejus meminisset: nunc semel a cœnobii Floriacensis facere mentionem est contentus: at sedulò commemorat ordine Abbates cœnobii S. Germani à Pratis, ac præcipua ejus privilegia; quæ in archivis adseruari, nec cuivis patere, solent. Undè consequitur, fuisse monachum cœnobii S. Germani. Et quid mirum, si ea privilegia patuerint Aimoino; si, ut Breulius quidem censet, notarius ejus collegii fuit? At enim, inquis, si cœnobii fuisset S. Germani monachus, cœnobii ejus abbati, non alterius dicâisset: nunc alteri misisse est manifestum, cum nullus Abbo inter illos S. Germani sit abbat. Huic argumento non ineptè occurrit Breulius. Fieri enim potuit, ut ad evitandum vitæ periculum aliquamdiu se recipere cogeretur in aliud cœnobium: ac ob beneficium acceptum cœnobii ejus abbati dicaret opus hoc historicum. In cujusmodi periculo, præcipuè versati fuere monachi cœnobii S. Germani, cum Normanni Parisios obsiderent: de qua obsidione antè dictum. Sanè ut ad illud usque tempus vitam non produxerit Aimoinus, potuit tamen aliud periculum antea similem fugam suasisse. Interim omnino certiora pronuntiarem, si visus nobis foret liber Aimoini de vitâ hujus Abbonis, qui ab eo scriptus est ad Hervæum clericum, atque incipit, *Quia, superni gratiâ redemptoris, &c.* uti auctor est Carolus Sausséjus Annal. Aurelian. lib. IV cap. X. Fuit Aimoinus ex iis, qui venerationi imaginum adversarentur: ut hæc ejus scriptoris verba indicant lib. V cap. XXVI I I: *In qua synodo de imaginibus adorandis aliter, quàm orthodoxi doctores antè definierant, statuerunt, & quadam pro favore Romani Pontificis, qui eorum votis de imaginibus adorandis annuit, & quædam, contra antiquos canones, & contra ipsam suam synodum, constituerunt; sicut, qui eandem synodum legerit, patenter inveniet.* In editione Parisinâ hæc sunt immutata contrariam in mentem. Quod unde

a Pag.
223. edit.
Paris.
VVechel.
in 8.

fit, quisvis per se videt. Sed prout nos, ita & Baronius ea in Annalibus c referet. Qui & inde colligit, quod de Aimoino dicebamus. Atque hæc ubi de ætate, & sententiâ Aimoini annotâram, ecce fortè fortunâ incidi in ea, quæ Guilielmus Ranchinus observavit lib. I. Variar. cap. XV; quæ item de Aimoino in literas retulit Marquardus Freherus. Ea res occasionem præbuit accuratius ista perspiculandi.

b Anni
1602.
c Tom.
10. ad an.
869.

ficulandi. Omnino autem nunc ita videtur, falli, & Baronium, & Breulium, & quicumque (uti & nos antè) historiam Francicam sub Aimoini nomine editam, extendi putant ultra initium regni Pipini. Nam ipse Aimoinus in præfatione ait, se eò usque historiam producturum. Nempe propositum illi fuit, agere solùm de Merovingiis, seu Merovæo, & ejus posteris: non item de Pipino, filioque ejus Karolo M. unde Pipiningiorum, seu Carolinorum series incipit. Quid quòd, seu fato præceptus orbi, seu valitudine, vel negotiis impeditus, nec eousque historiam perduxit, quo statuerat? Nam post libri IV caput XL I hæc leguntur: *Hætenus liber Floriacensis monasterii supra Ligerim gesta Francorum recitat. Quæ verò sequuntur, non Aimoini, verùm alterius cujusdam historiographi sunt: nec unius quidem tantum, verùm duorum. Nam & obitus, sepulturaq; Dagoberti regis, & alia pleraque, præciso nimium rudique stylo repetuntur. Et cum ad Karoli Martelli gesta ventum est, politiori magisque Latina oratione, tum illius, tum cæterorum gesta res explicantur.* Nec ulterius, quàm Floriacensis codex, provehitur alius ante tria quatuorve secula exaratus; quo usus est Claudius Faucherus lib. IV Antiquit. Francicarum, cap. VI. Nempe, (ut Marquardo Frehero observatum fuit) consarcinator horum quinque Francicæ historiæ librorum, qui nunc Aimoini nomine circumferuntur, inde cæpit, ubi Aimoini codex desinebat; eaque, quæ promiserat Aimoinus, supplevit, partim ex opere, quod *Gesta Francorum* inscribebatur, ac in Corpore a veteris & sinceræ Historiæ Francicæ excusum reperitur: partim verò ex Chronicis Fredegarii, quæ in eodem Corpore leguntur: è gestis quidem memoratis à cap. XL I usque ad dimidium capituli LI I: à Fredegario autem inde, ubi prior pars finit, usque ad cap. LV I I. Nihil mirum, si illa, quæ consequuntur cap. XLI I, rudiori stylo per scripta dicantur, quàm est ille, quo Aimoinus utitur. A capite autem LV I I jaro est alius auctor, usque ad libri IV finem. Scriptor iste complexus est gesta horum trium, Pipini, Caroli M. & Ludovici Pii. Nomen auctori, vel **A D H E M A R U S** fuit, ut Pithæo placitum: vel **A D E L M U S**, ut censet Papius Massonus. De quatuor libris vidimus. Agamus nunc de quinto, cujus prima pars continet vitam Ludovici Pii, conscriptam ab æquali ejus, Astrologiæ perito. Est hic idem, ac ille, quem in Francicis Annalibus edidit Pithæus: quo de auctore dictum nobis cap. sup. Pauca solùm, ubi visum fuit, compilerator refecit. Extenditur usque ad illa verba cap. XIX, *Vertente autem anno, &c.* Superest judicium feramus

a Hano-
via an.
1613.

Amus de iis, quæ post caput XIX sequuntur, usque ad libri finem. Estque historia ea annorum CCCXX. Pura ab anno 1000, usque ad annum 1021. Sed ita, ut aliqui sint hiatus: uti statim in ipso initio inter cap. XIX & XXI. Nam, ut bene Ranchino observatum, Lotharius ille, de quo cap. XXI, non est idem ac is, de quo in fine agitur capituli XIX, sed ejus filius. Ut omninò intermedio cap. XX aliquot annorum acta sint omissa. Nec pars ista omnis uni debetur auctori, cum stylus nunc rudior sit, nunc floridior: ac nunc ad modum annalium, nunc in historiæ formam, decurrat. Quin etiam, quæ proximè excipit et ista de Ludovici Pii excessu, non ab eo profecta esse, qui ætati Ludovici Pii proximus sit; sed qui toto seculo, & fortasse ampliùs, posterior fuerit; satis indicant hæc verba extremo cap. XIX: *Lotharius verò partem Franciæ sibi vindicavit, quæ usque in hodiernum diem, ex suo nomine Lotharii regnum appellatur.* Compiler interim satis videtur antiquus: seu vixerit temporibus Ludovici, quadragesimi Francorum regis: seu aliquantò post. Quædam tamen ab aliquo longè recentiore sunt inserta: utpote in quibus non modò Saxonis Grammatici; sed etiam Antonii Sabellici, & Rob. Gaguini, mentio fiat; quos anno 1010 vixisse, omnes sciunt.

Sub Ludovico Pio etiam fuit ille, ex quo S. Viti translationem Surius retulit in Hist. Sanct. T. VII die XV Jun. De ætate quod dixi, ex eo liquet, quòd auctor præsens interfuerit translationi: ea autem contigerit anno 1000 Indict. XIV, anno Ludovici Imp. XIII.

Auctor quoque vitæ Karoli Magni, quæ beneficio Pythæi in annalibus Francorum comparètur, eodem tempore, & fortasse ulterius, floruit. Argumento erunt hæc ejus verba de temporibus Karoli M. loquentis: *Quadam die, cum bellum prepararent adversus Francos, qui ipsum castrum custodiebant: apparuit manifestè gladius supra Ecclesiam, quæ est infra ipsum castrum, videntibus cunctis, tam à foris, quam deintus. Ex quibus MULTI MANENT ADHUC, qui dicunt, VIDISSE SE, instar duorum scutorum, colore rubeo, flammantium & agitantium supra ipsam Ecclesiam.* Monachus fuit cœnobii Egolesinensis S. Eparchii: ut satis arguunt, quæ de hoc cœnobio, deque S. Eparchio, gaudet inspergere.

CAP. XXXV.

Venitur ad eos, qui vixere temporibus Lotharii Augusti. Haymonis episcopi opus de rerum Christianarum memoria. Rabani Mauri martyrologium. Pædesæuz Posssevini. Landulphus Sagax. Martyrologium Wandelberti. Videri hujus ephemerides, quæ vulgò tribuuntur Bedæ. Eiusdem libri de vita, & miraculis S. Goaris. Ruthardus de vita Bonifacii. Ejus præceptores, vita genus, obitus. Rudolphus de S. Lioba. Magode eâdem, quem non nemo Mogonè malè appellat. Lupi Servati commentatio de vita S. Wigberti, & cui eam sacrârit. Error, seu Posssevini, seu potius librarii. Altfrius. Tres primi Monasteriensium episcopi. Quorum fide nitatur Altfrius in opusculo de vita Ludgeri. Anastasius bibliothecarius quos honores gesserit, quæ ex Græco expresserit, & quæ ipse scripserit. Amphilocheii vita è Græco fonte ab Urso diacono deducta. Rampertus.

HAYMO, sive Haimo, aut Heimo, vel Hemmo, primò Fuldenfis, hinc Hirsfeldienfis monachus, deinde Halberstadenfis episcopus, floruit tempore Lotharii, filii Ludovici Pii, ac sedit annis xii, cui Hildigrin in episcopatu successit. Tritthemium, qui & abbatem Hirsfeldiæ fuisse arbitratur, planè ratio fugit. Nam quo eum tempore abbatem fuisse putat, Bruno abbas erat: Haimo autem episcopus. Hic præter commentarios in utriusque instrumenti libros, cum alia reliquit, tum opus historicum de memoria rerum Christianarum: quod Colonia primùm, ac postea cum notationibus Petri Galefiiii prodit Romæ anno cIoIxliv. Eius non meminit Sigebertus: qui de Haymone loquitur libro de viris illustr. cap. cxxxvi: sed meminit Tritthemius in catal. At quod idem Tritthemius obiisse ait sub Ludovico, Caroli M. F. anno lcccxxxiv: id vel refellitur eo, quòd interfuerit Synodo Moguntinæ, quæ anno lcccxlvi, præside archiepiscopo Rabano Mauro, celebrata fuit: quâ de synodo satis dictum nobi. libro ultimo Historiæ de controversiis à Pelagio motis. Quare veriùs, quòd

legas in annalibus Francorum incerti scriptoris à Pithæo in lucem datis, ubi hæc verba: Anno DCCCCLIII. *Hemmo Haberenſis* (Halberſtadenſis) *epiſcopus* v. Kal. Sept. de hoc mundo tranſiens Folchardum ſucceſſorem reliquit. Ac tanto magis annalium hic auctor fidem meretur, quod eodem tempore vixerit.

Ex eodem ſcriptore cognoviſcimus, triennio poſt Haimonem, puta anno DCCCCLVI, deceſſiſſe RABANUM MAGNENTIUM MAURUM. Hic Albiſi Flacci auditor fuit, ac ex quarto cœnobii Fuldenſis abbate ſextus eſt factus epiſcopus Moguntinus. Præter doctiſſimos in Scripturam commentarios, inter alia composuit martyrologium: quod MSum in monaſterio S. Galli apud Helvetios adſervatur. atque exinde ab Henrico Caniſio editum eſt Tom. VI Antiq. Lect. Fortaſſe tamen non tam Rabanus id composuit, quàm, multo antè ſcriptum, tantummodo adauxit: quomodo, temporibus Othonis II, Martyrologium Rabani locupletavit Notgerus Balbulus, monachus S. Galli; quæ & Barthii ſuſpicio eſt lib. XXXIII Adverſ. cap. VIIII. Liber ejus de vita Mariæ Magdalene MSus eſt Oxonii in bibliotheca Magdalenſi. Ait Poſſevinus, carmine etiam conſignâſſe res geſtas Lotharii, Ludovici, & Caroli imp. Sed quo pacto Ludovici geſta panxerit, qui primo ejus anno cœlis receptus fuit? Ac quanto minùs tradiderit geſta Caroli Calvi, qui poſt annos XX Ludovico ſucceſſit? Vitam Rabani tribus libris complexus eſt Tritthemius: qui & deſcripſit translationem ejus in Saxoniam è Monaſterio S. Albani prope Moguntiam, ubi fuerat ſepultus.

LANDULPHUS SAGAX vixit ejuſdem Lotharii temporibus. De quo diximus cum de Paulli Diaconi operâ Eutropio continuando impenſa ageremus. Cæſari Orlandio libro de urbe Senenſi vocatur Landulphus de Columna Sagax, Canonicus Carnoteniſis. Sed Landulphus de Columna Canonicus ab hoc alius eſt, quippe qui vixerit an. DCCCXIV, ut inferiùs dicemus. In ſyllabo qui Orlandio adjectus, legas in bibliothecâ Vaticana exſtare incertum auctorem; qui ex Landulpho memorato collectarium excerpterit. Atque is auctor vixiſſe dicitur anno DCCCCLVII. Sed ad Syllab. ejus auctor (ſive is Cæſar Orlandius ſit, ſive doctiſſimus Andreas Schottus, cujus cura ſcriptor hic inter Italiæ Illuſtrata auctores prodiit) Sagacem ac Columnam confundunt, ut colligere hinc quidem non poſſis, utrùm Sagacis, an Columnenſis ſit Epitome; quæ Romæ exiſtat. Columnenſem autem intelligi debere, in-

an volumine quo continetur ſcriptores Italia illuſtrata.

dicat, quod dicitur ab Orlandio, collectarium suum perducere usque ad annum Christi c l o c c c c x x v i i i. Nam Sagax, ut diximus, antiquior est annis penè sexcentis.

W A N D E L B E R T U S, diaconus, & monachus Prumiensis, itidem floruit tempore Lotharii imper. atque, ut Sigebertus testatur in catal. cap. c x x i x, & Tritthemius lib. de viris illustr. ordinis Benedicti cap. x x x v i, martyrologium heroico carmine concinnavit. Facile autem Molano & aliis accedo, qui censent, esse hoc opus, quod inscribitur *Ephemerides Bedæ*; inque primo legitur Bedæ tomo. Saltem Bedæ esse non possit, cum referat aliqua, quæ post ejus tempora contigerunt. Tritthemius addit, etiam vitam S. Goaris presbyteri, ac librum de ejusdem miraculis composuisse. Duo illi libri Wandelberti, quorum prior est de vita S. Goaris, alter de miraculis ejusdem, scripti fuere ad Marcuardum abbatem; cumque præfatione auctoris apud Surium leguntur a. d. v i Jul.

Ejusdem imperatoris temporibus claruit R U T H A R D U S, monachus cœnobii Hirsaugiensis; qui cum alia multa, tum carmine heroico vitam scripsit S. Bonifacii, libris duobus. Apud Molanum additionibus ad Usuardum in v Jan. legas, fuisse discipulum Rabani & Mauri. Sed scripserat, puto, Molanus Rabani Mauri & Strabi: uti est apud Tritthemium, quem testem citat. Vir erat undecunque doctissimus. Scholæ monachorum præfuit. Obiit anno x i i Gerungi abbaris, Christi l o c c c l x v. Plura de eo ex Meginfridi, monachi Fuldensis, chronicis refert Tritthemius in Chronico Hirsaugienti a. Planè autem falli cenfeo Possevinum, cum, in apparatu sacro, vitam hanc S. Bonifacii carmine scriptam tribuit Mauro, itidem monacho Hirsaugiensis: quem & ipsum obiisse auctor est anno l o c c c l x v. Credere ego malim Meginfrido, & Tritthemio, qui res cœnobii Hirsaugiensis perspectissimas habuerunt. Conciliari tamen hæc possunt, si dictus fuit Ruthardus Maurus; uti præceptor ejus Rabanus Maurus. Sed quem veterum hujusce rei laudabit auctorem?

Fuit & sub Lothario R U D O L P H U S, monachus Fuldensis: qui vitam descripsit S. Liobæ virginis, & abbatissæ: cui Surius in Sanctorum historia locum dedit a. d. x x v i i i Sept. In præfatione ait, venerabilem virum, M A G O N E M, presbyterum, & monachum, familiarem fuisse quatuor virginibus, Liobæ discipulis: quarum nomina forent, Agatha, Thecla, Nana, & Eoliba: atque ex his pleraque eum, quæ ad Liobæ vitam pertinerent, didicisse, eaque

eaque schedis mandasse, fortassis ut aliquando accuratius illa exponeret. Sed jam quinquennium esse, quod ad plures iverit: ac propterea se, iussu abbatis sui Rabani Mauri, hanc suscepisse provinciam, ut, quæ partim ex confusis illis, obscurisque Magonis schedis; partim ex relatione aliorum, didicisset; hæc fusiùs, clariùs, & meliori ordine, tractaret: quod eruditè profectò, & graviter, excusatus fuit. Posselinus in Apparatu sacro, eum, qui Mago est, Mogonem malè appellat: qui librarii poterat error videri, nisi secundum literarum seriem scriptores suos digessisset.

Eodem tempore, sub rege Gallia Karolo Calvo, in pretio erat LUPUS SERVATUS, abbas monasterii S. Petri in agro Senonensi, cui nomen Ferraria, vel Berthelem. De ætate quod dixi, partim ex eo colligitur, quod itidem discipulus fuerit Rhabani Mauri: partim quod 1000CXLIII Sueffionensi synodo interfuit: item Moguntinæ anno 1000CXVI II, quæ adversus Godscalcum celebrata fuit. Hic præter epistolarum librum, qui beneficio Papii Massoni Lutetia primùm lucem adpexit, scripsit vitam S. Wigberti confessoris, Fritzlariensis cænobii in Hassia abbatis, & cœtanei S. Bonifacii, archiepiscopi Moguntini. Eam dicavit Bunoni, abbati Hirsfelder, anno, ut in præfatione ipse ait, 1000CXVI. Buno verò idem videtur, ac Brun, vel Bruno: de quo Lambertus Schafnaburgensis ad an. 1000CXVI hæc refert: *Brun, & Raban, abbates, fundamentum Ecclesie S. Wigberti foderunt VI Id. Jul. secundâ feriâ.* Quo ex loco non obscurè perspicimus, cur Lupus Servatus vitam S. Wigberti dicarit Bunoni, seu Brunoni abbati. Contigit hoc ante synodum Moguntinam, cui Lupus interfuisse dicebamus. Nam, ut idem Schafnaburgensis ait, anno 1000CXVI, *Brun, abbas Herveldensis, obiit, cui Brunvart successit.* Vitam Wigberti, unâ cum Hincmari epistolis, primus edidit Joannes Busæus Noviomagus, S. I. presbyter. Idem Lupus à Posselino etiam Caroli Martelli gesta posteritati consecrâsse dicitur: imò & Baronio Tom. IX ad annum 1000CXI. Sed videre illa nondum contigit mihi. Apud eundem Posselinum, vulgò legere est, vixisse Lupum sub Ludovico Pio anno 890. Sed fortasse hæc culpa est typographi, ita experimentis perperam, cum in autographo foret 840. Nec tamen tam Cæsaris hujus ætate claruit, quam filiorum ejus: quod non obscure docent epistolæ Lupi. In Surianâ collectione, die XXIX Maji, vitam habemus S. Maximini, episcopi Trevirensis: eaque auctorem præfert Lupum, qui exarâsse illam dicitur anno 1000CXIX. Sanè

Sanè idem videtur, ac ille, de quo vidimus. Alia etiam edidit. Sigebertum adi in catal. cap. xci v, & Tritthemium in Chronico Hirsaugiensi ad an. lxxxcl i i, quo Lupus vità excessit.

Lotharii quoque tempore in honore erat ALTRIDUS, tertius Monasteriensium in Westfalia episcopus. Primus enim S. Ludgerus erat; de quo superius vidimus. Alter autem Gerfridus; qui nepos S. Ludgeri fuisse dicitur in vita ipsius Ludgeri cap. xxxv; item ab Alfrido, cujus verba mox ponam. Obiit autem Gerfridus, cum annis sedisset xxx: nempe xi i Sept. anno Christi lcccxxix, Ludovici Pii penultimo: ut est apud Cincinnium de vita Ludgeri cap. l. Gerfrido huic Alfridus successit: qui anno decessit lcccxl ix, xxi i April. Vide Cincinnium ejusdem operis cap. l i i. Estque Alfridus hic secundus eorum, qui Ludgeri vitam literis consecrarint. Nam solus ei præerat Orhelgrimus: qui non alius videtur ab Hildegrimo. Quamquam & aliorum Alfridus fide nitatur. Eos commemorat ipse in præfat. his verbis: *Exempla, & actus S. Ludgeri, ideo plenè comprehendere nequeo, quia ea non visu, sed auditu didici, illis attestantibus, qui ab infantia illum noverant: Hildegrimo scilicet episcopo, fratre ejus; & Gerfrido episcopo, nepote ejus: sed & sanctimoniali feminâ, Heriburgâ, germanâ ejus: nec non venerabilibus, presbytero Alberto Attingo, atque Thiatbaldo. Virtutibus igitur è multis, atque signis, quæ per eum Dominus operatus est, ea sola huic libello inscribi feci, quæ unâ vobiscum visu deprehendi, aut facta certò cognovi.* Præfatio ea vitæ Ludgeri præmittitur in editione, quam Quentelius anno excudit clò lxxv.

Iisdem æqualis fuit ANASTASIUS, abbas Romanus ordinis S. Benedicti, presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli, & bibliothecarius Gregorii iv; à Leone autem iv in Synodo Romana anno lccccl exauctoratus, eò quòd contra canonum decreta Ecclesiam suam quinquentennio deseruisset. Multa de Græcis Latina fecit; eaque inter, vitam S. Dionysii Areopagitæ; cujus translationem ad Carolum Calvum Imperatorem misit anno lcccclxxxvi. Opusculum id deperit, præfatione exceptâ: quam habemus apud Surium T. v. d. i i i Oct. *a* In eâ autem ait, se non *ἅ νόδα* vertisse omnia; sed sensum tamen bonâ fide expressisse. Idem transtulit vitam SS. Joannis Eleemosynarii, & Demetrii martyris, & aliorum Patrum. Primæ etiam meminit Sigebertus in catalogo cap. civ. *Anastasis, jubente Nicolao Papâ, transtulit in Latinum vitam Joannis Eleemosynarii, scriptam Græcè à Leontio Episcopo.* Imò & Chronicon Georgij

*a In fine
Areopa
gitariorum.*

Georgii Theophanis vertit: ac cum Theophanem, tum Anastasii versionem, beneficio se M. Velferi, Duumviri Augustani, vidisse, imò utrumque lucem visurum, ait Henricus Canisius, præfatione, quam Historiæ Miscellæ præmisit. Ac ista quidem transtulit. At ipse scripsit Pontificum vitas: quarum postrema est Nicolai I. Nam duæ sequentes, Hadriani II, & Stephani VI, Guilielmum, idem bibliothecarium, auctorem habent. Non desunt, qui partem priorem, ad Damasum usque, ipsius esse Damasi arbitrentur. Quam opinionem superius refellebamus. Rudi stylo, imò semi-Græco, planeque barbaro, sed fidelissimè tamen scribere, iudicium est Baronii Tom. IX ad annum Chr. IŒCLII, & imprimis ad annum IŒCCXIX. Cogitavit & de historia Ecclesiastica condenda: ut ait idem ad annum IŒCCXIII. Ad hunc Anastasium exstat quoque epistola Phorii patriarchæ. Uti & Anastasii ad Hincmarum Archiepiscopum; ex quibus, præter ea, quæ diximus, ætatem illius satis cognoscimus. Tamen & MSus codex, qui in publica est Academia Cantabrigiensi bibliotheca, Damasum authorem præfert. Inque eadem bibliothecâ habes MSum Dionysium de Hierarchia cum præfat. Anastasii ad regem Karolum.

*a Vide
que de
Theopha-
ne & tra-
latione
eius retu-
li in Hi-
storico
Græcis
lib. 2. cap.
24.*

Ursus, Ecclesiæ Romanæ diaconus, temporibus floruit iisdem, quibus Anastasius bibliothecarius. Hic vitam S. Basilii ab Amphilochio Iconiensi, ut creditur, scriptam, Latinè transtulit. Ea versio, cum præfatione interpretis, legitur in vitis SS. Patrum.

Etiam Lotharii imp. temporibus fuit **RAMPERTUS**, trigessimus nonus, vel, juxta alios, quadragesimus Brixienſium episcopus. Celebratur hic tractatu suo de translatione S. Philastrii, septimi Brixienſium episcopi: qui MSus in perantiquo codice superest, in sacratio Brixienſi: atque impressus exstat apud Surium Tom. IV ad XVIII Jul.

CAP. XXXVI.

Error Tritthemii de ætate Hincmari. Liber Hincmari de vita S. Remigii. Werembertus de rebus Sangallensium. Meginhartus de actis, & translatione S. Ferrucii. Possivini apſus de ætate Meginharti. Almannus Gallus de vitis Nivardi, Sindulphi, & Helenæ reginæ. Paschasius Radbertus de vitis Adalardi, & Walæ: item de passionibus

bus Rufini, ac Valerii. Possevinus iterum reprehensus. Mito de vita S. Amandi. Hubaldus de vita SS. Rudri- dis, Aldegundis, Lebuini. Spiffus admodum Possevinus alius error. Ioannes diaconus de vita Gregorii Papæ: idem de gestis Papæ Clementis. Sigebertus correctus. Haimonus de miraculis Germani. Burchardus Dorcestrius de vita Fremundi. Emeritus de vita Magni abbatis. De Gilda Cambrio iudicium.

HINC MARUS, qui & Ingumarus, vel Igmarus, Archiepi-
scopus Rhemenfis, summo in pretio fuit extremis Lotharii
temporibus; item sub Ludovico juniore, Carolo Calvo, Ludovi-
co III, & primis aliquot annis Caroli Crassi. Tritthemius, cum
in scriptis ejus legisset nomina Caroli, & Ludovici, intellexit Ca-
rolum Magnum, & Ludovicum Pium: eoque non dubitavit aslere-
re, vixisse eum anno 1000, ac deinceps, sub duobus, quos dixi, im-
peratoribus. Sed valde eum ratio fugit. Nam Ludovicus, cujus æ-
tate florebat, partim est Ludovicus II, filius Lotharii; partim Lu-
dovicus III, Caroli Calvi filius. Carolus autem, sub quo claruit,
tum est is, cui cognomen Calvus; tum qui dictus Crassus; qui fi-
lius erat Ludovici, Caroli Calvi fratris. Hæc ita esse, non difficile
sit probatu. Nam anno 1000 factus est Hincmarus Archiepi-
scopus Rhemenfis, cum ante foret monachus S. Dionysii in Fran-
ciâ. Testis Flodoardus. At anno 1001 Rabanus Maurus,
atque alii concilii Moguntini patres, misere Godescalcum mona-
chum ad Hincmarum, Rhemensem archiepiscopum; ut tradit, qui
eâ ætate annales Francicos à Pithæo editos composuit. Anno 10-
00, jussu Caroli Calvi regis, respondit Hincmarus capitibus sy-
nodi Valentiniæ: ut indicat Flodoardus lib. III cap. xv. Anno
1001 Hincmarus ritu solemnî coronavit Ludovicum Bal-
bum, filium Caroli Calvi: ut refert Aimoinus, vel continuator
ejus, lib. v cap. xxxvi. Normannis verò Rhemos contendentibus,
fugâ sibi consuluit: quod anno contigit 1001; ut idem nar-
rat cap. xli. Obiit verò, vel anno eodem; ut Frodoardus ait lib.
III cap. xxx; vel anno 1001; ut refert in Chronicis suis Si-
gebertus. Sed quid externos testes advoco, cum domesticum ha-
beamus? ipsum nempe Hincmarum: qui aperte negat, quo tempo-
re ista scriberet, quemquam eorum superuisse, qui in palatio Lu-
dovici

*devisi Pii vixissent. Sic enim inquit, epistola 111 illarum, quas ex MSSis edidit Bufæus: (scripta autem ea est ad episcopos quosdam Franciarum) De his, quos tempore Domini Hlucovici Imperatoris vidi, palatii procuratores, & regni prefectos, neminem scio esse superstitem: scio tamen de illorum nobilitate natos pro patribus filios; licet illorum mores, ac qualitates, ignorem. Aliud quoque argumentum dabo. Literæ Hincmari existant ad Ludovicum Balbum, & Carolum Crassum, impm. item Nicolaum papam, atque alios ejus ævi: quarum aliquas ex bibliotheca Spirensi Joannes Bufæus, S. J. presbyter: alias ex MSSis codd. amplissimi Jacobi Augusti Thuani, bono publico divulgavit Joannes Cordesius, Ecclesiæ Lemovicensis presbyter, ac canonicus. Quam multa ingenii sui monumenta reliquerit Hincmarus; Flooarduste docebit. Est inter hæc Notitia villæ Novilliacæ, quam à Carolo Calvo impetrârat. Eam ex Claudii Manteani bibliotheca edidit Sirmondus, ac Flooardo subnexuit. Idem consignavit vitam Remigii, Remensis episcopi, quam in Collectione Surianâ habemus a. d. XI 11 Jan. item encomium Remigii, quod in eadem legitur a. d. primam Octobris. De eo sic Sigebertus in Chronico ad annum lxxxlii: *Hincmarus, Rhemorum Archiepiscopus in Francis claret, qui vitam S. Remigii scripsit. Et fusiùs in catal. cap. c. Hincmarus ex monacho sancti Dionysii Parisiensis, Archiepiscopus Remensis, vitam sancti Remigii Remensis, primò breviter descriptam, ex brevi in librum magnæ quantitatis augmentatam, ex magno libro abbreviatam studio Fortunati episcopi. & poëte: hanc, inquam, vitam Hincmarus descripsit, inserens eam ea, quæ in historiis majorum de ortu, vitâ, vel morte, sancti Remigii invenit; quàm ea, quæ in diversis schedulis dispersa collegit, & secundum legem historiae, nec illa prætermisit, quæ vulgarâ relatione didicit: nec testamentum ejus præterit. Rescripsit ad Ecclesiam Ravennatensem sub persona magni Caroli Imperatoris. Vitæ Remigii ab Hincmaro scriptæ meminit & Notgerus, epistolâ ad Werinfridum abbatem; quæ vitæ Remaccli præmittitur. Pluria de Hincmaro si voles, vide imprimis Flooardum: è junioribus autem Baronium Annalium Tom. x: & quæ de controversiâ inter eum, & Godscalcum monachum, diximus in septimo operis nostri de controversiis, quas Pelagius, & asectæ ejus, moverunt.**

Ad hæc tempora etiam ab Eifengrinio refertur WEREMBERTUS Cyriensis Germanus, ord. Bened. monachus Sangallensis: qui, præter comment. in Apocalypsin, etiam historiam Sangallensium ad sua usque tempora perduxisse dicitur. Sed eum videre nondum licuit.

Certiora proferre possumus de MEGINHARTO, monacho Germano; qui sermonem scripsit de actis, & translatione corporis S. Ferrutii martyris. Hunc apud Surium ex antiquissimis codd. expressum habes Tom. v. a. d. xxvi. 11 Octobr. Possévinus in apparatu sacro ait, fuisse monachum Fuldensem congregationis Luxoviensis; vixisseque anno Dccclxx. Credo, ut ita sentiret, fecit, quòd eo in sermone legas, S. Ferrutii corpus à S. Lullo in Lætantium cœnobium, quod *Bleidenstad* vocatur, magno cum honore fuisse translatum. At Lullus successit S. Bonifacio in archiepiscopatu Moguntino anno Christi Dccclv, ac annis sedit xxxi. Ut omnino verum dixerit Possévinus, si Meginhartus fuerit tempore translationis ejus, quam refert. Sed obstant verba illa, quæ paulò post subdit: *Postquam autem domus ejus (Lulli) terrestris habitationis hujus vite soluta est, ut non manufactam, sed æternam, in cœlis inhabitaret: pontificatus illius pariter, & religionis, successores, Richolfus, Haisolphus, & Rabanus, eadem devotione locum sanctum coluerunt; &c.* Ut Meginhartus ante Rabanum, quintum archiepiscopum Moguntinum, vixisse minimè possit. Atqui Rabanus Richolpho successit anno Dcccxlvii, ac novennio Ecclesiæ præfuit. Cùm autem Meginhartus in verbis allatis, episcopos referens Moguntinos, ultra Rabanum non progrediatur: paulò post excessum ejus vixisse, suspicari licet. Obiit verò Rabanus anno secundo Ludovici ii Imp. Verisimiliùs igitur Possévinus pro eo, quod Meginhartum ait in prætio fuisse anno Dccclxx, dixisset, anno claruisse Dccclxxx.

Æqualis huic fuit FLORUS ille, cujus expositionem missæ habemus Tomo vi bibliothecæ SS. Patrum; quemque Siebertus in catalogo cap. xciv auctor est epistolas Apostoli Pauli exposuisse verbis B. Augustini hinc inde collectis. De ætate quod dixi, colligo inde, quia æqualis fuerat Johannis Erigenæ Scoti, atque adversus eum scripserit: ut didici ex Matthæo Westmonasteriensi ad annum Dcccclxxxvii, uti & monitum nobis historiæ Pelagianæ lib. vii part. iv. Memoratur autem à nobis, quia, ut ait Franciscus Sweertius in Athenis Belgicis, Martyrologium condidit: qui & addit, eum fuisse monachum Benedictinum Tradmopoli in episcopatu Leodicensi.

Præterea temporibus Ludovici ii Imp. & Caroli Calvi, Galliarum regis, eruditionis nomine magni fiebat ALMANNUS GALLUS; qui in plerisque codd. etiam Almantius nuncupatur. De eo sic Siebertus in catal. cap. xcix: *Almannus, monachus Altvillarensis, scripsit*

scripsit *vitam sancti Nivardi* (al. Vinardi) *archiepiscopi Rheimensis, vitam Sindulphi, vitam Helene regine, & translationem ejusdem à Roma ad cœnobium Altvillarense. Et quia suo tempore Francia à Normanniis vastabatur, exemptis Hieremie Prophete desolationem Francia, & sui cœnobii, quadruplici planxit alphabeto. Ex his vita, translatioque Helenæ, MSa existat in Rubra Valle, inque Benedictinorum Resbacensi monasterio diœcesis Meldensis in Gallis.*

Itidem temporibus Karoli Calvi claruit PASCASIUS RADBERTUS, qui perperam aliquibus Paschalis. Abbas erat Corbejenfis, ac Calvi auctoritate, & consensu, monasterio Corbejenfi, hoc abbate, concessum fuit, ut, secundum antiquum morem, jam inde à principio custoditum, electionis gratiam, & rerum suarum dispensationis libertatem, haberet, cum omni integritate. Verbis utor privilegii, quod Radberto, anno DCCCCLXVII, firmarunt Hincmarus, Rhemenfis; Freculphus, Lexoviensis Ecclesiæ, præfules; cæterique Parisiensis synodi patres. Cùm Paschasius monachus foret Corbejenfis, abbatem habuit S. Adalardum, consanguineum Caroli Magni, fratrem tum Theodradæ, antistitæ sacrarum virginum apud Sæctio-nenses; tum Walæ Comitis, qui post Adalardum Corbejenfis abbas fuit. Atque hujus Adalardi, & ejus item fratris Wale, vitas conscribavit Paschasius: quæ, cùm in Surianâ syllogè extant; tum in operibus Paschasti, Parisiis primùm excusis anno DCCCLXXVIII. Præterea passionem edidit SS. martyrum, Rufini, & Valerii: quam ibidem reperies. A Possævino, in apparatu sacro, auctor hic vocatur *Radbertus Paschasius*; qui nobis *Paschasius Radbertus*. Et quem dicebamus *vitam S. Adalardi* composuisse, is *vitam S. Adalhardi* retulisse traditur. Sed rectène, an secus, satis liquet, ex iis, quæ jam attulimus.

a Voce:
Radber-
tus.

Tum quoque floruit MILO, Elnonensis monachus Benedictinus: ac præter carmen de sobrietate, quod dicavit Calvo imperatori, etiam ligato sermone complexus est vitam S. Amandi; Meminit Sigebertus in catal. cap. CVI. Item in Chron. ad ann. DCCCLXXIX, ubi ait: *Hoc tempore clarebat Milo, monachus S. Amandi: qui vitam S. Amandi metricè composuit, & librum de sobrietate ad Carolum Calvum scripsit.* Simlerus putabat Milo esse cognomen, Gallus prænomen: ut cui inter scriptores à G incipientes referatur GALLUS MILO. Puto, errorem obortum ex eo, quòd alicubi sic vocatum legerat à patria: ut si dicam Arpinatem Tullium. Surius tribuit huic Miloni vitam S. Amandi, quæ est Tom. I die VI Feb. Sed eanon

metro, verum profa est exarata. Quare aliis, non Milonem, sed Baudemundum auctorem esse, placet. Vide quæ diximus libri hujus cap. xxvii: carmine hexametro descripsit conflictum Veris & hyemis. Etiam hexametrum duplex de S. Cruce in modum sphaeræ ingeniosè conscripsit. Univerfa hæc Elnone ad S. Amandum habentur MSA: ut auctor est Sandenus ac Tritthemius, etiam opus epistolarum ad diversos reliquisse. Obiit anno 1000CLXXII, sepultusque in cœnobio suo, cum epitaphio hujusmodi, quod & carminis de sobrietate, ac vita S. Amandi commemorat:

*Milo pœta sophus cubat hoc sub marmore clausus,
Carmine dulciloquus, qui librum sobrietatis
Edidit, & sanctum pulchrè depinxit Amandum,
Floribus exornans, metro prosaque venustans,
Tanti Pontificis palmam capit, atque coronam.*

Milone hoc jam sene, ejusdem Calvi temporibus, præclarum sibi nomen parabat HUBALDUS; qui aliis Hugbaldus, vel Hucbaldus dicitur. Itidem Elnonis monachus Benedictini ordinis fuit, ac antè memorati Milonis nepos. De eo sic Sigebertus in Chron. ad an. 1000CLXXIX: *Sub hoc Milone adolefcebat etiam nepos ejus, Hubaldus; qui, in septem liberalium artium peritiâ clarus, egregiè, præter cetera, in Musica claruit, & de multis sanctis cantus dulcis, & regulari modulatione, composuit.* Idem in catal. cap. cviii. *Hubaldus, monachus S. Amandi, peritiâ liberalium artium ita insignis, ut Philosophus conferretur. Vitas multorum Sanctorum scripsit: & quia in arte Musica præpellebat; cantus multorum Sanctorum, dulcis & regulari melodiâ composuit. Scripsit etiam librum de arte Musica, sic temperans chordas monochordi literis Alphabeti, ut possit quis per eas sine magisterio alterius discere ignotum sibi cantum. Scripsit etiam ad imper. Carolum Calvum librum trecentorum versuum in laudem Calvorum; cujus omnia verba incipiunt ab una literâ, id est c: ut,*

Carmina clarifone calvis cantate Camena.

Carmen id semel, iterumque, excusum fuit Basileæ. Sed cum auctario ante inedito idem repræsentat Barthius Advers. lib. xlvii cap. xxi. Ex vitis iis sanctorum, quas scripsisse eum auctor est Sigebertus, exstat vita S. Rictrudis Martianensis: dicataque ea Stephano, Episcopo Eboracensi. Habes illam, sed stylo murato, apud Surium T. III a. d. xlii Maji. Optimâ fide scriptam esse, ait Baronius ad an. 1000xxxix. § 11. Item ejus esse Surius censet vitam S.

Aldegundis, abbatissæ primæ Malbodiensis; quæ ibidem legitur die XIII Nov. Eidem à Trithemio quoque tribuitur vita S. Lebuini, sive Liadwini presbyteri, & confessoris Daventriæ: quam vitam plurimum commendat Petrus, archidiaconus Cameracensis. Hæc in Collectaneis Surii locum sibi vindicat ad XII Nov. Insuper autem scripsit vitam, non quidem S. Madelbertii, ut apud nonnullos legas: sed S. Madelbertæ, virginis abbatissæ Malbodiensis: item S. Ciliniæ, quæ mater erat S. Remigii. Meminit Hucbaldi etiam Chronicon Elnonense. Obiit anno MCCCXXX atque in avunculi atque Præceptoris sui Milonis monumento sepultus est. Epitaphium ejus, pro temporibus illis habet, hoc est, rude admodum. Est autem tale:

*Dormit in hac tumbâ simplex sine felle columba
 Doctor, flos & honos, tam cleri, quam monachorum
 Hucbaldus; famam cujus per climata mundi
 Edita sanctorum modulamina, gestaque clavant.
 Hic Cirici a membra pretiosa reperta Nivernis
 Nostri in vexit oris, scripsitque triumphum.*

a al. Quiri-
 rici.

Apud Possveinum legere est floruisse Hucbaldum temporibus Sergii Papæ, ac Bonifacii, archiepiscopi Moguntini. Atqui Sergius Papa, & Bonifacius, non fuere σύγγοι: quia Bonifacius floruit temporibus Zachariæ, hoc est, anno MCCCXII, & deinceps. Sergius primus multò antè; nempe anno MCLXXXVI, creatus est episcopus Rom. Sergius II multò post, puta anno MCCCXLVIII, ad idem fastigium pervenit. Mirum ad tantum annorum discrimen non attendisse Possveinum. Quid quòd, nec Bonifacii, nec alterutrius Sergii tempore, fuerit? Nam vita Lebuini dicata est Baldrico, Episcopo Trajectensi; qui Radbodo successit anno MCCCXVII, die XXI Novembris, atque obiit anno MCCCCLXXVII, die VII Jan. cum sedisset annis LIX. Vide Chronicon Ultrajectinorum episcoporum, quod ante annos prope trecentos à Joanne de Beka contextum fuit; ut Barlandum, & juniorum alios, mittam. Cum autem inter imperium Calvi, & episcopatum Baldrici, sit intercapedo annorum XL, verisimile sit, pœma de calvis ad Calvum panxisse adhuc juvenem: senem autem edidisse vitam S. Lebuini. Quanto hæc verisimiliora, quàm ut idem Bonifacii archiepiscopi sit æqualis, & vitam Lebuini dicarit Baldrico: inter quos intervallum est plusquam sesquiseculi!

JOANNES diaconus, quem aliqui cum Paulo Diacono perpe-

tam confundunt, vixit tēporibus imp̄p. Ludovici Junioris, & Caroli Calvi. De eo sic Sigebertus in Chronico ad annum 1000LXXI I I: *Ioannes Romana Ecclesia CV præsudet. Ad hunc Ioannes, Romana Ecclesia diaconus, vitam primi Gregorii Papæ scribit, in quatuor libellis laudabiliter editã. Item in Catal. cap. CVII: Ioannes, diaconus Romana Ecclesia, ad Ioannem, VII hujus nominis Papam, scripsit urbano stylo quatuor libros de vita primi Gregorii Papæ. Et idem, petente Ganderico, Veliternensi episcopo, scripsit etiã gesta Clementis Papæ. Ubi pro Ioannem VII, legendum Ioannem VII I I, qui sedere cœpit anno 1000LXXIII, ac decessit anno 1000LXXXII. Alii IX vocant. At VII nemo. Libri illi Joannis diaconi de vita Gregorii exstant MSSi in bibliotheca Vaticana: ex cujus MSis antiquissimis eos expressit Surius in Collectione suã T. II, a. d. XII Mart. Meminit ejus operis & Eckerhardus in vitã Notkeri cap. IX; ubi Joannem hunc Romanæ sedis archidiaconum appellat. Ante Joannem eum, ut superius dictum, vitam Gregorii M. scripserat Paullus Diaconus. Sed illa Paulli an supersit, non satis liquet. Suspiciari aliquis possit, eam Paulli esse, quam Canisius exhibet T. VI Antiquæ Lect. Sed Canisius ipse eò inclinât, ut potiùs alterius sit. Monet idem, se in alio codice S. Galli reperisse & tertii scriptoris opus de vita Gregorii hujus: sed usque ad eò fabulis refertum, ut edere qui volet, & chartã sit abusus, & otio lectoris.*

HAIMONUS monachus eãdem ætate vixit. Memoriam sui reliquit libris duobus de miraculis beati Germani: quos apud Surium habemus T. VII die Jul. XXV. Eos jussu Karoli regis se composuisse, ipse in præfatione ait. Rex is non alius est, quàm Karolus Calvus.

Etiã Ludovici I I temporibus BURCHARDUS Dorcestrius sub Ethelredo, Anglorum rege, vigeat; quo tempore Dani Britanniam graviter vexabant, circa annum 1000CLXX. Scripsit vitam Fremundi; qui cùm Algari, occidentalis Angliæ ducis, filius esset; ætate viridi, imperium, quoddã decrepitis parentibus acceperat, postquam id administrãffet sesquiannum, sponte reliquit, ut Christo totus vacaret.

Eluxit tum quoque EMERICUS, Germanus, monachus Elephantiacensis monasterii ad Jagistam, fluvium Franconiæ in Virguna. Scripsit vitam S. Magni abbatis.

Sed quid judicii feremus de GILDA CAMBRIO, monacho Benedictino, patre nato Hiberniensi? Sanè is debeat ad hæc tempora referri, si fidem iis habemus, qui ajunt, claruisse sub Ethelberto,

berto, Ethelwolphi filio II: quem in Anglia regnasse constat anno 1000. Ab hoc auctore fuerit breuiarium Gildæ: item liber de mirabilibus Britannia, & de primis habitatoribus, & de rege Arturo, item de sepulcro ejus incognito, & de Percevallo, & Lanceloto, item de Galvano, atque alia multa; si modò tituli non ementiantur auctorem. Sanè, & hæc, quæ diximus, & alia ei tributa, anilibus commentis, ac prodigiolis mendaciis, scatent. Quare de Cambrio hoc Gilda (modò is unquam fuit, & non impostor aliquis hoc nomen assumsit) nihilo meliùs sentire possumus, quàm de Gilda Albanio B. honio, de quo diximus supra, cum de genuino Gilda cognomento Sapiente ageremus.

C A P. XXXVII.

Quando annalium Francicorum scriptor à Pithæo editus claruerit: quàm malè senserit de Karolo Calvo: vixisse in Germania, & quidem fuisse monachum Fuldensem: extremam partem ab alio superadditam videri. Rembertus, seu Rimberrus, de vita S. Ansgarii, atque alius de actibus S. Rimberti. Adonis Viennensis ætas, & Chronicon senum partium pro sex ætatibus. De Adone, hoc error geminus ejus, qui editioni præfuit bibliothecæ SS. Patrum. Adonis martyrologium. Adonem Viennensem, & Trevirensis, à Lipomano, & Mosandro, malè eundem putari.

Nunc judicium feramus de conditore annalium Francicorum: quem ab anno 1000, usque ad annum 1000. princeps edidit Petrus Pythæus: ac postea, è libb. Marci Velferi, tredecim annorum appendice adauxit Marquardus Freherus: atque idem in antè exculis, Thesium veterum codd. filam secutus, mutila non pauca supplevit, corruptaque restituit. De ætate hujus scriptoris (modò unus dicendus est operis universi auctor) ita mihi viderur, exarasse cum ista paullò post annum 1000. Quod adstrui posse arbitror ex verbis hisce ad annum, quem dixi: *Stella cometes VI II Id. Jul. in Aquilonari parte, primà horà noctis apparuit, plus solito scintillans, comasque spargens, rem suspendam, imò legendam, qua citò secuta est, suà apparitione demonstrans.*
quam-

quamvis ADHUC, peccatis NOSRIS exigentibus, graviora significare TIMEATUR. Exinde subjicit, anno eo decessisse Ludovicum II. Imp. Lotharii filium. Ac paullo post subjungit ista: *Karolus vero, audio Karlmanni adventu in Italiam, primo clausis Alpium se defendere nititur: sed nihil proficit. Carlomannus enim loca accessu difficilia cum suis praecipitavit. Ille autem, dum negotium ferro decernendum timuisset, (EST enim lepore timidior) ad calliditatem solitam convertitur. EST inquit, non FUIT. Loquitur autem, de Carolo Calvo, qui postea imperator. Mox enim subjicit de eodem: Iuravitque, se de Italia citò exiturum, & Hludovici, fratris sui, iudicio illud regnum disponendum servaturum, si Karlomannus inde discederet. Quo inde discedente, & promissionibus illius credente, ille, quacunq; pollicitus est, mentitur, & quantà potuit velocitate Romam profectus est: omnemq; senatum populi Romani, more Iugurthino, corrumpit, sibiq; sociavit: ita ut etiam Ioannes Papa, votis ejus annuens, coronà capiti ejus imposita, eum Imperatorem, & Augustum, appellare praecepisset. Sequitur deinde: Qualiter autem regnum illud postea cum suis disposuerit; qualiterve cum thesauris, quos tulerat, in regnum suum redierit; quantasq; cades, & incendia in itinere exercuerit; quia certum non HABUI latorem, scribere nolui. Ecce, eo negat se ista scribere velle, quia nondum nuncium satis certum habuit. Quæ & ipsa indicant, eodem tempore vixisse. Simul ex his videmus, quàm infesto fuerit animo erga Carolum Calvum: quem & alicubi Gallia tyrannum, imò & novellum Senacherib appellat. Verba apponam: Hac in VII Id. Octobris contra novellum Senacherib gesta sunt; ut qui prius, propter mentis elationem, Deum cognoscere noluit, modo victus, & confusus, intelligat, quòd non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est: & aliquando avaritia, & superbia, modum imponat. Ista non conveniunt, nisi superstiti adhuc Quare satis liquet, scripta hæc esse cum Carolus Calvus Gallia Italiaeque imperium obtineret. Nec ausus quisquam fuisset ista proferre, ubi Carolus rerum potiretur: ut dubium non sit, quin ista exarata sint in Germania, ubi, Calvo in Italia Galliaq; imperante, regnum tenebat Ludovicus, Ludovici filius, eoq; defuncto, filius junior Ludovicus, frater Carlomanni ejus, qui Bavariae rex fuit. Quod etiam ex his verbis inter alia colligo. Illi, instaurato exercitu, & amplificato numero equitum, ut plurima loca in regione REGIS NOSTRI vastaverunt: hoc est Cameracum, Trajectum, & pagum Hasbanicum, totamque Ripuariam, praecipua etiam in iis monasteria: id est Prumiam, Indam, Stabulam, Malmundarium, & Aquense palatium: ubi in capella regis equi sui*

suis stabulum fecerunt. Præterea Agrippinam Coloniam, & Bonnam civitates, cum Ecclesiis, & adificiis, incenderunt. Qui autem in hac evadere potuerunt; sive canonici, sive sanctimoniales; Moguntiacum fugerunt, thesauros Ecclesiarum, & sanctorum corpora, secum portantes. Rex apud Francos gravi infirmitate laborabat &c. Quæ Germanicum esse scriptorem, satis docent. Imò non dubium, quin fuerit monachus Fuldenfis: quod exinde colligitur, quia cum curâ tantâ præ aliis res Fuldenfes, & Moguntinas, exponat. Atque hæc est causa, cur Freherus *Fuldenses Francorum annales* inscripserit. Cæterum in hisce Annalibus deinceps traditur, ut post Carolum Calvum imperium pervenerit ad filium ejus Ludovicum III: ab eo autem ad Carolum III, cognomento Crassum: quod anno contigit *IOCCCLXXXII*. Ac in proximo quidem anno desinunt schedæ Pithœanæ: sed quas secutus est Freherus, porro referunt res Caroli Crassi; atque ut ei Arnulphus successerit; Arnulpho item, Ludovicus IV: quod factum fuit anno *IOCCCC*. Idémne verò, an alius, ista de excessu Caroli Calvi, & iis, quæ *XXIII* annis consecuta fuere, postea adjecterit; haut facile dictu puto. Sed credere tamen malo, adjecta esse ab eo, qui annalium scriptori in hoc munere fuerat surrogatus. Valde enim verisimile est, in cænobio Fuldenfi curam hanc semper penes unum quempiam fuisse, ut res memorabiles cujusque anni consignaret.

Ludovici III, Caroli Calvi, Ludovici III, & Caroli Crassi temporibus, vitam carus multis agitabat *REMBERTUS*, seu Rimberrtus Flander, vel potius Frisus, prius monasterii Turholtani monachus, postea secundus Archiepiscopus Hildesheimensis; quem honoré tempore Nicolai Papæ consecutus fuit Lupertus, Archiepiscopo Moguntino. Scripsit vitam decessoris sui S. Ansgarii, qui Adoni in martyrologio celebratur *III* Febr. atque obiit anno Domini *IOCCCLXV*, Indictione *XIII*: qui est Ludovici, III ejus nominis imperatoris, *XXVI*. Auctor nobis Adam, Canonicus Bremensis, lib. I historię suæ cap. *XXXI*: ubi & ista legas; Eadem die, quâ ipse (Ansgarius) commendatus est; Rimberrtus, diaconus ejus, à clero simul & populo electus est. Qui etiam vitam S. Patris veridico sermone describens, more S. Ioannis, quasi de alio scribens, innuit se fidelissimum ejus discipulorum, testimonium ejus perhibere sanctitati, quam cognoverat in viro Dei. Hunc librum ille ad fratres direxit nova Corbeje, beatificans illos, quod talem miserint, & nobis congratulans, quod talem suscipere meruimus pastorem. Ut autem ipse Ansgarii vitam scripserat; ita & fuere, qui vitam Remberti

berti consignarent; ut postea dicemus. Atque ut Adamus multa adfert ex Rimberti opere de vita Ansgarii: ita & ex libro de Rimberti vitâ (de qua capite proximo dicemus) non pauca idem adducit. Qui & obiisse Rimbertum scribit anno **1000** **CLXXXVI**; successoremque habuisse Adelgarium. Vide eum lib. **I** cap. **XXXVII**, & **XXXIX**. Ac imprimis adi Rimberti vitam; quæ est apud Suriam **T. I** die **IV** Febr. Adhæc Tritthemium lib. **IV** cap. **LXXXIX**, Albertum Crantzium in Saxonia, Joannem Molanum in indiculo Sanctorum Belgicæ, Meierum in Annal. Flandr. ad an. **1000** **CLXXXI**, & **1000** **CCXXXVII** (cujus verba cap. seq. adducimus) & Suffridum Petri in scriptor. Fris.

Sub Carolo Calvo, imperante item Ludovico Balbo, atque etiam Caroli Crassi temporibus, doctrinâ, pietate, industriâque, conspicuus fuit **ADO**, Viennensis archiepiscopus. Non exiguum is sibi nomen Chronico paravit: quod ab origine mundi continuavit usque ad sua tempora: id est, usque ad regnum Ludovici, Francorum regis, cognomento Simplicis, annum **Dom. 1000** **CLXXXIX**. Divisit verò hoc opus in sex ætates; quarum prima est ab orbe condito usque ad diluvium: altera à diluvio usque ad Abrahami nativitatem: tertia ab Abrahamo usque ad Davidem: quarta à Davide usq; ad transmigrationem Babylonicam: quinta inde usque ad Christum natum: sexta, sive ultima, omne illud tempus complectitur, quod deinceps consequitur. Scriptor hic, & prius seorsim editus est à Morellio: ac postea à Margarino de la Bigne, Theologo Sorbonensi, infertus est bibliothecæ **PP.** edit. **11**. Sed planè putidum est, quod ibi in frontispicio Adonis, seu à Margarino, seu alio, adnotatur, Adonem Chronicon suum produxisse usque ad annum **1000** **CLCLIIII**, qui annorum prope quingentorum error est. Nec verum esse potest, quod subjicitur inibi, festum hujus Adonis ab Ufuardo in martyrologio referri ad **XVI** Dec. Si quidem Ufuardus martyrologium suum conscripsit jussu Caroli Magni: eoque Adonem ætate antecessit. Video autè, quid ansam præbuerit errandi. Nempe imposuit ei, quòd Joannes Molanus, vir doctissimus, Ufuardo adjecerit multa ex martyrologiis ecclesiæ Romanæ, aliarumque. Hoc dum opus versat, cuncta pro genuinis Ufuardi habet. Nec satis attendit, Molanum additiones suas ab Ufuardi verbis typorum diversitate discrevisse: atque ejusce rei monuisse lectorem in præfatione sua. Scripsit ADO hic etiam Martyrologium: quod Aloysius Lipomanus, Episcopus Veronensis, primus edidit; partemque esse voluit

a Librarij poterat in Margarino error videri, C initio temere apponenti, nisi barbarico numero 1333, ibi dem edetur.

luit Tomi IV de vitis SS. Postea quatuor MSSos codd. nactus Jacobus Mosander, Carthusianus Colonienſis, aliquanto integrius exhibuit; atque addidit Tom. VII Historiarum, quas Surius de Sanctorum vitis collegerat. Hinc Heribertus Rosweidus S. J. cum aliis duobus codd. MSSis, tum imprimis Clarissimi & deſtiſſimi vitii, Petri Scriverii, amici nostri, antiquiſſimis & emendatiſſimis membranis (quæ ab eodem Rosweido, unâ cum Victoris Utiſenſis de Vandalicâ perſecutione libris, parâ bonitatis, & vetuſtatis, adſervantur) multis partibus emendatius in lucem prodire juſſit: ac ſubjecit utrique martyrologio Romano; putâ tum nupero illi, Gregorii XI II juſſu edito; tum veteri, quod Ado martyrologio ſuo præmiſerat. Cæterum præter libros, quibus hi uſi fuere, etiam MSus codex exſtat in bibliotheca Lirinſi: cujus meminit Vincentius Barralus in Chronologia virorum illuſtrium inſulæ Lirinſis a. Paulo antè memorati, Aloyſius Lipomanus, & Jacobus Mosander, martyrologii auctorem vocant Trevirenſem archipræſulem, atque eum ajunt in concilio Lateranenſi cum Bernardo diacono, & altero Bernardo, abbate Maſſitrenſi, legatum à latere ſediſſe, ad dirimendam controverſiam inter Henricum IV Imp. & Rodolphum, Sueviæ ducem. Hujusce rei auctores laudat Platinam, Nauclerum, & Carolum Sigonium: quorum Adonem primus Odonem, alter Othonem, tertius Udonem appellat. Nempe, & Aloyſius, & Mosander, confundere Adonem, Chronici, & Martyrologii auctorem, cum Odone, ſeu Udone Trevirenſi: quorum ille annò 1000CLXX: hic 1010LXX, duobus nempe poſt priorem ſeculis, claruit.

a Pag. 15.

CAP. XXXVIII.

Herici, ſive Eriſi Altiſſiodoreniſis poëma de vita S. Germani. Notgerus Leodiſenſis de vita Landoaldi, & Remachi. De ætate ejus quorundam error refellitur. Opus Notgeri de vitis epiſcoporum Trajectenſium, & Leodiſenſium. Guidonis Ravennatiſis hiſtoria Gothica, & Pontificum vitæ. Monachus S. Galli de vita Karoli M. Hirſfeldenſis monachus de vita S. Winberhti. Poëma Abbonis Neuſtrii de obſeſſa à Nortmanniſis Lutetia, quod Gozolino præſuli dedicavit. Ætas Abbonis hujus. Anonymus de vita S. Rimberti. Acta de inventione Diodori, Mariani, aliorumque.

Roberti monachi carmen de vita S. Albani. Alphredi, sive Aelphredi, Anglorum regis, collectanea chronica, atque alia. Quando è vita migrarit. Adrevaldus, sive Aelbertus, de miraculis S. Benedicti. Bonno, abbas Corbejenis, de rebus sui ævi.

HERICUS, seu Ericus, monachus Benedictinus, Altissiodorensis, floruit sub Carolo Crasso an. 1000CLXXX, ac carmine sex libros scripsit, quibus complexus est vitam B. Germani, Altissiodorensis episcopi. Meminit & Sigebertus cap. cv. Sed apud eum in quibusdam libris pro *Ericus* est *Liricus*, vel *Firicus*. Integrius id nomen exstat apud eundem in Chronicis ad an. 1000CLXXVII, his verbis: *Henricus monachus vitam Germani Antissiodorensis, heroico metro in sex libellis luculenter exaratam, Karolo imp. obtulit.* Porro qui hic *Antissiodorensis*, is vulgò *Altissiodorensis*. Malim ego *Aurissiodorensis*: ut est apud Frodoardum, & Ni-hardum. Sanè urbs ea Ammiano quoque est *Aurissiodorum*. Primus illum Lutetia an. c. 100XLII, in lucem protraxit Petrus Pesseliarus, Altissiodorensis monasterii cœnobita, ac ejusdem cœnobii abbat, illustri principi, Ludovico à Lotharingia, dicavit. Apud Possevinum lego, à Renato Benedicto, in vitis Sanctorum Gallia, laudari Henricum, monachum Benedictinum, congregationis Luxoviensis; atque ex eo versus citari Gallicè translato de vita S. Albani. Planè idem videtur; præsertim cum addat, vixisse sub Carolo Calvo.

Etiam claruit tempore Caroli Crassi anonymus ille, qui duos reliquit libros de miraculis S. Remacli. Eos apud Surium reperies a. d. 111 Sept. Initio lib. 11 commemorat ut Dani in Gallias irruerint, multasque incenderint civitates, ac quantarum fuerit ipse calamitatum spectator: quæque miracula tum viderit. Refert autem hæc ad annum 1000CLXXXI 11. Unde ætas Notgeri satis elucet. Etiam ex fine libri prioris cognoscimus, ut Aircus abbas, prius quidem per Lotharium imper. à Romanâ Ecclesiâ impetrarit reliquias Hermetis martyris: postea autem à Notgero hoc magnis precibus sit consecutus poculum quoddam; quod à fure erat sublatum; sed ab eodem, divinam conspiciente vindictam, restitutum. Quod ipsum etiam argumento est, vixisse hunc scriptorem non ita multò post Lotharium, qui anno decessit 1000CLIV. Vulgò hosce libros tribuunt Notgero episcopo Leodiensi. Quod faciunt non Surius modò, sed & Baronius ad an. 1000CLXXXII.

LXXXII. Puto errorem ex eo obtigisse, quòd libri isti de miraculis Remacli subjungi soleant iis, quæ Norgerus de S. Nemadi vitalicripissit. Utcunque hoc est, Norgeri ejus esse non possunt, quia is toto seculo post vixit, ut inferius dicemus. Ac fuit ille episcopus Leodicensis. Auctor horum librorum monachus fuit cenobii S. Remacli: ut ostendunt verba illa, *abbas noster, nostrum cœnobium, & similia*. Non dubito, quin viri eruditi facillè subscripturi sint sententiæ huic nostræ.

Etiã cum Carolus Crassus imperii potiretur, puta anno **IOECCCLXXXVI**, ingenii monumentis nomen suum diffundebat **GUIDO RAVENNAS**, presbyter. Cujus historia exstat de bello Gothorum. Eundem vitas pontificum tradidisse, Volaterranus est auctor initio libri **XXII** urbanorum commentariorum: arque addit: vixisse ante annos sexcentos. Floruit autem Volaterranus anno **CLCCCCXC**, ac deinceps. Unde inter alia de Guidonis ætate satis liquet. Meminit illius quoque Antonius Galateus, in descriptione Japigiæ, ubi ait de urbibus Italiæ scripsisse, ut erant cum ipse viveret. Nec credendum ei esse, nisi in iis, quæ ipse vidit: in multis eum errasse, quòd non esset instructus literis Græcis nec bonos legisset auctores atque inde inter alia esset, quòd Ennium dicat Tarentinum, quem Rodium fuisse constat. Etiam Guidonis hujus idem mentionem facit, præfatione in descriptionem Calliopolis: ubi eum ait à junioribus in plerisque testem adhiberi; lectum sibi esse, verùm nec esse veterem, nec recentem scriptorem.

Isdem temporibus fuit **SANGALLIENSIS**, seu S. Galli monachus, natione Teutonicus: ut ipse *a* de se dicit. *Lib. 1. cap. 32. p. 36. b Lib. 2. pag. 26.* Libros duos jam senex & edentulus *b*, de gestis Caroli M. scripsit ad Carolum Crassum, Imp. Idque Imperatoris ejus postulato. Et stylus simplex est ac rudis, & adpersæ sunt fabulæ non pauca. Interim multa ad id ævum pertinentia, ex eo discere est, quæ frustra alibi quæras: ut vel hoc nomine dignus fuerit, qui ederetur. Commendat eum atque illustrat Barthius Advers. lib. **XLV** cap. **XI**. Ipsum Sangallensem invenies apud Canisium Antiq. Lect. Tom. **II**: qui primus edidit è bibliotheca Monachiensi principis Baviæ. Antea solum fragmentum habebamus, quod Pithæus legibus Carolinis inter omiſsa subjecerat.

HIRSFELDENSIS monachus, qui nomen suum his literis

signavit, HAD. TAC. CUN. & S. Winberchti vitam, prosâ à Lupo Servato scriptam, carmine expressit, vixit temporibus Caroli Crassi, aut circiter: ut qui carmen hoc suum dicârit Brunwardo, Hirsfeldensi abbati, cæterisque præceptoribus (ita ipse appellat) in cœnobio S. Winberchti degentibus. Brunwardus autem ille successerat Bunoni abbati; cui Lupus, de quo antè diximus, vitam Winberchti sacraverat. Hoc carmen in MSO codice suo Lupi opusculum subjectum reperit Joannes Busæ Noviomagus: sed quia codex erat mutilus, & stylus ejus infrunitus, edere superfedid, tria ex eo miracula, quæ ætate hujus versificatoris contigissent, excerpere a contentus.

à In edit.
Mogunt.
an. 1602.
quâ
Hincma-
ri episto-
lis, vitâ
S. VVin-
berchti
subjun-
xit.

Tum quoque ABBO, monachus cœnobii S. Germani à Pratis, discipulus Aimoini, libros duos rudi poëmata contexuit de obsessâ à Nortmannis, sive Danis, Lutetiâ. Dicavit hoc opus Gozlinno; qui prius abbas fuit ejusdem cœnobii, posteaque Parisiorum est factus episcopus: eâque in dignitate urbem cum nepote suo Ebolo sive Elbolo, egregiè contra Nortmannos est tutatus: ut ipse de se carmine suo testatur. Neustrium se fuisse ait, ac servisse Lutetiæ ecclesiæ S. Germani, tempore Odonis comitis; qui postea Galliæ rex fuit: quod anno contigit 1000. Unde cognoscimus, alium hunc esse ab Abbone, Floriacensi abbate: qui toto est seculo recentior. Nam vixit is anno 1010. Hoc cum etiam agnoscat Carolus Sausseius annal. Aurelian. lib. IV cap. XI I; mirum, eundem duos Abbones confundere libri ejusdem cap. X: ubi eò inclinât, ut S. Abbonis martyris sit carmen illud de bello Parisiacæ urbis.

Caroli Crassi, & Arnulphi tempore, vigit is, qui vitam scripsit æqualis sui, Remberti, archiepiscopi Bremensis: quæ est apud Surium T. I die IV Febr. Meminit ejus, qui aliquot nos seculis antecessit, Magister Adamus lib. I cap. XXXI I. Sanctus Rembertus sedit annos XXI I. Annos, & obitum decessoris sui, reperimus in quodam computo à Corboia delato. Cæterum vita ejus à fratribus ejusdem cœnobii ad nostros data, quis fuerit, & qualiter vixerit, breviter, & dilucidè, comprehendit. Item Meierus in Chron. Flandr. ad an. 1000LXXXVI I: Obiit divus Rembertus, archiepiscopus Bremensis, oriundus ab Toralto, cui idibus Junii indicatas invenio serias. Vitam ejus unâ cum vita divi Ansgarii Hamburgi conscriptam, datamque ab Alberto Crantz, Jacobo Driscbo, an- rissiti Guilielmitarum Brugensium, in aliis lucubratiunculis nostris edidimus: lyricisque eum versibus celebravimus.

Item

Item Caroli Crassi, vel Arnulphi imp. tempore, contexta fuit historia de inventione sanctorum Diodori, & Mariani, atque aliorum martyrum. Quam ex pervetustis codd. expressit Surius T. I. d. XVI. Jan.

Ad hæc quoque tempora ab Eifengrino refertur ROBERTUS, monachus ordinis Benedictini apud Moguntiam congregat. Luxoviensis. Hic præter homilias carmen reliquit, quo vitam retulit S. Albani martyris.

Ludovici II, Caroli Calvi, Ludovici Balbi, Caroli Crassi, & Arnulphi temporibus fuit ALPHREDUS, sive Aelfredus, Anglorum rex. Qui non modò doctorum, eosque inter Asserii Menevensis, & Joannis Erigenæ Scoti colloquiis, mirè gaudebat: sed ipse etiam doctissimus erat: quotidie autem octo horas studiis, & precibus impendebat: idem collectanea chronicorum Latine reliquit: adhæc in gentis suæ linguam transtulit tum Orosii historiam, quam Hormestam dixere; tum Bedam de gestis Anglorum: alia quoque multa partim vertit, partim ipse scripsit. Beda ab eo in Saxoniam translatus linguam exstat in publica Academia Cantabrigiensi bibliotheca, cum hisce versiculis:

Historicus quondam fecit me Beda Latinum.

Aelred Rex Saxo, transtulit ille prius.

Obit anno 1000, cum annis regnasset xxix, ac mensibus sex: ut Matthæus Westmonasteriensis tradit in floribus historiarum: sive anno proximo, ut Florentius Wigorniensis in Chronicis refert. At parùm aptè cum anno 1000 floruisse ait Possevinus, qui post annorum quasi xxx imperium, anno antè scribendi vendique finem fecit, quàm ille claruisse arbitratur.

ADREVALDUS, qui & Adelbertus, & Albertus, monachus cœnobii Floriacensis, vixit vixitque temporibus Arnulphi imperatoris: hoc est circa annum 1000. De eo sic Sigebertus in catal. cap. CI: *Adrevaldus, qui & Adelbertus, monachus Floriacensis, scripsit historiam miraculorum, que ostensa sunt per Gallias sancti Benedicti Cassinensis meritis, à tempore, quo corpus ejus translatum est à monte Cassino ad cœnobium Floriacense, usque ad tempus Odonis, regis Francorum.* Incipit is liber, *Scriptoribus: & constat xxx capp.* Præterea librum reliquit de Translatione corporis S. Benedicti, & S. Scholasticæ, è Casinensi cœnobio in Floriacense monasterium. Cujus initium, *Cum diu gens Longobardorum.* Operi Adrevaldi de miraculis Benedicti, appendicem addidit ADELARIUS, FLO-

RIACENSIS monachus: cujus principium, *Mirabilis Domini nostri virtus.*

Etiam imperante Arnulpho, Tritthemio teste, claruit **AURELIANUS**, clericus Rhemenfis. Muficus excellens fuit, deque tonis opus edidit, cui nomen *Tonarius Regularis*. Dicavit illud Bernardo archicantori, qui poftea epifcopus fuit. Idem Barthio auctor videtur vitæ S. Martialis Lennoviceni: uti & epiftolarum, quæ Martialem auctorem ementiuntur, atque unâ cum Gennadio ab Elmenhorftio funt editæ. Plura fi voles adi Barthium Adverf. lib. XLV cap. VII & XXI.

Hæc de Martiale funt augenda ex iis quæ edita funt in hiftoricis Græcis lib. II cap. IX pag. 166 & feq. prioris editionis, ubi refero inter Græcos, cum Latinè fcripferit. Perperam fanè. Ergo huc transferenda.

Carolo Craffo, Arnulpho, & Ludovico IV, imperantibus, vitam cum honore traduxit **BONNO**, abbas Corbeienfis, S. Rimberti æqualis. Idem de pofteris bene ftuduit mereri commentario de rebus fui ævi. Meminit Adamus, Bremenfis canonicus, lib. I cap. XXXV: *Nec incongruum videtur, quoniam de perfecutione diximus, que tunc late in Ecclefiis effervuit, grande miraculum per merita fancti Rimberti Freſonibus oſtenſum tangere; quod ſcriptor geſtorum ejus neſcio cur præterierit. Sed Bonno, Corbeienfis Abbas, de fui temporis actû ſcribens, non reticuit, dicens: cum modernis temporibus gravis barbarorum irruptio in omni penè Francorum regno immaniter debaccharetur: contigit etiam eos divino judicio ad quendam Freſiæ pagum devolvi; qui in remotis ac mari magno vicinis locis ſitus eſt: Nordwich appellant. Hunc igitur ſubvertere aggreſſi ſunt. Erat illic eo tempore venerabilis Epifcopus, Rimbertus: cujus adhortationibus, & doctrinis confortati, & inſtructi Chriſtiani, congreſſi ſunt hoſtibus, & proſtraverunt ex eis x millia, CCLXXV II pluribus inſuper, dum fugâ præſidium querunt, in tranſitu fluviorum necati. Hæc ille ſcripta reliquit: cujus rei miraculo, uſque hodie merita S. Rimberti penes Freſones egregia, & nomen ejus ſingulari quodam gentis colitur deſiderio: aded ut collis, in quo S. oravit, dum pugna fieret, perpetuâ ceſpitis viriditate notaretur. Legas apud Poſſevinum, & alios, Bavonem, Germanum, abbatem S. Viti Corbeix in Saxonia, de actis memorabilibus ſui temporis volumen condidiſſe, imperante Lodovico IV. Planè cundem cenſeo, ſeu Bonno ex Bayone, ſeu Bavo ex Bonnone ſit corruptum.*

CAP. XXXIX.

*S. Adelberus, prius abbas Elwagensis, & Ludowici IV præceptor, exinde S. Widgarii in Augustano episcopatu successor, scripsit vitam S. Hariolphi. Quando Adelberus decesserit. Asserius Schyreburnensis de vita, & gestis Aelfredi, regis Angliæ, atque alia ejusdem, & quando obierit. Radulphi Flaviacensis historia Francica, ac Chronicon breve. Sigebertus Corbeiensis de vita S. Voymonis Bremensis. Reginonis, Prumiensis abbatis, Chronicon. Stephanus, Leodiensis episcopus, de vita S. Lamberti. Anonymus de vita S. Liborii Episcopi. Radbodus, episcopus Ultrajectinus, de vita, & miraculis S. Lehwini: item de S. Martino, S. Amalberga, atque aliis. Cappidus Stauriensis de rebus Frisia, & vitis IV sanctorum. Hilduinus, abbas Lobien-
sis, de gestis abbatum sui canobii. Ut, Veronensi idem episcopatu dejectus, sit præsul factus Mediolanensis. Ratherii, Veronensis episcopi, nomen semel iterumque apud Sigebertum corrigitur. Ejus de S. Vrsuarii vitâ liber. Versiculus ejusdem de exilio suo, & alter, quem sepulcro suo voluit inscribi. Odonis Cluniacensis ætas, ac scripta. Historia Francica Conradi abbatis.*

ARnulphi, Ludovici IV, Conradi I, & primis Henrici Aucupistoribus, ingenti in pretio fuit S. ADELBERUS seu Adalberus. Sub Arnulpho quidem Elwagensis abbas erat, ordine duodecimus. Quam autem tum carus fuerit Arnulpho Cæsari; argumento illud erit, quod ex anonymi cujusdam schedis à Pantaleone proditum est, à Cæsare eo de rebus maximi ponderis consuli solere: atque hujus potissimum fidei, atque industriz, educationem filii sui Ludovici credidisse. Sed quod Pantaleo sensisse videtur, jam tum Adelberum fuisse episcopum Augustanum, id temporum ratione facile refellitur. Nam cum patri Arnulpho succederet Ludovicus IV (id fuit anno 1000) episcopus Augustanus erat Wildgarius, sive Widgarius, vel, ut aliis vocatur, Wido-

ejus editionem à Matthæo Cantuariensi procuratam attinet, vel imperfecto usum fuisse exemplari, vel quædam fide non optimâ omisisse, idem Twynus aconqueritur. Jurène, an secus, melius dicent, qui MSum viderint.

a Pag.
144.

Ejusdem imperatoris temporibus circa annum 1000, vivebat RADULPHUS, sive Rathulphus Flaviacensis, monachus ordinis Benedictini. Hic cum alia, quæ Sixtus Senensis commemorat, tum etiam historiam Francorum reliquit, ac Chronicon breve. Radulphi hujus MSum codicem superesse Cantabrigiæ in bibliotheca domus S. Petri refert Thomas James. Sed utrum Chronica, an Commentarii in parabolas Ciceronis (quorum MSus codex est Cantabrigiæ in bibliotheca aulae Pembrochianæ) an aliud ejus opus sint, non addit. Inter disertissimos Galliarum viros reponitur à Nicolao de Clemangiis epist. ad Galliorum de Pe-tramala Cardinalem.

Ad hæc quoque tempora, si Eisingrinio, & Possævino, credimus, pertinebit SIGEBERTUS CORBEIENSIS; ut quem referant ad an. 1000. Scripsisse dicunt vitam S. Voymonis, Bremensis archiepiscopi. Sed in Bremensium, vel episcoporum, vel archiepiscoporum catalogo, nullum Voymonem reperio. Adde quòd primus Liemarus, qui sedere cœpit anno 1011, archiepiscopi Bremensis titulo fuit honestatus. Quamobrem hac quidem in re ampliandum censeo.

Ejusdem Ludovici ætate, item Conrado Imp. (qui Ludovico successit anno 1000, ac septennium imperavit) claruit RHEGINO, abbas Prumiensis comobii in ditione Trevirensi. Contexit duos Chronicorum libros: quibus præcipuè tractat res Francorum. MSos habes Cantabrigiæ in bibliothecâ tum Academiæ, tum Collegii S. Benedicti, ut est apud Th. James. Sed ibi non Rhegino, verum ἀναλως abbas Prumiensis vocatur. De eo sic Sigebertus in cat. cap. cxii: *Rhegino, Abbas Prumiensis, scripsit ad primum Alberonem, Metensem episcopum, Chronicam continentem præcipua gesta Francorum; quam à nativitate Christi perduxit usque ad annum nati Christi 1000.* Ubi malim annum unum adimi. Et si & apud Tritheimum legas * 98. Pro 908. Sanè ante annum 1000 hodieque apud Reginonem reperias hæc verba: *Huc usque Rhegino.* Sed continuavit hæc Chronica alius usque ad annum 1000, vel potius usque ad Othonē II, qui imperare cœpit anno 1000. Composuit & de doctrina Ecclesiastica libros ex SS. Patrum &

conci-

conciliorum generalium decretis. Hi MSSi adservantur Viennæ in bibliothecâ Cæsarea. Error Tritthemii inde obortus, quoddâ apud Rheginonem in præfatione operis legatur, *Ea (Chronica) in duos libellos distinxit, exordium capiens à primo incarnationis Dominicæ anno, & consummans captum opus, usque in præsentem annum, qui computatur à præfatione Domini Mccccviii.* Sed, librarii culpâ, anno auctiorem esse numerum, quàm convenit, satis liquet ex eo, quod dicebamus. Ita enim, uti retulimus, & in MSSis invenitur, & in excusis, tum veteribus, tum nuperis. Appendix verò ea Rheginonis, quâ dixi, Romerium habere auctorem videtur: de quo postea dicemus.

STEPHANUS, qui post Franconem episcopus Leodiensis fuit, floruit tempore Ludovici IV, ac Conradi Imp. Prodidit vitam S. Lamberti, Tungrensis episcopi, qui Taxandriæ Apostolus nuncupatur. Sigebertus cap. cxxvi: *Stephanus, ex clerico Metensi Episcopus Leodiensis, vitam & passionem sancti Lamberti, scriptam incultus à Godefranco clerico, scripsit urbanus ad Hermannum, Colonia archiepiscopus.* Idem tradit in Chronico suo Amandus Zirixensis, uti & a' i minorum gentium scriptores. Hermannus ille, cui dicebamus opus hoc dicari, est primus ejus nominis archiepiscopus Colonienfis, cognomen- to Pius; qui electus anno Mcccxc, vivereque desiit anno Mcccxxiv. Plura de eo ibidem Sigebertus. Illam autem, quam dixi, vitam Lamberti à Stephano scriptam, stylo nonnihil mutato, expressit Surius T. v die xvii Sept.

Circa idem tempus vixisse existimatur Padebornensis ille, qui vitam exaravit Liborii, Cenomanensis episcopi, & Confessoris: cujus obitus refertur ad annum cccxcv. Habes apud Surium Tom. IV die xxii Jul.

Etiam utriusque hujus imperatoris temporibus claruit RAD-
BODUS, decimusquartus præsul Ultrajectinus. Nam ab Arnulpho, rege Francorum, creatus est episcopus anno Chr. Mcccl, atque an- nis xvii in gravi Danorum persecutione Ecclesiam texit: ut fufius in Chronico Joannis de Beka legere licet. Radbodus hic carmine profecutus est virtutes B. Lebwini presbyteri: atque etiam ora- tionem de vitâ ejus historia reliquit. Habes utrumque opus in Surianâ Collectione T. vi ad xii Nov. Etiam ejusdem liber de laudibus S. Bonifacii exstat MSSus. Meminit ejus Tritthemius. Uti & operis de laudibus S. Martini, & de S. Amalberga, & florû S. Wil-
librordi. Quorum etiam mentio est apud Suffridum Petri in script. Prif. Imò Guilielmus Isengrinus addit, etiam historiam conte-
xuisse

uisse sanctorum episcoporum, martyrum, doctorum, & Romanorum Pontificum. Ipsi vero Radbodi vitam apud Surium habes T. VIAD XXIX Nov. Apud Possevinum in sacro apparatu, voce *Radbodus Trajectensis*, legas, vixisse anno 617. Malo credere librarii culpam esse, quam Possevini, qui, puto, scripserat 917. Quamquam nec istud examissum historicæ conveniat veritati. Nam eo anno decessit tertio Kal. Decembris. Quare rectius dixisset, floruisse anno lxxxv. Corpus ejus Daventriæ in S. Lebuini templo reconditum est. Vide de eo Tritthemium lib. 11 cap. xxxv 111, & lib. 111 cap. cclv. item in scriptor. Eccles.

CAPPIDUS STAURIENSIS, sacerdos Frisius, Conradi Imp. & Henrici Aucupis temporibus fuit. Ejus opera incendio absumta fuisse dicuntur, cum Stauriæ conflagraret bibliotheca in templo Stavonis, quod B. Nicolao dicatum postea fuit. Cæterum ex fragmentis, & istis, quæ ex eo alii adducunt, colligit Suffridus, scripsisse illum genealogias principum, ducum, ac regum Frisii: adhuc historiam Ecclesiasticam gentis Frisii: item Vitas quatuor sanctorum, Lebuini, Orgeri, Plechelmi, & Odulphi. Arbitratur autem, si ejus viri monumenta integra exstarent, fore, ut nihil magno opere, quod ad antiquitates Frisicas pertineret, à quoquam posset desiderari.

Etiam Conradi, & Henrici Aucupis tempore, fuit HILDUINUS, seu Hildovinus, abbas Lobienfis: quo monere fungens, præter alia, scripsit gesta abbatum Lobienfis. Est autem id Cœnobium instituti Benedictini, duobus distans milliariis à Binckio Hanoniæ oppido. Postea factus est episcopus Laudociensis: exinde, episcopatu pulsus, Veronensis episcopus creatus est ab Hugone, Italiæ rege, cui affinitate junctus erat: tandem vero Mediolanensem episcopatum adeptus fuit. Ita quidem Tritthemius. Sed Arnoldus Wion illud de Laudociensi episcopatu planè ignorat. Ait autem, cognomen ei fuisse Tasso: (Tassonium puto dicere voluisse) patriâ fuisse Flandrum; atque ab eo Hugonem Italiæ regem coronatum Mediolani in basilica Ambrosiana: sexennio fuisse Veronensem præfulem: jam Mediolanensem episcopum obiisse anno lxxxvxi. Pluraque de eo Josephus Ripamontius lib. 11 historiarum Ecclesiæ Mediolanensis. Ubi & consignasse ait B. Dionysii peregrinationem & gesta apostolica. Sed multum metuo, ne duos confuderit Dionysios, quorum prior, juxta Parisiorum Lutetiam abbas fuit monasterii S. Dionysii; alter fuit abbas Lobienfis cœnobii, quod

est instituti Benedictini, situm ad secundū lapidem à Binchio, Han-
noniæ oppido. Inter eos seculi est intervallum. Prior ille iussu im-
peratoris Ludovici Pii Areopagitica scripsit: ut indicat imperatoris
ipsum epistola ad Hilduinum.

RATHERIUS quoque, de quo aliqua diximus cap. xxix hu-
jus libri, vixit temporibus Hentici I Imp. De eo sic Sigebertus
in catal. cap. cxxvi: *Batherius* (corrige *Ratherius*) *ex monacho Lo-
biensi episcopus Veronensis, vir miræ simplicitatis, scripsit vitam S. Ursuari
Lobienfis.* Habes eam apud Surium Tom. II die xviii Apr. Etiam
Chronographiam reliquit, quæ Gemblaci MSa superest. Item iti-
nerarium Romanum. Et complura alia, inter quæ & ars erat Gram-
matica, ridiculè auctori nuncupata, *Sparadorsum*: quia præstaret ut
puerorum dorsis parceretur. Nam *Sparen* Germanis aut Belgis est
parcere. Obiit anno Iccccxxiv. Quiescit apud Lobienfes in æde
S. Ursuari. Ejus est versiculus iste de se ipso:

Verona præsul, sed ter Ratherius exul.

Animo erat modesto aded, demissoque, ut sepulcro suo inscribi
juberet:

Conculcate pedes hominum sal infatuatum.

Alia quoque, quæ ad vitam, atque opera ejus, pertineant, apud
Sigebertum vide, loco antè memorato, & in Chronico ad annum
Iccccxxv, & Iccccxxi, ubi corruptè *Raherius* vocatur. Item
adi Rotgerium in vita Brunonis apud Sur. T. v. xi Oct & acta Rhe-
mensia sub Gerberto cap. xl. iv. ac è junioribus Josephum Ripa-
montium lib. ix historiarum Ecclesiæ Mediolanensis.

ODO primus, vel juxta alios (qui principem locum tribuunt
Bernoni) secundus abbas Cluniacensis, Remigii Antifidiorensis mo-
nachi auditor, scripsit, circa annum Iccccxx, vitam S. Gerardi, si-
ve potius Giraldi, Aureliacensis Comitis; idque non uno libro, ut
est apud Tritthemium, sed libris iv. a, edidit: item Chronicon
succinctum. Chronicon hoc MSum exstat apud Cantabrigiennes
in bibliotheca Collegii S. Benedicti: ac libri fini admittuntur ge-
nenealogiæ quorundam Regum: adhæc vitam S. Mauri: item
vitam & translationem S. Martini Turonensis: nec non reversio-
nem B. Martini à Burgundia. Opusculum de vita Martini habes
in bibliotheca Patr. edit. II Tom. vii. Vitæ Mauri MSus co-
dex exstat in bibliotheca Vaticana. Obiit anno Iccccxlii, jux-
ta Frodoardum: cui, ut temporum istorum magis gnato, po-
tius est habenda fides, quàm Sigeberto; qui quinquennio an-
tè

a Excusi
sunt Pa-
risius cum
aliis scri-
ptoribus
ordinis
Clunia-
censis.

tè decessisse arbitrat.

Etiam CONRADUS, Abbas Benedictinus, tum videtur fuisse. Sanè antiquior esse nequit, cum ad annum usque 1000, qui Henrici Aucupis tertius fuit, historiam Francorum perducatur. Ejus fragmentum, cum scriptoribus aliis de Francorum gestis, prodiit Francofurti ad Mœnum.

CAP. XL.

Duo illustres genere archiepiscopi, Bruno Colonienfis, & Hildebertus Moguntinus: quorum uterque sanctorum aliquot vitas posteris tradidit. Luitbprandus diaconus quanto in precio fuerit apud viros principes: & cur opus suum *antiquorum* inscripserit. Sexti libri partem posteriorem alterius videri scriptoris. Etiam Pontificum vitas falso ejus nomen præferre. Odonis Severi patria, eruditio, dignitas, atque opus de Wilfridi vita. Fridegodus diaconus de eodem argumento: deque vita Audœni monachi. Surius refellitur. Vthonis Argentoratensis commentatio de Arbogasto, & Amando. Vita Nazianzeni ab Anastasio versa, sed parùm Latinè. Guilielmi Moguntini genus, & quousque historiam suam perduxerit: de quo Possëvinus minùs rectè. Saliphilax de Britannicorum regum genealogia. Ioannes Italus de vita Odonis. Vnde sit, quod Odo, his primus, illis secundus Cluniacensis abbas, nuncupetur. Flodoardi seu Frodoardi historia Ecclesiæ Rhemensis, & Chronicon ejusdem, & vitæ sanctorum. Locus in Chronicis ejus corrigitur. Altera in eo conjectura. Anonnullis Flavalum, ac Floaldum vocari. Eisingrini de Fabiano insignia. Reginaldus de vitis 14 sanctorum. Anonymus de S. Hunegunde. Alius de Epiphaniî corpore in Saxoniam translato. Theodoricus de S. Lutrude. Vnwonus Britannus. Oeconis Scharlensis Origines Frisicæ, fabulis refertæ.

Accedo ad tempora Ottonis primi, qui imperare cœpit anno **I**ſccccxxv i; atque annis rexii xxxv i i i. Familiam hic ducant duo illi, & generis, & muneris dignitate illustres, **B**RUNO, ac **HILDEBERTUS**. Quorum **B**RUNO, archiepiscopus Coloniensis, Henrici Aucupis imperatoris filius, Othonis i Imp. frater fuit. Hic præter commentarium in Pentateuchum, qui à Sixto Senense laudatur, ac Bononiæ in Dominicanorum bibliothecâ exstat, etiam vitas aliquot sanctorum consignavit. Obiit anno **I**ſccccxlv, Coloniæque in monasterio S. Pantaleonis sepultus est.

At **HILDEBERTUS**, Ostrofrancorum dux, decimustertius archiepiscopus Moguntinus, Conradi imperatoris frater erat: idemque anno **I**ſccccxxv i i i coronavit Othonem magnum; sed cum postea, unâ cum Richardo, Argentoratensi episcopo, discordiæ semina, inter Othonem, & fratrem Henricum, sparsisset: uti Richardus Corbeiam, ita ipse Fuldam in Hassiam, vel, juxta alios, Hamburgum fuit relegatus. Scripsit & is vitas aliquot sanctorum.

Eodem imperante, claruit **LUITPRANDUS**, sive Liuthprandus, sive Litobrandus, qui in nonnullis codd. atque etiam à Tritthemio, **EUTRANDUS**, sed perperam, vocatur. Ticinensis prius Ecclesiæ Levita, sive diaconus, posteaque Episcopus fuit Cremonensis. Hic ad Raimundum, Liberitanæ Ecclesiæ in Hispania episcopum, historiam scripsit de rebus suo tempore in Europa gestis. Orditur ab iis, quæ Arnulpho imperante acciderunt. Historiam suam **ANTAPODOSIN** (ut etiam Sigebertus *a* appellat) quasi retributionem dicas, nominavit. Nempe quia hoc libro, ut par pari redderet, quasi penicillo depinxit tyrannidem Berengarii, i i. ejus nominis Italiæ regis: à quo sede suâ pulsus fuerat. Antequam id fieret, magno apud Berengarium in pretio erat. Nam ejus nomine ad Constantinum, imperatorem Byzantinum, legationem obiit: cujus rei locupletem magis testem dare non possumus, quam **Luitprandum** ipsum lib. v cap. i, & i i. Arque imperator is quoque magni eum fecit. Sanè legati nomine misit ad Nicephorum Phocam, qui, mortuo Romano, filio Constantini proximè memorati, imperium occuparat. Hæc igitur altera ejus legatio fuerat: cuius historiam seorsim exaravit. Eam sibi à Marco Velfero transmissam (is verò acceperat à Christophoro Brouwero, qui ex codice bibliothecæ Trevirensis desumerat) primus in lucem dedit Henricus Canisius. Si modò idem is Luitprandus, de quo vide quid idem scripserit Canisius præfat. in legationem Luitprandi.

Redco

Redeo ad libros rerum ab Imperatoribus & Regibus Europæ gestarum. Cum sub Ottonis imperio viveret, quam dixi historiam Francofurti condidit. Ea sex libris constat. Sed videtur liber sextus desinere in cap. v. ubi res in Græcia visæ terminantur. Sexto enim capite novam aspicatur historiam de rebus Othonis Augusti. Ac in veteri editione Ascensianâ lego, ibi novum incipere librum: verum qui ob brevitatem priori sit adjunctus. Sed verior Baronii opinio est, sequentia ab alio esse, qui, ut fieri solet, continuare voluerit Luitprandum. Etiam sub Luitprandi hujus nomine editus est, sæpiusque à Centuriatoribus Magdeburgensibus, priusquam editus esset, citari solet, liber de Pontificum Romanorum vitis. Sed cujus inscriptio non injuriâ suspecta sit, cum liber is ex Anastasio sit excerptus: nec vel Sigebertus, vel Tritheimius, ejusmodi opus tribuant Luithbrando. Præterea opus hoc de Pontificibus terminatur in Formoso qui excessit anno 1000cxv. At Luithbrandus si historiam scribere voluisset, eam ad sua usque tempora perduxisset. Vixit verò Luithbrandus quinquaginta annis post, intra quod spacium Pontifices xx fuerant. Accedit quòd in postremis Pontificibus quædam particulatim prodatur ad Ecclesiam Osnaburgensem, Corbejensem & Herifordensem aliasque ad Germaniæ Ecclesias pertinentia: quæ Germanum potius quàm Italum fuisse testantur. Etiam Pontificum eorum, qui ante Formosum proximè fuerunt decreta adducit, quæ in Conciliorum Tomis non legantur: ut ista quoque eorum tempore fuisse, ac proinde Luithprando esse junio-rem ostendant. Ut non absurda sit opinio Editoris: qui suspicatur fuisse monachum Corbejensem, vel Hirsfeldensem, ac partim sub Pontificibus ante Formosum circa annum 1000clx, partim sub Formoso claruisse. Quæ verò de Formoso habes in fine operis, ea non sunt ab illo scriptore, sed exscripta sunt ex Luithprandi lib. 1. rerum per Europam gestarum cap. viii. Atque ibi quoque legas illud *Pater Sanctissime*. Sed alloquitur non Pontificem Romanum: sed Raimundum Episcopum Hispanum, cui Antapodosin suam, ut superius diximus, dedicavit.

Ottonis Magni tempore etiam fuit ODO SEVERUS. Hic in Anglia natus, sed ex Danis erat oriundus; vir Latine Græcæque doctus, & extemporaliter metro pro temporibus, quibus vivebat, pol- lens; primùm Sarisburiensis episcopus, posteaque archiepiscopus Cantuariensis. Præter alia descripsit vitam Wilfridi Archiepiscopi. Obiit temporibus Edgari, regis Anglorum, an. Christi 1000clix, archiepiscopatus sui XIII.

Sub eodem rege Edgardo, claruit FRIDEGODUS diaconus, Anglus, monachus Benedictinus, vir Græcè doctus; ut de eo Guilielmus Malmesburiensis testatur. Hic carmine complexus fuit vitas S. Wilfridi, & Audoëni monachi: idque postulato fecit Odonis Cantuariensis, de quo proximè dictum. Nam cum is, anno 1000, horum duorum corpora Cantuariam transfulisset; à Fridegodo petiit, ut aliquid de utriusque laudibus commentaretur. Vitam Audoëni Surius inseruit Historiæ Sanctorum Tom. IV die XXIV Aug. Eaque illi videtur esse illa ipsa, quam reliquerat Fridegodus. Surium in epitome suâ sequitur Haræus. Sed obstat huic sententiæ, quòd Fridegodus carminè Audoëni vitam tradidit: illa, quæ apud Surium, prosâ est exarata. Nec hic fit, quod facere Fridegodus solet, ut Græca passim admisceantur Latinis.

Anno Chr. 1000 Ruthario in Argentinensi episcopatu successit UTHO, tertius ejus nominis in Episcopali hac serie, natus ex fratre Henrici II, Sueviæ ducis. Scripsit vitas sanctorum Arbogasti, & Amandi. Decessit anno 1005, successoremque habuit Eckenbaldum.

Circa annum 1000 ANASTASIUS quidam vitam Gregorii Nazianzeni à Gregorio presbytero Græcè scriptam, Latine transfulit: ut se in libro quodam Dionysianæ bibliothecæ annotatum reperisse, prodidit doctissimus Jacobus Billius. Sed profusè barbarè id fecerat: ut idem testatur.

Iisdem temporibus magno in honore erat GUILIELMUS, Moguntinorum archiepiscopus decimus-quinctus, Saxonie princeps, ac Othonis Magni Imp. ex Editha, Angliæ reginâ, filius. Is chronicon de archiepiscopis Moguntinis ad sua usque tempora deduxit. Fallitur Possévinus, cum historiam pertexuisse ait usque ad imperium Othonis III. Nam Guilielmus hic archiepiscopus factus est anno 1004: vivereque desit (ut ex Lamberto Schafnaburgensi constat) anno 1008. At Otho II imperare demum cœpit anno 1002: Otho III anno 1004. Vide veteres rerum Germanicarum scriptores: atque è junioribus Georgium Fabricium Originum Saxonicarum lib. II 4.

2 PAG. 150
Et 173.

SALIPHILAX Britannus, ex antiqua Bardorum gente fuisse dicitur, ac ex chronologis, quos legisset, contextuisse genealogiam regum Britannicorum. Et tatem nec se cognoscere potuisse, tatur Balæus centur. II cap. XXIX. Joannes Pitseus agnoscit, nec se quicquam certi habere: sed tamen conjecturæ si liceat indulgere, rela-

relaturum ad eadem Edgari tempora. Credo, non temere ita suspicatur. Interim vellem, ne sivisset, nos expertes esse causæ, cur sic putaret: præsertim de eo scriptore, de quo ne illud quidem, an viderit, significet; contra quàm facere in iis solet, quos haberet, legissetque.

Anno **1000** vitam etiam degebat **JOANNES** Italus, monachus Cluniacensis. Qui memoriam sui reliquit prodendo posteris vitam **S. Odonis**, primi abbatis Cluniacensis, juxta **Bernardum** *a*, & **Sigebertum** *b*; vel, juxta **Odilonem** *c*, & alios, secundi abbatis. Quæ diversitas inde provenit, quia, ut superiori capite verbo indicabamus, alii annuerant, alii omittunt **Bernonem**: qui ante **Odonem** coeperat exstruere monasterium Cluniacense, & jam aliquid usque fuerat progressus, antequam ei **Odo** succederet: quod anno contigit **1000**. **Odone** hoc in spiritualibus magistro **Joannes** iste usus fuerat: uti in secularibus **Hildebrando** eo, qui bis rogatus erat, ut abbas Cluniacensis esse vellet; sed obedire semper maluit, quàm præesse: ut apud **Odilonem** in **Majoli** vita legere est. Eorum verò quæ de **Odone** scribit **Joannes**, aliqua ex ore ipsius **Odonis** acceperat, alia ex **Hildebrando** hauserat: ut testatur ipse in præfatione ad fratres **Salernenses**. Unde satis liquet de **Joannis** vita. Nam obiit **Odo** (ut superius quoque dictum) anno **1000**. Habes eam **Odonis** vitam in **Suri** Collectaneis **T. VI** die **XVII** **Nov.** Sed plerisque omiſſis, & stylo mutato. Prout verò auctor scripserat, ita in Bibliotheca Cluniacensi edidit libris tribus **Martinus Marrier**, monachus Cluniacensis.

Neutiquam etiam prætereundus ejusdem temporis historicus, **FLODOARDUS**, seu **Frodoardus**, presbyter, & canonicus Ecclesiæ **Remensis**; prout in antiquis codd. vocatur. Hic libris **IV** condidit historiam Ecclesiæ **Remensis**: quæ in lucem prodiit curâ **Jac. Sirmondi**. Item **Chronicon** reliquit ab anno **1000** ad annum **1000**: quod reperies in **Annalibus Franciæ à Pithæo** editis. Videtur tamen **Chronicon** hoc altius exorsus: nempe ab anno **1000**: quo **Carolus Calvus** excessit. Indicium faciunt prima opusculi verba, **Anno 1000**, & **Indichone XI** **Non. Octob. præcellentissimus imperator Karolus** &c. Ubi rescribendum, **Anno 1000**, **Indict. XI**, **Non. Oct.** Nam ut sequentia docent, clarè loquitur de excessu **Karoli** ejus, qui **Ludovici Pii** filius, **Karoli M.** nepos fuit. Post ista de **Karoli Calvi** obitu, pluscula desiderantur usque ad an. **1000**. **Joannes Bonderius**, in **Indice MSSorum**

a. Ad Guilielmum, abbatem Cluniacensem.
b. In catal. cap. 125.
c. In vita Majoli apud Suri.
d. II. Majoli

codicum per Belgicam, auctor est, & vitas scripsisse sanctorum. Nam ab eo ista laudantur: *Flodoardus presbyter de triumphis Italicis martyrum, & confessorum, metricè libri xv. MSSi Treviris in summo templo. De triumphis Christi, & sanctorum Palestinae, metricè libri 111. MSSi ibidem. De triumphis Christi, & Antiochia gestis, metricè lib. 11. MSSi ibidem.* Quæ Treverensium beneficio lucem adspectura, speramus. Cæterum *Flodoardus* hic, seu *Frodoardus*, à *Sigeberto* vocatur *Flavaldus*: qui de eo sic inquit cap. cxxxii: *Flavaldus, monachus Remensis, scripsit gesta pontificum Remensium, orditus narrationem suam à condicione ipsius civitatis, quæ à qualitate civium, qui in bello erant duri cordis, primo aucupata est sibi nomen Cordurus.* Legendum puto *Durocortorum*: ut est apud *Flodoardum*. Subjungit deinde: *Postea milites Remi à Remulo, fratre suo, à facie Romuli fugientes ad eam profugerunt: eamq; à nomine principis sui Remi, Remum denominaverunt.* Hic scriptor dignè scriptoribus ideo connumeratur, quia digressus ab opere suo memoriam faciens sanctorum, martyrum, vel confessorum, quiescentium in Ecclesiis Remensi Ecclesia adjacentibus, vel subjacentibus, vitas vel passiones eorum legentibus notificavit. Nonnullis & *Floaldus* nominatur. Censet *Eisngrinus*, eundem *Fabianum* dici I. quoniam C. de Episcopis, & clericis. Monet idem *Poffevinus*. Sed *Fabianus* iste fuit episcopus ille Constantinopolitanus, de quo *Euagrius* Eccl. hist. lib. 11 cap. 1v. Et quomodo imperatores *Valentinus* & *Martianus* meminere *Flodoardi*, qui seculis quatuor recentior est?

REGINALDUS, *Eistatensis* episcopus, vir Latine, Græcè, Hebraicè doctus, ac Musices egregiè peritus, claruit tempore *Othonis* I, & II. Nam anno *lccccxv* in episcopatu successit *Starhando*, qui ab *Ungaris* ab *Augustam* cæsus erat. Cumque annis *xxiv* episcopatum gessisset, successorem habuit *Meginessum*, S. *Henrici* cognatum. Consignavit vitas SS. episcoporum, *Wilibaldi*, *Nicolai*, *Blasii*, & *Unnibaldi*. Fortasse *Reginaldi* est illa *Wilibaldi* vita, quam *Canisius* exhibet Tom. 1v *Antiq. Lect.* Saltem *Aistatensis* alicujus, vel episcopi, vel monachi fuit: ut indicio est, quòd, de *Wilbaldo* loquens, dicat, *Patronum nostrum*: & eum alloquens ait, *Auxiliare tuis tibi à Christo collatis.* Nec primùm, sed post alios plures, scripsisse, arguunt illa verba: *Prout Deus, & Dominus omnium, contulit legenda, in secula, pauca construximus.*

Similiter *Othonis* M. ætate fuit episcopus ille, qui vitam descripsit S. *Hunegundis* virginis: quæ est apud *Surium* T. 1v ad *xxv* Aug. De ætate liquet ex his scriptoris verbis: *Anno Domini*

incarnationis nonagesimo sexagesimoquarto, in ipsis feriis beatae Hune Gundis, in villa quae dicitur Sasnulpbi chors, messores frumenta secabant. Eos presbyter illorum Lanfridus crebro reprehenderat, dicens, se interfuisse synodo, in qua Rodolphus, Noviomensis episcopus, jussisset sanctae Hune Gundis festum devotissime celebrari. At illi se excusabant, quod vicinos suos cernerent laboribus insudare. Itaque Rotgildus puella, presbyteri hujus, SICUT IPSE NOBIS RETULIT, ex sorore neptis, colligebat spicas, quas illi messores relinquebant &c.

ANONYMUS quoque, qui Epiphani, Ticinenfis seu Papienfis Episcopi, translationem ex Italia in Saxoniam ab Otuvino episcopo, olim Aügiae monacho, factam descripsit, eadem aetate vixit: proximus saltem ei tempori fuit, quo translatio hæc contigit. Nam in præfatione ait, illa quæ narrat, se didicisse ab iis, qui translationi interfuerant: ac potissimum ab Thangvvardone, venerabili presbytero; cujus præcipue in eo officio opera enituit: quem & fratrem suum in Actis ipsis appellat: ut is quoque presbyter fuisse videatur. Facta autem translatio est imperante Otone I, anno MCCCLXIII, vel circiter: uti satis liquet ex memoratis Actis, quæ Brouverius in lucem edidit.

Iisdem temporibus THEODORICUS, qui ex præposito Moguntino Trevirensis archiepiscopus creatus fuit, in literas retulit vitam S. Lutrudis, virginis sanctimonialis: quam ipsam, vel saltem epitomen ejus, apud Surium habes T. V. XXI I Sept. Obiit Theodoricus hic anno MCCCLXX: ac successorem habuit Ecbertum, fratrem Arnulphi, comitis Hollandiæ.

Eodem Otone imperante, claruit UNVONUS Britannus, presbyter. Nam vixit sub Edgardo, rege Anglorum, anno MCCCLXX. Presbyter hic postulato Eadmeri, abbatis sani D. Albani, ejusce Albani martyris vitam ac passionem descripsit. Alia quoque ingenii monumenta reliquit: quæ jam dictus abbas, post Unvoni obitum, seu invidiâ, seu quia indigna esse luce putaret, flammis tradidit: ut Lelandus annotavit.

Etiã OCCO SCHARLENSIS, nepos fororis Solconis Forteman, de quo superius dictum, Ottoni M. Imp. aetate par, aut super, fuisse creditur. Hic posteris prodidit origines Frisiæ: si modo unquam fuit; nec titulus mentitur auctorem. Sanè fidei non plus meretur, quàm Hunibaldus Francus, aut Gaufridus Britannus, & similibus farinæ scriptores. Quod & doctissimi Ubbonis Emmii judicium est. Etsi aliter multò de hoc Suffridus Petri, vir bene doctus,

sed qui in Frisicæ rebus, atque omni literaturæ laude, longè cedit Emmio. Atque idem iudicium esto de Bernardo Furmerio Leovardienfi, viro erudito, sed qui in Annalium Frisiorum libris se Occonem hunc imprimis sequi, ipse agnoscat.

CAP. XLI.

Windichinus de Saxonum gestis, & Ottonis I: deque Paulo Eremitâ. Lamfridus Wintoniensis de S. Swithino. Roswitæ poëma de gestis primi Ottonis, deque Sanctis variis poëmatia. Ut viros eruditos, Possavinum ante alios, in fraudem induxerit Tritthemii locus à nescio quo interpolatus. Herigerus Lobienfis de episcopis Leodiensibus, ac vitâ Vrsuarii. Opera utilis Alberti, Gemblacensis abbatis, in describendis sanctorum vitis. Error quorundam proveniens ex loco Tritthemii perperam transcripto. Ethelwoldus Wentanus. Alphredus Malmesburicnfis. Quando Abbo Floriacensis vixerit, quæ scripserit, atque ut cum nonnullis ejusdem nominis interdum confundatur. Ammonium perperam nonnullis Ammonium vocari. Ejus liber de miraculis S. Benedicti. Aimoinum cum eo malè confundi. Stephanus de inventione S. Maurini. Lethaldus Cœnomanensis. Anonymus de Adalberto Pragensi. Item alter de eodem argumento. Medelocenses monachi de S. Adalberto. Dudo Neustrius de iis, quæ Normanni in Galliis gessere: & quâ fide scripserit: atque ut eum Gemeticensis exscripserit. Wolstanus Wintoniensis. Otholonus Fuldenfis. Vtrum ille vitam consignarit S. Doufacii. Vffingus Werthinensis.

Complectar nunc eos, qui claruere temporibus Ottonum duorum, secundi, tertii que: quorum ille imperium suscepit anno **1000**, ac integrum decennium gessit: hic illud accepit anno **1000**, actenuit annis **XVIII**. Priori æqualis fuit **WINDUCHINDUS**, seu *Windichinus*: (nam in nomine variant eodd. Sigeberti:) monachus fuit Corbeiensis cœnobii in Saxonia, ordinis

ordinis S. Benedicti. Hic fideliter scripsit de gestis Saxonum lib. III: item de gestis Ottonis primi. Utrumque opus missum ad Machthildim, filiam Ottonis primi. Unde ejus ætas cognoscitur. Nam, ut Winduchindus ipse ait, obiit Otto primus Nonis Majj, feriâ quartâ ante pentecosten. Quod tantundem est, ac si dicat, obiisse anno **I CCCCLXXIII**: ut fastorum ratio cœlestis docet. Etiam Theclæ passionem metro constrinxit. Item prodidit vitam Paulli Eremitæ. Auctor Sigebertus in catal. cap. cxxx, & ex eo Tritthemius.

Ejusdem Ottonis ætate **LAMFRIDUS** Anglus, monachus Benedictinus, in Wintoniensi cœnobio veteri vitam agebat sub rege Anglorum, Ethelredo, circa annum **I CCCCLXXX**. Hic vitam & miracula Suithini episcopi mox ab ejus translatione descripsit. In illustris baronis Lunleiani bibliotheca exstat is liber MSus.

ROSVID, quoque sive Hrosvith, Gandahemensis (quæ nonnullis Rosvita, aut Rosvida, vel Rosvitis, aut Rosvidis, nominatur) claruit temporibus Ottonis II: cujus jussu non minùs, quàm Gerbergæ abbatisse, heroico carmine historiam seu panegyricum reliquit de gestis primi Ottonis, sive, ut ipsa semper vocat, Oddonis. Præterea versu elegiaco tradidit passionem S. Dionysii episcopi, & martyris. Item carmine panxit passionem S. Pelagii, Hispani martyris. Etiam egit de laudibus B. Virginis, item S. Annæ, adhæc de S. Gangulpho, & aliis sanctis. Quæ omnia prodire Noribergæ anno **1011**, procurante Conrado Celte, primo Germaniæ poetâ laureato. Panegyricus verò Ottonis in Germania cum aliis aliquot rerum Germanicarum scriptoribus recusatus est, curâ Justi Reuberi. Fuit virgo hæc, ut genere nobilis, ita pietate insignis: nec Latino modò carmine pollens, sed etiam Græcè docta. Apud Tritthemium in catalogo legas, fuisse *contaneam Ioannis Anglici, qui doctrinâ suâ papatû meruit*. Quæ si Tritthemius scripsit, existimârit, vixisse circa annum **1005**. Sed quomodo iis temporibus fuerit, quæ Ottonis primi gesta scripsit, idque Ottonis secundi jussu, quæque tertii Ottonis ætate ex vitâ hac excesserit? Neque hoc nescivit Tritthemius, qui in Chronico Hirsaugiensi eam refert ad annum **1000**. Quare facile iis fidem habeo, qui istæc verba catalogo Tritthemii ab homine temporum parum intelligente assuta esse arbitrantur. Sed ut verba ista auferamus, sic quoque mirari satis non possim, eam à Tritthemio in catalogo, si seriem spectemus, inter illos recenseri, qui

qui post millesimum & centesimum annum florere. Qui error priori omnino contrarius est. Nec dissimulandus error doctissimi Humfridi, quando eandem Rosvvidam esse putat, ac Hildam. Nam & locis, & temporibus, refellitur; cum Hilda fuerit Angla abbata in monasterio Herethev; atque anno decefferit lxxlxxx, regnante in Northumbria Egfrido: quemadmodum constat ex Beda lib. iv, historiae cap. xxiii.

Secundi, tertiique Ottonis temporibus, fuit quoque HERIGERUS, abbas Lobienfis. Scripsit cum alia, tum Leodiensium episcoporum gesta: ut perhibet Sigebertus cap. cxxxviii. Idem Sigebertus auctor est, carmine laudabili posteris tradidisse vitam Ursuari. Alia quoque commemorat: sed non hujus loci. Obiit anno lcccxc: ut ait Philippus Bergomensis Chron. suppl. lib. xii ad an. lcccclxxxii.

Vixit quoque sub utroque illo Ottone ALBERTUS, sive, ut in aliquibus MSSis vocatur, *Olbertus*, monachus Lobienfis, ordinis S. Benedicti, ac post Gemblacensis monasterii abbas, congregationis Cluniacensis. De eo sic Sigebertus in catal. cap. cxliiii: *Albertus ex monacho Lobienfi abbas Gemblacensis, humana & ecclesiastica scientia studio, & religionis fervore insignis, nomen suum aternavit, vitas Sanctorum Patrum describendo, cantus in honore sanctorum componendo, & eo maxime, quod Burchardus, Episcopus Wormatiensis, ejus magisterio ad hoc est proventus, ut ita ecclesiastica utilitati intenderet, & ejus studio, ore, & manu, illud magnum Canonum volumen ad communem omnium utilitatem ederet.* Haec Sigebertus. Etsi autem ambiguet ait, *vitae sanctorum patrum descripsisse*: tamen Tritthemius, atque alii hoc ita maluerunt interpretari, ut composuisse ipse dicatur, quam ut amanuensis, sive librarii munus obierit. Aetatem ejus jam indicavimus. Sed apud Gesnerum, & Simlerum, legas, toto seculo ante vixisse. Etiam Possevinus ait, a Tritthemio quidem ad annum lcccclxxx: ab aliis autem ad annum referri cō. Video, quid doctis viris imposuerit. In Tritthemio vulgò legitur, vixisse anno lcccclxxx. Sed iste librarii error est. Nam Tritthemium haur ita sensisse, satis arguit, tum quòd illum disertim refert postremo loco eorum, qui inter nongentesimum, & millesimum annum vivere: tum quia ait, floruisse sub Ottone ii ejus nominis imper. tum quòd dicit, fuisse praepceptorem Burchardi, Episcopi Wormatiensis, quem vixisse mox refert anno cōxx. imò inter Albertum, & Burchardum, solum interjicit Aribonem Moguntinum: quo praeside, anno cōxxxii, celebrata synodus Selegustadiensis: cui & Burchardus in-

us interfuit. Hæc Tritthemium quidem; at non eruditos illos viros, oſcitantibus abſolvunt: minimè autem Poſſevinum.

Claruit tum quoque NOTGERUS, epiſcopus Leodiſis. Scripſit libris duobus vitam ac miracula S. Landoaldi, Eccleſiæ Romanæ preſbyteri, & confeſſoris, qui deceſſit circa annum 1021. Habes apud Surium Tom. II a. d. XIX Mart. Præterea conſignavit vitam Remacii qui obiit anno 1021. Habes ibidem a. d. III. Sept. Ac Surius, Haræus, Baronius & alii, tribuunt eidem libros de miraculis Remacii. Quam ſententiam licet ipſe primum ſim ſecutus, tamen attentius conferens ea, quæ libro de miraculis S. Remacii ſcribuntur, cum illis quæ habet Notgerus, cogor ſententiam mutare. Nam auctor de miraculis Remacii clarè indicat, ſe vixiſſe temporibus Lotharii, Ludovici II, Caroli Calvi, Ludovici & Caroli Craſſi imperatorum. Quod liquido oſtendimus cap. xxxviii. Notgerus vero epiſcopatum geſſit ab anno Chr. 1001, uſque ad annum 1067. Ac vitam S. Landoaldi ſcripſit anno Chr. 1000, Ottonis imperatoris VII, epiſcopatus ſui IX, ut ipſe diſertim teſtatur extremâ præfatione, quæ eſt ad Womarum, abbatem Gandenſem, item in calce ipſius opuſculi. Adde quod etiam in opuſculo antecellorem vocat *Euraclum*: pro quo perperam *Euraclum* edidit Surius. nempe quia *c l & d* facilè confunduntur. Atque certum eſt *Euraclum*, (quem alii *Heraclium* appellant, eoſque inter Placentius Dominicanus) epiſcopum fuiſſe Leodiſem ab anno 1001, uſque ad annum 1001, quo ei Notgerus ſucceſſit. Cæterùm Notgerus non Remacii ſolum (cujus vitam etiam conſignarunt monachi Stabulenſes prope Leodium) ſed aliorum etiam Trajectenſium, imò & Leodiſem epiſcoporum (Trajecto enim ſedes epiſcopalis Leodium fuit translata) literis mandavit, ut hæc ejus verba oſtendunt epiſtolâ ad Weinfridum abbatem: *Non ejus modo, cujus meminimus, ſancti ſcilicet Remacii, verùm cæterorum noſtra ſedis pontificum tempora, & geſta, quæ undecunque potuere corrodi, ad noſtra uſque tempora collegi: & cujus potiſſimum anhelabas deſiderio, vitam inde excerptam a votis tuis porrexi.* Atque hæc verba eadem oſtendunt etiam *noſtra ſedis pontificum*. Ut inde etiam colligatur diverſum eſſe à monacho illo S. Remacii, qui de miraculis hujus ſcripſit. Nec qui de vitâ S. Remacii ſcripſit, alius eſt ab eo, qui egit de vitâ S. Landoaldi. Quod & Haræus agnoſcit, cum utriuſque auctorem facit Notgerum, epiſcopum Leodiſem. Quare parum conſideratè autorem quidem

aſ excerpta.

vitæ S. Landoaldi claruisse ait anno 13ccclxxx: sed scriptorem vitæ S. Remacli anno 13cccl. Nec enim plures, sed unus ejusce nominis episcopus Leodiensis fuit.

Eodem tempore sub Ethelredo, Anglorum rege, vixit vigintiquæ **ETHELWOLDUS WENTANUS**, Anglus, monachus Glosceaniensis, Dunstani abbatis discipulus, primùm abbas Abindoniensis, ac postea Wintoniensis præsul. Librum edidit de abbatibus Lundisfarnensibus *a*: & alterum de regibus, regnis, & episcopatibus totius Angliæ: alium item de tempore regum Britannorum. Exstant hi libri MSi in Cantabrigienfis Academiæ bibliotheca publica. De operâ ejus, adversus presbyterorum conjugia, vide Vincentium Bellovacensem, & Antoninum. Obiit Wintoniæ anno Chr. 13ccclxxxiv, episcopatus sui xxiv.

a al. Lindisfarnensibus, ut T. James.

Temporibus Ottonis III imperatoris sub eodem Ethelredo, Anglorum rege, circa annum 13ccccxc. claruit **ALFREDUS** Anglus, monachus & abbas **MALMESBURIENSIS**, ordinis Benedictini, ac postea Criodunensis, sive, ut nunc vocant, Excestriensis episcopus. Familiaris fuit Dunstano, abbati Glasconienfi. Præter opus de natura rerum, librum reliquit de rebus sui cœnobii. De S. Aldhelmo multa opusculis suis intexuisse, auctor est Guilielmus Malmesburiensis in opere de Pontificibus.

Ætate ejusdem Ottonis III claruit & **ABBO**, qui Jac. Philippo Bergomati lib. XII Chron. Suppl. *b* atque aliis, *Albo* perperam nuncupatur. Abbas fuit **FLORIACENSIS**: atque edidit excerpta de vitis Pontificum; quæ cum Luitprando de pontificum vitis conjunguntur. De ætate quod dixi, cognoscere est ex eo, quòd Abbo apologeticum suum scripsit ad Hugonem Capetum, filiumque ejus Robertum, Galliarum reges. Nam hos, & Ottonem III, *συγγεγραμμένος* fuisse, satis est apertum. Idem indicant epistolæ Abbonis complures ad Gregorium v Pontif. atque alios: quæ etiamnum exstant. Meminere Abbonis hujus, Sigebertus in catal. cap. cxi, & in Chron. ad annum 13ccccxc, & Senatus Bravonius in vita S. Osualdi apud Surium ad xv Octob. Ex quo cognoscimus, Dunstani hortatu, etiam scripsisse passionem B. Edmundi regis, & martyris: quam apud Surium habemus T. VI die xx Nov. MSa exstat in bibliothecâ privata Lumlejana. Vide & Tritthemium in Chronico Hirsaugienfi, & Carolum Saussëyem, in annalibus Aurelianensibus lib. IV cap. VIII. ac imprimis ad annales Francicos Pithœi: ubi vitam Abbonis hujus ex veteri habes membrana; interquæ alia exponitur, ut sc-

b Adan. 982.

ut seditione inter Vascones, & Francos, coorta, lanceâ sit interemptus: quod anno contigit CLOIII, Idibus Novembris, natali die S. Briccii; qui dies & à monachis in honorem Abbonis celebratur. Atque hoc quoque ætatem ejus satis arguit. Quare omnino diversus est ab Abbone illo, Aimoini discipulo; de quo superius egimus. Item ab Abbone, cui Aimoinus libros de gestis Francorum dedicavit.

AUMONIUS quoque, qui Tritthemio *Ammonius*, Gallus, monachus Floriacensis, juxta eundem Tritthemium sub Ottone antè memorato vixit circa annum DCCCCXC. De eo sic Sigebertus: *Aumoni; monachus Floriacensis, historiam miraculorum S. Benedicti ab Adrevaldo miratam perfecit, perducens eam à tempore Odonis regis usque ad tempus Roberti, regis Francorum.* Idem opus ei tribuit Tritthemius: sed addit Sigebertus, etiam de gestis Francorum scripsisse: quod præterit Tritthemius. Equidem puto, Tritthemium hoc in suo Sigeberti codice non reperisse. Nam quid aliud in causa esse credamus, cur omitteret? Et sanè videtur adjectum ab altero, qui confunderet Aumonium cum Aimoino, de quo superius diximus. At diversissimi sunt, etiam viri eruditi pro eodem habeant. Nam Aumonius fuit monachus Floriacensis, sive S. Benedicti ad Ligerim: quod ex Sigeberto, & Tritthemio, scimus. At Aimoinus monachus fuit S. Germani à Pratis: quod superius satis est ostensum. Item Aumonius à Tritthemio refertur ad tempora Ottonis III. At seculo amplius antiquiorem esse Aimoinum, ex ejus scriptis superius comprobavimus.

STEPHANUS quoque, jussu Christiani abbatis, circa annum DCCCCXC, consignavit historiam inventionis S. Maurini abbatis, & martyris: quam apud Surium habes Tom. VII die x Jun. Sed Haræus eam in epitome suâ præterit.

Idem LETHALDUS Gallus, Cenomanensis monachus congregationis Cluniacensis, ab Arnaldo Wion in Ligno Vitæ refertur ad annum DCCCCXC. Literis mandavit vitam S. Juliani Cenomanensis: quæ adservari solet. Ultrajecti in monasterio Salvatoris.

Qui vitam tradidit S. Adalberti, secundi Pragensis episcopi, & martyris, (quam apud Surium reperies a. d. XXIII Apr.) eodem tempore vixit, ac S. Adalbertus: ut verba hæc in ea vita ostendunt: *Sed ad hæc, quod antè nescivit, querenti illi rectè abbas respondit, ut ipse non semel ad nos dixit.* Atqui, ut in ea vita clarè narratur, vixit Adalbertus Ottonis II, & III temporibus: lanceâq; perfolius an. occubuit DCCCCXVII.

Eodem tempore & alter ejusdem Adalberti vitam exaravit: quam Canisius edidit Tom. v Antiq. Lect. Ætatem indicant verba hæc: *Erat autem istis diebus Romæ imperatrix Theophania, mater ejus, qui modò regnat TERTIUS, & Deo juvante, maximus OTHO.*

Adhæc COENOBITÆ MEDELOCENSES circa annum 1300, tradidere vitam S. Adalberti Confessoris, & Levitæ, discipuli S. Willebrordi. In ejus extremo hæc legas: *Hæc de vita, & virtutibus celeberrimi Confessoris Christi, Adalberti, Medelocensis cœnobii fratres conscripserunt, jubente supradicto eximio Præsule, Egberto, ejus monasterii domino, rerum ad divinum cultum facientium studiosissimo procuratore.* Unde de auctoribus, & eorum ætate, quod dixi, satis cognoscitur. Eam vitam, sed immutato stylo, offendes apud Surium Tom. III die Jun. xxv.

Ad hujus Ottonis quoque tempora pertinet DUDO NEUSTRIUS: qui res in Galliis à Normannis gestas consignavit usque ad annum 1000: sed poëtica magis, quàm historica fide. Usque adeò multas fabulas infercit. Ex hoc tamen scriptore Guillelmus Gemeticensis tres primos de Normannorum gestis libros collegit: ut hæc in præfatione ostendunt: *Principium narrationis usque ad Richardum I à Dudonis, periti viri, historia collegi: qui quod posteris propagandum charè commendavit, à Rodolpho, Comite primo, Richardi fratre, diligenter exquisivit.* Eodem spectant extrema hæc verba libri tertii: *Hucusque digesta, prout à Rodolpho Comite, hujus Ducis (Richardi) fratre, magno & honesto viro, narrata sunt, collegi: quæ scholastico dictamine scripta relinquo posteris.* Subjungit deinde, Richardum ducem obiisse anno 1000: unde cognoscimus ætatem Dudonis, qui argumentum historiæ suæ à Richardi hujus fratre acceperat. Exitat MSus apud Cantabrigienses in bibliotheca Collegii S. Benedicti, teste Thomâ James, cui inscribitur, *Libri XVI Historia Rom. & Normannorum per Dudonem.* Estque idem Dudo, qui rerum Aquitanicarum scriptor vocatur Saxoni Grammatico, initio libri primi.

Extremis Othonis III temporibus, WOLSTANUS, monachus Wintoniensis, vixit sub Ethelredo, Anglorum rege: puta anno 1016: ac, præter librum de tonorum harmoniâ, etiam carmine prodidit Suithini episcopi translationem, & miracula: quod paullo antè prosâ fecerat Lamfridus, ejusdem cœnobii monachus. Præterea descripsit vitam Ethelvolphi regis: item vitam præceptoris sui, Ethelvolphi, prius monachi, ac postea episcopi Wintoniensis. Cujus epitomen ex MSo Surius, sed mutato stylo, expressit Tom. IV, Kal.

Kal. Aug. Guilielmi Malmesberiensis, lib. II de gestis Anglorum, ejusmodi de Wolstano judicium est, fuisse virum eruditum, bonæ vitæ, & eloquentiæ castigatæ.

Ad hæc quoque tempora pertinet OTHLONUS, Fuldenfis monachus. Memoria is tradidit vitam gestaque S. Pyriminii; qui Meldenfis, vel, juxta alios, Metensis fuit episcopus, familiaris S. Bonifacii, ac patrocinio Theodorici Calæ, & Caroli Martelli, usus est in prædicando Euangelio: ut constat ex Othlone cap. I, & XII; necnon iis, quæ commemorat Marcus Velferus lib. V rerum Boicarum. Hujus vitam alii etiam ante Othlonem scripsere; sed negligentius: quâ de re sic in prologo conqueritur Othlonus: *Quæ fuerint Præfatis ab ineunte etate rudimenta; quibus in adolescentia sanctitatis rutilauerit floribus; vel quibus per omnem juventutem, usque ad promotionem pontificatus, excreverit virtutum insignis; nimium culpanda scriptorum incuria notare negavit. Pauca dumtaxat, quæ sub pontificatus tempore gesit, obscura exarata reperimus: ipsa, si Christus opem dederit, evidentius, atque operosius, exprimere studebimus.* Dicavit eam vitam Liudolfo, Archiepiscopo Trevirensi: qui ex Goslariensi regali Ecclesia ad hoc fastigium pervenerat anno MCCCXCIX, atque anno decessit CLVIII: ut ex Hermanno Contracto cognoscimus, qui & *virum doctum* appellat. In antiquis lectionibus Canisii etiam vita S. Bonifacii Othlono adscribitur. Eam, mutatis quibusdam, & plerisque omissis, ediderat Surius T. III, die V Jun. Nomen quoque auctoris præterierat. Ac Canisius Tom. IV Antiq. Lect. bonâ fide repræsentat ex codice MSO monasterii Rebdorfenfis, prope Eichstadium. ubi & Othlone nomen erat expressum. Sed stylus reclamat: ut monitum quoque Christophoro Brouverio: cujus beneficio, & Pyriminii, & aliorum illustrium Germaniæ virorum vitæ, cum notationibus, in lucem exierunt.

Etiam UFFINGUS, qui & *Vfso Frisius*, monachus Werthinensis, à Suffrido Petri a claruisse dicitur circa annum millesimum. Hic post Othelgrimum, familiarem S. Ludgeri discipulum; post item Alfridum, tertium Monasteriensis episcopum; vitam descripsit S. Ludgeri: eumque secutus est quartus ejus vitæ scriptor, S. Bernardi *obyxov*, qui carmine idem præstitit: ut postea dicemus. Ex quatuor hisce, sancti se Ludgeri vitam concinnasse, agnoscit Joannes Cincinnius in præfatione suâ ad monachos S. Ludgeri in monasterio Werthinensi: ubi & Uffingum hunc appellat *virum multæ eruditionis, & elegantia*. Is liber Coloniae à Quentelio fuit excusus ante

a In
scrip.
Fris. dec.
7. cap. 5.

annos centum, & quod excurrit. Inque eadem editione reperio & Uffingi hujus carmen in laudem monasterii Werthinensis: cujus initium,

Singula de propriis si gaudent moenia sanctis.

Scriptit & vitam S. Idæ, viduæ: quæ est apud Surium Tom. IV Sept. IV, atque item Tom. VII eopse die. Cæterum Suffridus Petri testatur, Uffingum etiam reliquisse historiam S. Lucii, Britanniae regis: atque addit, ejus exstare etiamnum codd. MSSos. Quos videre mihi hæcenus non contigit.

CAP. XLII.

Mauri, Quinquecelesensis episcopi, ætas, ac libelli de vita Zoerardi, sive Andreae, & Benedicti, eremitarum. Theodericus, Trevirensis monachus, de inventis S. Celsi reliquiis. Adelboldus, qui aliquibus Adelbero, de vita Henrici II Imp. Vtrum hujus sit vita, vel quam Divis suis Bambergensibus inseruit Gretzerus; vel quam primus edidit Canisius. Meginfridi Chronicon de rebus monasterii Fuldensis, ac opusculum de vita S. Emmeramni. Alphrici Angli Chronicon Saxonicon. Haimo Floriacensis, sive Eboracensis. Reinerus Leodiensis. Andreas Leucander unde nomen acceperit, & quæ scripserit.

Venio ad tempora Henrici II, cognomento Claudii, vel Sancti: qui aliis primus ejus nominis censetur, quia prior Henricus non fuerit à Pontifice coronatus; eoque, multorum judicio, tantum Romanus rex fuerit: non imperator, vel Cæsar: de quo disputare non est hujus loci. Imperare Henricus cœpit anno 1101, atque annis XXXIII rexit.

Fuit ejus ætate MAURUS, primum monachus S. Martini in monte Pannoniæ: postea episcopus Quinquecelesensis. Cui ecclesiæ præfectus fuit à Stephano primo, filio Gayczæ: qui ex Hungaris primus rex Christianorum fuit. Auctor Bonfinius rerum Hungaricarum decadis II lib. I. Venit Maurus in posteritatis memoriam gemino labore: sed non ita difficili. Quippe duorum sui temporis eremitarum vitas descripsit: sed paucis. Uni eorum nomen Zoerardo, qui Andreas vocatus est, postquam monachus factus fuit.

Hic confessor obiit. Alteri nomen Benedicto, qui à latronibus fuit interemptus. Zoerardum à se etiamnum puero literarium in ludum itante visum ait: quæ autem narrat, eam didicisse se, partim à discipulo Zoerardi, sive Andrea, B. Benedicto: partim ab abbate Philippo: à quo Zoerardus monachi habitum acceperat. Zoerardum autem monachum dicit factum tempore illo, quo sub Christianissimi Stephani regis nutu, nomen, & religio Deitatis, in Pannonia rudis adhuc pullulabat. Quod ostendit, non alium esse hunc Maurum ab illo, de quo Bonfinium loqui dicebamus. Vitæ istæ leguntur apud Surium Tom. III a. d. i. Maji.

Tum quoque, anno nempe cLōv, claruit THEODERICUS, S. Matthiæ prope Treverim monachus eruditus: qui argumentum elegit sui ævi, signando literis inventionem reliquiarum S. Celsi Confessoris. Comperies hunc ejus laborem apud Surium T. VII d. xxiii Febr.

ADELBOLDUS, sive Adelbodus, (quem Adalberonem vocat Baronius *) ex clerico Lobienfi factus est episcopus Ultrajecti-^{* Ad an. 1024.} nus anno cLōviii, v Non. Maji: atque anno obiit cLōxxvii, v Kal. Decembris. Vitam ejus vide in Chronicis Joannis à Beka. Unde cognoscas fuisse episcopum xix: pro quo perperam apud Valerium Andream episcopum fuisse xxix legas. Sigebertus in Chron. ad an. cLōxxiv, & catalogi cap. cxxxix, testatur, exarasse eum vitam imperatoris sui, Henrici i r, cognomento Claudi: à quo & magno in pretio habitus fuerit. Etiam de Danis, Turoniam volentibus invadere, & alia quædam, edidit: etsi eorum nec Sigebertus, nec Tritthemius, faciant mentionem. Beka autem ne quidem vitæ meminit Henrici. Ea vita, sed mutila, legitur in Divis Bambergensibus à Gretzero editis: ubi subjungitur vitæ Othonis. Estque inscriptio hujusmodi, etiam in codice manu exarato: *Vita Henrici imperatoris ab Adelboldo, episcopo Trajectensi, ut creditur, conscripta. Ubi non nihil sculpuli adferunt adjecta hæc verba, ut creditur.* Etiam in MSo doctissimi & amicissimi Arnoldi Buchellii, Jurisconsulti, talis est inscriptio: *Vita S. Henrici, imperatoris virginici, quam scripsit Adelboldus, Trajectensis episcopus, ut legitur in speculo historiali.* Unde colligas, vitam hanc primum fuisse editam absque nomine auctoris. Alioquin enim non aliunde probato opus erat, quis ejus fœtus pater foret. Convenit autem codex ille Buchellii cum eo, quem primus exhibuit Henricus Canisius Tom. vi. Antiq. Lect. Nam & in hoc desiderantur bullæ Pontificum, & literæ Henr. Imp. item extremo opere

opere miracula aliquot: quæ omnia in Gretzeri editione reperias. Non injuria autem in dubium vocatur, siue ea genuina Adelboldi vita, nec ne. Nam obiit Adelboldus anno cloxxvii, ut ex Beka antè referebamus: quem in illustribus Germaniæ scriptoribus etiam Tritthemius sequitur. At auctor ille Henricianæ vitæ narrat, ut imperator hic Henricus sanctorum ordinibus adscriptus fuerit ab Eugenio III anno cloccli. Quare, vel dicere convenit, vitam hanc esse à junioribus esse interpolatam; uti in aliis plurimis factum constat: vel putandum, non esse Adelboldi; verum cuiusdam recentioris: fortasse, ut Gretzerus suspicatur, Nonnosii monachi: à quo etiam Henrici hujus, & Cunegundis uxoris vita, literis prodita fuit: ut colligere est ex Martini Hofmanni annalibus Bambergensibus.

Tempore ejusdem imperatoris, quæ poterat, nomen suum diffundebat MEGINFRIDUS, seu Meginfredus. De eo, Henrici hujus imperium describens, sic Tritthemius in Chronico Hirsau-giensi: *Claruit etiam his temporibus Meginfredus, monachus Fuldensis, Chronographus; qui, velut rosa inter spinas, ita studiosus & doctus inter desides, carnales, ignarosq; monasterii sui monachos, clarus emicuit. Is inter cetera ingenii sui opuscula, historiam sui monasterii ab origine diligenter complexus, abbates singulos secundum ordinem temporis sibi ad invicem succedentes inseruit, & unicujusque gesta breviter annotavit: eorum quoque cœnobiorum, quibus vel monachos ex Fuldensi missos novit, vel abbates, pari ratione meminit; quorum & successiones abbatum, & memorabilia facta, interserendo: compendiosè descripsit. Ex cujus viri laboribus, multa me fateor, in hoc opere nostro de Hirsau-giensi historia, necessariò commiscuisse. Ac meminit hujus scriptoris etiam alii ejusmodi operis locis. Item in vita S. Maximi, episcopi Moguntinæ, apud Sarium, a. d. xxviii Octobr. Ubi sic de eo scribit: *Presbyter Maximus, in episcopatu succedens, presuit annis, ut Meginfredus refert in Chronicis, quatuor & viginti. Inibi ad oram hæc annotantur: Is Meginfredus fuit monachus Fuldensis, sub imperatore Ottone II, & III; scripsitque historiam libris xxiv. Neque, quod hic de Ottone II, & III dicitur, adversatur ei, quod eum ad Henrici II ætatem antea referebamus. Nam uti Ottonum tempore vixit, ita & Henrici II, qui Ottoni III successit. Cæterum non Chronicis solum gloriam meruit: sed etiam vitæ S. Emmerami. Quam apud Henricum Cassinum habes Tom. II Antiq. Lect. Unum tantummodò sententia huic repugnare videtur, quod Chronici auctor à Tritthemio dicitur fuisse monachus Fuldensis: at is, qui vitam tradidit Emmerami,*
in epi-*

in epigraphæ vocetur *præpositus Magdeburgensis*: similiterque, Græcâ appellatione, *Parthenopolitanus magister* nuncupetur ab Arnolâdo Comite de Cham, & Vorburch, epistolâ ad Purchardum abbatem *a. a Apud Canisii T. 1. Ant. Leff.* Sed, ut Canisius inquit, potuit Fuldâ vocari ad præposituram Magdeburgensem. Sanè tempora conveniunt, cum & Magdeburgensis ille præpositus vixerit anno c10x.

Hisdem temporibus in pretio erat ALFRICUS, sive *Elphricus*, cognomento *Grammaticus*, natione Anglus, Ethelvvolphi discipulus, postea abbas Abindonenfis, exinde episcopus Wiltunenfis, ac tandem archiepiscopus Cantuarienfis. Anno ætatis xxiii condidisse dicitur Chronica Saxonica: quæ imprimis agebant de Ecclesia Cantuarienfi. Hæc MSa supersunt Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Ubi & alia ejusdem, itidem MSa, reperies. Eademque in urbe, in publicâ Academiæ bibliothecâ, ejus sermones c1xxx antiquis literis Saxonice MSi conspiciuntur. Alia quoque ejusdem suggeret in Britannicorum scriptorum' catalogo Joannes Pitseus. Obiit anno c10xvi, sub rege Anglorum Ethelredo.

HAYMO FLORIACENSIS, Anglus, S. Benedicti monachus, in Eboracensi cœnobio degebat anno gratiæ c10xx. Hic memoriam sui ad posteros propagavit, signando martyrium S. Abbonis, abbatis Floriacensis; item historiam à Justiniano imper. usque ad Karolum M. cujus operis epitomen fecit Guilielmus Malmesburiensis, ut alibi dicimus.

Æqualis huic REINERUS, monachus Leodicensis cœnobii S. Laurentii. Nominis sui memoriam reliquit scriptâ à se vitâ B. Laurentii, episcopi, & martyris. Item vitâ S. Woldobonis, episcopi Leodicensis, quæ MSa Leodici adservatur.

His comitem se addit ANDREAS LEUCANDER, Anglus: qui & ipse circa annum c10xx clarescebat, regnante apud Anglos Canuto Dano. Possesivo vocatur *Lernander*: sed corruptè; cum nona Lerna id nominis acceperit: sed planè exprimitur Græcum *Λευκάνδρος*, quasi Latine *albivirum* nuncupes. Quippe linguâ patriâ *Wuhytman* vocabatur: ut de conterraneo suo tres Angli tradidere: Lelandus dico, & ex eo Balæus, ac post utrumque Pitseus. Monachus fuit, & tertius abbas Ramestensis cœnobii apud Girvios. Adiit Hierosolymam, ac *De suo itinere sacro* librum perscripsit. Item consignavit vitam Joannis, ut Pitseus vocat, seu, ut priores, Ivonis, episcopi nationis Persicæ, in Britannia sepulti: cujus corpus Ailvinius, Ostroanglorum comes, quaesierat: ac postea Eadnotus, primus Ramestensis

CAP. XLIII.

Tangmarus presbyter de gestis Bernwardi episcopi, discipuli sui, ad Sifridum episcopum. Quatenus sit genuinus. Arnoldi Saxonis, Altahensis monachi, ætas, atque opus de vita Godeharti, ad præceptorem suum Meghardum, jussu scriptum Athelberti abbatis. Quæ fide opusculum hoc exaratum, & quousque sit ipsus Arnoldi. Fulberti Carnotensis studium erga B. Virginem, atque ut miraculosè sanatus dicatur. Fulberti hujus Legenda de natiuitate B. Virginis, & liber de vita S. Autherti. S. Eberardus de vita S. Harvici. Warmanus de vita S. Pyrminis. Historia Alberti Metensis de gestis sui temporis. Theodericus, S. Albani monachus, de vitâ & miraculis S. Benedicti. Bertrada seu Berta de S. Adelheide. Possivini de ætate ejus sententia refellitur.

TUM Henrici II, tum Conradi II ætate, in pretio erat TANG-
 MARUS presbyter, bibliothecarius, ac notarius Ecclesiæ Hilde-
 heimensis. Hic collegit gesta Bernwardi, tertiidecimi Hildes-
 heimensis Ecclesiæ episcopi; qui eò dignitatis provectus fuit anno
 Sospiratoris nostri MCCCXCIII: ac trigésimo post anno, Christi verò
 CXXXIII, naturæ concessit. Fuit autem Tangmarus Bernwardi hu-
 jus præceptor: atque, ubi ille ad episcopale pertigerat fastigium,
 in peregrinatione eum Italicâ est comitatus: imò & legatus ad
 Ottonem III, ac Sylvestrum II fuit: quod clarè eâ ex vitâ dilucet.
 Epistola igitur, quâ vita isthæc nuncupatur Sifrido, planè alterius
 est. Nam Sifridus hic omnino est ille è nobili Quernenvorde fami-
 lia, priùs Magdeburgensis Ecclesiæ decanus, ac canonicus: postea
 autem trigésimustertius Hildenheimensis Episcopus; quem ade-
 ptus est honorem anno CCCCXXX. Nec tamen omnem Bernwardi
 vitam scripsit Tangmarus; si fidem ex iis, quæ habemus, fieri oportet.
 Nam desinit in controversia, quæ inter Bernwardum, & Aribonem,

bonem, archiepiscopum Moguntinum, de Gandesheimensi erat controversiâ. His expositis, in veteri codice, minimum ejusmodi, ut scriptus sit ante annos ccc, disertim legas, EXPLICIT TANGMARUS. Fortasse, eò usque ubi pervenerat, è vivis excessit. Saltem alterius sunt, quæ postea narrantur de conditâ ab eo abbatiâ, seu monasterio S. Michaëlis: item de quinquennali ejus morbo, atque instituto monastico, & obitu. Cæterum, cum de vita loquimur Bernvardi, non eam intelligimus, quam Surius dedit a. d. xx Novembris (vix illa brevissimi nomen meretur) sed istâ, quam Brouverius in codice Hildenesheimensi in illustribus Germaniæ sideribus edidit.

ARNOLDUS Saxo, Altahensis, sive Altachienfis monasterii, in Bavaria ad Danubium siti, alumnus, posteaque, ut videtur, canonicus Herveldensis, eodem tempore vixit, ac S. Godehartus: qui anno ætatis xxxi ex clerico factus fuit monachus S. Benedicti, anno Chr. lcccxc: abbas autem constitutus circa an. lcccxcvii. Imperabat tum Otto III: episcopus verò Hildenesheimensis erat S. Bernvardus, sive Bernardus, jam ab anno Christi lcccxciii. Huic Bernvardo postea in episcopatu successit Godehartus, ac quartus-decimus ejus loci episcopus fuit. Præcipue igitur claruit temporibus tum Henrici cognomento Claudi, vel Sancti: tum Conradi II; cujus anno XII obiit, anno Christi clxxxvii. Hujus Godeharti vitam ab Arnolde scriptam esse, fatis ostendunt ea prologi verba: *Summa reverentia decore venerando domino meo, & magistro, Menghardo, toto semper devotionis studio colendo, Arnoldus, spiritu, & corpore modicus, quicquid pro plurali subjectionis debito jure proprius, historiâ de vita & institutione beata memoria patris ac pastoris nostri, Godeharti episcopi, scripturus &c.* Cujus verò postulatæ memoriæ eam tradiderit, paullo post subjungit his verbis: *Multiplaci propria negligentia conscientia, & metu territus, retraherbar; donec tandem præceptorum ac fratrum, maximeq; beati viri, & veri Dei cultoris, Aibelberti, abbatis nostri, jussu, partim sponte, partim invitus, obediens, tale fastidium attingere tentavi: tuæque clementia, & præceptor nobilis, secretius offerendum existimavi.* Atque ex his simul, discipulum fuisse Menghardi, cognoscimus. Postea subjungit: *Per adolescentiæ meæ tempora, inter Herveldense & Altahense cœnobium, quasi Orosii more, discursavi.* Significat iis verbis, uti Orosius olim inter Augustinum in Africa constitutum, & Hieronymum in Palæstina agentem, commeabat: ita se ultro citroque itâsse inter Altahense monasterium, in quo ipse vivebat, & Herveldense, cujus

abbas erat Godehardus. Fidem autem libelli sui adstruit hoc patet: Dominum ergo, qui secreta cordium intuendo rimatur, testor, me nihil in ejus memoria laude descripturum, nisi quod aut ipse, & vidi, & audivi; aut à verè veridicis, & etiam probatis, agnovi. Maxime tamen, cum in Altaba, studii causâ, exularem, cujusdam veterani presbyteri, Reignoldi nempe, quem & tu melius noveras, familiaritate, & colloquio sapius utebar; & si dominus quandoque dignaretur, ejus veriloquâ relatione ad hoc ipsum instruebar: qui certè ei ab ipsa infantia fidei ministerio semper adhaerebat, eumque sacra eruditionis literâ instruebat; & omnia ejus dicta, & facta, usque ad monachicam professionem, & etiam ad pontificalem promotionem, ipse melius noverat. Ex quibus eâdem discimus ætatem ejus Arnoldi, de quo nunc sermo nobis. Vitam hanc Godeharti, sive Gothardi, legas Tom. VII sylloges Surianæ: sed stylo mutato, & plerisque redditis *Æg. & ex. smas*: imò in prologo ab eo, & nomen omissum scriptoris, hoc est. Arnoldi: & ejus, cui dicârat, hoc est Menghærdi. Denique agnoscit ipse Surius, desiderata fuisse non pauca in eo exemplari, quo usus fuit. At ipsius Arnoldi verbis prodierat Lipsiæ anno c130xviii ex bibliotheca S. Galli: integriusque ex MSo Ecclesiæ Hildesheimensis ante annos paucos edidit Christophorus Brouverus. Libellus verò de relatione in numerum sanctorum, sive, ut Brouverus vocat, *Sanctorum* Gotharti, miraculisque subsecutis, sicut postea ab alio fuit, qui xc annis minimum junior sit. Nam in *opusculi* ejus legas: Anno Dominicae Incarnationis c13cxviii, obitus verò beati Godehardi nonagesimo, Bertholdus, vii venerandus, cathedra nostra præsidebat &c.

Etiam ad Henrici II, & Conradi II tempora referendus est Fulbertus, sive Fulpertus, qui & Vinbertus. Primum (ut Choppinus ait lib. II de dominio Franciæ T. II) erat cancellarius Roberti, Francorum regis, filii Hugonis Capeti: postea autem Episcopus Carnotensis; quem honorem adeptus anno c13xvii juxta Democharem, vel potius c13vii, ut Baronius comprobat in Annal. ad eum annum. Obiit autem anno c13xxxI, vel, juxta alios, c13xxviii, IV Id. April. Hunc primum ajunt in Galliis festum celebrâsse nativitatæ Virginis Mariæ. Eidem B. Virgini templum instauravit, rege Anglorum Canuto pecunias suppeditante, cum universa civitas hujus Fulberti ætate fuisset combusta: ut est apud Guilielmum Malmesburiensem lib. II de gestis Angl. a. Qui & lib. III refert, matrem Domini visam Fulbertum sanare lacte mamillarum suarum. Epistolæ Fulberti, item sermones, & prose ac versus in laudem sanctorum, Lutetiæ primum prodierunt, an. c131cv. Eidem in antiquis annalibus tribuitur Legendæ

genda de Nativitate S. Mariæ. Etiam scripsit vitam S. Autberti, quæ est apud Surium a. d. XIII. Decemb. In MSO quidem auctoris nomen præteritur. Sed apud Baldericum in Chronico Cameracensi lib. I cap. LXXVII, cum de S. Autberto egisset, hæc legas: *Quod si quis latius scire desiderat librum, quem Fulbertus, doctor clarissimus, de vita S. Autberti, jubente domno Episcopo Gerardo, inscripserit, legat.*

Conrado II imperatore, effulgebat S. EBERARDUS, discipulus S. Harvici, Salisburgensis episcopi; qui anno primo obiit Conradi, Christi autem cLXXXIV. Hujus S. Harvici vita à S. Eberardo scripta reperitur apud Henricum Canisium Tom. I I antiquæ lectionis. Meminit Baronius quoque lib. XI Annal. ad annum memoratum, ubi vitam viri sancti ab æquæ sancto discipulo scriptum ait.

Temporibus ejusdem Conradi, nempe circa annum cLXXXV, claudit WARMANNUS, Constantiensis episcopus, Germanus: à quo signata fuit vita S. Pirminis, episcopi Meldensis. Atque hoc quidem fide Eisingrini dictum à nobis esto.

Eodem ita perante, anno cLXXX, Tritthemio teste, florebat ALBERTUS, monachus Metensis, ordinis S. Benedicti. Condidit historiam de gestis sui temporis, *et si brevem, tamen utilem*: ut de ea judicat Siebertus in catal. cap. CXLIV.

Videre eadem tempora THEODERICUM, S. Albani monachum, apud Moguntiam, Ordinis S. Benedicti: qui de vita & miraculis S. Benedicti scripsit: item de translatione ejus in Galliam: adhæc successiones Moguntinorum episcoporum: atq; alia. Apud Eisingrinium legas, floruisse an. DCCCCLXXXV. Sanè credibile est, eo quidem tempore vixisse. Sed claruit potius viginti, aut triginta annis post. Nam vitam S. Benedicti dicavit Richardo I, abbati Fuldensi: qui an. MXXIII abbas fuit, annoque obiit MXXXIX: ut in Chronico suo testatur Lambertus Schafnaburgensis. Aut hoc verum est, quod dixi: aut longævus, permultosq; annos scribendo intentus Theodericus fuit. Quicquid est, eos ratio fugit, qui illum ad annum referunt cLCCCXL: quem lapsum non aliunde provenisse existimo, quam quòd ex 1040 effecerint 1440. Qui valde erat præclivis error.

Nec viris solum celebratur imperium Conradi hujus: sed sequiore etiam sexu: ante alias BERTRADA, sive Bertâ, sorore S. Wolfelmi, Abbatis Bruvilerensis, virgine sacrâ in cœnobio Vilecensi: quæ libellum edolavit de vita S. Adelheidis, sive Aleidis, primæ Abbatissæ Vilecensis. Eum, sed stylo mutato, exhibet Surius die v Febr.

Prologum quoque Surius emisit. In eo testatur ipsa, quæ refert, accepisse se ab illis, quæ Adelheidis, in terra agentis, doctrinâ, atque exemplis, fuerant institutæ. In vita ipsa commemorat, ut Adelheidis præfecta fuerit monasterio S. Mariæ, atque id volente Heriberto, Coloniensi archiepiscopo. Atqui obiit Heribertus anno octavo Henrici II Imper. qui Christi erat cLxxxI. Item ait, Henricum imp. nuper fuisse defunctum: ubi satis liquet, signari eundem Henricum: decessit is autem anno cLxxxiv. Ex his igitur Bertradam vixisse constat sub Conrado II Imp. qui Henrico II successit. Ut fallatur Possevinus, cum sub Othone ait claruisse: quomodo qui loquitur, primum ejus nominis videtur signare. Sed tertius Otho jam obierat anno cLxii. Inter autem Othonem III, & Conradum II, Henricus rexit annis XXI. sub cujus successore, Conrado II, eam vixisse dicebamns. Bertradæ meminit Conradus, Bruvelirensis monachus (de quo post dicam) in S. Wolphangi vita, his verbis: *Extiterat huic beatissimo viro frater germanus, Frumoldus nomine: sorores santimoniales due; quarum una, Osyvenda nomine, mira simplicitatis, & innocentia fuit femina: altera verò, Berta nuncupata, literarum plurimum emicuit scientiâ. Hac vitam beatæ Adelheidis, primæ Vilecensis Abbatisæ, elegantis satis stylo conscripsit, & plurimum religionis, vel scientiæ suæ fructum, in eodem loco reliquit.*

CAP. XLIV.

Berno, *Augiensis abbas, de vita S. Vdalrici. Rogerus abbas de vita S. Brunonis. Glabri Rodulphi historia de gestis sui temporis. Opinio ejusdem de potestate Papæ in diocesi alienâ. Everwinus abbas de vita Simeonis Syracusani ad Popponem, archiepiscopum Trevirorum: cujus postulato Simeo calitum numero est adscriptus. Idem Everwinus de gestis Popponis hujus Trevirensis. Helgandus Floriacensis de vita & gestis regis Roberti. Wippo presbyter de gestis Conradi Saliqui imper. Ioannes de Garlandia de miraculis B. Virginis Mariæ. Everhelmus de vita Popponis Stabulensis. Odoranni Chronicon. Anonymus de vita Guidonis Pomposiani. Olbertus Belga, cujus existat liber de vita S. Veroni, idem videtur, ac Alvertus Gombincensis,*

ensis, de quo antè dictum: falluntur verò, qui eum ad annum referunt c̄lxxviii: quo ut obisse concedamus, tamen certum est, præceptorem fuisse Burchardi, qui annis lxx ante id tempus jam Wormatiensis erat episcopus. Quàm illustri genere natus fuerit Hermannus Contractus: quæ cognominis causa: quis Chronicon ejus continuârit: unde provenerit, ut S. Galli monachus crederetur, qui in Richenaw, seu Augia majori, vixerit: ac quando morte vitam commutârit. S. Odilo de vita S. Majoli. Primordia ritus, quo iv Kal. Nov. commemorantur fideles defuncti. Itinerarium Leonis Papæ, auctore Anselmo Rheimensi. Anselmus Legiensis, sive Leodicensis de gestis episcoporum Leodicensium. Haymo Cantuariensis quæ ediderit, & quando diem suum obierit. Marbodi nomen quàm varîe proferatur: & quæ prodiderit de vitis sanctorum.

Quo tempore imperium erat penes Henricum II, ac Conradum II, ac primo Henrici III quinquennio, claruit BERNO, prius monachus S. Galli, postea abbas Augiensis. Coronationi se Henrici III interfuisse, ait ipse libro II de rebus ad Missam pertinentibus. At coronam ille accepit anno c̄lxxiv. Hincmari Rheimensis archiepiscopi, discipulum fuisse, indicio esse videtur epistola ipsius Hincmari ad Æneam, Parisiensem episcopum; quam ex Vaticanâ bibliothecâ, occasione junioris cujusdam Bernonis, refert Baronius loco non suo; nempe demum ad annum Iccccxii. Quid in cantu Ecclesiæ præstiterit, docebit Eckerhardus in vita B. Notgericæ. x. Prodidit posteris vitam S. Udalrici, episcopi Augustæ Vindelicorum: quæ apud Surium exstat Tom. iv ad iv Jul. Decessit anno gratiæ c̄lxxv, vii Id. Jan. cum Augiense monasterium annis rexisset xxxix.

Trium, quos proximè diximus, imperatorum ætate, etiam fuit ROGERUS, abbas canobii de cruce S. Lausfredi in Britannia, ord. D. Benedicti, congregationis Cluniacensis. De eo sic Sigebertus cap. cxxxii: Rogerus scripsit vitam Brunonis, Colonienfis archiepiscopi, qui fuit dux, & frater Othonis imperatoris. Item in Chronicis ad an. Iccccclii: Mortuo Wigrifido, Colonienfium archiepiscopatum suscepit vir gloriosus Bruno, frater Othonis imperatoris: qui quantus qualis se fuerit apud Deum, & homines, lector ediscat

ediscat è vitâ ipsius, quam Rogerus EUCLENTER scripsit. Quæ verba & Ægidius exscripsit in additionibus ad Anselmum cap. XLIV. Legere eam etiam est apud Surium T. v die XI Oâ. Ad hunc Rogerum Guitmundus contra Berengarium scripsisse creditur.

GLABER RADULPHUS, seu Rodolphus, claruit temporibus Conradi II, & Henrici III. Historias sui temporis complexus est libris v. nempe ab anno Mcccc, ut ipse ait lib. I cap. I: vel potius millesimo (nam de præcedenti seculo pauca habet) usque ad sua tempora, hoc est, ann. cLXLV. Fuit primùm S. Germani Antifiodorensis, postea autem Cluniacensis monachus: eoque & Odiloni, abbati Cluniacensi, opus suum dedicavit. Hic, ut Baronius quoque ait ad annum Mccccxvi, *nihil vult in alienâ diœcesi posse præsumere Romanum pontificem, plusquam ceteros episcopos: quibus certis limitibus est definita diœcesis, & extra illam nihil penitus agere posse.* Eoque nomine ibidem reprehenditur.

Circa annum cLXXI, quo Conrado II Henricus III successit, clarescebat EVERVINUS Germanus, monasterii S. Mauritii abbas Doleiensis, sive Toleiensis, in Treverensi agro, congregationis Cluniacensis. Qui luculentè in literas retulit vitam S. Simeonis Syracusani, monachi Trevirensis: eamque Popponi, Trevirorum archiepiscopo, dedicavit. Quàm gratam verò is habuerit operam Evervini, exinde non difficile est conjectu, quòd Popponis hujus postulato Benedictus Papa Simeonem illum, in numerum retulerit sanctorum. Quemadmodum à Tritthemio in Hirsaugiensi chronico proditum est ad annum cLXX. Eam vitam repræsentat Surius T. I die I Jun. Insuper memorati Popponis gesta ab Evervino tradita fuere, eodem Tritthemio teste.

Æqualis huic erat HELGALDUS, sive *Helgaldus*, qui Possesino corruptè *Helgacidus*, monachus Floriacensis. Hic literis mandavit vitam Roberti, Galliarum regis, filii Hugonis Capeti. Cui præmisit testamentum Leodebodi, abbatis S. Aniani. Debemus eum P. Pithœo. Est autem ea Roberti vita nihil aliud, quàm compendium ex alterius monachi opere. Idem Helgaldus bonâ fide signavit vitam Abbonis, abbatis Floriacensis. Unde unum alterumque locum adfert Baronius ad an. Mccccxviii.

Coætaneus ejusdem WIPPO presbyter: cujus nomen quòd necdum intercidit, facit, non ejus teralogus tantum, sive carmen in laudem Henrici III, cujus facellanus erat, à Canisio a editum: sed etiam scripta ab eo vita Conradi Salici imp. quam Conradi hujus filio,

filio, Henrico III, dedicavit. Primus illam emisit Jo. Pistorius a. ^{a Tom. scrip. de German. reb.}
 Eodem tempore claruit JOANNES DE GARLANDIA, Anglus, anno nempe cLXXI, sub Haraldo primo, rege Anglorum. Liberum reliquit de miraculis B. virginis Mariæ. Item multa alia, quæ in catalogo suo Bostonus retulit. Aliqua eorum MSa adservantur in bibliothecâ Cantabrigiensi.

Tempore etiam hujus Henrici III Imp. cognomento Nigri, fuit EVERHELMUS, seu potius *Everhelmus* primum abbas Altimontensis in Hannonia, postea autem in cœnobio Blandiniensi apud Gandavenfes in Flandria, abbas duodevigesimalis. Fusè hic vitam scripsit æqualis, imò cognati sui S. Popponis, abbatis Stabulensis; qui anno decessit cLXXV. Habes eam apud Surium a. d. xxv Jan. Fuisse æqualem Popponi, ut dicebamus, arguit illud, quòd ei adfuit morienti: ut legere est vitæ ejus cap. xxiv. Popponem autem fuisse temporibus Henrici III, hoc est ejus, qui Othoni III successit, quippe successorem habuit Conradum, indicant hæc verba cap. ix: *Erat interea viro Dei iter ad Henricum, Romani potentatus imperatorem post Orthonem juniorem.* Et ista cap. xv. *Accidit interea, Henricum imperatorem vivendi finem facere, Conradumque in regno habere successorem.* Ubi satis liquet, signari Conradum Salicum, Henrici Nigri parentem. Videndum autem, ne cum hoc opere Everhelmi de vita Popponis Stabulensis confundamus opus Evervini de vita Popponis Trevirensis: de quo paullo antè loquebamur. Obiit Everhelmus anno cLXXIX cum annis XI abbas fuisset Blandiniensis. Anno enim cLXVI Wichardo successerat. Successorem autem habuit Foliardum.

ODORANNUS, monachus S. Petri Vivi Senonensis, claruit anno cLXXIV. Condidit Chronica rerum in orbe gestarum: ex quo fragmentum habes in annalibus Francorum à Pythæo editis. Vide de eo quædam apud Baronium ad annum lcccLxxv.

Ejusdem Henrici III temporibus fuit is, qui vitam signavit æqualis sui S. Guidonis, abbatis ejus Pomposiani, qui anno obiit cLXXVI, ac cujus ossa anno proximo ab Henrico Imp. Spiram fuere translata, ubi hodieque ea cernere licet. Exstat hæc vita apud Surium T. VII a. d. xxxi Mart.

Eodem imperante, circa annum cLXXVII, si credimus Arnoldo Wion in ligno vitæ, OLBERTUS Belga, ex Lobienfi monacho abbas Gemblacensis, congreg. Cluniacensis, ad Raginerium, Comitum Hannoniæ (de quo magnam Chronicon Belgicum ad

ann. Chr. c̄lxxv) librum scripsit de vita S. Veroni Confessoris. Is MSus exstat apud Miræum Antverpiæ, & Bergis sive Montibus Hannoniæ apud Franciscanos in annalibus Jacobi Guisiani. Equidem Olbertum hunc Belgam haut alium puto esse ab Alberto Gemblacensi, de quo egimus cap. xli. Sanè vitas eum sanctorum descripsisse, disertim ait Sigebertus. Sed non exiguum scrupulum injicit, quòd ille multò junior videtur. Nam ante annum millesimum claruit; ut argumento est, quòd, (ut idem Sigebertus monet) præceptor fuit Burchardi, episcopi Wormatiensis: qui anno MCCCCXCVII præful est factus ejus loci: ac, cum annis xxix ecclesiæ præfuisset, Leodii anno c̄lxxv decessit. Verisimilius igitur Possëvinus, qui Olbertum, non dico claruisse; sed obiisse ait anno c̄lxxlviii. Sed hoc si est, admodum fuerit longævus. Nam annis totis lxi vixerit, postquam discipulum suum jam præfulem viderat Wormatiensem. Attamen non tanta hæc fuerit ætas, ut propterea credamus, pugnare secum Possëvinum; dum Olbertum præceptorem vocat Burchardi, atque eundem ait anno c̄lxxlviii, annis xxiii post obitum Burchardi, decessisse. Nam facilè hæc conciliantur, si Burchardi fuerit præceptor annos xxv natus, vel xxx: octogenarius autem, aut nonagenarius, obierit. Sed utcumq; sit de ætate, is assentire non possum, qui Olbertum Belgam, & Albertum Gemblacensem, diversos arbitrantur: uti nec illis, si qui putent, clarescere cœpisse circa annum c̄lxxlviii.

Henrici iii ætate in pretio quoque erat HERMANNUS CONTRACTUS; qui ab Joanne Aventino appellatur *Hermannus Suerus*: interque eos reponitur, quorum operâ, in quinto annalium suorum concinnando, profecerit. Memorat & Honorius in catalogo. Ex illustri Veringensium Comitum sanguine natus fuit: quippe Wolferadi, & Hiltrudis, Comitum, filius. Sed membris planè erat contractis: unde & *Contracti* nomen accepit. Et fortasse ea propter monachus factus fuit. Sed nobili aded sanguine cretus potissimum Augiæ majoris cœnobium est ingressus; quo non alii recipi solent, quàm principum virorum liberi, & omnino, qui illustri stemmate prognati forent. Multa conscripsit; atque inter ea Chronicon de sex mundi ætatibus usque ad annum c̄lxi; quo floruit. Bertoldus verò Constantiensis, de quo mox dicam, continuavit illud usque ad annum c̄lxxv. Sæpius jam lucem hoc Contracti opus adspexit: sed auctius legitur in Germanicorum scriptorum tomo; qui fide, & studio Christiani Ursitii, prodit: atque utroq; ple-

nus, operâ Henrici Canisii Tom. I Lect. Antiq. Hanc diversitatem non tam ex eo esse arbitror, quod Contractus sæpius auxerit Chronicon suum: quàm quod monachi nonnulli in privum usum compluria adjecerint. Conferenti Contractum cum Beda parebit, Chronicon Bedæ totum penè ad verbum exscripsisse: quod & Vasæus ^{a Dere-} observavit. Vir fuit, non Latine modò, ac Græcè; sed Arabicè etiam ^{bus Hist.} doctus: ut auctor est Tritthemius. A quo cœnobita S. Galli nuncupatur: sed perperam. Error inde profluxit, quod codices illi, qui priùs haberi solent, exscripti forent è codice Sangallensi in Helvetia. Sed ipse in majoris se Augiæ cœnobio vixisse, indicat ad an. c̄lxxviii. *Imperator*, inquit, *Augiam nostram ingressus*. Atque ibidem: *Festo S. Marci apud nos acto*. Item an. c̄lxlvi: *Werinbarius, frater meus, Augiensis monachus*. De obitu ejus is, qui appendiculam Hermanno addidit, ita scribit ad annum c̄lxliv: *Hermannus, Wolferadi Comitis filius, ab infantiâ omnibus membris contractus, sed omnes tunc temporis viros sapientiâ, & virtutibus præcellens, in Aleshusan, prædio suo, defunctus, ac sepultus est*. Hermanni contracti liber de vita S. Magni, & alter, de vitâ S. Wiboradæ virginis MSi exstant apud Helvetios in bibliothecâ S. Galli.

Etiam tempore Henrici III, vel II, ut alii vocare malunt, S. ODILON, victuris mandabat chartis vitam S. Majoli; post quem abbas fuerat Cluniacensis. Habes apud Surium Tom. III ad XI Maji. Item in bibliothecâ Cluniacensi. Scripta ab eodem est vita S. Adelheidis, quæ Ottonis I imp. uxor, Ottonis II mater, Ottonis III avia fuit. Meminit ejus vitæ Lupoldus Bebenburgensis, qui claudit anno c̄lcccxxv. Vide eum cap. XIII libri de veterum principum Germanorum fide ac religione. Ubi & ait, eum libellum Odilonis in quibusdam Germaniæ ac Burgundiæ Ecclesiis reperiri. Idemque scribit Molanus, in notis ad ea, quæ addidit Uuardo xv Dec. Tandem verò hæc Adelheidis imperatricis vita ex codice MSo, sed non apposito auctoris nomine, edita est à Canisio Tom. V Antiq. Lect. Et ex eo à Cluniacensi monacho, Martino Marrier, in bibliothecâ Cluniacensi; qui nomen Odilonis ex codice cœnobii Martiniani expressit. Ipfus verò Odilonis vita postulato Hugonis, qui Odiloni surrogatus, exarata fuit à Petro Damiani. Eam Surius repræsentat ad I Jan. Ex hac inter alia discimus, Odilonem hunc primum præcepisse monachis suis, ut post. Kal. Novembres celebrarent memoriâ omnium defunctorum; quemadmodum pridie omnes agerent memoriâ omnium sanctorum. Ab Odilone

verò exemplum ad varias transit ecclesias: ac tandem etiam ritus hic auctoritate Papæ comprobatus, atque aliis ab Ecclesiis receptus fuit. Vide Sigebertum in Chr. ad an. **IOCCCCXCVIII**, & Martyrologium Rom. a. d. **II NOV.** Obiit anno **CLXLVIII**, ætatis suæ **LXXVII**, cum cœnobio suo præfuisse annis **LVII**. Quippe electus abbas fuerat Anno **IOCCCCXCII**.

ANSELMUS, Rhemenfis monachus, ordinis Benedictini, natione Gallus, floruit sub eodem Henrico **III**, circa an. **CLII**. Scripsit Leonis papæ **IX** itinerarium ex **U**ibe in Gallias; ubi etiam, quæ eo itinere in synodis, & conventibus, gesserit, exposuit. Vide Sigebertum in catal. cap. **CLIII**.

ANSELMUS LEGIENSIS clericus, sive Leodiensis, ut vulgò loquimur, pro quo Karoli M. ævo, & aliquot seculis post, *Leodicensis* dixerunt; uti urbem ipsam *Leodicum*, non *Leodium*: qua de re scitè Lipsius Poliorceticôn lib. **I**. dial. **II**. Decanus fuit Namurcensis ad B. Virginis, & Canonicus ac Scholasticus Leodicensis in B. Lamberti: ut est apud **S**uveertium in Athenis Belgicis. Temporibus fuit Henrici **III**, quantum ex Sigeberto perspicere licet: qui de eo agit inter Petrum Damiani, & Franconem Scholasticum. Quæ reliquerit, idem docet his verbis: *Anselmus, clericus Legiensis, scripsit gesta Pontificum Legiensium: & in eo libro vitam Guatonis episcopi veraciter sibi nota plenè descripsit.* Tritthemius in catalogo eum omisit: etsi aliter Suffridus Petri, & Possévinus, annotant.

Æqualis quoque hiserat **HAYMO**, Cantuariensis archidiaconus: qui sub Eduardo Simplice, Anglorum rege, vixit, an. **CLIV**. Ejus sunt ista, revelatio corporis S. Dionysii: tractatus de martyribus quibusdam: item libri **X** de memoria rerum Christianarum: atque alia, quæ in catalogo suis commemorant Petrus Equinus, & Bostonus Buriensis. Obiit anno **CLIV**, sub rege Eduardo Confessore.

Etiam Henrico hoc **III** in Germaniâ imperante, inque Anglia regnante Eduardo Simplice, eruditione suâ inclytum nomen reportabat **MARBODUS**, (qui Sixto Senensi Marbadus, aliis Marbodeus, vel etiam Marboldus) monachus prius cœnobii Audegavensis B. Albini, postea Redonensis episcopus in Gallia Aremorica. Hic præter libellum de gemmis, & alia, etiam, ut Sigebertus in catal. ait cap. **CLIX**, *metricè scripsit passionem S. Laurentii.* Atque, ut ibidem inquit, *scripsit & metricè passionem Thebæorum; quasi pedibus vadens insentiantiam Eucherii, Lugdunenfis episcopi; qui eam, urbanâ prosâ, scripserat ad*

Sylvium episcopum. Gallicè etiam librum composuit de vita S. Magnoboldi, episcopi Andegavenfis : quem Latine reddidit Paschalis Robinus. Obiit anno cĪL. Vide de eodem Sylvestrum Gyraldum Cambriensem in Speculo Ecclesiæ lib. IV cap. XV I, Liliū Gyraldum in syntagm. poët. dial. V, Sixtum Senensem biblioth. sanct. lib. IV, item Renatum Benedictum in vitis sanctorum Galliæ, Gallicè ab eo scriptis ; sed Latine redditis à memorato antè Paschale Robino : ubi *Magnobaldus* vocatur. Cæterum de ætate illud Marbodi dissimulare non possum , etsi eum ad Henrici III Imp. & Eduardi Simplicis, Angliæ regis, tempora, hoc est, annum cĪXL, referat Tritheimius ; nec is modò, sed etiam Balæus, & Pitseus, uterque in historiâ scriptorum Britannicorum : dissentire tamen Joannem Chenu Biturigem in chronologiâ episcoporum Galliæ, qui aliquantò juniorem facit. Nam ait, eum ab Urbano II Papâ, cum Turoni concilium celebraret an. cĪXCVII, mense Martio, creatum esse episcopum : rexissetque Ecclesiam Redonensem annis XXVII, ac VII mensibus : postea abdicasse se episcopatu, ac monachum esse professum in Ecclesia S. Albini Andegavenfis : atque inibi obiisse die XI Sept. an. cĪcxxxiii. Eaque ut veriora censeam, suadet Redonensium episcoporum series à Joanne Chenu tradita : quam seriùs nactus sum, suggerente eam primùm conjunctissimo collegâ, Andream Riveto, Theologo, ut aliis laudibus ornatissimo, ita etiam historiæ veteris apprimè gnaro.

CAP. XLV.

Drogo, Morinorum episcopus, perperam alius putatur à Drogone Gestellensi. Quæ ingenii sui monumenta reliquerit. Anonymus de vita Theobaldi. Wibertus archidiaconus de vita papæ Leonis IX. Petrus Damiani quorum vitas signavit. Vel duos fuisse ejus nominis, vel sermonem de Christi nativitate falsò Petri hujus nomen preferre. Scripta Paulli Genuensis, viri ab infantia cæci. Guainerius, qui & Benedictus Salernitanus. Alphanus Salernitanus.

TEMPORIBUS CONRADI II, HENRICI III, & HENRICI IV, (qui imperare occæpit anno cĪLVII, & L annis rexit) conspiciæ virtutis atque eruditionis erat DROGO, Flander, mona-

chus monasterii S. Winocii in Flandria, hinc Gestellenfis pastor, denique Morinorum episcopus : quo in munere Balduino successit anno cDxxxvi : undecimo anno imp. Conradi II. Alii tamen referunt ad annum Christi cDxxxvi. Interfuit concilio Remensi quod à Leone VIII celebratum fuit anno cDl. Præfuit Morinis seu Therovanæ urbi annis XL. Obiit an. cDlxviii. Simlerus verò in Gesneriana appendice fallitur : cùm Drogonem sacerdotem Gestellenfem, & Morinorum episcopum, diversos facit. Nominis sui memoriam libellis aliquot extendit. Eos inter est vita S. Godolevæ virginis, & martyris : quæ est apud Surium T. IV die vi Jul. In præfatione ait, *Quæ scripsimus, ea pro certo sic se habere ab illis accepimus, qui hodieque supersunt, & suis ea oculis conspexere.* Quare, ut aliunde nesciremus Drogonis ætatem, tamen ex illis verbis ejus disceremus, Nam Godoleva, de qua loquitur, circa annum cDlxx coronam martyrii accepit. Vide Mejeri annales Flandriæ ad an. cDlxx; ubi & mentionem facit vitæ hujus à Drogone scriptæ. Præterea reliquit Drogo vitam S. Ofualdi, regis Northumbriæ. Adhæc miracula S. Levinæ virginis. Idem libro uni de vita S. Winocii alterum tertiumque adjunxisse dicitur. MSum codicem extare, vel saltem extitisse Bergis S. Winoci, indicat Molanus ad Usuardum, v Aug. Obiit Henrici IV anno xxii, Christi autem cDlxxix, cùm annis sedisset xlv : ut est apud Mejerum lib. III anal. Flandriæ, & imprimis apud Antonium Monchiachenum Democharem lib. II.

Henrici III, & IV temporibus vixit ille, qui vitam tradidit cœtanei sui B. Theobaldi, presbyteri, & eremitæ; qui obiit. n. cDlxvii. Offendes in Surii Tom. VII die xxx Jun.

Tum quoque claruit WIBERTUS archidiaconus; qui fusè, & pro temporibus istis eruditè composuit vitam cœtanei & familiaris sui S. Leonis IX Papæ, Leucrorum antea episcopi. Ea studio Jacobi Sirmondi Lutetiæ Parisiorum prodit anno cDlxcv. Notis illam illustrat Barthius Adversar. lib. XLV cap. XIX.

Etiam FOLCHARDUS BERTINIENSIS vixit extremis Henrici III temporibus circa an. cDl. Monachus erat S. Bertini in Sithiu, qui olim vicus fuit in Artefia percelebris monasterio suo: hodie autem est oppidum S. Audomari, cujus sancti corpus ibi quiescit ex monasterio translatum in primarium templum. Folchardus hic auctor creditur vitæ S. Audomari, item S. Bertini, qui Audomaro successit an. lxcv; ac triennio post, nempe secundo anno imperatoris

Tiberii Apſimari, obiit. Utraque apud Surium legitur Tom. v. ſed ſtylo mutato. Manuſcripta autem utraque eſt in oppido S. Audomari, ut ad Uſuardi martyrologium Molanus annotavit.

Henrici III, ac præcipue Henrici IV ætate, erat PETRUS DAMIANI, ex monacho Benedictino epifcopus Oſtienſis, & Eccleſiæ Romanæ cardinalis. Multa, eaque victura, chartis mandavit. Inter illa eſt vita Odilonis, abbatis Cluniacenſis; quam conſcripſit rogatu Hugonis, abbatis Cluniacenſis, qui Odiloni ſucceſſerat. Eam & Sigebertus agnoſcit in catal. cap. CLXIII. Habes apud Surium T. I ad I Jan. Uti & in Chronologia virorum illuſtrium inſulæ Lirin, atque etiam in bibliothecâ Cluniacenſi. Item vita S. Mauri, epifcopi Cæſennatis; quæ in eâdem Collectione exhibetur T. VII a. d. xx Jan. Item vita Eleuchadii, quæ ibidem die XIV Febr. Item Benedicti abbatis, inibi die XXI Mart. Adhæc Georgii martyris T. II die XXV Apr. S. Marci Euangeliftæ T. II itidem die XXV Apr. Item de SS. Vitale, & Valeriâ, ejus conjugè, ibidem die XXVII. Apr. Et vita S. Anthimi die X Maji: S. Romualdi, inſtitutoris Ordinis Camaldulenſium (qui anno milleſimo claruit) die XIX Junii: S. Rodulphi, epifcopi Eugubini, & Confefſoris T. VII die XXVI Jun. S. Apollinaris tribus ſermonibus die XXIII Jul. S. Caſſiani XIII Aug. Tom. VII: Dominici Loricani a, T. V die XIV Oct. a *Al. Locati.* de martyrio S. Fidelis XXVIII Oct. S. Nicolai T. VII, VI Dec. Et S. Barbatiani XXXI Dec. Quin etiam de SS. Flora, & Lucilla, item de S. Bonifacio, librum compoſuiſſe, teſtis eſt Phil. Bergomas. Etiam ad Deſiderium abbatem ſcripſit tractatum de variis miraculis, Tritthemio quoque memoratum; quem in Collectione Surii, ac Moſandri Tom. VII, invenies. Etiam librum fecit de fundatione Vivarienſis cœnobii. Ex iis verò, quæ hætenus commemoravimus, quædam MSa exſtant in bibliotheca Sereniſſimi ducis Urbini, & bibliotheca Caſinenſi. Imò & aliqua in iis reperiuntur Surio, ac Moſandro, præterita; ut in apparatu ſuo Poſſevinus oſtendet. Fortaſſe tamen non, quæcunque retulimus, Oſtienſis ſint epifcopi de quo nunc ſermo nobis: ſed alterius Petri Damiani; cujus, ſi inſcriptio non fallit, oratio eſt de nativitate Domini; quam Surioſus repræſentat T. VI Dec. XXV. Nam recentiore eum eſſe hoc Oſtienſis epifcopo, illud clarè arguit, quod ſermone eo S. Bernardi Claræ vallonſis abbatis mentio fiat. At floruit ille anno CXCXXX, atque obiit anno CXCCLIII, ætatis ſuæ LXIII. Hic verò Oſtienſis epifcopus anno florebat CCL, & deinceps. Quippe familiaris fuit Leoni IX Papæ;

Papæ; cuius etiam epistolæ ad eum supersunt: ac notitia quoque ei summa intercessit cum Desiderio, abbate Casinensi, Rom. Eccl. Card. ut cognoscimus ex dialogorum ejus libro 11. Obiit autem an. c. lxxii. Meminere hujus Petri Damiani quoque, Lambertus Schafnaburgensis in rebus Germ. ad ann. mlxix. Leo Marficanus in Chron. Casinensi lib. 11 cap. penult. & post eos alii magno numero. Fusè de eo tractat Baronius Annal. Eccles. Tom. xi, & Hieronymus Rubeus Hist. Ravennatis lib. v, & Joa. Bapt. Signius lib. 1 de ordine & statu canonico cap. v.

Ultimis Henrici III, ac primis Henrici IV temporibus, PAULUS GENUENSIS, monachus Casinensis, florebat sub abbate suo Desiderio. Etsi autem ab infantia fuerit cæcus: egregiam nihilominus eruditionem sibi comparavit. Commentarios sanè scripsit in Psalmos, item Hieremiam, aliosque prophetas: adhæc in Euangelistas IV, & epistolas Paulinas, & Apocalypsin. Etiam librum reliquit de altercatione Græcorum, ac Latinorum, tempore Paschalis. Sed, quòd hoc loco ejus meminimus, facit scripta ab eo vita S. Ebizonis monachi. Tibure decessit, & sepultus est.

Iisdem temporibus GUAIFERIUS (qui & BENEDICTINUS SALERNITANUS vocatur) Casinensis cœnobii monachus sub Desiderio, abbate antè memorato, c'arescebat. Multa composuit, quæ MSa Longobardicis literis exstant in bibliotheca Casinensi. In iis sunt Passio S. Lucii Papæ, & vita S. Secundi, episcopi Trojani.

Eorundem ætate in pretio erat ALPHANUS, archiepiscopus Salernitanus: qui versu hexametro ad Rosfridum scripsit vitam, & agona duodecim sanctorum Beneventanorum. Habes apud Aloysium Lipomanum T. IV. & Surium T. v, & iterum T. vii d. 1 Sept. Commentatus quoque est de aliis sanctis: quæ Tritthemio præterita Possévinus recenset. Baronius ad an. c. lxxvii, commemorat epitaphium, quod fecit Bernardo, episcopo Prænestino. Epitaphium itidem, quod Petro Leoni scripsit, ex MSo bibliothecæ Cassinensis codice refert ad annum c. lxxi.

CAP. XLVI.

Folchardus Dorobernensis de vita Ioannis Beverlaci. Anonymus de vita Macarii ejus, cujus corpus adservant Gaudavenses. Incertus auctor de vita S. Gudwal. Amati poema qua-

quadripartitum de gestis duorum Apostolorum, Petri, & Pauli. Ioannes monachus de vita B. Petri Damiani. Incerti nominis monachus Sigebergensis, de vitâ S. Annonis. Conradus Bruwilerensis de vita ac miraculis S. Wolphelmi. Hugo monachus Cluniacensis de vita Hugonis abbatis. Ætas ejus ostenditur. An idem vitam Odilonis descripserit, quod credidit Possevinus. Lambertus de Legia, sive Leodicensis, de vita Matthie Apostoli, & S. Agricii. Ætas ejus. Osmundus de vita Althelmi. Posssevini de etate ejus error. Lisiardus, vel, juxta alios codices, Hariulphus, abbas Flander, de vita S. Arnulphi. Stephanus monachus de miraculis S. Trudonis. Theudus de vita præceptoris sui S. Ioannis Gaulberti. Quando Osbernus vixerit, & quorum vitas scripserit. Osbernum malè eundem, ac Osbertum, putari. Ioannes Barenfis de translatione corporis S. Nicolai. Alberici Casinensis ætas, & quorum vitas signârit. Guntherus, monachus S. Amandi, de martyrio S. Cyriaci. Benno, qui malè nonnullis Bruno, de vita Hildebrandi, sive Gregorii VII. Alexander abbas de vita B. Gosvini. Chartutius Vngarus de vita Stephani regis. Theofridus Epternacensis abbas.

ORsi sumus telam illorum, qui Henrici IV temporibus vitas sanctorum tradiderunt. Fuere autem & alii multi, qui eam p̄ se materiam, hoc imperante, tractarint. Quos nunc complecti animus est. Postea ad illos accedam, qui tempore ejusdem Henrici historias, vel annales, reliquerunt.

Primus se offert FOLCHARDUS DORBERNENSIS, monachus in cœnobio Salvatoris Cantuarie: qui floruit sub Eduardo, regum Anglicanæ stirpis ultimo, anno CIO LX. Hic ad Aldredum, Eboracensem archiepiscopum, Mæcenatem suum, exaravit vitam Joannis Beverlaci, archiepiscopi Eboracensis, & ejusdem miracula post mortem.

Anno CIO LXVI, jussu Sigeri abbatis, ab anonymo tradita est vita S. Macarii, patriarchæ Antiocheni: qui anno obiit CIO XII, ac Gandavi quiescit. Habes eam vitam apud Surium, sed stylo mutato, ad X April. Aliter eam nec antè editam, Sanderus habet

Hagiologio Flandriæ, idque è Baronianæ bibliothecæ MSO.

Circa annum millesimum septuagesimum, jussu abbatis Folcardi, scripta est vita S. Gudvvali archiepiscopi, & confessoris Britanni: qui vixit anno 1002, vel præterpropter. Corpus ejus prius ad Castrum Monasterioli in Francia quievit: anno autem 1000 Gandavum fuit delatum. Mentio ejus vitæ fit in vita S. Bertulphi abbatis cap. xxvii. quæ apud Surium exstat Tom. i die v Febr. Et fortasse est illa ipsa S. Gudvvali vita, quam Surius Historiæ Sanctorum inseruit Tom. i i i, die Jun. vi.

Eodem tempore fuit AMATUS, monachus monasterii Casinensis, posteaque episcopus: sed cujus sedis, incertum est. De eotic Leo Ostiensis lib. i i i Chronici Casinensis cap. xxxiv: *Amatus quoque episcopus, & hujus monasterii monachus, eodem tempore scripsit versus de gestis Apostolorum Petri & Pauli; quos in quatuor distinxit libros.*

Nec multò post JOANNES monachus, discipulus B. Petri Damiani (quem an. c10xxii obiisse, superius diximus) præceptoris sui vitam consignabat. Hæc, ex duobus MSSis expressa octo libris epistolarum Damiani præmittitur.

His etiam temporibus vivebat monachus ille Sigebergensis, qui libris tribus vitam perscripsit æqualis sui S. Annonis, Archiepiscopi Coloniensis, anno defuncti c10xxv. Exhibet Surius T. vi die iv Dec. Jussu Reginharti, cœnobii sui abbatis, eam se retulisse in literas, auctor ipse in præfatione nobis testatur. Itaque non accedo Baronio, qui eam ipsi Reginhardo tribuit T. xi ad annum c10vi.

Tum quoque fuit CONRADUS, monachus Bruvilerensis, ordinis Benedictini, qui vitam miraculaque descripsit S. Wolphelmi, abbatis Bruvvelerensis. Hoc opus dicavit, tum Everharto, ejusdem cœnobii abbati, tum Herimanno, abbati monasterii B. Pantaleonis apud Colonienses: quorum jussu, hoc quicquid est laboris, susceperat. Wolphelmi fuisse æqualem, argumento erunt hæc verba in præfatione: *Igitur sancti, ac beatissimi Wolphelmi abbatis vita senem explicatuni, nihil aliud prorsus intendimus prosequi, quam quod ab idoneis testibus contigit audiri; seu quod aliquot annis ministrantibus, vel adstantibus sibi, divina nobis gratia contulit intueri. De quibus si ullius hesitaverit fides; tot nobiscum exstant idonei testes, quot ex illius temporis collegio fratres nunc usque manent superstites. Wolphelmi autem ætatem satis indicant, quæ de Henrico iv Imp. & papa Hildebrando; atque aliis, inibi legas.*

HUGO, Cluniacensis monachus, prodidit posteris vitam 3. Hugonis, abbatis Cluniacensis: quæ exstat apud Surium a.d. xxix Apr. & ex eo in bibliothecâ Cluniacensi. Ait SURIUS scriptorem hunc eadem vixisse ætate, quâ abbas Hugo. Hoc si est, fuerit temporibus Henrici IV. Imp. ac Papæ Alex. II. Nam ea in vita refertur, ut Cluniaci abbatem Hugonem convenerit Hildebrandus, Rom. Eccl. diaconus; qui, postea pontifex factus, vocabatur Gregorius VII. Item dicitur tum Odo fuisse prior Cluniacensis; qui, ubi Pontifex creatus, Urbani II nomen accepit. Item legere ibidem est, Hugonem, abbatem Cluniacensem, & Anselmum, archiepiscopum Cantuariensem, eodem tempore decessisse. Auctor est Posselinus monachum hunc Cluniacensem etiam signasse vitam Odilonis. In quo decipi arbitror. Nam Odilonis vitam descripsit Petrus Damiani, cardinalis Ostiensis: atque id rogatu fecit Hugonis abbatis: ut ostendunt hæc verba in præfatione ipsâ: *Hugo, Cluniacensis monasterii rector, & spiritualis militia dux, ac præcipuus informator, hoc mihi laboris iunxit, ut vitam beati Odilonis, decessoris videlicet sui, proprio stylo succinctè perstringerem* &c. At si Petrus Damiani jam Odilonis vitam prodiderat; idque postulato Hugonis abbatis: quis credat, Hugonem monachum idem postea tentare ausum; præsertim cum, & eruditione, & facundiâ, multò esset inferior?

Eodem Henrico IV imperante, fuit LAMBERTUS DE LEGIA, sive Leodicensis, vel, ut nunc corruptè efferimus, Leodien-sis. Hic vitam, ac miracula B. Apostoli Matthiæ carmine descripsit libris duobus: ac totidem reliquit libros de vita S. Agricii. Error librariorum videtur, quòd nonnullis in codd. legitur, claruisse an. 1480: nam scribi debuit 1080. Quam ætatem ei tribuit Trithe-mius tum in viris illustribus, tum in Chronico Hirsaugiensi. Quæ barbarico scripsi numero, ut facilius pateat, quàm proclivis fue-rit error.

Anno c̄lxxx claruit in Anglia OS MUNDUS. Nam in episco-patu Sarisberienfi successerat Hermanno, primo Sarisberienfi epi-scopo: qui ex nobili Shyreburniæ pago, juxta decretum synodi, præside Lanfranco Cantuariensi, habitæ, sedem episcopalem eò transtulerat. Auctor Polydorus extremo lib. ix rerum Angl. Anno autem c̄ccccxvi, à Callisto Pontifice divorum numero est ad-scriptus: ut idem Polydorus ait lib. xxiii. Commentarios quosdam Ecclesiæ reliquisse, ait Eisingrinus. Qui illi sint, non addit. Sed Po-lydorus lib. ix auctor est, *cum horarias preces, hoc est divinum officium,*

quod vocant, primitus digessisse. Atque addit, *Et has tota fere Anglia etiam nunc usurpat.* Præterea idem (cujus causa ejus hinc meminimus) exaravit vitam Althelmi, sive Adelmi Episcopi. Apud Possevinum in Apparatu sacro legas, obiisse anno c10cxc. Qui error facile ex iis refellitur, quæ ex Polydoro superius retulimus.

LISIARDUS, Sueffionensis episcopus, scripsisse dicitur ad Radulphum, Rhemensem Archiepiscopum, vitam S. Arnulphi; cui in episcopatu successerat. Obiit autem Arnulphus an. Chr. c10lxxxvii, xviii Kal. Sept. ut in ea vita legas cap. l. Habes vitam hanc in sylloge Surii a. d. xv Aug. ubi aperte Lisardo tribuitur. Sed eam non tam Lisardi esse, quam Hariulphi, ostendemus inferius a. Arnulphi, quam diximus, vitam optima fide tradi, auctor est Baronius T. xi, ad an. c10lxxx. Nec illud prætereundum, Lisardo huic, Sueffionensium episcopo, à Guiberto, abbate Monasterii S. Mariæ Novigenti, dedicatos esse septem eos Hierosolymitanæ historiæ libros, qui hodieque supersunt. Meminit Lisardi & Mejerus in Annalibus Flandricis.

STEPHANUS, monasterii S. Trudonis monachus, congregationis Cluniacensis, eodem rerum potiente consignavit miracula omnia, quæ in memorato cœnobio facta essent per S. Trudonem ab anno c10lv usque ad annum c10lxxxii.

Circa hæc tempora etiam THEUDUS, abbas monasterii S. Pauli de Radiolo, ac S. Joannis Gauberti discipulus, præter commentarium in regulam S. Benedicti, etiam memorati proximè præceptoris sui vitam scripsit: quæ MSA superest. Decessit anno c10xcv, VII Aug.

OSBERNUS, (prout rectè Molano *b* vocatur, qui Possevinus *d* perperam Osbertus, Saussiejo *d* Obsernus, nisi typographi is lapsum) Dorobernensis, sive Cantuariensis Ecclesiæ præcentor, monachus Benedictinus, Lanfranci archiepiscopi familiaris, floruit sub Guilielmo notho, Anglorum rege anno c10lxxiv. Nam errat cum Surio Possevinus *e*, cum refert ad annum c10xx. Nisi & ea librarii potius culpa videatur. Hic præter alia, (ut de eo Guilielmus Malmesburiensis inquit) *Romanâ scripsit eloquentiâ vitam S. Dunstani, Cantuariensis archiepiscopi.* Repræsentat Surius die xix Maji. Meminit Baronius ad annum 1000cxl, 1000cclv, 1000cclvi, 1000cclx. Sed auctorem ubique *Osbertum* vocat. Ego de nomine Anglici scriptoris malo credere Anglis, puta Lelando, Balæo, Pitæo; quam Surio, quem Baronius sequitur. Vita quoque Odonis, iridem Cantuariensis archiepiscopi

a *Libri
huius
cap. 49.*

b *Notis in
Vsuaridū
ad 7 Febr.
e In appa-
raturu s-
cro.*

d *Anna-
lium Au-
relianens.
lib. 4. c. 8.
e Mirū
Th. Jann-
sū lib. 2.
de cold.
MSSis
maluisse
hâc in re
Possevi-
ni sequi,
quam
Balæum.*

episcopi, ab eodem, tum prosâ, tum carmine, est comprehensa. Inter MSSos exstat Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Ibidem in volumine de vitâ, ac miraculis quorundam sanctorum, quod à vitâ Martialis incipit, extremo loco reperias vitam regis Eduardi in epitomen contractam ex contractibus *D. Osberni Westmonast.* ut est apud Th. James. Item carmine tradidit vitam S. Elphegi archiepiscopi: quæ apud Surium legitur die XIX April. ac Cantabrigiæ MSA superest in memorato collegio. Ubi & vita S. Martini, Odilonis Meiolæ, & aliorum. Apud Th. James lego, contineri in codice illo Cantabrigiensi vitam S. Dunslani, Odonis, Odilonis, & Mejolæ, eodem autore. Illa Elphegi, quam dicebamus apud Surium reperiri, à nonnullis tribuitur Osberto: quemadmodum cognoscere est ex iis, quæ ad oram idem SURIUS annotavit. Nempe confuderunt Osbernum hunc, & Osbertum, de quo inferiùs agemus.

JOANNES, archidiaconus Barenfis, jussu Ursonis Barenfis, & Canusini Archiepiscopi, circa annum Chr. c̄LXXXV III, scripsit S. Nicolai, Myrensis episcopi in Lycia, translationem ad Barum, seu Barium, oppidum Apuliæ. Habes apud Surium Tom. III. a. d. IX Maji: sed stylo murato, & nonnullis resectis.

ALBERICI, Casinensis monachi, & cardinalis, ætas ex eo factis cognoscitur, quòd pro Papa Gregorio VII calamum strinxerit adversus Henricum IV. Vir disertissimus, & eruditissimus vocatur à Leone Ostiensis libro III Chronici Casinensis cap. XXXIII: ubi & scripta ejus referuntur, interque ea, Vita S. Virginis Christi, Scholasticæ: Vita S. Dominici abbatis: Passiones SS. Modesti, & Cæsarii. Vide & de eo Petrum diaconum, auctorem quarti Chroniconum Casinensium libri, cap. LXVII. Laudat & Platina in Nicolao Papa II. Alius ab eo est Albericus, monachus trium Fontium: qui Chronicon scripsit ab initio mundi usque ad annum Ch. c̄cxxxv. Quod in Helvetia exstat in bibliotheca S. Galli. Puto hunc esse Albericum, quem se passim sequi profitetur Chronicon magnum Belgicum à Canonico regulari prope Nussiam scriptum.

GUNTHERUS, monachus Elvonensis, ordinis Benedictini, Tritthemio teste, floruit tempore Henrici IV, circa annum c̄LXXc. De eo sic Sigebertus cap. CLVII: *Guntherus, monachus S. Amandi, scripsit martyrium S. Cyriaci, metrico stylo.*

BENNO à Clemente III Antipapa cardinalis fuit designatus. Scripsit autem vitam Hildebrandi, sive Gregorii VII, qui decessit an. c̄LXXXV. Sed superfuisse Bennonem anno c̄LXXII, ostendunt li-

De ætate ejus, error Possævini. Bona ejus fides. Continuator Bedæ quando vixerit. Ingulphus abbas de vita & miraculis S. Guthlaci. Balderici Chronicon Cameracense. Brunonis monachi historia belli Saxonici. Ivonis Carnotensis chronicon. Hugonis Floriacensis chronicon. Elfwardi, sive Ethelwerdi illustre genus, libri, dictio tumida. Warneri Homiliarii Fasciculus temporum. Gaufredus de gestis sui temporis. De Bertholdi Constantiensis ætate error Possævini: fides ejusdem in dubium vocata. Guilielmus Pictaviensis de gesti Guilielmi Conquæstoris. De iisdem carmen Guidonis Ambianensis.

Visum fuit eos conjungere, qui, ætate Henrici IV, sanctorum vitas, miracula, ac translationes, prodiderunt. Nunc pariter sociemus, qui, eodem imperante, res bello gestas, aliaque, quæ universè Kemp. aut Ecclesiam, spectent, annalibus, vel historiis, vel etiam carmine, fuere complexi.

Agmen ducat is, qui primis Henrici IV temporibus claruit, LANFRANCUS, Cantuariensis archiepiscopus, sed natione Italus, ex Papiensi urbe. Hic, ut Sigebertus ait in catal. cap. CLVI inter alia scripsit laudes, triumphos, & res gestas Guilielmi, Normannorum comitis, qui regnum Anglorum primus invasit. Videndum autem, idemne, an alius Lanfrancus sit, quem unà cum aliquot aliis temporum scriptoribus ex Oporini officina pollicetur Basilius Jo. Heroldus, præfatione in Chronica Mariani Scoti, & Martini Poli.

Proximus esto LAMBERTUS SCHAFFNABURGENSIS, sive Afschaffenburgensis (ut est apud Serrarium in Annal. Moguntinis) monachus *Hirsfeldensis* in diocesi Moguntina. Hunc Tritthemius in Chronicis ait conscripsisse Chronicon cœnobii sui Hirsfeldensis; breve illud, sed non inutile. Id videre nondum licuit: Imprimis autem nomen sibi peperit historiâ Germanicâ, quam perducit usque ad annum Christi CLXXVII: quo vivebat. Eum verò continuavit monachus quidam Erphordensis usque ad annum CLCCCLXXII. Justi Lipsii in notis ad Polit. lib. I cap. IX hujusmodi de Lamberto judicium est; & eum, in Germanicis; & Rodericum Toletanum, in Hispanicis, bonos esse, quantum potuit in tali ævo. Dictio ejus elegans est. De quâ sic Barthius Advers. lib. XLIX cap. 4. Lamberto Schaffnaburgensi nemo polinius inter veteres res Germania commisit. Eundem lib. XLV. cap.

cap. xxiii. *nara aro suo eloquentia scriptorem vocat. Sed illustre impri-
mis elogium est Jos. Scaligeri in libris de Emendatione temporum.
Equidem mirox, in seculo tam barbaro tantam hominis, & in loquendo purita-
tem, & in temporum computatione solertiam fuisse, ut in Chronologis nostri temporis
pudorem aliquem exprimere possit, si aliquem sensum harum rerum haberent.
Vix tamen probare possum, quod historix quaedam admisceat pri-
vata, posteritatis memoriã minus digna. In rebus etiam pertinenti-
bus ad controversiam inter Henricum IV, & Gregorium VII, fidem
ejus claudicare, multorum iudicium est. Scriptore hoc se non parum
adjutum ait Tritthemius in Chronico Hirsaugiensi.*

WENCESLAUS, Altaichienfis inferioris monasterii antistes,
ac Henrici IV Imp. à consiliis, eruditi, ac prudentis viri elogio orna-
tur à Jo. Aventino: qui & ejus libris se adjutum prædicat a in con-

a In scri-
ptoribus
præmissis
lib. 5. an-
nal.

scribendis annalibus Bojorum.

HAIMERANUS, Reginoburgensis præpositus, vixit sub Im-
peratore Henrico IV: deque scriptoribus Ecclesiasticis librum re-
liquit: qui inter eos à Joanne Aventino refertur, è quibus profecit,
cùm quintum contexeret librum annalium Boicorum.

Floruit tum quoque ARNULPHUS, oriundus ex Vogburgen-
sibus regulis, ac Othonis Fruxinensis æmulus: cujus operibus
idem Aventinus in scribendo quinto annalium se agnoscit adju-
tum.

MARIANUS SCOTUS, *vir ætate suã admodum disertus, ut de eo
Sigebertus ait in catalogo cap. CLXXIII, Chronicon perduxit us-
que ad annum cDlxxxiii. Sed Dodechinus, abbas S. Dysibodi,
continuavit illud usque ad annum cDccc. De hoc ita Sigebertus
in Chronicis ad an. cDlxi: Marianus chronographus claret; qui à Scotia
in Gallias veniens, Colonia factus monachus primò; postea apud Moguntiam re-
clusus est. Et ad annum cDlxxxii: Marianus Scotus Chronicam suam,
à Christi nativitate inchoatam, usque ad hunc annum perduxit; qui
erat ætatis sue annus quinquagesimus sextus; multum laborans errorem corri-
gere de annis Domini, qui invenitur in cyclo Dionysii; altrimsecus autem secun-
dum veritatem Evangelii. In quo Sigeberti loco pro quinquagesimo sex-
tus lego quinquagesimus quartus. Exaratum erat LIV, unde librarius
proclivi errore fecit LV. Sanè Marianus ipse ait in Chronico ad
annum cDxxxviii, hoc se anno natum fuisse. Unde clarè dilucet,
quod dixi. Idem Marianus ad an. cDlvi, ait, se tum factum mo-
nachum. Anno cDlix presbyterum se consecratum perhibet.
Anno cDlxix indicat se à Fuldensi reclusionem ad Moguntinam*

tran-

transiisse. Ex Aventino in scriptoribus, quos præmisit quinto annualium libro, discere est, eum, Germaniâ lustratâ, in Bavariam venisse Reginoburgum, atque ibi mathematicas docuisse disciplinas; item interpretatum fuisse sacras literas: victum verò ei suppeditatum hic fuisse à virginibus superioris, & inferioris monasterii. In Chronico suo sequitur Marianus Cassiodorus: uti Cassiodorus Eusebium. Itaque, ubi Eusebius errat, etiam isti errant. Interim utilitatis hoc adfert, quòd, cum suo ævo meliores habuerit codices, quàm hodie supersint; non pauca ex eo in Eusebio, Cassiodoro, atque item Beda, & aliis, possunt emendari. Commentariis etiam illustravit psaltes regium. Imò & Mariano huic Scoto *Notitiam imperii Romani*, opus præclarû, adscriptum it doctissimus Cujacius. Obiit Moguntiaë an. c. lxxxvi i i, ut Dodechinus ait: atque, ut Aventinus testatur, sepultus est in templo B. Petri, extra urbem. MSum Mariani codicè optimum in Oxoniensi bibliothecâ existare, cognoscimus ex libro a *Pag. 67.* primo Briani Tvvyini de antiquitate Oxoniensis Academiæ. Atque idem lib. i i b, provocat ad codicem MSum. Nam *impressum*, inquit, b *Pag. 197* *edivm quis diceret? qui multò plura occultat, quàm edit.* Cæterum apud Pitseum in Anglicorum scriptorum catalogo reperio, Anglum anonymum, collegii Mertonensis in Oxoniensi Academiâ alumnus, insignem chronologum, adversus Marianum Scotum opus exarâsse, quod Oxonii in memorato collegio adservetur: atque id *calculatiorem de universali tempore* inscribi, vel verbis eodem redeuntibus.

ROBERTUS HEREFORDENSIS opus de annis Domini, sive Excerpta è Chronicis Mariani Scoti conscripsit. Habes in bibliothecâ Gualteri Copi. Meminit & Pitseus, sed perperam appellat *excerpta de Cronica Marie in Scotia.*

Eodem etiam imperante, SULCARDUS Anglus, Westmonasteriensis, congregationis Cluniensis, sub rege Angliæ, Guilielmo Conquestore, claruit, ac præter sermones, & epistolas, Chronicon edidit. Decessit circa annum c. lxx: hodieque Westmonasterii lapis in templo inscriptum habet, SULCARDUS MONACHUS, ET CHRONOGRAPHUS.

ANONYMUS carmine condidit libros tres de Henrico IV, Rom. Imperatoris, bello contra Saxones: ac quamquam auctor ignoratur (nomen metu videtur non apposuisse) tamen satis se indicat interuisse ipsi Henrico comitatui, inque eo confecisse historiam istam: nempe an. c. lxxv. Eû inter auctores, qui pro Henrico IV scripsere, edidit Goldastus.

M. ADAMUS, Bremensis Canonicus, historiam vulgavit Ecclesiasticam de religione per diocesim Bremensem, & plagam Septentrionalem universam, propagatâ, à temporibus Karoli M. usque ad Henricum IV. hoc est annis amplius trecentis. Possévinus ait, vixisse tempore Benedicti VII; qui anno *IOCCCLXXXIV* ad pontificatum est euectus. Sed fallitur. Uti &, cum diversum putat ab Adamo, veteri historico; qui in scriptis suis vitam retulit B. Ansgarii. Nam eam in Adamo hoc legas. Veram ætatem ejus cognoscimus inde, quod lib. IV cap. XVI referat, Bremam se venisse novissimis temporibus Adalberti Archiepiscopi: quodque libro III cap. V ait, anno ejus *XXIV*, hoc est Christi *IOLXXVII*, factum se Bremensem canonicum, sive, ut ipse loquitur, indignissimum Ecclesiæ Dei matricularium. Alterum quoque suppetit argumentum. Quippe opus hoc dedicat Liemaro, qui Adalberto successit. Liquet hoc, non ex præfatione duntaxat: sed etiam verbis istis lib. III cap. I. *De cuius viri (Adalberti) gestis, & moribus, cum difficile sit aliquid dignum scribere, ad scribendum ea nos cogit necessitas; quoniam promissimus libelli hujus tenorem, & venerande præsul Liemare, usque ad diem tui pontificatus extendere.* Item ex epilogo, quem carmine fecit ad Liemarum: ex quo & discimus, juvenem hoc opus luisse. Sic enim inter alia ait:

Ergo save votis, parce & juvenilibus ausis.

Meminit hujusce scriptoris Helmoldus in Chronicis Savorum lib. I cap. XIV: *Testis est magister Adam, qui gesta Hammenburgensis Ecclesiæ Pontificum disertissimo stylo conscripsit: qui cum commemoret Slayam in duodeviginti pagos dispersitam, affirmat, præter res, omnes ad fidem Christi conversos.* Quæ apud Adamum legas lib. II cap. XVII. E recentioribus ejus sæpe meminit Baronius: cui ad annum *IOCCCLXXX* vocatur *sincerus chronographus*: item ad annum *IOCCCLXXXIII*, probata fidei *vetus chronographus*: similiaque istis alibi habet.

Circa annum *IOLXXX* ANONYMUS BRITANNUS, Bedam continuans, libros tres emisit de gestis Anglorum; qui in rerum Britannicarum scriptoribus Heideibergæ editis Bedæ proxime junguntur. Ætatem ejus locus iste aperit lib. III cap. XXVII: *Responderunt Berengario libris, Lanfrancus Archiepiscopus; sed præcipue, & scriæ, Guimundus, prius monachus de sancto Leufrec Normannia, postea Episcopus Aversonus Apulia, nostri temporis eloquentissimus.* At Guimundus ille vixit temporibus Gregorii VII; ut ipse testatur initio lib. I de Eucharistia. Gregorius autem defunctus fuit anno *IOLXXXVI*. Anonymus verò hic desinit initio Henrici regis, qui Guilielmo patri anno

succes-

successit cōlxxxvii: ut verissimile sit, circa hæc tempora vivere desisse.

Circa eadem tempora fuit INGULPHUS, qui perperam nonnullis *Inaniphus*, Anglus, abbas Croilandiensis. Pater ejus fuit unus ex aulicis Eduardi, ultimi regum stirpis Anglicanæ. Ac meminit ipse velitariuncularum, quæ sibi fuere in pueritiâ cum Edgithâ, Eduardi regis conjuge laudatissimâ. Primum Westmonasterii, postea Oxonii sese studuisse, inque philosophiâ peripatetica æqualibus palmam præripuisse, itidem de se non vanus testis est. Fuit Guilielmo, Normanniæ duci, à secretis. Cujus bonâ cum veniâ Hierosolymam adiit, Constantinopolitanum imperatorem Alexium, & patriarcham Sophronium, salutavit. Reversus in Normanniam, factus est monachus Benedictinus. Sed postquam Guilielmus dux regnum Angliæ adeptus fuit: Croilandiensis ab eo factus est abbas. Scripsit de vita, & miraculis, S. Guthlaci. Item historiam sui monasterii. Sunt, qui & aliorum Angliæ cœnobiorum historiam condidisse testentur: atque in eâ multa etiam referre ad reges pertinentia: incipereque ab anno cōclxiv: desinere autem in anno cōclxvi, quo imperare in Anglia cœpit Guilielmus. Obiit anno cōcctz, regnante ibidem Henrico i. Suffectusque in ejus locum est Joffridus, Prior monasterii S. Ebrulfi. Prodiit Londini curâ V. Cl. Henrici Savillii, unâ cum aliis rerum Anglicarum scriptoribus. *Επιγραφὴ* hujusmodi est: *Descriptio compilata per dom. Ingulphum, abbatem monasterii Croiland, natione Anglicum, quondam monachum Fontmiffensem.* At appendix illa Ingulphi, quæ incerti scriptoris esse in cœdd. editis dicitur, auctorem habet Petrum Blesensem: ut exponemus, ubi ad Blesensem hunc deventum erit.

Eodem Cæsare Henrico iv imperante, BALDERICUS, sacellanus primò, & à secretis fuit Gerardi, primi ejus nominis Cameraensis, & Atrebatensis episcopi; qui anno obiit cōclxlix. Hinc à secretis erat B. Liedberto; posteaque Gerardo ii; qui sedere cœpit anno cōclxxvi. Exinde creatus est Canonicus, & Cantor Ecclesiæ Morinensis. Tandem Noviomensis, & Tornacensis Ecclesiæ, episcopus fuit: atque annis sedit quindecim. Chronicon fecit Cameraensis, & Atrebatensis Ecclesiæ, libris tribus: quod anno cōlbcxxv in lucem Duaci prodiit, curâ Georgii Colvenerii, Theologi Duacensis. Scripsit & Chronicon Morinense, quod Misum exstat in monasterio Benedictino apud Cenomanenses. Epitaphium Balderico hujusmodi est in choro cathedralis Ecclesiæ Morinensis: *P. Baldericus,*

*hujus Ecclesiæ cantor, & episcopus Noviomensis, an. Verbi incarnati MDXXII, prælationis suæ an. XV. prid. Kal. Jun. obiit, meritis plenus, & chronico Camera-
censi illustris.*

Tum quoque BRUNO monachus historiam belli Saxonici, suo tempore gesti, perscripsit ad Werinherum, Episcopum Merseburgensem. Tractat hoc opere de adolescentia Henrici IV Imp. ac bellis, quæ gessit cum Saxonibus: item de Rudolpho, & Hermanno, regibus in schismate electis. Orditur ab anno MDLXXIII: ac desinit in anno MDLXXXII. Quod si talis erat Henricus IV, qualem eum Bruno depingit; sanè nihil eo fuerit sceleratius. Sed. multò aliter de eo tradidere veterum non pauci. Atque hoc in causa est, cur Marquardus Freherus, cum Brunonis hujus historiam primus ederet in lucem: velut antidoti loco subjecerit apolegeticum; quem de unitate ecclesiæ conservandâ, & schismate inter Henricum ac Gregorium, animi atque affectus sui monumentura apud omnes esse voluit, seu Venericus Verceilensis, qui decessit anno MDLXXVI: seu Walramus, vel Walrabonus, Naumbergenensis episcopus, qui anno obiit MDXXII: vel etiam, judicio quorundam, Conradus, episcopus Ultrajectinus, qui est defunctus anno MDXCVIII. Librum eum è Fuldensi bibliotheca primus in publicum dederat, ac Ferdinando, Archiduci Austriae, dicarat, Ulricus Huttenus.

Iisdem temporibus in pretio erat GILBERTUS seu *Gislebertus*, Flander, decanus Ecclesiæ S. Andreae Elnonensis, seu ad S. Amandum. Consignavit hic librum de incendio Elnonensi. Et Deportationem S. Amandi per Franciam, ac miracula, quæ fecit in via. Quod opus librorum est trium. Hæc MSa exstant in bibliothecâ Ecclesiæ ad S. Amandum. Decessit Elnone anno MDXCV: atque ibidem sepultus in aedè SS. Apostolorum. Epitaphium ejus tale:

*Hoc Gislebertus sub marmore pausat opertus,
Dogmata diva ferens, & Christo totus inhaerens,
Formem pastoris nostris qui gessit in hortis:
Tandem sublatus terris perit astra vocatus.*

Quos versus refert Chronicon monasterii Elnonensis. Memini & ejus Molanus ad Ursardum in VI Febr.

Nicolaus monachus S. Albani epistolâ ad Petrum abbatem S. Remigii, quæ inter epistolas Petri abbatis Cellensis exstat lib. IX, numero est nona. *Ivo, venerabilis Carnotensium Episcopus in Oratorio suo scripsit duodecimo anno ætatis suæ Virgine ab Archangelo Gabriele salutatus, & a spiritu S. obumbratus. Quem ad locum adnotat Jacobus Sirmondus: ea Junonis Chronica non extare.*

HUGO, CARNOTENSIS episcopus, floruit sub Henrico IV; ut cognoscimus ex Sigeberti chronicis ad an. **CLXXVII**, & **CLXXCII**; quo episcopatum adeptus Carnotensem; vel sanè anno proximo; ut tradit Matthæus Paris in Hist. Angl. Obiit autem non anno **CLXXVII**; ut idem Matthæus perhibet: sed **CLXXV**, ut legere est in Carnotensis ecclesiæ martyrologio. Vide & de eo appendix Sigeberti ad annum **CLXXIV**, atque è junioribus, cum Baronium Annal. **T. XI**, & **XII**; tum Antonium Loiselium in commentariis rerum Bellovacensium cap. **VIII**, quod est de illustribus viris Bellovacensibus. Præter ea quorum Sigebertus meminit in catal. cap. **CLXVIII**; aut etiam quorum mentio est apud Tritheimium, Posselinum, alios; existat & breve Ivonis Chronicon de regibus Francorum: quod, ex P. Massoni J. C. codice, epistolis Ivonis Juretus subjungit in editione sua Parisinâ. Imò vidi & volumen satis amplum, quod inscribitur: *Historia succincta edita à venerabili Ivone, Carnotenfi episcopo, de gestis quorundam regum Assyriorum, & de gestis omnium Romanorum imperatorum, & à ultimo de Karolo Magno, rege Francorum, & ipsius successoribus.* Codicem eum MSum possidet carissimus mihi, magnæ eruditionis, majorisque spei juvenis, Guilielmus Oomfius Amstelodamensis. Ac pars quidem ejus, sed illa, quâ facilius carere poteram, lucem jam adspexit a principemque locum obtinet in Corpore veteris ac sinceræ historiæ Francicæ: extenditur verò usque ad annum ultimum Constantini imp. ac initium Licinii Cæsaris, & Constantini Magni. Cætera lesunt, vitio codicis MSI: unde malâ manu abrupta erant: ut conqueritur is, qui ista in Germania divulgavit. Interea fore idem sperat, ut alteri codex integer feliciter obtingat. Talis sanè ille est Oomfii nostri, qui provchitur usque ad tempora Ludovici Pii. Eum simulac occasio se offeret, publici juris facere idem Oomfius decrevit.

Tum quoque claruit **HUGO, FLORIANENSIS** monachus; qui Chronica condidit libris sex, eosque Ivoni Carnotensi dicavit. Crebrò operis ejus meminit Antoninus Florentinus in summâ historiæ: item alii, qui consecuti fuerunt. Eosq; inter Cuspinianus in imperatoribus suis. Ex opere hoc nō amplius nunc superest, quàm usq; ad mortem Irenes imperatricis; qui tertius fuit annus imperii Caroli magni; Christi autem **IXCCIII**. Existat in Florianensi bibliotheca. Hugonem hunc cum aliquot aliis chronographis edere decreverat jam olim Basiliius Jo. Heroidus; ut ipse testis est præfatione in Mariæ Seori Chronicon.

Circa annum c lxxc, sub Guilielmo II, Anglorum rege, vixit **EITVVARDUS**, sive potius **E TELVVERDUS**, Anglus patricius, consul, & quæstor; ut ipse scribit: imò regio sanguine editus; quia staturus ei erat Etheredus rex, Athelulphi regis filius quartus: ut de se refert lib. IV cap. II. Præter epistolas complures ad Mathildam consobrinam, etiam historiam brevem quatuor libris conscripsit. Ab origine mundi orditur, ac perducit usque ad finem regni Edgari. Meminit ejus, præter Lelandum, & alios, etiam Guilielmus Malmesburiensis in prologo historiae suæ de regibus; sed hoc in eo culpat, quòd affectato, planeq; turgido, & pompatico, utatur sermone. Londini primùm prodiit curâ doctissimi Savilli.

Eodem tempore vivebat & in Anglia **WARNERUS**; qui Westmonasteriensis cœnobii monachus erat, cognomento **HOMILIARIUS**: quomodo vocatus, quia eruditas reliquerit homilias. Præterea verò sanctorum patrum desolationes scripsit, & fasciculum temporum: ut testis est Bostonus Buriensis. Arnoldus Wion in *Ligno vitæ Warnerum* appellat: sed minùs rectè.

GAUFREDUS, monachus ordinis D. Benedicti, Hispanus, floruit anno c lxxvii, ac sui gesta temporis consignavit: quæ Hieronymus Surita primus protraxit in lucem, & iunmo viro, Antonio Augusto, Tarraconensi Archiepiscopo, dicavit.

Æqualis huic fuit **BERTHOLDUS**, sive *Bernoldus*, **CONSTANTIENSIS** presbyter, vir Tritthemio admodum laudatus; qui & ordinem Romanum scripsisse ait. Idem etiam Chronicon Hermanni Contracti annis XI auxit; hoc est ab anno c lxliv, quo Contractus decessit, usque ad annum c lxxvi. In simul sui temporis historiam condidit, ab anno c lxxiii, usque ad annum c lxxc: quo & obisse creditur. Unde falli liquet Possavinum, cum in *paraturo*, ubi de Contracto agit, hunc, & Bertholdum, æquales fuisse ait. Primus Bertholdum in publicum emisit Christianus Urstifius volumine quodam, quo illustres aliquot rerum Germanicarum scriptores comprehendit. Si animum affectibus haur visum fuerit mancipare: necessum erit, subscribamus doctissimo Cuspiniano; quando ait, *Bertholdum abunde de Henrico IV scripsisse, sed male affectum. Quid mirum? Nempe hic ille est, cui à Pontifice in tristi hoc dissidio inter Cæsarem, & Pontificem, impositum fuit, ut in Ecclesia gremium reciperet, quotquot à Cæsareis partibus ad Pontificias descenderent. Itaq; Cæsari addictos, nunc Henricianos appellat, aut Guibertistas: nunc schismaticos, hæreticos, vel excommunicatos: è*

contra-

contrario, qui à partibus flarent pontificiis, solos catholicorum nomine dignatur: eosdem S. Petri fideles, Christi milites, & Ecclesiæ vocat propugnatores. Imò ipse in acie stetit Pontificiâ, cum ea, ac S. c. vii. imprimis, an. c. lxxxvi. victoriam ab Imperatore in Ostrofrancis reportarent.

Etiam temporibus Henrici IV, & fortasse ulterius, claruere, GUILHELMUS PICTAVIENSIS, & GUIDO AMBIANENSIS. Uterque gesta scripsere Guilielmi Conquæstoris, Angliæ regis; qui obiit an. c. lxxxvii. Guilielmus Gemiticensis lib. vi. de gestis Normannorum cap. xliii: *Ad finem gestorum Guilbelmi, regis Anglorum, & ducis Normannorum, de quibus, fastidio lectorum compendiosè consules, quadam perstrinximus, veniamus. Siquis verò plenius illa nosse desiderat, librum Guilbelmi Pictaviensis, Luxoviorum Archidiaconi, eadem gesta, ut copioso, ita eloquenti sermone, assatim continentem, legat. Edidit præterea de eadem materia opus non contemendum Guido, Episcopus Ambianensis, heroico metro exaratum. De Guilielmi Pictaviensis historia actum fuit in bibliothecâ Collegii S. Benedicti: nunc verò (ut Th. James ait) notam hujus libri reperies, librum autem nusquam loci.*

CAP. XLVIII.

Leonis Marsicani, sive Ostiensis, libri tres Chronici Casinensis: quibus quartum addidit Petrus diaconus. Theodericus abbas de vitis Sanctorum. Alphredus Beverlacensis. Anonymus de gestis Henrici IV imp. Stephanus, abbas Leadicensis, de vita S. Modoaldi. Error quorundam de ætate Modoaldi, & alter Possævini de ætate ejus, qui vitam Modoaldi exaravit. Diethmarus abbas de translatione Modoaldi. David Scotus de vita Henrici V. Eundem videri, qui regnum Scotiæ descripsit: etsi aliud Tritheimius putârit. Vdalscalcus de controversiis inter Hermannum, episcopum Augustanum, & Eginonem abbatem; item de vitis quorundam. Sigeberti Chronica, & varia opuscula de vitis sanctorum. Turgotus Dunelmensis, vir de Britannica historia præclarè meritas, variis operibus; sed vernaculâ linguâ scriptis. Florentii Bravonii Chronicon, atque ejus continuatio. Alia ejusdem Florentii. Rain-

naldus de vita Hugonis Cluniacensis. Fabricius Thufcus, (cognominis illi, quem Plinius laudat) de vita S. Adhelmi. Goccelinus Bertinianus de vitis plurium sanctorum. Amandus de vita, atque obitu Odonis Cluniacensis. Chronicon Rodulphi abbatris S. Trudonis. Gelasius papa de passione S. Erasmi. Vilco Iaersma de gestis nobilitatis Friscæ in terra sancta. Anonymi chronicon Hierosolymitanum. Anonymus de translatione S. Valentini. Callistus papa de vita atque obitu sanctorum. Eadmerus Britannus que scripserit, & an idem sit, ac Emundus. Cantuarie vetus nomen. Austarium Galfrido Monemuthensi additum à Gualthero Calenio. Ioannes Pyke de regibus Anglosaxonum, ac Danis, qui in Anglia regnarunt. Nicolaus Succionensis de vita Godefridi Ambianensis. Robertus monachus S. Remigii de bellis contra Saracenos. Munionis Mindonensis, Hugonis Portugallensis, & Gyraldi presbyteri, historia Compostellana.

HENRICO IV jam sene, & annis primis Henrici V (qui imperium suscepit anno cxcvi) claruit LEO MARSICANUS ex Casinensi monacho episcopus OSTIENSIS. De ætate arguit, quòd epistolas scripserit nomine Urbani II; teste Petro diacono in Chronico Casinensi cap. xxxi: ac quòd idem, ubi intellexit Paschalem in carcerem esse conjectum, habitu mutato in fugam se dederit; eodem restante cap. xl. Adde quòd idem, ejusce Pape temporibus, craticulam S. Laurentii, cum martyris ejus duabus sanguinis ampullis, multorumque sanctorum reliquiis, recondidit sub novo altari; ipseque altare illud dedicavit: ut ex veteribus inscriptionibus Baronius adstruit ad annum cxcxii. Composuit Leo Ostiensis tres priores libros Chronici Casinensis; qui incipiunt à B. Benedicto (defunctus is anno cxxlii) desinunt verò in obitu pape Victoris III, hoc est anno cxxxvi. Quartus autem liber auctorem habet Petrum diaconum Casinensem: de quo interitus dicemus.

Itidem extremis Henrici IV, ac primis Henrici V temporibus; nòmpe circa annum cxc, ac deinceps; non exiguum nomen habuit

luit THEODERICUS, abbas monasterii S. Trudonis in diœcesi Leodicensi, congregationis Cluniacensis. Hic posteris prodidit vitam S. Rumoldi, archiepiscopi, & martyris; quæ est apud Surium Tom. VII ad 1 Jul. & vitam B. Landradae, virginis Belgicae; quæ apud eundem Tom. IV ad VI 11 Jul. Item vitam S. Bavonis Confessoris, quæ in T. V ad 1 Oct. Adhæc translationem SS. Trudonis, & Eucherii, quæ ibidem legitur. Item vitam S. Amalbergæ virginis, quæ MSA extat in cœnobio Camerae juxta Bruxellam. Præterea vitam S. Bavonis, confessoris, quæ in Sur. T. V die 1 Oct. item libros duos de vita S. Trudonis, quæ est T. VI die XXI 11 Nov. ubi & commemorata antè S. Trudonis translatio reponitur. Aliqua horum etiam memorat Sigebertus in catal. cap. CLXXI, his verbis: *Theodericus monachus, & abbas sancti Trudonis, vitas sanctorum Bavonis, Trudonis, & Rumoldi, urbaniori stylo melioravit, & eleganti ingenio multâ, breviter quidem, sed laudabiliter, metricè scripsit.* Respicit autem eò, quòd Veteris & Novi Testamenti historias scripserit versu heroico.

Tum quoque, sub Henrico I, Anglorum rege, claruit ALPHREDUS Anglus, Beverlacensis in urbe, ubi & obiit, sacerdos, ac collegit, ut nunc loquimur, thesaurarius. Reliquit deflorationes Galfridilibris VI: de gestis regum Britannia lib. I: historiam amplio rem lib. I: vitam S. Joannis Beverlacensis, archiepiscopi Beverlacensis. Obiit Alphredus anno cIocxxvi: quo & annales suos finiit. Meminit præter alios Joannes Wethamsted, sive de loco Frumenii: qui &, unde annales seu chronicon suum ordiatur, exponit, & quæ potissimum, ac quòd usque persequatur. Nam ait, *Chronicon à Bruto, usque ad tempora Normannorum, scripsisse: tractasse quoque de civitatum nominibus hinc inde seorsum in hoc regno fundatis: ac retulisse, quibus nominibus civitas Londoniensis, Cantuariensis, Eboracensis, aliæque urbes variæ, vocatæ fuerint temporibus illis, quibus Britannica gesserunt vocabula, per Britonesque inhabitata erant.*

Statim ab obitu imp Henrici IV, (quem in annum cIocvi incidere, antè diximus) quidam vitam ejusce imperatoris in literas retulit; cujus nomen ignoratur, quia apponere ipse ausus non fuit. Hæc primitus, unà cum vitâ Hildebrandi, sive Gregorii VI I, à Bennone scriptâ, lucem intueri cœpit in rerû expendarum fasciculo, quem exhibuit Orthuinus Gratius. Postillam eandem alii iterum, atque iterum, divulgant. Perstringit eum scriptorem Baronius T. XI I, ad annum cIocvi.

Sub imp. Henrico V etiam vixit STEPHANUS, abbas Leo-

dicensis, ad S. Jacobum, ordinis Benedictini; qui libris tribus ad Thietmarum abbatem vitam scripsit S. Modoaldi, Trevirensis archiepiscopi. Apud Surium eam reperies Tom. III ad XI Maji. Modoaldus ille (ut in præfat. dicitur) frater erat Itæ, & Severæ; quarum prior mater fuit S. Gertrudis: ut omnino cælo, seculoque toto, aberrent, qui claruisse tradunt anno 1000. Sed ut illi non parum in Modoaldi ætate cæcutiunt: ita spissior est Posslevini error in temporibus Stephani hujus: quem refert ad annum 1000. Fortasse imposuere illi hæc præfationis verba: *Adorfi sumus, auctore Deo, enarrare, quæ de vita & miraculis beati Modoaldi pontificis, tam ex antiquorum relatione, quam ex antiquorum librorum lectione colligere potuimus.* Quomodo qui loquitur, innuere videtur nonnulla se accepisse à senibus; qui, si Modoaldum non novissent ipsi, saltem aliquando sermonem habuerint cum iis qui Modoaldi ætate vixissent. Sed nulli hoc argumentum fucum fecerit, qui viderit, in libello

a Cap. 10, ipso agi de Carolo Magno a, Ludovico Pio, & Clothario imp.
11, 12. atque adeò ibidem legerit b, post hos fuisse complures, tum Carolos, & Pipinos; tum Clotarios, & Ludovicos; alios quidem reges, alios & imperatores. Sed quid opus multis? Nihil manifestè arguit ætatem Stephani, quàm quòd æqualis fuerit Diethmari: quem Henrici v temporibus fuisse, clarè indicio erunt, quæ nunc dicam.

DIETHMARS, sive TIETHMARS, Helmovardiensis, seu Helmarvicensis cœnobii abbas, cum à Stephano, Leodicensi abbate, accepisset tres libros de vita S. Modoaldi; eidem *arndolge* loco misit scriptam à se ejusdem Modoaldi translationem. Ea autem sancti corporis translatio (ut in libelli illius sine refertur) facta est à Tiethmaro, anno gratiæ 1000. Ubi & Tiethmarus hic dicitur fuisse secundus ejus nominis Helmovardiensis abbas: successione autem sextus. Unde, ut Thietmari, ita Stephani ætas, satis liquet. Cæterum ex Posslevino cognoscimus, in codd. manu exactis etiam adscribi Thietmari vitam, & miracula S. Remacii.

DAVID SCOTUS socius erat Mariani Scoti. Fuit prius ludimagister Wirtzeburgensis: hinc in aulam est vocatus ab Henrico v imp. cujus & vitam libris tribus tradidit: ut ex Conrado à Liechtenaw, & Joanne Aventino cognoscitur. Arbitror, nec alium esse, qui de regno Scotiæ scripsit. Etsi Tritthemius distinguat, qui hunc Davidem presbyterum vocat. Sed, ut eundem putem, facit, quòd uterque Scorus, uterque Henrici v ætate vixisse, uterque Im-

peratoꝝ eius gesta dicitur scripsisse. Refertur hic David ab Aventino inter eos auctores, quorum industria fuerit adiutor, cum sextum annum Boicorum librum componeret.

Temporibus quoque Henrici V Imp. vivebat UDESCALCUS, sive *Udalscalcus*; cujus narratio de controversiis inter Hermannum, comitem à Wietlisbach, episcopum Augustanum, & Eginonem, abbatem S. Udalrici, edita est ab Henrico Canisio Tom. II Antiq. Lect. Quando hoc opusculum scripserit, verba ista in extreme libello indicant: *Quem defensorem, ac propugnatorem sperabamus, utputa gregis Domini pastorem, AUGUSTENSEM Episcopum, crudelem sensimus persecutorem. Qui cum à beata memorie Papa PASCHALI, pro diuturna inobedientia, in omni pontificali officio fuisset interdictus: atque à successoribus ejus, GELASIO secundo; nec non à sancto adhuc supersistente Papa, CALIXTO secundo; absque spe ejusdem recuperandi officii sit damnatus: ab ipsa Apostolica sede hoc accepimus mandatum, hujusmodi visitare, ut mortiferum. Nos tamen, ut minus perfecti, non statim ad hæc implenda convaluimus &c.* Augustanus ille episcopus Hermannus, de quo hic sermo est, sedere cœpit anno c10xcvi, ac Ecclesiæ suæ præfuit usque ad an. c10cxxxiv, succedente ei tum Walthero Palatino in Tubingen. Non dubium autem, quin idem sit Udescalcus, qui in literas retulit vitam, cum Mariæ Magdalenzæ, atque Afræ; tum Udalrici, episcopi Augustani: quam etiam prodidere, Gebhardus, Augustanus episcopus, & Berno, seu Bernardus Augiensis.

SIGEBERTUS, monachus Gemblacensis in Brabantia, Chronicon suum incipit ab anno cccclxxxii; quo post mortem Valentis regnare cœperunt Valentinianus minor, & Gratianus: ac perduxit, non quidem usque ad annum c10cxxxii, ut ait Raphael Volaterranus initio lib. xxi; verùm usque ad annum c10cxi, quo obiit. Sed Robertus, abbas Montis, adjecit, quæ subjunguntur usque ad annum c10cxc. Verustus, & si non *αὐτὸς ἐξέγραψε*, ut de eo saltem exscriptus, Chronici hujusce codex est in bibliotheca Gemblacensi; in quo desiderantur aliqua, quæ legas in plerisq; etiam MSis; aliqua etiam recentiori manu adjecta sunt ad oram: ut auctor est, qui eum cum aliis codd. contulit, Aubertus Miræus, disquisitione SS. Virginibus Colonienfisibus. Atque idem Miræus novam Sigeberti editionem Antwerpiz dedit an. c106viii, typis Verdussii. In ea Sigebertum continuat Anselmus, abbas Gemblacensis viii, usque ad an. c10cxxxvi: Hinc Auctarium Aquicinctinum producit usque

ad an. cLcccxxv. Exstat & Sigeberti Chronicon MSum in publicâ Cantabrigiensis Academiae bibliothecâ, & apud eosdem in Collegio S. Benedicti. Edidit Sigebertus præterea librum de ecclesiasticis scriptoribus: in cuius extremo & alia, quæ divulgârit, recenset. *Scripti, inquit, vitam Theodrici episcopi, conditoris ipsius (Gemblacensis) Ecclesie, & Abbatie; in qua etiam, per digressionem, laudem ipsius urbis heroico metro declamavi. Scripti passionem Sanctæ Lucie, quæ ibi requiescit, Alcaico metro. Quibusdam etiam reprehendentibus illam Sanctæ Lucie prophetiam, Annuntio vobis pacem Ecclesie Dei datam, Diocletiano ejecto de regno suo, & Maximiano hodie mortuo: respondi, diligenter consideratâ temporum ratione, & rerum veritate. Scripti nihilominus sermonem in laudem ipsius virginis, in quo translationes ipsius à Sicilia in Corsinium, civitatem Italiae, & à Corsinio in Metim, urbem Galli, ordinatâ temporum consequentiâ digessi. Sermo is MSus exstat Gemblaci. Hinc subdit: Scripti vitam Sigeberti Regis, conditoris Ecclesie, & Abbatie Sancti Martini, extra civitatem Metensem sitæ. Habes apud Surium Tom. VI I a. d. I Febr. Sequitur inde: Regressus ad Monasterium Gemblacense, scripti passionem Thebeorum, patronorum nostrorum, heroico carmine. Constat id opus libb. tribus & MSum superest Gemblaci. Addit mox: Scripti vitam S. Guiberti Confessoris, fundatoris Ecclesie nostræ Gemblacensis; de qua excerpti lectiones competenti ordine in ejus depositione. Reperies apud Surium Tom. I I I ad XXI I Maji. Subjungit hinc: Scripti & gesta abbatum Gemblacensium. Hæc discipulus Sigeberti continuavit ad an. usque cLcccxxxvi. Addit vitas sanctorum Maclovi & Thehardi, urbaniori stylo melioravi. Ex his illa Maclovi, seu Machuti, exstat apud Surium T. VI die xv Nov. Sequitur: Vitam quoque S. Lantheri urbanè melioravi. Superest MSA indeque fortasse appendix illa ad vitam Lantberti, seu Lamberti, à Stephano exaratâ, quæ apud Surium T. y d. xvi I Sept. Intellego translationem eam MSam adservari, tum Gemblaci, tum etiam Lovanii in collegio Jesuiti. o. De hoc scriptore ita monachus Augustinianus Nuffensis in magno Chronico Belgico ad annum cLccxvi: *Finitur hic Chronica Sigeberti, qui venerabilis monachus Gemblacensis cenobii, vir in omni scientia literarum incomparabilis ingenii, descriptor temporum, III Non. Oct. obiit, &c.**

Vixit & tum THURGOTUS DUNELMENSIS, Anglus, prius monachus cenobii Dunelmensis, ac postea ab Henrico I Angliæ rege factus S. Andree in Scotia episcopus, & à rege Scotiæ ibidem receptus. Multa de hoc Rogerus Houedenus part. I ad an. cL-

LXXI. Sed etsi præclare de historia patria meritis sit: tamen vix ei hic locus esse potest, quia Britannicâ linguâ scripsit; ut Hector Boëthius ait: nec, quæ sciam, interpretem Latinum hæcenus est nactus: nisi quatenus eum Boëthius, atque alii exhibant. Cæteroque reliquit commentarios de vita Malcolm, regis Scotiæ: ejusque conjugis Margaritæ, quibus à confessionibus erat. Item librum fecit de regibus Scotorum. Et annales sui temporis. Et Chronica Dunelmensia, quæ orditur ab anno 1035, ac perducit usque ad annum 1071. Septimo, ut ipse refert, ætatis anno monasterium ingressus est; unde vigesimo autem factus est diaconus, trigesimo presbyter. Summâ fide scripsisse, judicium est Briani Twyni lib. II. apologiæ de antiquitate Academiæ Oxoniensis. Obiit anno 1085.

FLORENTIUS BRAVONIUS, Wigorniensis monachus, floruit florentissimè anno 1000, totoque novennio post. Nam obiit anno 1009, regnante Henrico primo, Anglorum rege. Composuit Chronicon ex Chronicis ab initio mundi usque ad annum Domini 1066: quod alius ejusdem cœnobii continuavit usque ad annum 1086. Atque id opus eò majoris duci convenit, quòd Latine ei inferantur suis locis antiqui Anglosaxonum annales. Hoc Florentii chronicon, & continuatorem ejus, è bibliotheca suâ primus publicavit Guilielmus Howardus, nobilis Anglus. Scripsit præterea Florentius hic de regali Anglorum prosapia: item appendicem ad Marianum Scotum: item de rebus memorabilibus cœnobii sui Wigorniensis. Liber de genealogiis regum MSus exstat Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Dicere non possum, idémne, an alius ab eo, sit ille de regali Anglorum prosapia liber. Balæus prioris solùm titulum meminit. Pitæus autem distinguit. Florentium hunc laudant, ac sequuntur, Gualterus Coventriensis, Ranulphus Higdenus, & Joannes Rossus.

Ad eadem tempora pertinet RAINALDUS abbas, qui perperam nonnullis *Flavaldus* vocatur. De eo sic Henricus de Gandavo in catal. cap. III: *Rainaldus, abbas Viceliacensis, scripsit compendiosè vitam Domini Hugonis, Cluniacensis abbatis.* Decessit autem hic Hugo anno Chr. 1009; ut ex Sigeberti Chronicis constat.

FABRICIUS, seu FABRICIUS THUSCUS, Abbas Abindonensis apud Anglos, congregationis Cluniacensis, claruit anno 1000. Consignavit vitam S. Adelmi, sive Aldelmi, sive Anthelmi, Abbatis Scotici. Fuit & alter Fabricius Thuscus, Plinio me-

moratus in indice scriptorum, è quibus profecit lib. III, IV, VI. Imò, ut puto, solus hic verè id nomen possidet. Nam qui Aldelmi vitam scripsit, is Lelando, Balæo, & in bibliotheca Gesneri à Simlero adauctâ, non Fabricius Thufcus, ut uni Possentino; sed Fari-tius Thufcus nominatur.

GOCCELINUS, sive *Gothzelinus Bertinianus*, qui aliis Gocelinus, Gallus, monachus primùm ad B. Bertini apud Audomaropolim Artesiæ monachus Benedictinus fuit: postea cum Anselmus Can-tuariensis episcopus, ob egregias animi dotes in Angliam evo-cavit: ubi monachus primò Cantuariensis fuit, ac postea Ranu-siensis. Claruit anno clocx. Signavit vitam S. Swithuni, Win-toniensis episcopi: quæ ipsa, vel saltem epitome ejus, exstat apud Surium T. IV Jul. II. Item edidit vitam B. Augustini, Anglorum, ut vocant, Apostoli, libris II. de quæ ejus miraculis librum I, & de translatione ejus ad Anselmum libros II. Præterea vitas S. Lau-rentii archiepiscopi Londinensis, Grimbaldi abbatis, Erkenwal-di episcopi, Eedgithæ, Milpurgæ, & Witheburgæ. Item librum de origine S. Ivonis, ex Persiâ in Angliam translati, & alterum de translatione ac miraculis ejus. Non confundendus autem hic Go-celinus, sive Goccelinus, cum Gocelino, Parisiensi episcopo, quem celebrat Regino Chronicorum de origine & gestis Francorum lib. II ad an. Icccclxxxvii, nec cum Gocelino, Wellensi Canonico, cujus meminit Thomas Wiccus in historiâ Monasterii B. Mariæ de Meritona. Baronio ad annum Icccclxii dicitur *Gothzelinus Mo-rinensis*. Aliis monachus Bertinianus: quæ minimè cum superiori-bus pugnant. Nam ex oppido S. Audomari in Angliam à B. An-selmo fuit evocatus.

Anno clocxiii clarescebat **AMANDUS**, Prior monasterii A-quicinctini, ordinis S. Benedicti, bis mille passibus distiti Duaco, in-clyto Flandriæ oppido. Hic nominis sui memoriam reliquit epi-stolâ luculentâ, quâ vitam, & obitum descripsit. Odonis, episcopi Cameracensis. Ea exstat MSa Aquicincti atque item Antverpiæ apud Miræum. Incipit hoc pacto. *Aquicinctensis cœnobii humilis congregatio &c.*

Anno clocxv, vel circiter, orbi literato innotuit **RODULPHUS**, sive **RADULPHUS**, S. Trudonis abbas, Ord. S. Benedicti, in diœcesi Leodiensi, congregationis Cluniacensis. Composuit Chro-nicon ad sua usque tempora, quod in cœnobio S. Trudonis adser-vatur MSum. Item consignavit inventionem, & translationem

S. Geronis: quæ apud Surium T. VI die XXIV Nov. Apud Possavinum, velut diversos legas, Rodolphum abbatem, & Rodolphum, S. Trudonis monachum. Quemadmodum est apud Sweertium in Athenis Belgicis. Sed est unus idemque. Obiit Colonia an. c13cxxxviii.

Is qui anno c13cxyi S. Gervino, secundo abbati in Aldenburg, successit, Gervini hujus vitam conscripsit. Ejus epitomen habes apud Haræum in Sanctorum vitis ad xvi April.

GELASIUS II Pontif. Max. fuit anno c13cxyiii, inque literas retulit passionem S. Erasmi Episcopi, & martyris. MSa extat Casini.

Eodem tempore claruisse dicitur VILCO JARREMA, Frisius. Hic à secretis fuit Elconis à Liaucama: atque res ab eo, & aliis è Frisicâ nobilitate, gestas in terra sancta sub rege Balduino, posteritati prodidit. Auctorem hujusce rei laudat Suffridus Petri Andream Cornelium in Historia Frisica, ex Solcone à Forteman, Occone Scharlenti, & Joanne Ulieterpio, magnam partem contextâ, sed necdum editâ: cujus MSum se, atque item alios, exemplar habere, ait idem Suffridus.

Chronici Hierosolymitani, quod Reinerus Reineccius edidit, anonymus scriptor a incipit ab anno c13cxy; quo Urbanus II. celebravit concilium Claromontanum, in quo bellum sacrum est decretum: definit verò in secundo anno Balduini de Burg, tertii Regis Hierosolymitani; qui annus est Christi c13cxyi; ac verisimile est, eo anno obiisse. Ipse bello non interfuit: sed dicit, se omnia habere ab iis, qui presentes adfuisse. Videtur omnium, qui de Hierosolymitano bello scripsere, esse antiquissimus. Quædam tamen, ab eo omissa, reperies apud Guiliehmum Tyrium; de quo inferius dicemus.

Is cujus operâ innotuit nobis translatio corporis S. Valentini, episcopi Patavini (habes eam apud Surium Tom. IV d. IV Aug.) circa annum claruit c13cxx. Incipit autem hoc pacto, prout quidem è MSSis duobus expressit idem Surius: *Nostro ævo temporibus Calixti, Pontificis Max. anno Domini incarnationis c13cxc, Patavii inventum est corpus sanctissimum venerandi confessoris Christi, & episcopi Valentini.* Sed annorum ratio ista longius abit ab ætate Calixti. Planè enim scribi convenit c13cxi, quo Calixtus pontificalem adeptus dignitatem. Vel c13cxx, qui alter est annus pontificatus. Equidem ita censeo, proclivem magis errorem fuisse in numero, quàm in nomine pontificis.

CALLISTUS II, Guido antea dictus, Guilielmi, Burgundiae Comitum, filius, primum monachus monasterii Falleriensis in Gallia, congregationis Cluniacensis, hinc archiepiscopus Viennensis in Gallia, ac denique, post Gelasium secundum, papa Romanus, praeter epistolas, ac decreta, reliquit librum de obitu & vita sanctorum: ac seorsim librum de miraculis S. Jacobi Apostoli, qui prope integer exstat in Vincentio Bellovacense Speculi Historici lib. xxvi à cap. xxx usque ad xl i i. Sanè Callistus magno semper in honore habuit S. Jacobum Compostellanum: quod & indicant verba ista Guilielmi Malmesburienfis: *Nec quicquam in Callisti pestore pecuniarum, vel habendarum ambitus, vel habitatum amor, operari bono abhorrens potuit. Adèd ut Anglos peregrinos magis ad sanctum dictum, Iacobum Compostellanum videlicet, quàm Romam pergere, admoneret; pro via longitudine ad illum locum bis euntibus idem benedictionis refundendum commodum, quod habent, qui semel Romam irent.* Idem MSus adseruat Oxonii in Balliolensi bibliothecâ, & Cantabrigiae in Benedictinâ: ubi & liber ejus MSus super translationem S. Jacobi. Item ejusdem liber MSus de inventione corporis Turpini.


EADMERUS, sive Edmerus Britannus, Anselmi archiepiscopi auditor, Borobernensis monachus ad fanum Servatoris, ac postea abbas ad Albani fanum, ac tandem B. Andreae in Scotiâ Praesul, claruit sub Henrico I Angliae rege circa annum c1000. Composuit grande opus de libertate Ecclesiae, in quo tractat de discordia inter Guilielmum Rufum, Anglorum regem, & Anselmum archiepiscopum. Item exaravit libros vi de gestis sui temporis: sive historiam novorum in Anglia, qui MSus Cantabrigiae exstat in Collegio S. Benedicti: Continet quae contigere sub Guilielmo I. & II. Item Henrico I. Nempe ab anno Christi c1051, usque ad an. c1071. Idem scripsit vitam Anselmi archiepiscopi: quae ibidem MSa reperitur. Adhaec carmen de gestis S. Anselmi, & S. Elphegi, archiepiscoporum. Item vitam Wulfridi archiepiscopi. Anno Chr. c1000 obiisse, testis est Simeon Dunelmensis; qui annis x post Eadmerum claruit.

Sed idemne, an (quod Joannes Pitseus arbitratur) alius ab eo est **EMUNDUS**? de quo sic Henricus de Gandavo cap. vii: *Emundus, monachus Cantuariensis, scripsit vitam Anselmi, Cantuariensis archiepiscopi. Item scripsit illum librum de discordia inter Guilielmum, Anglorum regem, & eundem Anselmum, archiepiscopum.* Sanè aetas, magister, opera conveniunt: eoque eundem censeo. Exstat hodieque vita Anselmi

seini duobus libris ab ejus convictore Anglo comprehensa: quæ & Anselmi operibus præmittitur, & apud Suriium legitur Tom. III a. d. XXI Apr. Sed auctor ejus vitæ EDIMERUS vocatur. Fortasse idem nomen est *Edmundus*, & *Eadmerus*, vel *Eadmerus*: atque ut ex illo *Edmundus*, (sic & vocat Tritthemius) ita ex hoc *Edimerus* factum fuit. At dixerit aliquis, omnino alium esse *Eadmerum*, alium *Edmundum*: quia ille Dorobernensis monachus fuit: hic Cantabrigiæ monachus ab Henrico de Gandavo appellatur. Sed iste scrupulus neminem morabitur, nisi rerum Britannicarum planè ignarum. Nam satis convenit, quæ nunc *Cantuaris*, hanc Bedæ, aliisque, *Doroberniam* vocari: nonnullis etiam *Durovernum*, vel *Dorovernum*, vel *Darvenum*, Δαργέρον; quæ appellatio est apud Ptolomæum. Existat MSA illa Anselmi vitæ in bibliothecâ Collegii S. Benedicti apud Cantuarienses: teste Th. James, ubi sic inscribitur: *Vita S. Anselmi, Archiepiscopi Cantuariensis apud Edmerum Dorobernensem*. Quod sententiam nostram confirmat. Sed quid multis opus? Omnem eximit scrupulum tum Balæus & Pitseus, tum præcipuè clarissimus Seldenus: qui ex bibliothecâ Roberti Cottoni, Equitis & Baronetti Historiam Eadmeri libris VI edidit anno 1633. Editionem eam cum superiora scriberem, necdum conspexeram. In hujus præfatione abundè ostendit Seldenus, ejusdem esse scriptoris, quæ Eadmero, quæque Edimero, ac Emundo tribuuntur. Eaque ex præfat. petat qui plura volet de Eadmero. Guilielmus Malmesburiensis Eadmerum appellat *suarum temporum historicum sinceritate veritatis laudandum*. Idem ejus sermonis celebrat *festivitatem & facundiam*. Nec sanè in veteribus rerum Anglicarum scriptoribus à puro sermone quisquam propius abest hoc Eadmundo, & Malmesburiensi.

GUALTERUS CALENIUS, Britannus è Cambria, archidiaconus Oxoniensis, & juxta nonnullos, tandem Oxoniensis episcopus, floruit tempore Henrici I, Anglorum regis, anno 1133. Hic Britannicæ historiæ, ab Galfrido Monemurtheni ex Britannica lingua in Latinam translata, auctarium ad sua usque tempora edidit. Est id auctarium annorum amplius quadringentorum, atque, ut Radulphus censet, sermone scriptum est non ineleganti. Historiam ejus in compendium redegit Ponticus Virunnus Italus.

JOANNES PYKE, Anglus, floruit anno 1133 sub Henrico, primo ejus nominis Anglorum rege. Scripsit de regibus Anglo-Saxonum: item de regibus Danis, qui in Anglia regnarunt. Quos



libros postea in compendium redegit Guilielmus Horman, Etonensis collegii prorektor.

NICOLAUS, SUESSIONENSIS monachus, claruit anno cLcxxx: atque ad Rohardum, Sueffionensis Ecclesie decanum, tribus libris scripsit vitam æqualis sui S. Godefridi, Ambianensis episcopi: qui anno obiit cLcxviii. Habes in Surii Historia sanctorum T. VI die viii Nov.

Etiã anno cLcxxx literis, & posteritati, vacabat ROBERTUS S. Remigii in dicecesi Rhemensis (ut ipse in præfatione de se testatur) monachus congregationis Cluniacensis. Collegit acta conciliorum. Octo item libros composuit de bello principum Christianorum, Gallorum præcipuè, contra Sarracenos; quod gestum fuit anno cLxcv. Prodiit Basileæ apud Pernam an. cLcxxxiii. Atque etiã exstat in scriptoribus iis rerum Germanicarum, quos in editione suâ fasce uno complexus Iustus Reuberus fuit. Item Tom. I. Orientalis historię, quæ inscribitur, *Gesta Dei per Francos*. Sed in Reuberi editione libri sunt viii: in Orientali Historiã sunt ix. Quod inde est, quia a in Basileensi ac Reuberianã editione unus sit liber, qui in Historia Orientali dividitur in septimum, & octavum. Quod si Tritthemium audimus, fuerint libri x. Credo, in exerplar incidemat, ubi & alius liber in duos discesceretur. Incipit Robertus à Concilio Claræmontano anni cLxcv, cui interfuit, atque unde profectio illa in Orientem cœpit: desinit in victoriã de Ammiraufo Babylonis, quæ incidit in annum cLxcix. Fuit ipse expeditionis comes: quo majorem fidem meretur. Meminit Blondus sapius Dec. II, lib. IV.

a Sema
an. 1533.

Temporibus quoque Henrici v, & papæ Callixti II, quibus Didacus factus primus archiepiscopus Compostellanus, claruere MUNIO, MINDONIENSIS episcopus, HUGO, PORTUGALENSIS episcopus, & GIRALDUS presbyter: qui, jussu Didaci archiepiscopi, historiam Compostellanam duobus libris tradiderunt. De hoc opere ita Vasæus in Chronico Hispaniæ cap. IV: *Vidi Salmantica in Bibliothecã collegii S. Salvatoris, quod magno Reipublicæ bono instituit D. Didacus Muros, Ouetensis episcopus, & Catholicis viribus à secretis, doctissimorum, atque integerrimorum fertilitate virorum celeberrimum, historiam Compostellanam in duos libros digestam, jussu D. Didaci primi archiepiscopi Compostellani: in quibus primordia, successus, incrementa Ecclesie Compostellane larè describuntur. In iis libris plurima scitu digna reperiri, quæ suis locis ponentur. Prioris libri auctores fuisse dicuntur Mando-*

Mindo-

Mendonensis, & Hugo Portugalsis episcopi posterioris, Giraldus quidam, presbyter, ut colligitur, & ejusdem archiepiscopi familiaris. Alius ab hoc est Munio, iridem Hispanus; qui anno clocclxxxv Ordinis prædicatorum septimus est electus magister generalis: sed Nicolaus iv Pont. Max. septimo post anno eum hoc munere privavit: novennio post Pont. M. designatus est in Hisp. episcopus Palentinus. At Bonifacio vi i i honore hoc est dejectus. Ac tandem Romæ anno clocxcix in cænobio S. Sabinæ ex animi ægritudine obiit. Plura de eo Leander Albertus lib. 1, de illustribus viris Ordinis Prædicat.

C A P. XLIX.

Hildebertus Cenomanensis de vita Hugonis Cluniacensis, ite Mariæ Aegyptiacæ. Deceptum esse illustrem annalium conditorem, cum ab Ivone putaret Hildeberto inuri impudicitia notam. Guilielmus Gemeticensis de gestis Normannorum, quo in opere fides ejus subinde laboret. Guigo de vita Hugonis Gratianopolitani. Rupertus Tuitiensis de vita Berengarii abbatis, Eliphii martyris, & Hereberti Coloniensis, atque idem de incendio Tuitiensi. S. Bernardus Clarevallensis de vita Malachiæ, abbatis Hibernici. Philippus, abbas Bonæ spei, de vitis, & passione sanctorum quorundam. Auctus Florentinus de sanctis aliquot. Eckardi Urangienis Chronicon. Hugonis de S. Victore Chronicon. Diemo de sanctorum vitis. Anonymus de vita S. Notberti. Alius de vita Guilielmi Cisterciensis. Osbertus Clarentius de vita Regis Eduardi; & quo incitatus fuerit ad eam describendam; item alia ejusdem. Petri Ostiensis liber iv Chronici Casinensis: eundem videri ac Petrus diaconus, cujus varia referuntur.

HENRICI IV, ac v temporibus, nec non Lotharii I I, qui imperii habenas cepit anno clocxxv, pretium eruditionis suæ tulit HILDEBERTUS, Cænobii Cluniacensis monachus, Berengarii, arque item S. Hugonis abbatis discipulus, prius scholæ magister, hinc archidiaconus, posteaque in Hoëli locum episcopus factus

factus CENOMANENSIS, cui ecclesiæ præfuit annis XXI; ac tandem, in Guilleberti locum, anno gratiæ cIæcxxxix, Turonensis episcopus creatus ab Honorio Papa, qui ingenio ejus valde delectabatur. Rexit autem Turonensem Ecclesiam annis vii, & mensibus vi. Obiit anno cIæcxxxvi, qui annus xi erat Lotharii II. In annorum tamen ratione paullùm abeunt alii; qui Cenomanensi ecclesiæ præfuisse dicunt annis xxix, ac Turonensem archiepiscopum factum esse anno cIæcxxvii, sedisseque ibi annis sex, ac totidem mensibus. Apud Ægidium Brii lib. III Histor. Perticensium & Alenzoniorum comitem legere est; ut Hubertus Capreolus, Rotroci Perticensis dapifer, Nogeniti (vulgò hujc nomen *le Rotrou*) in vinculis eum detinuerit. Literis mandavit vitam præceptoris sui S. Hugonis, abbatis Cluniacensis. Eam Cluniaci MSam extare, auctor est Arnoldus Wion. Sed eadem, anno cIæcxcix, Lutetiæ edita est in bibliothecâ Cluniacensi Martini Marii. Idem carmine scripsit vitam Mariæ Ægyptiacæ, cujus exemplar MSum est penes Heribertum Rosweidum. Meminit Henricus de Gandavo in catal. cap. viii; *Hilbertus, ex Cenomanensi episcopo archiepiscopus Turonensis, qui claruit tam prosâ, quàm metro, scripsit eleganti metro vitam Mariæ Ægyptiacæ.* Alia etiam, quæ posteritati mandavit, subjungit. Vide & Tritthemium, atque alios. Baronius T. xi putabat, Hilbertum impudicitæ notari ab Ivone Carnotensi epist. cclxxvii. Sed planè fallitur. Siquidem in melioribus libris, uti eo, quem ex MSorum optimorum fide expressit Juretus, non *Hilberto*, sed *Aldeberto* legitur. Apud Guillelmum Malmesbur. etiam habes carmen in Berengarium, pro ætate, quæ auctor ejus vixit, sanè luculentum. Quid mirum? Quando is inter eloquentissimos Galliæ viros etiam à Nicolao de Clemangiis refertur, epistolâ ad Galiorum de Petramala cardinalem. Et veteres in eum versiculi illi exstant:

Inclutus & prosâ, versuq; per omnia primus,

Hilbertus olet prorsus ubique rosam.

Vide & elogium ejus apud Guillelmum Malmesburiensem lib. vii de gestis Anglorum, atque aded & apud S. Bernardum Clarævallensem epist. cxxiii, & cxxv. Meminit & Ranulphus in Polychronico, & Guillelmus Gemeticensis lib. v. de ducibus Normanniæ cap. ix. Vita Hilberti hujus exstat in Gallis, in pontificali Cenomanensium libro. Complures ad eum epistolæ supersunt, tum Yvonis Carnotensis; tum Goffridi, Vindocinensis abbatis;

abbatis, qui & eum appellat virum religiosum, & in provincia sua priatum post metropolitanum.

Temporibus iisdem, hoc est Henrici IV, V, & Lotharii II, claruit **GUILLIELMUS GEMETICENSIS**, Normannus, monachus Fiscanensis, qui & *αὐτὸς* *Guilielmus Cænobita* appellatur: puta ex eo, quodd in præfatione se Gemeticensem cænobitam vocet. Hic sex libros reliquit de gestis Normannorum: eosque dicavit Guilielmo, Anglorum regi, & Normannorum duci, qui vulgò dicitur Conqueror; quia, cum Normanniæ duntaxat dux foret, Angliæ regnum bello acquisiverit. Annum indicant veteres versiculi.

Anno millesimo sexagesimo quoque seno

Anglorum metae flammas videre cometa.

Cometes enim eam mutationem regni antecesserat. Obiit autem Rex ille Guilielmus anno cclxxxvi. Hinc imperium adeptus est filius Guilielmus, qui decessit anno cloc. Exinde regnavit Henricus, qui fato suo anno cloxxxv functus fuit. Ac successit ei Stephanus. Guilielmus Gemeticensis vitam perduxit usque ad Stephani tempora. Itaque postquam sex eos scripserat libros, de quibus diximus, septimum adjecit: quo paucis de Guilielmo it agit; fusiusque persequitur res gestas Henrici I; cuius & obitum narrat. Hosce VII libros (ex quibus tres primi potius Dudo-nis dici merentur, ut superius ostensum) ab interitu vindicavit Guilielmus Camdenus. Multæ verò in scriptore hoc fabulæ de Normannis leguntur: quod non inficiabitur, qui cum eo contulerit, quæ de ætate suâ in Chronicis suis retulit Flodoardus. Fragmentum hujus Gemeticensis habes apud Cantabrigienses in bibliothecâ S. Benedicti. Verùm & integer ibi adservatur.

GUIGO, seu **CUIGO**, qui nonnullis *Guido*, Gallus, patriâ Delphinus, quintus Prior generalis primæ Carthusiæ, floruit tempore Henrici V, & Lotharii Saxonis imp. atque ad Innocentium II Papam exaravit vitam S. Hugonis, Gratianopolitani episcopi, qui anno obiit clocxxxii. Habes apud Surium Tom. II. a. d. I Apr. Liber ejus de Contemplatione ineditus asservatur in primariâ Carthusiâ; cujus præfectum fuisse, diximus. Mentio Guigonis fit & in vita B. Bernardi Clarævallensis: imò & inter Bernardi epistolâs duæ ad eum supersunt: nempe undecima & duodecima. Utrobique autem, uti & vitæ jam memoratæ lib. III cap. I, **GUIGO** vocatur: qui **GUIGO** est in inscriptione vitæ S. Hugo-

nis apud Surium, atque aded in MSSis, quos is secutus. Equidem ex auctoris potius operibus, quam aliunde, verum nomen peti debet: etsi & Guidonem Baronius vocet ad an. c̄l̄c̄xxviii: Integrum autem nomen, juxta nonnullos, est GUIDO, vel potius GUIGO DE PONTE, vel juxta alios GUIGO DE CASTRO Valentinianus. Decessit anno Chr. c̄l̄c̄xxviii, ab institutione ordinis Carthusiani LIII, ætatis suæ L, monachatus sui xxx, prioratus, ut vocant, xxvii, vel circiter: ut auctor est Sutorius lib. ii de vita Carthuf. cap. v. Præter quem & Arnoldum Bostium vide de viris illust. Ordin. Carthuf. cap. ii, & Petrum Dorlandum Chronic. lib. iv cap. lxxi. Videndum autem, idemne, an alius, ille sit, quem sæpius se exscribere profiteretur auctor magni Chronici Belgici.

Etiam tum Henrici v tempore claruit, tum Lotharii ii, sub quo decessit, RUPERTUS, abbas TUITIENSIS cœnobii juxta Coloniæ Agrippinam. Ætatis, præter alia, indicium faciunt commentarii de divinis officiis: quos anno se c̄l̄c̄xii elaborasse, ipse auctor est operis ejus lib. v cap. xiv. Eo autem tempore sub Berengero, sive Berengario abbate, in monasterio S. Laurentii juxta Leodicum adhuc monachus degebat: ut de se testis est nobis præfatione in Genesin. Obiit autem anno c̄l̄c̄xxv. iv Non. Mart. Inter alia, quæ memoriæ prodidit, est historia S. Eliphii martyris; quæ à Surio inserta est Tom. v a. d. xvi Oct. Ejus MSSus codex Coloniæ exstat. Item edidit vitam S. Hereberti, archiepiscopi Coloniensis. Ejus quidem non meminit Bellarminus in scriptoribus Ecclesiasticis, ubi de Ruperto hoc agit: sed habes apud Surium T. ii die xvi Mart. &, ut genuinam, agnoscit Baronius T. x ad an. Iccccxcvi. Quamquam non tam auctor ejus vitæ, quam expolitor, fuit. Quod verba ista præfationis indicant: *Quatenus sancti archipræsulis vitam virtutibus splendidam, sed prioris, ut tibi videbatur, styli rubigine subobscuram, novo rescriberem stylo.* Etiam Coloniæ a prodidit liber ejus de incendio Tuitiensi, in quo corpus Dominicum à flamma circumfusâ intactum remansit. Cum opere hoc etiam connexa est vita Tuitiensis hujus Ruperti, ex quo cætera de eo pete. Item adi Sixtum Senensem in bibliotheca: & imprimis Rupertum ipsum, præfatione ad Cunonem, prius abbatem Sigembergensem, tum episcopum Ratisonensem; quâ, quæ scripserit, recenset.

Incerti nominis monachus Præmonstratensis vitam scripsit æqualis sui Godefridi, comitis Cappenbergensis, qui anuo obiit

CLXXXVI. Exstat vita hæc apud Surium T. I. a. d. XIII. Jan.

Circa annum CLXXX, ac deinceps, sanctimoniam, atque eruditionis gloriam, longè lateque effulgit S. BERNARDUS, abbas Claravallensis: obiit autem anno gratiæ CXCIII, ætatis suæ XLII. Hic, inter tor aurea monumenta, etiam libro integro complexus est vitam B. Malachiam, episcopi Hiberni. MSus ejus cõdex adservatur Cantabrigiæ in bibliothecâ Collegii S. Benedicti. Cæterum apud nonnullos reperio, vitam Malachiam hujus ad B. Bernardum scriptam fuisse à Congano, Abbate Hibernico, ordinis Cisterciensis. Sed Bernardo ipsi tribuit & Godfridus, monachus Claravallensis, discipulus Bernardi, de vita ejus lib. III cap. ult. Item appendix Henrici de Gandavo cap. IV. Ut mittam Philippum Bergomatem in Suppl. Chr. lib. XI ad an. CLXXX. Aliorum etiam sanctorum vitas ex S. Bernardo hausere. Nam ex serm. XXVI in Cantica excerpta est vita S. Gerardi monachi; quæ apud Surium T. VI die XII Jun. Atque ex sermone alio A, vitam S. Victoris in monasterio Arremarensi, quod est in Trecenti diocesi, quiescentis, apud eundem Surium habes die XXVI Febr.

B. Bernardo, abbati Claravallensi, familiaris fuit PHILIPPUS ab Eleemosyna, cognomine ab HARVENG, abbas secundus monasterii Bonæ spei apud Binchium, Hannoniæ oppidum. Præter commentarium in Ecclesiasten, qui in memorato cœnobio adservatur, posteris etiam reliquit vitam S. Augustini Hipponensis. Etiam vitas prodidit horum trium, S. Amandi, Trajectensis episcopi, Gislani episcopi, & S. Landelini abbatis. Adhæc passionem SS. Martyrum, Cyrici, & Jullitæ. Quibus in bibliothecis hæc exstant MSA, docebit Possévinus. Prodiere autem opera ejus Duaci anno CLXXX b.

AUCTUS FLORENTINUS, monachus instituti Vallis Umbrosæ, ac generalis suæ congregationis abbas, iisdem temporibus claruit. Nempe imperantibus Lothario Saxone, ejusque æmulo, Conrado Suevo. Auctus hic præter epistolas contexuit vitam Joannis Gualberti; qui congregationem memoratam instituerat. Item reliquit vitam Bernardi Uberti Cardinalis. Adhæc librum de translatione capitis Jacobi Apostoli. Auctor Bernardus, ejusdem instituti monachus, in Aucti hujus gestis: atque exinde Michaël Pocciantius in illustribus scriptoribus Florentinis.

ECKARDUS, primus abbas Urangiensis monasterii in diocesi Herbipolensi, ordinis S. Benedicti, floruit sub Conrado III, an-

a Col.
233, &
deinceps
dit.
Keerber-
giana.

b Typis
Joannis
Kellarii.

no c10cxxx, ac præter monachorum Laternam, cuius solius Trithemius meminit, præterque sermones, & epistolas, etiam Chronicon reliquit.

Floruit iisdem temporibus HARIULPHUS, abbas S. Petri Aldeburgenfis in Flandriâ ordinis Benedicti. In literas retulit vitam S. Arnolphi, Sueffionensium episcopi; quam Surius edidit sub nomine Lisiardi; sed sub nomine Hariulphi integra extat in Urficampo, ordinis Cisterciensis monasterio apud Noviomum, Picardix oppidum. Initium ejus est hujusmodi; *Lamberto Dei gratiâ Tornacensi episcopo Hariulphus*. Sed Surius præfationem triplicem omisit. Præterea scripsit Hariulphus vitam B. Gervini 11 abbatis Aldeburgenfis, prædecessoris sui. Decessit An. c10cxl. 111 quem admodum Mejerus annotat lib. IV Annalium his verbis; *Obiit vir venerabilis Hariulphus, abbas Aldeburgenfis, postquam xxxvi 111 per annos singulari prudentia eam rexisset domum, seque strenuè, multaque cum laude à Roma apud Innocentium 11 defendisset contra cœnobitas Sueffionenses, qui incorporare Sueffionense monasterium ac in Prioratum, ut vocant, redigere conabantur: sed causa ceciderunt.*

HUGO DE S. VICTORE, patriâ Saxonia dictus, quod fuerit abbas S. Victoris, claruit temporibus B. Bernardi, anno c10cxxx, & deinceps. Ac, præter alia, Chronico memoratur, quod perduxit usque ad annum c10cxxxviii; ut Matthæus Paris ad hunc annum auctor est in vita Henrici 1. Hoc opus ejus passim, nec dissimulato Hugonis nomine, exscribit auctor Chronici magni Belgici, à Pistorio editi ex codd. MSSis. Vitam Hugonis hujus concinnavit Thomas Garzonius a: qui & notis Hugonem illustravit.

Iisdem temporibus fuit DIEMO Germanus, monachus Benedictinus; qui, signando aliquot sanctorum vitas, sui memoriam posteritati reliquit.

Ad hæc etiam tempora pertinet auctor vitæ S. Nodberti, patriarchæ Præmonstratensium, natione Germani, è municipio Xantæ: qui, uti & scriptor iste, circa annum claruit c10cxxxiv. Offendes apud Surium die vi Jun. Baronio T. xi 1, ad annum c10cxxxiv, auctor hujus vitæ appellatur HUGO archiepiscopus, successor Nortberti. Sed scrupuli nonnihil injiciunt verba ista in ea vitæ cap. xi 1: *Anno igitur post incarnationem Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo decimo octavo, mense Junio, post comitum suorum ex hac vita decessum, accessit ei dominus Hugo, jam dictus clericus, (hoc enim erat nomen ejus,) qui proximo post eum loco successit in regimine Præmonstrata*

a Habes
in editio-
ne Hugo-
nis, qua
Venetiis
prodiit
an. 1538.

Ecclesia, pia & sancte conversationis homo. Quomodo de se minime scripsisset. Sed dicere possumus, hæc postea à successore, vel alio, esse adjecta.

Item tum fuit is, qui vitam conscripsit æqualis sui B. Guilhelmi, primùm abbatis ordinis Cisterciensis, post archiepiscopi Bituricensis, inque eâ dignitate defuncti anno plus minùs c10cxxxvi: ut hac in vitâ apud Surium legas T. I. die x Jan.

OSBERTUS CLARENTIUS, ita dictus à Clarentiâ pago in comitatu Suffolcensi, monachus, ac postea etiam, Lelando teste, Prior Londinensis in abbacia Westmonasteriensi, sub Stephano, Anglorum rege, (ut in catalogo majore Bostonus Buriensis refert) anno claruit c10cxxxvi. Opus contexit de vita regis Eduardi, Ethelredi regis filii. Cujus compendium Cantabrigiæ exstat in collegio S. Benedicti. Eam regi huic gratiam rependit Osbertus, quòd cænobium, in quo monachus hic viveret, miram in modum auxisset; primusque in eo sepeliri voluisset. Præterea reliquit vitam duorum Regum, Ethelberti confessoris, & Eadmundi martyris: item vitam B. Edburgæ virginis. Passio regis & confessoris S. Ethelberti seu Athelberti exstat MSa in bibliothecâ Collegii S. Benedicti apud Cantabrigienses. In nonnullis codd. etiam S. Elphegi vita ei assignatur. Sed perperam, cum sit Osbertus; de quo superiùs dictum.

PETRUS, diaconus **OSTIENSIS**, auctor est libri IV Chronici Casinensis; qui incipit, ubi Leo Ostiensis deserat: nempe ab obitu papæ Victoris III, sive anno gratiæ c10lxxxvi. Desinit autem in morte Petri Leonis antipapæ; quo defuncto, Innocentius papa ab omnibus est receptus: quod anno contigit c10cxxxviii, anno nono Innocentii. Anno præcedenti, hoc est c10cxxxvii, Petrus hic ab imperatore Lothario I missus fuerat ad monachos Casinenses: ut ipse scribit cap. cxx. Quod ætatem ejus satis arguit. Idem autem videtur, ac ille, de quo nunc dicam.

PETRUS **DIACONUS**, Agidii filius, Romanus, monachus Casinensis (cui ordini quinquennis fuit consecratus, anno c10cxcv) multa prodidit, quæ historiam Ecclesiæ illustrent. Ut sunt ista; De ortu, & vitâ justorum monasterii Casinensis: De viris illustribus monasterii Casinensis: Miracula Casinensium monachorum: De locis sanctis: Supplementum historiæ Anastasii monachi, & bibliothecarii, de rapto corporis SS. Benedicti, & Scholasticæ: Passio S. Placidi abbatis, & sociorum: Passio S. Marci, &

leciotum, ad Oderisium abbatem: Miracula SS. martyrum, Marci, Nicandri, & Martiniani; Inventio S. Marci martyris: Vita S. Dariæ, uxoris S. Nicandri martyris: Vita S. Juliani confessoris: Vita S. Apollinaris abbatis ad Rainaldum abbatem: Vita SS. Guinizonis, & Januarii, monachorum, ad Richardum monachum: Vita S. Constantii episcopi, & confessoris ad Guarinum, Aquini episcopum: Vita S. Severi, episcopi Casinensis ad Senioremem Abbatem: Vita S. Leonis Papæ: Vita S. Mauri Abbatis, ad Rainaldum, subdiaconum Casinensem: Historia de everfione, & restauratione cœnobii S. Mauri: Translatio S. Stephani protomart. Constantinopoli ad urbem Romanam: Destructio, & restauratio Atinæ urbis: De consulibus, dictatoribus, & imperatoribus Romanorum: Historia Trojanæ gentis ab exordio ad sua tempora: De prodigiis, & portentis, ad Ptolomæum, censulem Romanum: Abbreviatio Solini de mirabilibus mundi. Atque hæc omnia, & multò plura ejusdem, MSA adservantur in bibliotheca Casini: ut auctor est Possëvinus in Apparatu sacro. Alius autem ab hoc Petro Casinensi diacono est Petrus ille, itidem Casinensis diaconus, qui vitam S. Athanasii Neapolitani descripsit: ut libro proximo dicemus.

C A P. L.

Petrus Venerabilis. Guilielmus abbas S. Theoderici, de vita S. Bernardi. Anonymi compendium de episcopis Rheimensibus. Sefridus, Thimon, Ebbo, & Herbordus, de vita S. Othonis. Robertus, diaconus Astrovandiae, de vita S. Aiberti. Alius de S. Ludgero. Anselmus Avelburgensis de vitis sanctorum. Rodulphus Gallus de vita Petri abbatis.

Nunc eos consideremus, qui vixere, postquam ad Casaream fastigium euectus fuit Conradus Suevus; qui & Conradus III vocatur, atque imperium tenuit ab anno cxcxxxviii usque ad annum cxcxlii. Primùm hic se offert S. P E T R U S, cognomine V E N E R A B I L I S, Arvernus, genere nobilis, Mauricii, & Raigarde filius, unde & ipse Mauricius vocatur: (Mauriacenum quasi à Mauriaco, Arvernæ oppido, perperam vocat Papirius Maffonus,

sonus, ac pejus alius Maturitium) abbas Cluniacensis nonus, & generalis octavus. Qui ætate quidem Lotharii; sed imprimis Conradi III imp. & primis Frederici Barbarossæ temporibus, ob eruditionem, & sanctimoniam, magni nominis fuit. Hic opus condidit de miraculis sui temporis: de S. Marcello papâ, & martyre: De vita S. Mathæi Albanensis: ut de rhythmis, hymnis, vi libris epistolarum, & aliis; quæ conjunctim in bibliothecâ Cluniacensi leguntur. Decessit Cluniaci c10c1v111.

Nec leve sub Conrado hoc III nomen habuit GUILIELMUS, abbas S. Theoderici, posteaque monachus Claravallensis sub B. Bernardo. Hic orsus est in literas referre vitam B. Bernardi: sed, morte præventus, (ante ipsum Bernardum decessit) absolvere non potuit: ut ait Henricus de Gandavo cap. x. Et fortasse idem est, de quo Henrici appendix cap. x. Guilielmi hujus est liber primus de vita Bernardi; qui apud Surium legitur die xx Aug. Quatuor sequentes sibi vindicat Bernardus, Bonævallensis abbas. Conjunguntur autem etiam cum operibus B. Bernardi. Alia ejusdem Guilielmi commemorat Philippus Bergomensis in Chronico Suppl. lib. xi 1, ac Tritthemius in catal. Idem verò est Guilielmus abbas, & Guilielmus ex abbate monachus, & Guilielmus Claravallensis: de quibus distinctis locis agit Possévinus.

Temporibus istis fuit ANONYMUS, Remensis Ecclesiæ canonicus, qui historiam Flodoardi de Ecclesiæ Remensis præfultibus in compendium redegit. Nempe cum archiepiscopus esset Sanson, qui ex Carnotensi clerico factus est archiepiscopus Remensis, anno c10cxxxix, atque apud Igniacum situs est; ut Antonius Demochares tradit. Ex hoc scriptore appendiculam Flodoardo adjecit Jac. Sirmondus: quam descripsit ex cod. Igniacensi.

Ejusdem imperatoris temporibus concurrerunt quatuor hi scriptores vitæ S. Othonis, SEFRIDUS, THIMO, EBB O, & HERBORDUS. Nam tempore S. Othonis fuere: is autem in Pomeraniam ad prædicandum Evangelium profectus est anno c10cxxiv, atque obiit anno c10cxxxix. Ex quatuor his *Sefridus*, sive Sifridus, S. Othonis scriba, seu notarius, fuit: ut Daniel Cramerus observat Chronici Pomeranici lib. i cap. xiv. *Ebbo* fuit monachus cenobii S. Michaëlis prope Babebergum. Ac vitam Othonis retulit: prout eam ex ore accepit Udalrici, sacellani S. Ægidii. Auctor Andreas abbas in præfatione, quam quatuor libris de vita Othonis præmisit. *Thimon* verò, ut ex eodem abbate cognoscimus, e-

2 Pag.

697.701.

697.709.

rat monachus genere illustris, & S. Othoni gratus acceptusque: qui & quinquennis ejus fuisse mimulus creditur. *Herbordus* autem ibidem *Scholasticus* vocatur: diciturque *vitam præfati Othonis in libello quodam dramatico, carmine, vel etiam prosâ luculentissimè persudasse*. Ex tribus prioribus contexta est vita S. Othonis, quæ exstat apud Henricum Canisium lib. 111 *Antiquæ Lect.* Ex iisdem quoque, atque item Herbordo, sua se accepisse in præfatione fatetur Andreas abbas: cujus quatuor libri de vita Othonis exstant in *Divis Bambergensibus à Gretzero editis*. Habemus & vitam S. Othonis apud *Surium T. IV. a. d. 111 Jul.* Sed ejus auctor in *MSO cod.* non erat adscriptus. Non dubium autem, quin eodem ex fonte sua hausserit, unde postea Andreas abbas. Sed scriptor iste compendio omnia constrinxit: Andreas abbas fusè cuncta diduxit.

Ultimis quoque ejusdem imperatoris temporibus vixit **ROBERTUS**, archidiaconus Austrovandia. Hic vitam scripsit æqualis sui S. Aiberti, monachi, & presbyteri Crispiniensis monasterii; qui obiit circa annum *c10cxl.* S. Aiberto autem æqualem esse ejus vitæ auctorem, præfationis hæc verba ostendunt: *Vitam S. Confessoris Christi Aiberti; quemadmodum à religiosis, & veridicis viris, maxime autem à domino Alulpho, religioso monacho, qui ejus secreta præ ceteris melius noverat, accepi; pro mei ingenii mediocritate diligenter enarrare constitui.* Vide eam vitam apud *Surium T. 111. 11 Apr.*

ANONYMUS, quartus scriptor vitæ S. Ludgeri, tempore vixit S. Bernardi, abbatis *Clarævallisensis*, circa ann. *c10cxli.* ut, teste *Christ. Brouwerio*, in *MSO cod.* additum erat; sed aliâ manu. Cum verò priores tres, *Othelgrimus, Alfridus, & Uffingus*, prosâ eam materiem tractarint; hic idem carmine præstitit. Quatuor istorum meminit quintus scriptor vitæ Ludgeri, *Joannes Cincinnius*, in præfatione suâ: atque ex istis quatuor hausisse ea se profiteretur, quæ promit. *Cincinnius* ille prodiit *Coloniæ* ante annos centum, & decem, *Quentelii* typis.

ANSELMUS, *Avelburgensis* episcopus, in *Marchia ad Avelum* non longè ab *Albi fluvio*, floruit anno *c10cxlvi.* ac cum epistolâ, tum sanctorum aliquot vitas, reliquit.

Extremis *Conradi III* temporibus **RADULPHUS** Gallus, monachus *Cluniacensis*, vitam descripsit S. Petri abbatis. *MSA* exstat *Cluniaci*.

Claruit tum quoque *S. Elisabeth Schonaugiensis*, soror *Echerti Regis*, abbatissâ in *Trevirensi diocesi*, quæ inter alia reliquit librum
de

de origine, inventione, & nominibus virginum undecim millium. Etatem arguit, quod scripserat ad S. Hildegardim, Moguntinam: quam æqualem vixisse S. Bernardo Claravallensi, constat ex vita Hildegardis scripta ab abbate Theodoro.

CAP. LI.

Britanni aliquot scriptores. Nempe Turstinus de origine, cœnobii Fontanensis. Guilielmus Rhievallensis de gestis Anglorum. Robertus Salopiensis de vita Wenefridæ virginis. Rodolphus Albanus de vita S. Albani: ejusdem libri de gestis Alexandri Magni, quos alii Gualteri Hemlingtoni esse, arbitrantur. Guilielmus Malmesbertensis de gestis regum Angliæ, item episcoporum ejus, & quæ præterea tractavit. Henricus Hungtingdonensis quàm varia ingenii sui opera de rebus Anglicanis ediderit. Caradocus Lancarvanensis de successione Britannorum, situ orbis, & vita Gildæ. Ealredus Rhievallensis de vitis aliquot sanctorum: item Chronica ejusdem, & alia. Ioannes Mercianus de Merciorum regibus. Simeon Dunelmensis de rebus Angliæ, martyrio Ethelberti, atque Ethelredi, & aliis. Conganus abbas de S. Malachia Hiberno.

Sed nefas fuerit præterire tot illustres Britannicæ viros, quos alter ille orbis, ejusdem Conradi imp. temporibus, regnante in Angliâ Stephano, extulit.

Qualis **TURSTINUS**, sive *Turstinus*, qui & *Turstanus*, Eboracensis archiepiscopus, ac, posteaquam jam senex eâ se dignitate abdicasset, monachus Cisterciensis apud Rippon, Eboracensis agri oppidum, quod Fontanentè, sive de Fontibus dicitur. Hac occasione ipse, præter alia, de origine Fontanensis cœnobii opusculum posteritati transmisit. Obiit sub rege Stephano, anno clocxl, vel proximo.

Tum item, quasi sidus, effulsit **GUILIELMUS RHIEVALLENSIS**, Cisterciensis monachus in Rusheforde. Historiam hic Anglorum reliquit, quam dicavit Ealredo, Rhievallensi abbati. Inter potissimos Angliæ scriptores habetur à Ricardo Hagustaldensi, Ranulpho Higdeno, & Guilielmo Hormanno. Obiit anno clocxl.

ROBERTUS Salopiensis, sive de Shrewisberij (teste Joanne Capravio in catalogo sanctorum Angliæ) floruit sub eodem Stephano, Angliæ rege: ac, post Wenefridæ virginis à Cambria translationem in Salopianum monasterium, cujus antistes erat, opus de vita ejusce virginis condidit, atque id Guarino, monachorum Wigorniensium præfecto, dicavit. Nempe occasio hujus operis fuit, quòd ad ejus monasterium, ut dixi, S. Wenefridæ ossa translata essent: quod anno factum clocxxxvii. In codice MSO, quo usus fuit Laurentius Surius, cum brevius aliquanto Wenefridæ vitam conscriberet, aberat nomen auctoris. Sed planè censet, fuisse ipsius Roberti. Vide eum Tom. vi. Nov. 111. Lubens autem subscribo Surtii conjecturæ: etsi nec fugiat me, ante hunc, alium fuisse, itidem Britannum; qui & ipse Wenefridæ vitam qualescunque reliquerit ingenii sui monumentum. Fuit is Elerius Cambrius, qui circa annum vixit clocxlx. Sed quæ in fine illius vitæ apud Surtium leguntur, satis arguunt, Robertum, non Elerium, esse auctorem. Etsi Robertum ex Elerio pleraque exscripsisse, satis sit verisimile.

RADULPHUS de S. Albano, abbas fani S. Albani in Anglia, floruit sub eodem Stephano rege, ac vitam S. Albani carmine condidit. Præterea ex antiquis concinnavit historiam Alexandri Magni libris v. Memoratur & Joanni Frumentario in catalogo virorum illustrium, ac à Joanne Lelando quoque eruditionis nomine laudatur. Obiit anno cloccli.

Æqualis huic **GALTERUS HEMLINGTONUS**, Anglus, monachus ad S. Albanum, & bibliothecarius ejusce. Auctor à nonnullis putatur librorum v de gestis Alexandri ceteris aliis Radulpho Albano, ut dixi, tribuuntur.

GUILIELMUS MALMESBURIENSIS, cognomine **SOMERSET**, atque aliter dictus **BIBLIOTHECARIUS**, monachus Benedictinus, historiam Anglicanam quinque complexus est libris; qui MSi existant in bibliotheca Luncliana. Incipit à primo Anglorum adventu adusque annum clocxlii; quo & vixit. Ut omnino erret Possévinus, cum ait, æqualem fuisse Berengarii illius, qui, auctore Sigeberto in Chronicis, circa annum clocli controversiam movit de Eucharistia. Reliquit & libros iv de gestis pontificum seu episcoporum Angliæ. Quod opus in publicâ Oxoniensium bibliothecâ adservatur. Imò alii quartum librum (qui in duas divisus est partes, unde qui aliquibus quintus dicitur, alii quarti

quarta pars posterior vocatur) negant ultimum statui debere. Olim enim sex fuisse, atque id colligunt ex prologo in primum de episcopis librum: ubi ait, *Primus liber continebit gesta archiepiscoporum Cantuariensium, & episcoporum Rossensium: ceteri quinque suo ordine sequentur.* Imo hoc de argumento libri LXI MSi superesse dicuntur Cantabrigiæ, tum in bibliotheca publicâ, tum in collegio S. Benedicti: nechō in privatâ illustris baronis Lunleiani. Adhęc historiam Novelam condidit: quæ MSA exstat Cantabrigiæ in publica bibliotheca. In Epigraphæ ἀπαλῶς vocatur *Guilielmus Monachus*: estque opus id exaratum ad Robertum comitem Glocestriæ. Præfatio incipit, *Dominus amantissimo.* Præterea egit de virtutibus sanctorum. Etiam composuit itinerarium Joannis Abbatis; vitam Aldhelmi episcopi; librum de miraculis B. Andreæ; libros IV de miraculis S. Mariæ; genealogiam Henrici I; Chronicorum fragmenta; vitas S. Patricii, Dunstani archiepiscopi, & S. Indraeti, ejus discipuli, & S. Benigni. Insuper de imperatoribus epitomen fecit Haimonis Floriacensis, quæ exstat MSA Oxonii in Balliolensi Collegio. Adhęc antiquitates Glasconiæ collegit, quæ MSæ exstant Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Hoc opus dicavit Henrico Blefensi, Wintoniensi episcopo; Theobaldi, Comitis Blefensis, fratri; Henrici I, & fratris regis Stephani (ut loquimur nunc) nepoti. Incipit autem hoc pacto: *Post Dominica resurrectionis gloriam, &c.* Item antiquitates Malmesberiæ. Egit & de gente Vugdenorum, atque aliis. Magnam historici sui Speculi partem ex Guilielmo hoc exscripsit Vincentius Bellovacensis. Quàm præclarè autem de Malmesburienfi fenserit editor ejus, doctissimus Anglus, Henricus Savile; ostendunt hæc ejus verba: *Inter rerum Anglicarum scriptores, & narrationis fide, & judicii maturitate, principem locum teneat Guilielmus Malmesburienfis, homo, ut erant illa tempora, literatè doctus; qui septingentorum plus minus annorum res tantâ fide, & diligentia pertexuit, ut è nostris prope solus historiçi munus expleße videatur.*

a Præf. in rerum Anglicarum scriptores.

HENRICUS HUNGTINGDONENSIS, Nicolai filius, priùs Lincolnienfis Ecclesiæ canonicus, & post Hungtingdonensis archidiaconus, sub Stephano, Anglorum rege, claruit anno cxcvii. Edidit ad Alexandrum, Lincolniensem episcopum, historiam rerum Anglicarum libris x: qui MSi Cantabrigiæ supersunt in bibliothecâ publicâ, & privata Lunleianâ. & Gualteri Copi. Adhęc Chronicon fecit, quod Cantabrigiæ MSum reperitur in collegio S. Benedicti. Historiam quoque breviorē uno libro comprehendit.

liendit. item contexuit feriem regum orbis. adhuc feriem regum Britannia: quæ Cantabrigiæ M^Sa custoditur in publica bibliotheca: apud Th. James lego, ea in bibliothecâ superesse epistolam M^Sam H. Huntingtonensis ad Warinum de regibus Britonum. Posteaque leges apud eundem, apud Cantabrigienfes etiam in collegio S. Benedicti eandem epistolam exstare. Idem opus videtur, ac quod vocabam feriem Regum Britannicorum. item egit de sanctis Angliæ: quod opus M^Sum Ant^vripia exstare fertur in bibliotheca societatis Jesu. Etiam exposuit originem rerum Britannicarum. Bedam quoque profecutus est, aliaque nonnulla ingenii & doctrinæ suæ reliquit documenta. *Historicus egregius* à Polydoro Virgilio; *probatuſ auctor* à Joanne Lelando appellatur. Etiam præclare de illo sensit Henricus Savile, doctissimus Anglus: qui præfatione in rerum Anglicarum scriptores, eum, atque item Houedenum, vocat, *auctores comprimis bonos & diligentes, verissimosque superiorum temporum indices*. Vide & de eo Matthæum Westmonasteriensem ad an. c13cxxxv.

CARODOCUS LANCAVYANENSIS, oriundus è Cambria, sub Stephano, Anglorum rege, vixit anno c10c1. Scriptur res gestas regulorum Britannia:, qui, Saxonibus cætera occupantibus, Cambriam, & Cornubiam, loca montana, & Saxonibus minus aditu facilia, obtinebant. Operi huic nomen est, *Britannorum successiones*. Ac M^Sum exstat Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. De eo versus veteres

Historiam Britonum doctus scripsit Carodocus

Post Cadvalladrurn regia scepra notans.

Præterea edidit librum de situ orbis, vitam Gildæ Albanii, & commentarios in Merlinum. Vitam huius Carodoci consignasse fertur Sylvester Gyraldus. Meminit & Carodoci hujus Gualdus Monumetensis, extremo operis: ubi eum *Carodocum Lancarbanensem, contemporaneum suum*, appellat. Eumque cum Guilielmo Malmesburiensi, & Henrico Huntingdoniensi, proximè ante memoratis conjungit.

EALREDUS, seu *Ethelredus*, sive *Elredus*, seu *Athelredus*, seu *Aelredus*, aut *Alredus*, monachorum Cisterciensium in Rhievallæ Eboracensis diocesis abbas, floruit anno c10cxlv; multaque in factis ad similitudinem B. Bernardi edolavit: multa item ad historię lucem edidit: ut vitam Eduardi, Anglorum regis, & confessoris quæ primùm à Capravio edita, & apud Surium legitur a. d. v. Jan.

MSa verò exstat in bibliothecâ illustris Baronis de Lunleio, uti & Oxonii in bibliothecâ Bodleiana: Item vitam eam consignavit Carmine cuius initium,

Cum tibi, Laurenti, cogar parere iubenti.

Item librum composuit de miraculis ejusdem: qui prope Bruxellam MSus est in Rubra Valle. Adhæc egit de vita, & moribus quorundam Angliæ regum. Quem MSum adservant, bibliotheca baronis de Lunleio, & illa Gualteri Copi. Item posteris transmisit libros duos de vita Davidis, regis Scottorum; cui in adolescentia fuerat perfamiliaris. Præterea vitam descripsit S. Niniani episcopi. Item vitam S. Margaritæ, reginæ Scotiæ: quam offendens apud Surium Tom. III a. d. x Junii. Insuper fecit Chronica de bello Stantardi, quæ MSa Cantabrigiæ supersunt in bibliotheca publica. Ubi & ejusdem libellus MSus de quodam miraculo. Ibidem est & liber ejus MSus de fundatione monasteriorum S. Mariæ Eboracensis, & de Fontibus. Condidit & Chronicon ab Adam usque ad Henricum I. Item miracula consignavit Hagulstadenfis Ecclesiæ. Fecit & opusculum de virtute Gualteri Espec. Gravissimum scriptorem appellat Baronius ad an. 1000 x §. XII. Obiit Rhievalli regnante Henrico II, anno 1106, pridie Idus Jan. Vita ejus MSa reperitur in memoratâ antè Rubræ Vallis bibliotheca. Agunt & de eo Capgravius, Tritheimius, Sixtus Senensis, alii.

JOANNES MERCIANUS claruit sub eodem Stephano, Angliæ rege: ac de Merciorum, sive mediterraneorum Anglofaxonum regibus, præclarum opus condidit; atque id Eustachio, Stephani regis filio, dedicavit. Insignis chronographi elogio eum ornat Joannes Lelandus: sæpiusque à Joanne Rosso, in opere de Wiccorum episcopis, testis laudatur.

Eodem tempore fuit SIMEON DUNELMENSIS, Britannus, monachus Benedictinus, & doctor Theologus Oxoniensis. Hic libris duobus de regibus Angliæ complexus est historiam annorum quadringentorum: quam incipit, ubi desit Beda; ac producit, usque ad an. 1066. Hæc MSa adservatur Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti, teste Th. James. Historiam annorum xxv ei postea addidit Johannes Hagulstadiensis: quæ ibidem adservatur. Præter ea Simeon librum reliquit de Ecclesia Dunelmensi: qui ibidem in bibliotheca publica MSus reperitur. Item descripsit passiones duorum martyrum, Ethelberti, & Ethelredi. Præter-

ea composuit librum de obsidione Dunelmi : & alium de archiepiscopis Eboracensibus : quem misit ad Decanum Eboracensem : item abbreviationes Malmesberienfis : ut de epistolis ad Elmerum nihil dicam. Ad hunc Simeonem GERVASIUS presbyter scripsit visionem cujusdam solitariae agentis vitam, cui Orni nomen erat.

CONGANUS, abbas Hibernicus Cisterciensis ordinis, B. Bernardi aequalis fuit. Hic, ut Simlerus in auctario bibliothecae Gesneri, ac Possévinus in apparatus sacri appendice, refert, ingenii sui opus edidit de gestis S. Malachiae Archiepiscopi. Attamen mirari subit, quo pacto hanc provinciam susceperit, quam, eo desolante, acceperit B. Bernardus. Quippe haec verba sunt ipsius Bernardi praefat. in vitam Malachiae : *Postremò tu id mihi, abba Congane, injungis, reverendus frater, & dulcis amicus meus, ac tecum pariter, ut ex Hibernia scribis, vestra illa omnis ecclesia sanctorum. Libens obedio: praesertim quòd non eloquium exigitis, sed narrationem.*

C A P. LII.

Gaufridus Monemutensis. Error Centuriatorum Magdeburg. de etate ejus. Iurène idem subleste fidei reus agatur. Henrici Vtidonensis historia Anglie. Robertus de monte Michaëlis. Ioannes Sarisberienfis. Thomas Monemutensis de Guilielmo puero à Iudæis interfecto. S. Odo Cantianus. Ioannes de Hexham. Laurentius Dunelmensis. Ioannes Serlo. Achardus Bridlingtonensis. Anonymus, qui continuavit Florentium Wigorniensis. S. Godricus de vita, & visione Orni. Nicolaus Dunelmensis de vita S. Godrici. Guilielmus Albanienfis. Senatus Bravonius. Possévinus super nomine, atque etate ejus castigatus. Robertus Foliothus. Guilielmus Ramefeie. Coætanei quatuor scriptores vitæ Thomæ, archiepiscopi Cantuariensis: nempe Heribertus de Bosham, Eadmundus Gryme, Eduardus Cantuariensis, & Benedictus Petroburgensis. Possévinus super annis Benedicti hujus corrigitur. Rogerus Cisterciensis. Richardus Hagulstadiensis. Richardus Di-
visten-

vifiensis. Gilbertus Folioth. Guilielmus Stephanides. Nicolaus Walkington. Richardus Præmonstratensis. Petrus Ripponensis.

Vidimus, qui ætate Conradi Imperatoris, regnante in Anglia Stephano, rem historicam in Britannia iuverint. At multis partibus plures claruere temporibus Frederici Barbarossæ: quibus in Anglia rerum potiebatur, prius quidem Henricus I I, cognomine Plantageneta, ab anno cloccliv usque ad annum clocclxxxix: exinde autem Richardus, cognomine Leoninus, vel cor Leonis; qui rexit usque ad annum clocxcix.

Regnante Henrico I I vixit GAUFRI DUS, seu Galfridus, Monemutensis archidiaconus, ac post Asaphensis episcopus. Nec ignoro, Centuriatores Magdeburgenses æqualem putare Bedæ, atque etiam cardinalem statui ab iisdem. Verum Lelando, Balæo, Anglorumque aliis, de Britannicis scriptoribus magis credendum. Edidit inter alia historiam Britannicam. Item vitam Merlini Caledonii, & gesta Arturi regis. Sed fides ejus à multis damnatur. Eofque inter à Polydoro Virgilio (qui tamen crebrò ejus auctoritatem advocat in historia suâ) item Alano Copo, Joanne Molano, Baronio & Antonio Possevino. Imò jam olim Guilielmus Neubrigensis, qui paullò post Gaufridum vixit, hunc in modum de eo disse-
ruit in præfatione historię rerum Anglicarum: *At contra quidam nostris temporibus, pro expiandis Britonum maculis, scriptor emerfit, ridicula de eisdem figmenta confingens; eosq; longè supra virtutem Macedonum, & Romanorum, impudenti vanitate attollens. Gaufridus hic dictus est, agnomen habens Arturii: pro eo, quod fabulas de Arturo, ex præcis Britonum figmentis sumtas, & ex proprio auctas, per superdictum Latini sermonis colorem, honesto Historię nomine palliavit. Qui etiam, majori ausu, cujusdam Merlini divinationes fallacissimas, quibus utique de proprio plurimum adjecit, dum eas in Latinum transfunderet, tanquam authenticas, & immobili veritati subnixas prophetias, vulgavit. Plura ibidem de eo legas. Sed meliùs de Gaufrido sensit Ponticus Virunnus, vir eruditissimus; qui ante annos vixit cxxx, ac Gaufridi libros, præteritis fabulis, in epitomè redegit; eumque elogio istiusmodi ornavit: *Galfridus, historicus egregius, & cardinalis, magna vir auctoritatis apud Robertum Claudiocestrię ducem, Henrici regis filium, ac patrie sue curiosissimus fautor, ex summa philosophia, atque archivis, historiam antiquissimam continuâ serie ab ipsis Trojanis collectam transtulit. Verissimas esse Britannorum**

*a Annal.
Tom. iv
ad an.
385, &
& in no-
vis ad
Marty-
rol.*

historias, arguit regum occidentalium consuetudo: quæ erat, secum semper habere eos, qui veritate præcipua eorum gesta notarent. Etiam, adversus Guillelmum Neubrigensem, & Polydorum Virgilium, Gualfridum tuetur Joannes Lelandus; ut in Neubrigenli postea dicemus. Et sanè multa quidem fabulosa in eo reperias: sed non tanta hinc Galfredi est culpa, quantam arbitrantur. Nec enim ipse ea confinxit: sed ab aliis conficta, ex adversariis, quæ à Gualthero, archidiacono Oxenofordienfi, hoc est, Oxoniensi, acceperat, de Britannico sermone Latine vertit: ut ipse extremo operis sui refert. Eaque in re fuit interpretis fidus: ut vocatur à Matthæo Parisio ad an. cloccl. Hujus Galfredi pleraque MSa supersunt in Anglia: uti Cantabrigiæ in bibliotheca publica, & in collegio S. Benedicti, & in privata bibliotheca Gualteri Copi. Cæterum ab iis, quæ diximus, abeunt nonnihil, quæ à recentiori quodam adscripta sunt Gualfridi Monumethensis codici, quem in Cantabrigiensis Academiæ bibliothecâ publicâ adservari dicebamus. Verba ea istiusmodi sunt: Ponticus Virunnius Italus hanc historiam Britannicam in eptomen redogit, quam Gualfridus Arturus Monumethensis Archidiaconus, primo simplicissime transfulit è sermone Britonum cum argumentis fusiorebus nominum & capitum: & sunt quatuor libri ejusdem historiæ, ut hic habetur, & hic liber impressus non est. Postea Gualterus Oxoniensis archidiaconus, & synchronos ejus sortassis hanc historiam sic translataam edidit ampliozem, & ornatiozem: & hic liber communiter & vulgo in manibus hominum habetur: & est impressus per Badium Ascensum. Titulus MSi operis, cui hæc annotantur talis est, Chronici vel Historiæ Britonum. Præfatio incipit; Descriptio quantitatis. Annotator hic dubitare videtur, utrû Gualfridus Monumethensis, & Gualterus Oxoniensis Archidiaconus, fuerint σύγγενοι. Sed scrupulum tollit liber à Gualfrido Monumethensi, ad Gualterû Oxoniensem scriptus. Meminit ejus Balæus, ut & Pitseus.

Etiam HENRICUS UTIDONENSIS, sub eodem rege Hentico II, aliquod sibi nomen decusque peperit suâ Anglorum historiâ: quam perduxit usque ad obitum Stephani regis, cui Henricus I successerat.

Etiam Stephani & Henrici II temporibus claruit ROBERTUS DE MONTE MICHAELIS, ita dictus, quia cœnobii hujus abbas fuerit. Patria erat Normannus, atque, ut Bostonus Buriensis prodidit, reliquit gesta Walvani, adhæc gesta Marodoci, itè Chronicorum opus, quod ut Thomas Rudburnus, & Jo. Lelandus, testantur, perduxit usque ad annû clocclviii. Diversus est à Roberto Monten-

Montensi abbate, eisdem Normanno; qui Sigeberrum continuavit, ut suo loco dicemus.

Item tum eruditionis suæ pretium tulit: JOANNES SARISBURIENSIS, Roberti Pulli, seu Pulleni, & Simonis Pexiacensis in Theologicis Oxoniæ auditor, episcopus Carnotensis ordine sexagesimus quartus: quem honorem adeptus fuit anno c̄l̄c̄lxiv. Fuit vir Græcè Latineque doctissimus, ac prosâ idem ac carmine pollens. Imò, ut optimè Demsterus *a* censet, in eo multiplex lectio, acre ju- *a* *Par-*
diciam, &, ut illa ferebant tempora, Eloquentiæ fatis. *lip in Ro-*
quemadmodum Philippus Bergomensis, & alii testantur, in lite- *si An-*
ras retulit vitam præceptoris sui Thomæ archiepiscopi Cantua- *riquit.*
riensis, cognomento Beckeri: cujus oculus & manus vocatur à *lib. 1. cap.*
Petro Blesensi epist. *xxi* 1, quæ est scripta ad ipsum Joannem. Vita ea *1. & lib.*
superest in bibliotheca Vaticana. Item composuit vitam Anselmi *2. ap. 11.*
archiepiscopi. Ut de noto, sæpiusque edito Policratici opere, atque aliis, nihil nunc dicam. *Quin idem putatur auctor operis, quod suppresso nomine vero, architrenius inscribitur. De quo judicium apponam doctissimi & elegantissimi amici nostri Erycii Puteani, epist. ad Paelhemium b: Dignus ille auctor, qui multorum manus teratur. Navi atiqui, sed illius evi sunt: qui doctam scripti majestatem non impediunt. Atque mores nostri ejusmodi quoque censorem merentur.*

Obiit anno c̄l̄c̄lxxxii.

THOMAS Monemutensis, monachus, claruit sub Henrico 2^o Anglorum rege, anno c̄l̄c̄lx: atque ad Guilielmum de Turibes, episcopum Nordovicensem, librum fecit de vita Guilielmi martyris: atque alterum de miraculis ad ejusdem Guilielmi sepulcrum factis. Est hic Guilielmus puellus ille, quem Judæi in Christi contumeliam occiderant: ob quod facinus, qui ex Judæis quidem *ejus* conficii essent, cruci affixi; cæteri autem urbe exacti fuerunt.

Eodem tempore erat S. ODO CANTIANUS, monachus Benedictinus Cantuariæ ad fanum Servatoris, ac post abbas Monasterii de Bello. Reliquit librum de inventione S. Milburgæ, atque alia. Pleraque ejus *MSa* exstant, partim Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti: uti Commentarii in pentateuchum, & parabole in laudem ejus, qui est *A*, & *Ω*: partim Oxonii in Collegio Balliocensis: ut conciones morales in Evangelia.

Idem Henrici 11, Anglorum regis, tempore erat JOANNES DE HEXHAM, sive Hagulstadiensis, Britannus, monachus Benedictinus. Hic Simeonis Dunelmensis operi de regibus Anglorum

addidit historiam xxv annorum. Præterea descripsit bellum Scoticum. Alia quoque edidisse, ex Balæo cognosces.

LAURENTIUS, DUNELMENSIS cœnobii præcentor, claruit sub Henrico, II ejus nominis Anglorum rege, anno cIcIxx. Multa & carmine, & prosa condidit: illaque inter etiam vitam Bridgæ: quam prosa exaravit. Item librum de S. Cudberto. Nonnulla hujus auctoris MSa supersunt partim Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti: partim Oxonii in Collegio Balliolensi. Joannis Lelandi tale de eo judicium est, oratorem esse vehementem, nec aspernandum poetam.

Eodem Anglici moderante imperii habenas, anno cIcIxx, fuit JOANNES SERLO, qui & *ἀρχὴς Serlo Grammaticus* nominatur. Prius Eboracensi canonicaru gaudebat: exinde factus est Cisterciensis abbas Fontanus. Ac Grammatici quidem nomen à professione sua consecutus fuit. Quippe multa eâ in arte posteritati tradidit. eaque inter librum de differentiis verborum: qui Cantabrigiæ MSus superest in collegio S. Petri Latinis idem rythmum descripsit bellum inter Scotia regem, & barones Angliæ. MSum exstat Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Ubi quoque adservatur liber ejus MSus in orationem Dominicam. Item librum reliquit de morte Sumerledi, regis Manniæ. Præterea Hugoni de Kirkefede, monacho, dictavit monasterii sui Fontani res gestas: item originem, & incrementum Bernardinæ sectæ in Angliâ. Alia quoque ejus commemorat Bostonas Buriensis. Poëtam, ac rhetorem esse non contemnendum, judicium est Joannis Lelandi in catalogo illustrium virorum.

Sub eodem rege Henrico II claruit ACHARDUS BRIDLINGTONENSIS, canonicus Augustinianus, posteaque abbas ad S. Victorem in suburbio Parisiensi, ac tandem Abrincensis episcopus in Normannia. Archardum perperam vocat Arnoldus de Wion in Ligno vitæ. Posteritati reliquit vitam S. Gezelini monachi: cujus non meminit Balæus. Alia quoque suggerent Bostonus, & Lelandus; sed ad historiam non pertinentia. Vide de hoc scriptore Robertum, abbatem Montis S. Michaëlis, in continuatione chronici Sigeberti Gembl. ad an. cIcIxxi.

Æqualis huic anonymus ille Anglus, qui Florentii Wigornienfis chronicon, monachus & ipse Wigornienfis, nec fusè nimis, nec ineleganter, continuavit, ab anno cIcIxxvi, usque ad annum cIcIxxxi, quo vixit.

Circa annum clocclix non ingloriam inter eremitas nomen erat S. GODRICI: qui de vita & visione Orni librum composuit. Vide de eo Matthæum Paris, & alterum Matthæum, Westmonasterienfium dico.

NICOLAUS, DUNELMENSIS monachus, congregationis Cluniac. circa idem tempus edidit vitam familiaris sui S. Godrici, Eremitæ; quam ipse ei Godricus dictârat. Præterit Balæus: sed meminit Arnoldus Wion in Ligno Vitæ. Imprimis autem de eo vide Matthæum Paris circa finem temporum regis Henrici II.

GUILIELMUS ALBANENSIS, Benedictinus, monachus cœnobii Albani martyris, anno floruit clocclx., Latineque edidit, sed de Anglica Latinam à se factam, B. Albani martyris passionem, eamque Abbati ejus loci dicavit.

Anno clocclxx in pretio erat SENATUS, sive SERVATUS BRAVO-^{a Lib. 4.} NIUS; qui Possevino perperam *Bracconius* dicitur: Sauffeio in Anna-^{cap. 8.} libus Aurelianensibus a (nisi is librarii error, ut suspicor) *Baronius* nuncupatur. Fuit Wigorniensium monachorum præfectus, congregationis Cluniacensis. Meminit, præter Lelandum, etiam Polydorus Virgilius. Præter alia edidit vitas duorum suæ ætatis episcoporum, Osuvaldi, & Wulfani. Habes priorem apud Surium Tom. v die xv Oct. Posterioris epitome putatur, quæ apud eundem extat T. I. XIX Jan. In posterioris vita legas, annis jam centum Wulfani corpus mansisse incorruptum. Quod bene convenit cum eo, quod de ætate Bravonii dicebam. Nam obiit Wolstanus anno clocclxvii, cum annos lxxxvii vixisset, annis xxxiv episcopatu Wigornienti præfuisse.

Hicce etiam temporibus vitam traduxit ROBERTUS FOLIOTHUS, sive MELUNDINENSIS, Thomæ Becketi, Cantuariensis archiepiscopi, præceptor: cujus favore factus est primùm archidiaconus Oxoniensis, exinde episcopus Herefordensis. Edidit librum excerptorum de chronicis Mariani Scoti: qui MSus extat in bibliotheca Gualtheri Copi. Conciones ejus de sacramentis MSæ supersunt in bibliotheca baronis de Lunleio. Vide de hoc Roberto Robertum abbatem Montanum, in additionibus Sigeberti.

GUILIELMUS RAMESEYE, Benedictinus, sub Henrico II, Anglorum rege, non pauca elucubravir. Nam & vitam D. Guthlaci, quam prosâ Felix prodiderat, carmine ipse heroico cecinit: eamque dedicavit Henrico abbati, Guilielmi Longesham-
pii,

pii, Eliensis episcopi, fratri. Idem vitam Eadmundi, Ostroanglorum regis, simili versus genere panxit. Uti & vitam Birini, Dorcestrensis episcopi. Idem vitam Noëti, tum carmine complexus est, tum prosâ : de translatione ejusdem quoque egit. Tradidit & vitam comitis Waldelfi : & gesta antecessorum ejus, deque passione Waldelfi : & miracula ejus : & de comitissa Juditha. Adhæc de vitis Philosophorum : atque alia.

HERIBERTUS DE BOSHAM, sive Boffenham, eodem tempore claruit : ut qui ab epistolis fuerit Thomæ Beckero, regni Anglicani prius cancellario, vel archigrammateo, si malis ; postea autem episcopo Cantuariensi ; exinde exuli, ac tandem in patriam revocato : sed cum adversus regem Henricum tueri pergeret potestatem Papæ, ab iis, qui se rem gratam regi facturos sperabant, interemto : quod anno contigit c10cLxxi. Hujus Thomæ, qui post obitum in sanctorum numerum relatus fuit, vitam descripsit Heribertus. Id opus MSum exstat in bibliotheca Vaticana : uti & GUILIELMUS Cantuariensis, & duo alii ejusdem argumenti scriptores : ut est apud Baronium in xii Annal. Præterea Herebertus de peregrinationibus suis librum condidit. Tandem factus est cardinalis. At non confundendus cum eo Herebertus, Anglus & ipse, & ei Hereberto, de quo diximus, æqualis ; sed archiepiscopus Cusentinus : quem cum familiâ, & clero, civiumque multis, terræmotu absorptum fuisse, Nicolaus Thrivetus in Chronicis refert.

Præter Heribertum, vitam Thomæ Cantuariensis literis mandavit EADMUNDUS GRYPE, qui ejusdem individuus comes, ac cruciger fuerat.

Tum quoque clarescebat EDUARDUS CANTVARIENSIS, monachus Benedictinus, Familiaris Thomæ Cantuariensis ; cujus & de vita, ac morte, librum reliquit. Eum in compendium redegit Surius T.vi. xxi Dec.

Item, ut Guilielmus Stephanides auctor est, de vitâ ejus ac miraculis post mortem, fecit commentarium BENEDICTUS PETROBURGENSIS, ordinis Benedictini : qui primùm fuit Cantuariensis Prior, seu Cœnobiarcha : postea abbas Petroburgensis factus, anno c10cLxxvii. Scriptoris hujus gemino in loco meminit Possevinus : inter Benedictum de Accoltis, & Benedictum Arianam Montanum ; ubi vocatur *Benedictus Anglus* ; claruitque dicitur anno c10xc : iterum inter Benedictum Bovium, & Benedictum

dictum Canophilum ; ubi nominatur *Benedictus* è *Burgo Petri* ; referturque ad annum cloc. Utrobique autem, & abbas in *Burgo Petri* fuisse, & *Thomæ Cantuariensis* vitam dicitur scriptis mandasse. Quare non potest vixisse anno cloc, cum *Thomas* ille demum interemptus sit anno clocclxxi. Sed forte librarii culpâ centenarius è numero excidit. Nam eum, qui anno demum clocclxxvi abbas est creatus, anno clocxc, atque etiam cloc perfuisse, à vero non abhorret.

Sub eodem rege, circa annum clocclxxx, *ROGERUS*, Cisterciensis monachus, præter encomium B. Mariæ, etiam posteritati consecravit revelationes *Elisabethæ*, *Schonaugiensis* abbatissæ : & libellum de xi millibus *Coloniensium* virginum.

Item *RICHARDUS*, Hagulstadenfis cœnobii Prior, eodē regnante, aliquot ingenii industriæque fructibus nomen suum non paullo illustrius reddidit. Siquidem historiam condidit lvi annorum; quæ res gestas *Henrici* i ab oblivione, atque injuriâ temporum, studuit vindicare. Signavit etiam historiam de gestis *Regis Stephani*, & bello *Standardi*. Habes in collegio *Benedictino Cantabrigiensium*. Etiam composuit *Chronicon* parvum, quod à primo omnium nostrum parente auspiciatur. Puto esse idem opus, brevem *Chronicam* à *Ada* usque ad *Henricum Imp.* Superest ibidem. Nec dubito quin & hujus sit liber Msus in publicâ *Cantabrigiensis* *Academæ* bibliothecâ, qui inscribitur : *Richardus de statu & episcopis Hagulstadiensis Ecclesia*. Etsi non meminerit *Balæus*.

RICHARDUS DIVISIENSIS, Britannus, monachus *Wintoniæ*, contexit epitomen rerum *Britannicarum* : Exstat epitome rerum *Britannicarum Cantabrigiæ* in bibliothecâ Collegii *S. Benedicti*. item descripsit res gestas temporibus *Richardi*, primi ejus nominis *Anglorum* regis, sub quo vivebat.

GUILBERTUS FOLIOTH, in *Leicestrensi* cœnobio canonicorum regularium abbas, sub eodem *Henrico* claruit anno clocclxxvii, ac præter alia, vitas aliquot sanctorum *Angliæ* literis commendavit.

GUILIELMUS STEPHANIDES *Cantuariensis*, monachus congregationis *Cluniacensis* sub rege *Richardo* floruit anno clocxc. Inter ingenii monumenta, quæ diligentiam suam peperit, est opus quoddam de vita & passione *Thomæ*, *Cantuariensis* archiepiscopi : item aliud de miraculis ejusdem, & de visionibus post ejus mortem. *Possevinus* loco tergemino de eo, ut diversis,

agit : semel in Guilielmo Anglo, Benedictino ; iterum in Guilielmo Cantuariensi, Cluniacensi ; ac tertio in Guilielmo Stephanide. Sed eundem esse, & ætas, & opera ostendunt. Ranulpho Hygdno Polychronici cap. xxv vocatur Stephanus, qui Stephani erat filius. Ex eo autem decerpfit, quæ de Henrico rege tradit.

Quibus temporibus rex Angliæ Richardus in Syria bellum gerebat : NICOLAUS WALKINGTON Britannus, monachus Cisterciensis, studiis animum pavit in cœnobio Kirkeham : ac præter opus de virtutibus, & vitiis, etiam historiam composuit Gualteri Espec: ut auctor est Balæus.

Sub eodem Richardo rege, RICHARDUS Præmonstratensis decus aliquod consecutus fuit, cùm aliis monumentis, tum opere de vita B. Ursulæ.

PETRUS RIPPONENSIS, Britannus, Canonicus secularis, eodem tempore claruit. Familiaris fuit Galfridi Plantaginetæ, qui Henrici II, Angliæ regis filius nothus erat, Episcopus verò Eboracensis: ac hujus rogatu descripsit vitam, & miracula Wilfridi; qui & ipse archiepiscopus fuerat Eboracensis; inque Ripponensi pago, ubi Petrus hic natus fuit, collegium instituerat sacerdotum.

CAP. LIII.

Otto Frisingensis genere perillustri, Neoburgensis collegii primus antistes, post abbas Cisterciensis, tandem episcopus apud Noricos; ac ea in re Aeneæ Sylvii lapsus. Inter primos fuit, qui Aristoteleum philosophandi genus in Germaniam inveherent. Quantæ apud principes viros auctoritatis fuerit. Quam bonâ fide Chronicon suum scripserit. Tribui eidem historiam Austriacam. De etate ejus, Tritthemii error. Egbertus Trevirensis de obitu S. Elisabethæ Schonauensis. Richardus Cluniacensis de gestis suorum temporum. Alexander Celestinus de gestis Rogerii, Siciliae regis. Rogerius Fuldenis de sanctorum vitis, & martyriis. Arvodulphus, & alter de sanctis. Radevicus Frisingensis de gestis Barbarossæ. Guntheri Ligurinus,

gurinus, laudabile poema. Chronicon Richardi de S. Victore. Nicolaus Leodicensis, de S. Lamberto. Cavensis monachus de primis quatuor abbatibus Cavensis monasterii. Herimanni abbatis historia. Anonymus de vita S. Anthelmi. Petri Trecensis, cognomine Comestoris, historia Scholastica. Rejicitur commentum eorum, qui fratrem Gratiani, ac Petri Lombardi, fuisse ajunt. Sicardus Cremonensis de vitis Pontificum. Possevini à vezevovis. Arnoldus Bonavallensis de vita S. Bernardi. Burchardus notarius de victoria Barbarossæ adversus Mediolanenses. Christianus Moguntinus de gestis ejusdem Barbarossæ. S. Hildegardis de vita SS. Disibodi, Berthæ, & Ruperti. Helmoldi presbyteri chronicon Slavorum. Anonymi chronicon Laurishamense. Gaufridus de Alta Tumba. Guilielmus Tyrius de bello sacro. Utilem ejus collationem esse cum auctore historiæ Hierosolymitana à Reineccio editæ. Henricus Stain de gestis Henrici Bavari. Pandulphus Pisanus de vitis pontificum. Anonymus de episcopis Salisburgensibus. Locus ejus corrigitur. Anonymus de iis, quæ Ecclesiæ Salisburgensi donata fuerunt. Theodoricus Thuringus de S. Elisabeth Ungarâ.

A Tque illi, imperatore Frederico Barbarossa; Henrico II, & Richardo, Angliæ regibus; in Britannia claruerunt. Nunc cursum in orbem nostrum relegamus, atque eos laudemus, qui, iisdem temporibus, nominis sui famam, bene de re historica merendo, in gentibus aliis procuderunt.

Qualis OTTO, FRISINGENSIS episcopus, qui Conradi quidem Suevi, sed imprimis tamen ætate Frederici Barbarossæ, florebat. Genere admòdum illustri prognatus fuit. Nam pater ei erat Leopoldus, sive Lupoldus, Marchio Austriæ: mater verò Agnes, filia Henrici IV imperatoris. Ea bis nupta fuerat: priùs quidem Friderico ab Hohen-Staufen, Sueviæ duci: postea verò Leopoldo, de quo dictum. Atque ex priori quidem connubio nati fuere, Conradus III Imp. & Fredericus, dux Sueviæ, pater imperatoris Frederici Barbarossæ. Ex posteriori autem progeniti

sunt, Leopoldus, dux Bajoariz; Henricus, dux Austriæ; Gertruda, ducissa Boëmiæ; Bertha, ducissa Poloniæ; & Ita, marchionissa de Monte ferrato. Item Otto hic, & Conradus, natu minimi: quos pater Ecclesiasticæ vitæ destinavit. Conradus, primùm Pataviensis, post Salisburgensis episcopus fuit. Ottonem pater Leopoldus præposuit collegio à se exstructo Neoburgi in Austria, in quo & humari ipse voluit cum uxore. Sed postea Otho Opoldam substituit in locum suum: ipse autem profectus est Lutetiam Parisiorum, ut uberiorem ibi caperet ingenii sui cultum. Post annos aliquammultos, ordini monachorum Cisterciensium, (qui multum illustrabatur virtutibus inclytis B. Bernardi, abbatis Clarævallensis) in Morimundensi Burgundiæ monasterio cum xv viris, itineris focis, nomen dedit: ac, præpositi dignitate abdicatâ, loci ejus abbas est creatus. Sed anno salutis MCCCXXV, ab uterino fratre, Conrado II, Imp. Frisingensi episcopatu, tum temporis vacanti, præfectus fuit: Est autem Frisinga in Noricis, sive Bavaria; ne Æneæ Sylvio credas, qui, similitudine vocum deceptus, Othonem Frisensem, seu Frisium fuisse, putavit. Quemadmodum autem Otho hic primus episcoporum Germaniæ, vel saltem inter primos erat, qui literarum scientiâ, ac philosophiæ Aristotelicæ subtilitate, imbuti forent: ita etiam primus fere in Germaniam hoc philosophandi genus induxit: ut de eo prodit æqualis illius Radevicus lib. II de gestis Frederici I, cap. XI. Quantâ fuerit prudentiâ, ostendit, quòd ejus consilio imperatores, Conradus, ac Barbarossa, usi sint in rebus multò maximis: atque inter alias anno MDCLVI, in conventu Ratisponensi: ubi de Bavariæ ducatu transfactum fuit inter Henricum Austriæ marchionem, fratrem Othonis, & Henricum Leonem, filium Henrici, Bavariæ ducis. Sed veniamus ad ea, quæ Otho scripsit. Octo libris complexus est Chronicon rerum ab initio mundi gestarum usque ad sua tempora. Eos primus in lucem protraxit Joannes Cuspinianus, magnum suo ævo historiæ lumen. Atque idem quoque primus produxit libros duos Othonis de gestis Friderici primi, cognomento Ænobarbi, sive Barbarossæ. In his, judicio Æneæ Sylvii, qui postea Pius Pontifex dictus, veritatis usque aded legem Otho servavit, ut, quamvis Friderici hujus patruus esset, non tamen cognatio obstiterit veritati. Chronicon Otonis ex MSO codice quinquaginta & amplius capitibus auctius edidit Christianus Ursinus a, in Basileensi Academia Mathematicos professor. Historia verò Austriaca ejusdem

a in Tom.
illustr.
German.
histor.

cujus

cujus codicem MSum VVolfangus Lazius dicitur habuisse, necdum lucem vidit: imò ne satis quidem, an eam scripserit, dicere possim. Obiit Otho anno c10clviii, quâ de re vide Radvicum lib. ii cap. xi. Atque ex his satis liquet, toto seculo aberrare Tritthemium, cum eum floruisse ait imperio vacante, anno c10cclx.

Cæterum præterire quiddam non possum, in quo erratur à multis. Verba enim Simleri in Gesnerianæ bibliothecæ epitome sunt ista: *OTHOCUS Fruxinensis mysta, deinde monachus Reginoburgensis, suæ ætatis theologus & poeta præstantissimus, scripsit historias sub imperatore Henrico IV. Aventinus.* Atque eam Simleri opinionem sequuntur alii quoque; uti & nos feceramus lib. ii cap. lx. Perperam planè. Nam non alius est hic Otho, sive, ut Simlerus vocat, Othocus, ut aliqui, Othocarus Fruxinensis, quam Otho Frisingensis. Nam episcopalis Baviaræ civitas, quæ nunc *Friesingen*, olim dicta est Fruxinum: ut Beatus Rhenanus observat; ac illud quoque arguit, quòd uti Othonem, ita & Radevicum a, pro Frisingensi Fruxinensem Aventinus appelleret. Adde quòd Otho Frisingensis patruus fuit Frederici Barbarossæ; uti diximus. At de hoc Fruxinensi ita Avent. lib. vi annalium Bojorum: *Per idem tempus Otto Fruxinensis, episcopus, historiographus, & patruus Augusti, moritur.* Quod autem tempus designet, non priora tantum, sed sequentia etiam indicant, cum ait: *Hadrianus quoque pontifex max. pridie Calendas Septembrii fato rapitur.* At decessit Hadrianus IV, de quo ibi sermo est, anno c10cclx. Otho autem Frisingensis obiit anno c10clviii, vel, ut Baronius ait, c10clix. Hæc tanti apud me sunt, ut non possum assentire Simlero, & aliis, qui Fruxinensem Othonem alium à Frisingensi mystâ arbitrantur. Sed quid est, quòd idem ait Othonem ex Fruxinensi mysta factum esse monachum Reginoburgensem? Metuo, ne errorem sequatur alienum. Quale item, quòd Fruxinensem dicat claruisse sub Henrico IV, qui decessit anno c10cvi? Nisi fortasse intellexit Henricum V, qui obiit anno c10cxxxv. Qui tolerabilis sit error tamen, cum Otho in Chronico suo etiam Henrici V, atque aded Lotharii II, & Conradi III tempora exponat. In opere autem de gestis Frederici Barbarossæ, res primo quinquennio ab eo gestas refert. Quare non tam sub Henrico IV, vel V, quam sub Lothario, ac imprimis sub Conrado III, & primis Frederici I temporibus, claruerit.

ESCHBERTUS, sive EGBERTUS, patriâ Trevirensis, primùm monachus

nachus Schonangiæ, postea abbas S. Florini (uterque locus est in Treverensi diœcesi) claruit temporibus Conradi III, & Frederici Ænobarbi. Composuit ad cognatas suas librum de obitu sororis suæ, S. Elisabethæ, virginis Schonaugiensis. Hunc Jacobus Faber Stapulensis in volumine trium virorum, & trium spiritualium virginum, (quod ab Henrico Stephano, Roberti parente, editum Parisiis fuit anno 1515) subjunxit quinque libris visionum, sermonum, & epistolarum S. Elisabethæ. Vide & de Echeberto hoc, sororeque ejus S. Elisabethâ, Jac. Philippum Bergomatem adan. 1527.

RICHARDUS, CLUNIACENSIS monachus, sed patriâ Parisiensis, præter libros τῶν ἀντικελεύσεων, de quibus Sixtus Senensis in bibliotheca sua, historiam condidit suorum temporum, magis illiteratè, quàm ineptè: ut Volaterranus lib. xx Anthropologia, & ex eo Gesnerus, ac Possevinus, referunt. Conradi III, & Frederici Barbarossæ temporibus vixit: imprimis sedente papâ Hadriano IV. Auctôr Volaterranus ibidem, & Philippus Bergomas Supplem. Chron. lib. xii ad an. 1099: qui & addit, multa ex eo hausisse Vincentium Gallum Historicum. Designat autem eum, qui vulgò dicitur Vincentius Beluacensis. Subcœlestis hierarchiæ auctôr lib. IV cap. IX, Richardum hunc, & Vincentium conjungit, ac eos vocat nobiles Galliarum historiographos: uti & Gregorium Turonensem, & aliquot alios. Martinus Polonus in præfatione sui Chronici agnoscit se ex Richardo hoc, uti & Vincentio aliisque, congeffisse historiam suam.

ALEXANDER, Celestini cœnobii monachus, & abbas, quatuor libris tradidit res gestas Rogerii, Sicilia Regis: qui ejus insulæ principatum adeptus est anno Christi 1081: posteaque, cum Apuliâ & Calabriâ esset auctus, rex salutatus est Italiæ, ac Sicilia, anno 1099. Obiit autem anno 1104. Huic cum Alexander Celestinus fuerit æqualis: illoque defuncto, Regis ejus gesta signârît: ætatem auctoris ignorare non possumus. Omnino autem negligentior est in temporum ratione: qui pe quorum seriem turbet: atque hoc eo latioris illum culpæ reum facit, quòd res narrat non longè à temporibus suis remotas; sed sui ævi, in quibus arbiter ipse interfuerit. Quare hoc nomine jure notari meruit à Dominico de Portonariis ab Urfinis: qui eum scriptorem, unâ cum Gaufrido monacho de rebus Rogerii Comitum, primus è tenebris eruit, luciq; donavit. Repertes T. III scriptorum, qui Hispaniam illustrarunt.

ROGERIUS, seu Ruggerus, FULDENSIS monachus, circa annum Chr. c̄l̄clvi desudavit in conscribendis sanctorum vitis, ac martyriis: eaque sex voluminibus complexus fuit. Apponam hac de re verba Georgii VVicelii in Hagiologii sui præfatione: *Extra hac, quod ego sciam esse vetustum in hoc argumenti genere, codices illi Fuldensis Bibliotheca sunt: è quibus sex ingentia volumina composuit Ruggerus, pietate atque doctrinâ præstantissimus monachus montis S. Maria sub abbate Marquardo, anno humane salutis restituta c̄l̄clvi.*

Par huic, aut suppar, ARVODULPHUS. item auctor librorum de Sanctis, qui in Eigelstein adservantur. De utroque hoc scriptore ista continuò VVicelius subjungit: *Ante Ruggerum hunc, diligentissimum scriptorem, sudârat in eodem lucubrandi stadio Arvodulphus, cœnobita facundissimus. Iisdem ferè temporibus, aut non ita multo p̄st, existimo scripsisse de Sanctis duo illa volumina Moguntia in monte S. Iacobi: qui mons olim, speciosus, appellatus est, haut procul à vetustissima, atque famosiss. pyramide, vulgò dicta Eigelstein: idque non à glande, sed ab Eigel, principe gentili: cuius combusti cineres asservantur in hac columna.*

RADEVICUS, Frisingensis Canonicus, Othonis, episcopi Frisingensis, sacellanus, ac familiaris fuit. Hic, cum Otho, morte præventus, opus de Frederici Barbarossæ gestis absolvere non potuisset; quasi acceptâ ab hoc scriptore lampade, reliquum spatium decursurus, duobus ejus libris duos alteros de ejusdem Frederici gestis adjecit. Sed ne is quidem, quod cœperat, perficere potuit: ut qui & ipse ante Fridericum decesserit. Itaque alius post obitum ejus XI annos addidit. Quæ appendix Radevico subjungitur, unâ cum epistolâ de Asiatica Frederici expeditione, atque obitu ejusdem. Operæ autem sit cum Radevico conferre epistolam Sidonii de Theodorico Gothorum Rege. Patebit enim, ut quæ ille de Theodorico refert, Radevicus pene omnia accommodet Frederico suo. Primus uti Ottonis, ita & Radevici libros, quos Viennæ in Scotorum monasterio repererat, juris publici fecit Joannes Cuspinianus.

Hos verò duos, Ottonem dico, & Radevicum, tanquam Theesium filium, secutus est GUNTHERUS in poemate suo, quod, superstite etiamnum Ænobarbo, de rebus ab eo gestis decem libris composuit: ac *Ligurinum* vocavit, quia Ænobarbo negotium imprimis fuerit cum urbe Ligurinâ, hoc est Mediolano; cujus incolæ Ligures semper appellat. Vulgò, atque adeò etiam Baronio ad an. c̄l̄clx, Guntherus ipse vocatur *Ligurinus*: sed perperam, Est omni-

no poeta pro seculo illo magni ingenii, & spiritus, atque etiam elegans. Apollinarem hunc alitem à Conrado Celte in Franconia monasterio repertum, primus Conradus Peutingerus, cum aliquot aliis nobilibus Augustanis, cœlum videre, perque omnes terrarum tractus volitare iussit: ut princeps editio testatur. Scholiis eundem primus illustravit Jacobus Spigelius Selestadiensis. Multis verò locis restituit, luculentas quoque notas addidit, Conradus Rittershusius.

RICHARDUS DE SANCTO VICTORE, monachus Augustinianus, qui Possesino dicitur *Richardus Anglicus*, præter plurima, quæ sacram spectant Theologiam, Chronicum posteritati reliquit: quod à primordiis ad sua usque tempora perduxit. Eum signat Matthæus Palmerius, cum ad annum clocclix scribit, *Richardus monachus, præstabilis doctrinæ homo, & sine ulla dubitatione acutissimus disputator, Parisiis clarus habetur.* Sepultus est Parisiis in templo S. Victoris. Sepulcro luculentum in laudem ejus pentastichon inscriptum est; quod refert Baronius ad an. clocxl. Vide & de eo catalogum Henrici de Gandavo, & Sixtum Senensem in bibliotheca, & Balæum Cent. xv cap. xlvi. Hunc se scriptorem ex Oporini officinâ editurum promiserat Basilius Joannes Heroldus, præfat. in Marianum Scotum.

Anno circiter clocxlviii claruit NICOLAUS, cathedralis Ecclesiæ Leodicensis Canonicus & Scholasticus: qui nomen suum ad posteros propagavit prodendo vitam, martyrium, miracula, & translationem S. Lamberti, Episcopi Leodicensis. Item victoriam ac triumphum S. Lamberti in expeditione Bulliensi anno clocxli, contra Rainaldum I comitem Barrensem. Hæc è MSSis codd. brevi cum notis dicitur editurus Daniel Raimondus.

Circa annum clocxlix, Cavenis monachus, cujus nomen nescitur, vitas scripsit quatuor primorum abbatum Cavenis monasterii juxta Neapolim. Abbates eos ordine recenset in prologo, cum ait: *Venerabilium patrum, Alterii videlicet, Leonis, Petri, atque Constabilis, Abbatum Cavenis vitas, atque miracula, scribere proposui: ut quia, auctore Deo, idem Cavenis cœnobium, magna religionis est, jamque ejusdem religionis ordo longè lateq; diffunditur, ii, qui eorum sequuntur institutionem, exemplis atque miraculis accendantur.* Vitas istas habes in Surio. Alferii a. d. xiii April. Leonis a. d. xii Jul. Petri a. d. xv Martii. Constabilis a. d. xvii Febr. Post Petrum abbas fuit Simeon; quem abbatem suum vocat in vita Petri: unde æratem monachi hujus discimus. Uti & ex illo, quod in vita

Consta-

Constabilis referre ea se ait, *qua de ejus vita, atque miraculis, venerabiles monasterii sui senes soliti sunt magnâ cum devotione narrare.* Obiit autem Constabilis anno clocxxviii.

HERIMANNUS, abbas III cœnobii P. Martini apud Tornacenses reliquit historiam instaurationis monasterii sui per Odoneum, postea Cameracensem episcopum, ab anno Christi clocxi ad annum usque clocxxi, quo ipse claruit. Exstat in memorato monasterio MSum. Multa in eo leguntur de Regibus Galliæ, ac comitibus Flandriæ, atque ut episcopatus Tornacensis separatus sit à Noviomensi. In Tornacensi Chronico incerti auctoris legitur, ut Herimannus hic tertius fuerit abbas ejusce cœnobii, ac illud paternis ditavit bonis: ipse autem Herimannus decessit sexagenarius.

Frederici Barbarossæ temporibus quoque fuit incerti nominis scriptor, qui memoriæ tradidit vitam cœvi sui, S. Anthelmi, primùm Carthusiani Monachi, hinc Procuratoris, exinde Prioris, ac tandem Episcopi Bellicensis: quo in honore obiit circa annum clocxxvi. Eam vitam Surius Sanctorum historiæ inseruit Tom. III die xxvi Jun.

PETRUS, presbyter Trecentis, cognomento COMESTOR, eodem imperante, præterquam quòd ediderit Sermones de sanctis, atque alia, quæ in Chronicis Ordinis Canonicorum regularium commemorantur, etiam historiam sacram in pauca contraxit. Multa interim sacris Scripturis ex glossis, & profanis scriptoribus, interdum etiam, quæ incertæ planè fidei forent, inseruit. Etatè non modò ex Philippi Bergomatis lib. xi, & aliis, cognoscimus: sed ipso etiam Comestore: ut qui opus suum dedicârit Guilhelmo, Archiepiscopo Senonensi: cui illud in mandatis ab Alexandro III Papa datum fuit, ut quandam Petri Lombardi sententiam damnaret. Alexander autem sedere cœpit anno clocxix. Planè autem accedo doctissimo Sirmondo, Petrum hunc intelligendo in illis verbis Petri Abbatis Callensis lib. vi i epist. xix: *Si nova placent, ecce magistri Hugonis, ecce S. Bernardi, & magistri Petri scripta: in quibus nec rosa nec lilia desunt.* Sepultus est Lutetiæ in S. Victoris; ubi ei tale Epitaphium:

Petrus eram, quem petra tegit, dictusque comestor.

Nunc comedor. Vivus docui, nec cesso docere

Mortuus, ut dicat, qui me videt incineratum:

Quod sumus, iste fuit, erimus quandoque quòd hic est.

MSus exstat in bibliothecâ Cantabrigiensi Academiæ: & ibidem in domo S. Petri bis, & S. Benedicti, & Caji, & Pembrochianæ bibli. & privata Lumleiana. Item Oxonii in bibliothecâ Collegii Noviter, & Balliolensi, & Mertonensi bis. Passiva, ac vulgaris fabella est, Petrum hunc, & Magistrum sententiarum, atque item Gratianum, canonum Ecclesiasticorum collectorem, fratres fuisse uterinos: quod multimodis refelli potest: ac inter alia eo, quod Comestor patriâ fuerit Trecentis, Lombardus sit Novariensis, Gratianus verò Hetruscus. Et sanè commentum hoc etiam rejicit Antoninus parte III Tit. xv cap. vi. Historiam Comestoris compendio constrinxit GUALTHERUS HUNTERUS, Anglus: ut inferius dicemus.

SICARDUS, Cremonensis episcopus, Pontificum historiam descripsit: ut auctori est Raphaël Volaterranus initio Commentariorum libri XXI; ubi secundum temporis seriem recenset eos, qui vitas pontificum tradiderunt: ac Sicardum proximè collocat post Sigebertum, & Hugonem Florianum: Sicardo autem subjungit Godfredum Viterbiensem; qui claruit anno cDcLXXXVI: ut omnino, si standum sit Volaterrano, vixerit Sicardus circa annum cDcLX. Mirari autem satis non possum, Possevinum fateri, Volaterranum, uti & Lelandum, hujus Sicardi meminisse: & tamen addere, esse hunc illum Sicardum Cremonensem, cui scholia sua dicavit Laurentius Lauretus Carmelita. Nam ipse alibi agnoscit, Laurentium istum in concilio Tridentino, posteaque coram Pio IV, & Sixto V, orationes habuisse, ac à Gregorio XIV Adriæ in editione Venetâ factum episcopum. Atqui Volaterranus Urbanos suos Commentarios scripsit ante Tridentinum concilium annis amplius XL, ante Pium IV annis circiter LX, ante Sixtum V annis LXXX, ante Gregorium XV annis XC, vel præterpropter. Quid quod multo ante Volaterranum Sicardo Cremonensi commentarios de vitis Pontificum tribuit ineditus scriptor de hierarchiâ subcœlesti, qui in Cantabrigiæ, inque Pithecanâ exstat bibliotheca; atque in Italiâ scripsit anno cDccclXXXI. Vide eum lib. IV cap. IX.

ARNOLDUS, sive Ernardus, abbas Bonæ-vallis, ordinis Cisterciensis, Tritthemio teste, claruit imperante Frederico primo, scriptisque mandavit vitam mellifluj doctoris, B. Bernardi, abbatis Claravallensis primi. De eo sic Henricus de Gandavo cap. XI: *Ernardus, abbas Bonavallis, vitam S. Bernardi, in quatuor libris, præter illum,*

a Voce
Laurentius
Laurentius
actus.

lam. quem abbas sancti Theodorici Wilhelmus scripserat, explicavit, multa hinc inde tangens, quæ ipsi pertinere videbantur ad materiam, quam scribebat.

BURCHARDUS, notarius imperatoris Frederici Barbarossæ, ad Nicolaum, Abbatem Sigeburgensem, opusculum, sive epistolam potius, misit de victoria ac triumpho imperatoris sui, ac clade Mediolanensium. Eam cum aliquot rerum Germanicarum scriptoribus primus edidit Freherus.

CHRISTIANUS, Frederici Barbarossæ archicancellarius, & archiepiscopus Moguntinus, præter epistolas, atque orationes, reliquit librum de vita & gestis imperatoris sui, Barbarossæ.

S. HILDEGARDIS, abbatissa, claruit temporibus Frederici primi: ac, jussu Helengeri abbatis, scripsit vitam S. Disibodi, episcopi & confessoris: quæ est apud Surium ad Jul. VII. Item vitam Erthæ, & S. Ruperti confessoris: quæ MSA superest, ac quædam exinde à Quentelio Colonia edita unà cum Hildegardis epistolarum libris. Meminit hujus Ruperti vitæ ab Hildegarde conscriptæ etiam Jac. Phil. Bergomas in Chron. Suppl. lib. XI ad ann. c10CLVII. Ipsius Hildegardis vitam exorsus est Godefridus: sed pertexuit eam, ac tribus libris comprehendit Theodericus, abbas Benedictinus; de quo inferiùs dicemus.

LAMBERTUS WATERLOSIUS, Canonicus regularis coronobii S. Auberti apud Cameracenses, reliquit historiam Cameracensium Episcoporum, à temporibus Odonis episcopi, usque ad annum Chr. c10CLX: quo vivebat. Superest Cameraci MSA.

HELMOLDUS, presbyter in Buzoën, territorii Lubecensis vico, ad aliquod nominis decus pervenit Chronico Slavorù. Quod procudit temporibus Barbarossæ: uti ostendunt verba illa in præfatione: *Nec ad hoc opus temeritas impulsat; sed præceptoris mei venerabilis, Geroldi episcopi, adduxit persuasio; qui primus Lubecensem Ecclesiam fecit insignem, cathedrâ simul, & clero.* At anno c10CLXIII contigit, ut episcopatus Aldenburchensis, consentiente duce Henrico Leone, Lubecum transferretur; primusque Episcopus crearetur Geroldus; quem magistrum suum fuisse Helmoldus ait. Oritur Chronicon suum à Carolo M. ac Saxonum, & vicinarum gentium per eum conversione: perducit autem usque ad annum c10CLXVIII: quo & claruit. Inde verò incipit Arnoldus abbas; de quo postea agemus.

Temporibus quoque Frederici Barbarossæ, vixit auctor Chronici Laurishamensis. Incipit illud ab anno Christi 100CLXV;

Pipini verò, Francorum regis, anno XII; quo Cancor, comes pagi Rhenensis, cœnobium Laurishamensẽ extruxit. Desinit autem in anno Christi c̄l̄clxxix, qui fuit xxv: 11 Frederici Barbarossæ. Hoc Chronicon ex veruſto, ac p̄eregreo codice cœnobii Laurishamensis, primus edidit Marquardus Freherus a. vir egregie doctus, ac, dum viveret, consiliarius Electoris Palatini ad R. enum.

a In Tomo
seriptorum
de rebus
Germanicis.

Enobarbi tempore etiam GAUFRIDUS, abbas Altæ tumbæ, nomen sibi acquisiuit exarando vitã S. Petri, Tarentasiensis episcopi. Hoc in opere desudando, paruit mandatis Cisterciensium, & Clarevallensium abbatum: quibus isthoc negotii dederat Lucius Papa, tertius ejus nominis, ut eam vitam literis mandari curarent. Habes apud Suriam Tom. III a. d. VIII Maji. MSus codex superest Oxonii in bibliotheca Bodleianã: ubi & MSæ literæ de Canonizatione hujus Petri. At Petrus ille Tarentasius, cujus vitam conscripsit, obiit anno c̄l̄clxxi.

GUILIELMUS, archiepiscopus TYRIUS, sive Tyrensis, (pro quo *Tyrenensis* corruptè editum est apud Ioannem Satisberiensem epist. cccxxv.) condidit historiam belli per Occidentis principes Christianos in Terrã Sanctã, totãque Syriã, gesti, usque ad imperium Balduini quarti, per annos lxxxiv. Complexus verò eam est libris xxi: 1: sed postremum tantum inchoavit: at Joannes Heroldus perfecit, qui Tyrio addidit sex libros. Incipit Guilielmus anno c̄l̄xcv: desinit autem anno c̄l̄clxxx: quo ipso Manuelem imperatorem è vitã decessisse, fidem fecerit idem Guilielmus, uti & Nicetus. Fuerit autem commodum ac fructuosum, si auctorem eum conferamus, cum scriptore anonymo Chronici Hierosolymitani ab Reinerio Reineccio editi. Nam non pauca narrat Chronico isti intacta: & Chronicon item habet, quæ Guilielmus Tyrius præterierit. Sed videtur Tyrius ea omisisse, quia ex Chronico Hierosolymitano peti possent. Illum verò defectum Tyrius compensat, tum iis, quæ passim interferit: tum quia, cum Chronicon desinat anno c̄l̄cxvi: 11, Tyrius historiam producat ulterius totis annis lvi: 1.

Satis autem ex hoc opere liquet, scriptorem esse modestum prudentem, acris judicii, veri amantissimum, & pro xitate, quã vixit, doctum, atque elegantem. Præterea autem descripti *Gesla Occidentium principum*, sive *historiam de principibus Occidentis in Oriente, & eorum actibus*: cujus ipse operis meminit lib. 1. cap. 111, & lib. xix cap. xv, & xx1. Orsus fuit à pseudopropheta Muhammede, ac de-

ſit

fit in anno c̄lxxxiv: ut complexus sit annos l̄lxxx, vel septem amplius: ut liquet ex lib. I cap. I II, & lib. xix cap. xx I. Adhæc de synodo Lateranensi opus condidit: ut videre est ex libri xx I cap. xxvi. Vitam Guilielmi descripsit Henricus Pantaleo, vel alius: præfixa autem est editioni Basileensi Henrici Petri. Is, credo quia Germanus esset, Guilielmum Germanum esse tradidit. At Franciscus Balduinus J. C. cum Gallus esset, Galliis suis eum tribuit. Verum Syrum fuisse, alii scriptores Gallici agnoscunt; etiam auctor eruditus *αελερομύλων* in Tom. Hist. Orientalis: eaque sententia quoque firmatur verbis auctoris lib. xix cap. iv.

HENRICUS STAIN, Urinensis præpositus, jurisconsultus, iisdem claruit temporibus. Hic memoriæ prodidit res gestas ab Henrico XII, Bojorum regulo. Ejus operâ Aventinus se adjutum profiteretur, cum ultimum Annalium librum consignaret.

Circa annum c̄lclxxxiv PANDULPHUS PISANUS, Cardinalis, Pontificum vitas ab Eifengrinio dicitur in literas retulisse. Puto planè eundem esse, qui epitome Felini de Sicilia & Apulia regibus, ad Alexandrum vi Pontif. Max. exarata, vocatur *Pandolphus Hostiarius Lateranensis Ecclesie*: ac scripsisse dicitur *additiones ad Chronica Damasi Papæ*. Ibidem verba ejus adducit è vitâ Leonis IX, item Gregorii VII.

Hoc tempore etiam vixit auctor libri de Episcopis Salisburgensibus, qui apud Canisium exstat Tom. II Antiquæ Lect. In eo, præter aliorum episcoporum gesta, reperias vitam, & miracula, S. Ruperti; qui prius episcopus erat Wormatiensis: postea autem cum discipulis XII ad Bojos profectus fuit, eosque ad fidem convertit, ac Juvavensi in urbe, quæ nunc Saltzburgum vocatur, sepultus est, anno l̄cxxx I I. Item ibidem invenies vitam, & miracula S. Virgilio; qui Karinthios convertit, atque anno obiit l̄cclxxx. Præterea S. Hartvici, qui anno l̄ccccv Frederico in episcopatu Salisburgensi successit. Adhæc Gebeharti Suevi, qui sacerdos factus est anno c̄lclv; episcopus autem c̄lclx. Item S. Eberharti, qui (ut in ejus vita legas) *natura concessit anno episcopatus sui xv I II, mense secundo: anno ab incarnatione Domini c̄lclx v: ab ordinatione papæ Alexandri, sexto; & imperatoris Frederici, XIII.* Auctor operis fuit discipulus S. Eberhardi: ut ipse initio vitæ ejus ostendit: ubi se inter eos reponit, quibus S. Eberhardus notus fuerit c̄victu, ac bene de se meritum dicit; magistrum etiam nuncupat; seque ad ejus vitam tradendam impulsam ait, *non tam scientiæ, quam dilectionis*

presumptione: metuere enim se, ne ab aliis omittantur, ac silentio presentium in oblivionē tandem veniant: quippe caritatem omnia sperare, sed de incertis vereri. Hæc non obscure ostendunt aetatem ejus scriptoris. Sed nihil aperiùs est verbis istis in vita S. Rupertii; ubi etiam, quo Christi anno ista prodiderit, ostendit: *Computemus*, inquit, *annos de transitu Rudberti ab anno 10cxxiiii Dominica incarnat. Sunt autem à transitu ejus, usque ad presentem annum, qui est Dominica incarnationis annus millesimus octogessimus sextus, anni 10LXXIII. Ipse est annus xxxvi 9 regni Frederici Imperatoris.* Ita editum à Canisio, qui codd. MSos secutus est. Sed temporum ratio docet annū Christi 106LXXXVI esse Frederici xxxiv. Nempe facili errore ex IV fecere VI. Postea alius, errore eo animadverso, barbarico numero adscripsit, pro 6 reponendum 4: numerus item iste, ob figuræ similitudinem, conversus ab imperito in 9. Quare, inductâ eâ nota, rescribendum hoc pacto; *Ipse est annus xxxiv regni Frederici Imp.*

CAP. LIV.

*Sylvestri Giraldi Cambriensis ætas, dignitas, opera varia, fides suspecta. Gualterus Mapes. Tageno Patavinus, & alter ignoti nominis; quorum uterq; tradidit expeditionē Barbarossæ in Syriam. Magni Richobergēsis Chronicon. Anonymus de vita S. Hugonis Lincolnensis. Lambertus Parvus. Elimandi Chronicon. Tres scriptores de Richardi, Anglie regis, professione in Syriam: nempe Gualterus de Constantiis, Guilielmus Peregrinus, & Richardus Canonicus. Godofridi Viterbiensis xl annorum peregrinatio, & plurimarū linguarum peritia: & cur idem historiam suam Pantheon vocarit. Anonymus de vita S. Gilberti Confessoris. Si-
brandus Frisius de vita Frederici Præmonstratensis.*

EXtremis Frederici Barbarossæ temporibus, atque imperante Henrico VI, (qui imperii clavum anno 109cxi, ac proximo septennio, tenuit) clarebat SYLVESTER GIRALDUS Cambriensis, à patria Cambria ita dictus. Prognatus fuit è nobili familia principum Walliæ. Primum à secretis erat Henrico II Angliæ regi, ac postea tutor filii ejus Joannis; quicum in Hiberniam missus, antiquitates ejus regionis, ac gentis, inquisivit; librumque condidit, quem *Topographiam Hiberniæ* inscripsit. Prima ejus pars agit de situ regionis, ac loci

loci naturâ; altera de mirabilibus, ac miraculis, quæ ibi contigerunt: tertia de incolis, eorumque gestis. Hujc tripartito volumini triennium se impendisse, ipse ait *a*. Habes MSos ejus codd. Cantabrigiæ, unum in bibliothecâ domus S. Petri; alterum in Collegio S. Benedicti apud Cantabrigienses: teste Th. James: qui & Notam hanc apponit: *Hic liber recognitus est per auctorem & multis in locis fufior est, quam in plerisque exemplaribus: unde videtur Auctor Giraldus tanquam supremam manum hic imposuisse.* Præterea fecit libros duos de expugnata ab Anglis Hiberniâ. Huic operi biennio se intentum fuisse, idem refert. Adhæc libros duos reliquit hoc lemmate, *Itinerarium Cambriæ; sive laboriosa Balduini Cantuariensis per Walliam legationis.* Ea legatio contigit anno primo post ereptam Christianis Hierosolimam à Saladino, Damascenorum, & Ægyptiorum rege, anno Christi *MCCLXXXVI*: quo episcopus Romanus erat Urbanus *II*; imperator, Fredericus Barbarossa; Angliæ rex, Henricus *II*: ut initio operis plenius Sylvester ipse exponit. Exemplar ejus operis MSum habes in eadem Collegii S. Benedicti bibliothecâ: sed exaratum manu recentiori, ut auctor est T. James. Item edidit Cambriæ descriptionem: quam, uti & Cambriæ itinerarium, dicavit Stephano, Cantabrigiensi archiepiscopo. Scriptor est mirè fabulosus; ut plerique alii hujus ævi. Eum debemus duobus eruditissimis Anglis, Davidi Powello, & Guilielmo Cambdeno. Ex Balæo autem cognoscimus, præterea composuisse topographiam Britanniæ primæ, vitam Henrici *II*, Acta regis Joannis, historiam vaticinalem libris tribus, gesta laboriosa Giraldi, descriptiones magnorum virorum, cosmographiam mundi, chronographiam ejusdem, certamina Galfridi Eboracensis, vitas Ethelberti martyris, David Menevensis, & Hugonis Carthusiani, itinerarium Balduini, mirabilia terræ sanctæ, atque alia &c. Quorum pleraq; habemus in pub. Cantabrig. Acad. biblioth. Mirum verò præteriri à Balæo, Chronicon Anglorum, atque opus de regibus Visifaxonum. Quorum utrumq; agnoscunt. Gesnerus, Possevinus, Pitseus. Etiam Cantabrigiæ in biblioth. publica superest MSus liber illius de Mona insula. Item ejus MSus alius de vita Patricii. Item dialogus ejus MSus de sede Menevensi, & Landavensi. Qui etiam est in Cantabrigiensi collegio S. Benedicti. Inque eodem collegio asservantur dialogi illius de ecclesia Menevensi. Videri possit idem hoc opus, ac prius. Verum distinguit Pitseus.

a Præfat. in descript. Camb.

Gyraldo æqualis fuit GUALTERUS MAPES, sive *Mapus*. Primum vixit

vixit in aula regis Anglorum, Henrici I. Eo defuncto, clericus ac familiaris fuit Joannis; cujus tum tutorem fuisse Gyraldum, diximus. Postea Gualterus factus est canonicus Sarisburiensis. Exinde præceptor Lincolnienſis. Anno autem clocxcviii, qui Richardi regis fuit octavus, creatus est archidiaconus Oxoniensis. Multa lufit adverſus Papæ, & cardinalium mores: quæ reperiuntur inter Poëmata veterum de corruptio Eccleſiæ ſtatu. Ab eruditione ſingulari, & curialibus faceris, commendat eum Sylveſter Gyraldus: qui & ei dicavit libros ſuos de præmiis operum ſuorum, deque ſymbolis electorum. Hoc loco autem commemoratur à nobis propter *Topographiæ compendium* ab eo editum. Item ob alterum opus, quod *Epitome Cambriæ* inſcribitur.

Vivebat & tum LAURENTIUS LEODICENSIS, monachus cœnobii S. Laurentii, apud Leodicenſes. Conſignavit geſta Episcoporum Verdunenſium, & abbatum S. Vitoni, ab anno clocxlviii ad annum uſque clocxcviii. Superest id opus MSum, tum in S. Vitoni cœnobio, tum Leodici in Monafterio S. Laurentii.

Iiſdē temporibus effulſit TAGENO, Decanus Patavinus; qui expeditionē Cæſaris Barbaroſſæ in Palæſtinam deſcripſit. Patavinus autē, vel potiùs Patavienſis, dictus eſt à Patavio Germanico, civitate episcopali inferioris Bavarię inter Danubii & Oeni conſtuentes. Fidem autem eo majorem hic ſcriptor meretur, quòd expeditioni Aſiaticę cum Diepoldo episcopo interfuert: ut Gaſpar Bruſchius refert lib. I de Laureaco. De eo ſic Aventinus in annalibus Bojorum lib. vii: *Theobaldi jufſu, ejus decurio Tageno expeditionem hanc æternitati literarum confecravit; quam ego Reichersbergii inveni; eamque Conrado Adelmanno, myſte Auguſtenſi, ut illam publicandã curaret, ſuperiore anno miſi. Quamobrem is tam diu rem differat, nescio.* Hæc Aventinus. Sed quod myſtes ille Auguſtenſis non fecit, id poſt annos demum ſeptuaginta, vel circiter, præſtitit Marquardus Freherus; qui hunc Tagenonis librum volumini ineditorum de rebus Germanicis ſcriptorum adtexit.

Tum quoque erat alter ille, ſed anonymus, qui & ipſe literis mandavit Aſiaticam Frederici Barbaroſſæ expeditionem, à Canitio editam Tom. v Antiq. Lect. Deſinit in morte Barbaroſſæ. Cujus ætate vixiſſe, præſatio indicat. Eum cum Tagenone conferre, nec inutile ſit, nec injucundum.

MAGNUS RICHBERGENSIS Noricus, flamen Auguſtinianus, fuit temporibus Henrici vi. Chronica condidit; quibus ſe adjutum profiteretur Jo. Aventinus in ſcribendo lib. vi annal. Bojorum.

a Pag.
523. edit.
Ferna.

rum. Videtur hoc esse Chronicon illud Monasterii Reicherispergensis, quod primus Monachus an. clobvi edidit vir nobilis Christophorus Gevvoldus, J. C. & Maximiliano, Bavariæ duci, à consiliis.

Æqualis huic erat is, qui libris quinque complexus est vitam S. Hugonis, episcopi Lincolnienfis. Quippe scriptor ille familiariter Hugone hoc usus fuit. Decessit autem Hugo anno c l o c x c i v. Ex auctore hoc alius, maximâ ex parte, excerptit vitam illam Hugonis, quam Surius, sed stylo fere mutato, exhibet T. v i die xvii Nov.

Item tum vivebat LAMBERTUS PARVUS, Leodicensis monachus Cœnobii S. Jacobi ord. S. Benedicti. Tradidit res gestas episcoporum Leodicensium ab an. l o c c c c l x x x v i i i ad annum usque c l o c x c i v: quo vivere desit.

ELYMANDUS, seu Elimandus, Frigidi montis monachus, in agro Beluacensi claruit temporibus Henrici v i, ac Chronicon contextit libris x l v i i i; quibus omne ævum ab orbe condito ad sua usque tempora complexus fuit. Alia quoque ejusdem commemorat Jac. Phil. Bergomas Chr. Suppl. lib. x i i ad an. c l o c x c i x. Multa ex hoc Elimando, adscripto auctoris nomine, referuntur in magno illo Chronico Belgico, cujus canonicus Regularis ordinis S. Augustini prope Nussiam auctor est.

Ad hæc tempora quoque pertinet GUALTERUS DE CONSTANTIIIS, Britannus, prius episcopus Lincolnienfis, posteaque archiepiscopus Rothomagensis: quem honorem consecutus est an. c l o c l x x i v. Idem regem suum Richardum in Palæstinam proficiscentem comitatus fuit: deque ejus peregrinatione librum inter alia conscripsit.

Non alter Gualterum hunc melius comitetur hic, quàm GUIELMUS PEREGRINUS, genere Anglus; Richardi, Angliæ regis, itidem in itinere Palæstino, ac Syriaco, comes. Hic carmine heroico panxit Hodœporicon regis sui, Richardi: in quo depingit, quæcunque eo in itinere vidisset. Carmen id Huberto, archiepiscopo Cantuariensi, & Stephano Turnehamo, militum præfecto, viro scientiæ militaris scientissimo, dedicavit.

Eâdem de causâ his jungendus RICHARDUS, Canonicus Londinensis, vir ob eruditionem Richardo, regi suo, carissimus; ac similiter peregrinationis, in Palæstinam, ac Syriam susceptæ, comes. Qui & ipse inter alia itinerarium, ac gesta ejus regis, conscripsit.

psit. Exstat MSus Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Cæterum non tantum sub Richardo floruit: sed etiam sub rege Joanne.

GODEFRIDUS, VITERBIENSIS presbyter, à sacris scriniis fuit Conrado III, & Frederico I. Peregrinatione XL annorum, in qua bibliothecas omnes excussit, magnam sibi eruditionem paravit, non rerum modò, sed etiam linguarum: quippe & vulgares sciebat complures; & Latinè, Græcè, Hebraicè, ac Chaldaicè, doctus fuit. Hic nominis sui famam longè diffudit Chronico universali; quod partim prosâ, partim carmine, condidit. Hoc, quia omnium principum historiam continet, atque hi appellantur Dii in Scripturis, *Pantheon* nuncupavit. A nonnullis citantur hoc titulo, *Memoria Sanctorum*; ut à Pignorio accepi. Orditur illud ab initio mundi: & perducit usque ad Pontificatum Urbani III: cui & opus hoc dicavit. Reponitur à Martino Polono inter eos, è quibus Chronicon suum congescit. Historicus non indiligens dicitur doctissimo Garciae de Loaisa, notis in Chronicon Isidori. Primus in lucem emisit Bafilii Joannes Heroldus.

B. Gisberti, sive Gilberti Confessoris vita (quæ ex MSo cod. in epitome Sanctorum ab Haræo expressa est) auctorem habet æqualem Gisberti: is verò obiit anno c10cLXXXIX.

CAP. LV.

Theodericus, abbas Benedictinus, de visionibus, & miraculis S. Hildegardis. Stephanus Hispanus de miraculis S. Rodolfi. Chronicon Roberti, monachi S. Mariani. De Saxonis Grammatici fide, ac dictione. Dodichinus abbas de peregrinatione in terram sanctam, & appendix ejusdem ad Marianum Scotum. Joannes Nuscensis de vita S. Guilielmi. Weingartenensis monachi Chronicon geminum. Reinerus, Prior Leodientis Helinaldi Galli Historiarum libri, idem de variorum martyriis. Engelhardus abbas de S. Machthilde. Ottonis Sanblasiani appendix ad Ottonem Frisingensem: ejusdem Chronica prima. Guntheri historia Constantinopolitana. Monachi Egmondani Chronicon Belgicum. Roberti Montensis appendix ad Sigeberti Chronicon. Arnoldi Hildesemensis appendix ad Chronicon Helmoldi; deque

deque *atate ejus, ac fide.* Albertus Bohemus.

Circa annum cIacc, quo Henricus vi imperare desiit, atque Chabenas imperii suscepit Philippus, qui annis prope novem rexit, claruit THEODERICUS, abbas Benedictinus. Hic cum Godefridus orsus fuisset vitam S. Hildegardis, nec perfecisset: operi ejus, cui princeps jure datus est locus, duos adjecit libros; unum de visionibus S. Hildegardis; alterum de miraculis, quæ Deus per eam fecisset. Tres hosce libros, cum epistolis S. Hildegardis, Coloniae edidit Quentelius: ac Surius quoque eos habet in Historia Sanctorum Tom. v. die xvi i Sept. At Theodericus, abbas S. Trudonis, ab hoc est diversus: ut qui vixerit circa annum clxc: ut supra dictum.

Tum quoque STEPHANUS Hispanus, monachus congregat. Cluniacensis cœnobii Cellæ Novæ, in Hispania degebat. Conscriptit miracula S. Rodofindi, episcopi, & monachi. Opus hoc in dicto Cellæ Novæ monasterio ad servari MSum, locuples testis est Ambrosius Morales Histor. suæ lib. xvi cap. xxxvi.

Item hoc imperatore claruit ROBERTUS, monachus S. Mariani. Hic Chronicorum opus elaboravit; quod Trevis editum, & Parisiis ex officina Nivelliana, anno clxcix.

SAXO, Grammaticus Sialandicus, Roschildensis in Dania Ecclesie præpositus, ad Andream, Daniæ episcopum, historiam scripsit libris xvi: in qua non pauca sunt fabulosa: ut haut cuncta recipi debeant *à Scaligero*. Quo nomine & à Scaligero culpatur in opere de emendatione temporum a. Impunè inquit fuerit imperito *sculo Humbaldo cuidam, & Saxoni Grammatico, renascentibus autem literis Anno Monacho Viæriensi fabulas suas Marrucinis illorum temporum probare.* Nec tamen tantus est fabulator, ac nonnullis videtur; qui eum nullo habent loco. Inter hos est Goropius Becanus: de quo minus est mirandum, cum argumentum tractet, non *modò*, sed etiam *admodò*. Rejicit igitur, non quicquid debet, sed quicquid obest causæ semel susceptæ. Quod ad Saxonis dictionem, tanta hujus est elegantia, ut ætatis illius captum planè excedat; imò cum antiquiorum, & nostri sæculi plurimis, ceter. Unde Erasmus in Ciceroniano suo sic de eo scribit: *Dania nobis dedit Saxonem Grammaticum, qui suæ gentis historiam splendide magnificæque contexuit. Quibus subjungit: Probo vividum & ardens ingenium, orationem nusquam remissam aut dormitantem, tum miram verborum copiam, sententias crebras, &*

apag. 496
edit. Raphael. 1598

*figurarum admirabilem varietatem, ut satis admirari non queam, unde illa etate homini Dano tanta vis eloquendi suppetierit. De eodem ita Janus Douza pater præfatione altera Annalium Batavicornum, quos carmine contexit. Sed neque Saxonem cognomento Grammaticum, seculi sui vel barbaries, vel impolitia deterruit, quo minus multifaria metrorum genera oblata an- que sita Excursuum occasione festivissimus Chronicorum suorum ornamentis de- cemer intermisceret, quibus in fortium virorum laudes, seu pleno quodam redun- dans alveo illa fecundi pectoris luxuriam, illud exuberantius ingeni flumen passim per totum historiae sua corpus, longè latèque diffunderet. Perduxit historiam suam usque ad tempora Philippi Cæsaris; sub quo non inglorius vivebat. Merito ejus sit ab eo, qui Saxonem in Dania, aut vidit, aut videre potuit: discipulo dico S. Guilhelmi, Roschildensis in Dania abbatis; apud quem in præceptoris vita hæc legas: *Mirrit itaque in Gallias Saxonem, præpositum Roschildensem, virum honestum; qui ab S. Genevise collegio petat dominum Wilhelnum, cum aliis tribus fratribus, mitti in Daniam &c.* Cæterum etsi Saxo vixerit temporibus Voldemari, seu potius Waldemari, quem & in præfatione operis sui compel- lat: non tamen ad eum usque historiam suam perducit: sed desi- nit in S. Canuto, Waldemari avo, qui interemptus est anno Christi cIcxxxI.*

DODICHINUS, seu Dodechinus, Germanus, monachus, & abbas Cœnobii S. Dyfibodi, reliquit historiam sanctam, sive de pe- regrinatione in Palæstinam. Idem Chronicis Mariani Scoti appen- dicem adjecit ab anno cIcLxxxIv, usque ad an. cIccc: quo tempo- re vixit. Quamquam Tritthemius claruisse dicat sub Conrado III, anno cIcxl: quod verum esse nequit, si appendix universa sit Dodechini.

Circa annum cIccc etiam erat **JOANNES NUSCENSIS**, mo- nachus montis Virginis. Hic vitam descripsit S. Guilhelmi, ordinis sui institutoris. Etiamnum hanc exstare, auctor est Joannes Costa in vita S. Donachi monachi; atque ex illo idem tradit Arnoldus Wion; ex Arnolde autem Possevinus.

Eo quoque tempore vitam egit Altorfensis, sive Weingartenis monachus ad S. Martinum auctor Chronici de Welpis principi- bus. Terminatur illud in anno cIcLxxxI, Frederici imp. xxix. Idem monachus (nomen ignoratur) reliquit Chronicon imperatorū Romanorum, ab Julio Cæsare, usque ad mortem Henrici v; quæ inci- dit in annum cIccc. Utrumq; Chronicon, ex codice MSo Augu- stano monasterii SS. Afræ, & Udalrici, in lucem dedit Henricus Ca- nisius T. I Antiq. Lect.

REINERUS, Prior monasterii S. Jacobi Leodicensis ab anno clocxciv, usque ad annum clocxxx, condidit historiam Leodicensem, quæ Leodici in memorato cœnobio superest MSA.

Eodem tempore vitæ suæ curriculum decurrebat HELINANDUS Gallus, monachus Frigidi Montis. Condidit historiæ opus libris XLVII; quos ab orbe condito orditur. Præterea conscripsit martyrium S. Gereonis, & sociorum: item Victoris, Cassii, Florentii, & aliorum. Habes apud Surium T. v. die x Octob. De Helinando hoc Vincentium Bellovacensem ad Speculi Historialis lib. xxx cap. CVIII: & S. Antoninum Chron. par. III. Tit. XVII cap. v. Sæpius eum exscribit, nec nomen dissimulat, magni Chronici Belgici auctor.

Circa hæc tempora etiam fuisse videtur ENGELHARDUS, abbas in Lanchaim, qui calami sui penicillo depinxit nobis vitam sanctæ virginis Mechthildis, principis Berchtoldi, Comitis de Andechs, & domini in Dyengen ad Isaram, filiæ, Frederici I imperatoris cognatæ, abbatissæ in Damasia seu Dissen, posteaque in Edelsterten seu Oerlsterren; quod monasterium non longè est ab Urspergen, inter Augustam & Ulmam. Vitam eam repræsentat Canisius Tom. v Antiquæ Lect.

Henrico VI, Philippo, & Ottone IV, imperantibus, vixit OTTO SANBLASIANUS, sive de S. Blasio: quomodo vocatus à monasterio S. Blasii: quod ordinis est Benedictini, ac in diocesi est Constantiensi juxta Albam, fluvium Hercyniæ sylvæ; primamque originem debet imperatori Ottoni Magno. Ab hoc Sanblasiano est appendix illa Chronici Ottonis Frisingensis: quæ incipit ab an. cbcxli, & perducit usque ad annum clocxx: qui tertius erat annus Ottonis IV, sive à coronatione ejus secundus. Simlerus, in appendice Conradi Gesneri, ait, historiam suam perduxisse usque ad tempora Rodulphi Habsburgensis: qui imperare cœpit an. clocclxxi. Sed planè fallitur Simlerus, si integer is est Sanblasii liber, quæ inter alios rerum Germanicarum auctores edidit Christianus Urstius. Mentionem hujus scriptoris facit Nauclerus lib. II generatione xxxix: quo loco de Hugone agit, comite Palatino Tubingensi à Guelphone Bavaro in vincula coniecto; deque victoria, quam archiepiscopus Moguntinus ab Romanis retulerat. Etiam Otto ille *Chronica prima* composuit: quibus genealogias omnes sacræ historię, usque ad Timotheum, & Titum, Pauli discipulos, complexus fuit. Quod opus MSum exstat Basileæ.

Philippi Imp. tempore floruit & GUNTHERUS, prius scholasticus, postea monachus in cœnobio Parisiensi; non inclyræ Gallicarum urbis; sed alio, ordinis Cisterciensis, in diœcesi Basileensi. In notitiam posteritatis pervenit historiâ suâ Constantinopolitanâ de iis temporibus, quibus strenuè rem gessit Balduinus. At ipse, ea se, quæ tradit, ex ore illius Martini abbatis accepisse, qui expugnationi Constantinopolis interfuit. Ex quo, ut ætatem scriptoris, ita & quantæ fidei sit, intelligimus. Edidit eum Canisius Tom. v. Ant. Lect.

Eodem imperante, præclarum industriæ suæ monumentum reliquit monachus Egmondanus, qui Chronicon Belgicum, & potissimum Hollandiæ, condidit. Incipit ab anno Christi 1034. Desinit in an. 1000: quo vixit; ut ex operis extremo satis liquet. Scriptor hic, ex bibliotheca V. Cl. Andrea Schotti, prodit Francofurti in lucem, unâ cum Joanne à Leidis, Carmelita, & Reinero Snoio, Goudano. Sed à typographis pessimè est habitus, magno rei historiciæ, & Bataviæ imprimis, damno. Usque adeò multa in eo, vel præterita sunt, vel corrupta, planè etiam perturbatâ temporum ratione. Quod partim ex antiquo cœnobii Egmondani codice membranaceo; partim ex ingenio, deprehendit, & occasione primâ publico testatum faciet, vir summus, Petrus Scriverius. Qui & continuatorem ejusce chronici hæctenus ineditum, longèque fufius cuncta prosequentem (quippe qui ultra Florentii v. tempora provehatur) comitem ei dabit ex codice paris vetustatis. Ei nomen *Guilielmo Procuratori*; de quo inferiùs accuratiùs dicemus. Quod autem ad Chronicon Egmondanum attinet, ejus auctorem esse monachum Egmondanum, non tam ex vulgatis elicias libris, quàm membranâ ejusdem Scriverii. Nam vulgò quidem legitur ad an. 1000: *Hoc ex ejus relatione dictum ac certificatum sit, qui ejus peregrinationi interfuit, & idem mortis periculum timuit. Postea moritur. Ubi in Scriverii MSO est: timuit, postea monachus noster.* Ætatem autem clarè cognoscas ex verbis istis extremo Chronico, puta ad an. 1000: *Ecce longam gestorum seriem qualicumque stylo exaravimus. Alia præter hæc si fortè supervenerint, quæ ad præsens negotium spectant, alterius executioni committimus.*

Imperante Ottone IV, qui Philippo successit anno 1000 fuit ROBERTUS MONTENSIS, abbas Normannus Gallus. Unde & in quibusdam MSSis vocatur *Robertus abbas de Normannia*, uti in eo qui in bibliothecâ publicâ Cantabrigiensi Academiæ.

Aliis a quoque vocatur **ROBERTUS NORMANNUS**, *abbas a Mirao*
Montis Navalis; vel simpliciter, *Robertus, abbas montis Navalis* b. Con- *in Chron.*
 tinuavit is Chronicon Sigeberti usque ad an. c. lxxx. Item edidit *ord. Pra-*
 librum de suis temporibus, atque *serum de vita Henrici*, primi *monstr.*
 ejus nominis Anglorum Regis. Adhæc acta conciliorum. Nempe *pag. 16.*
 ipse interfuerat concilio tum Romano, tum Tolésano: quæque vi- *b Mejero*
 derat, literis mandavit. Præterea libros VII de bello sacro Christia- *in Annal.*
 norum principum: quod opus prodiit Basileæ. A Joanne Lelando, *Fland. ad*
 quem & Posselvinus sequitur, traditum est, continuari ab eo Chro- *an. 1147.*
 nicon Sigeberti usque ad annum c. lxxv i i i: atque ipsum tum tem-
 poris claruisse. Sed duobus, & quinquaginta annis, ulterius proces-
 sisse, nemo negabit, qui appendicem eam inspexerit. Idem Possel-
 vinus consignasse ait tum gesta Marodoci, tum etiam Waluvvani. Ni-
 mirum confudit duos Robertos Montenses Normannos: quorum
 uterque abbas, sed unus cœnobii S. Michaëlis, idque temporibus Ste-
 phani regis & Henrici i i: alter abbas Abrincensis, idque temporibus
 Henrici i i, Richardi i & Joannis Regis. Qui ad hæc tempora
 pertinet.

ARNOLDUS, HILDESEMENSIS Præpositus, vixit tem-
 pore Othonis iv, ac Chronico Slavorum, quod Helmoldum, pres-
 byterum Buzoviensem, auctorem habet, supplementum addidit:
 atque id opus dicavit Philippo, Radesburgensis Ecclesiæ antistiti.
 Præfationem sic orditur: *Quia bonæ memoriæ Helmoldus Sacerdos histo-*
riæ de subactione, seu vocatione Slavorum, & gesta Pontificum, quorum instan-
tiâ Ecclesiæ harum regionum invaluerunt, debito fine, ut voluit, non consumma-
vit: Deo cooperante, huic operi, vel labori, insistere decrevimus. Lib. iv cap.
 xix refert epistolam à Carolo Cancellario ad se missam. In inscri-
 ptione ejus appellatur Hildesemensis præpositus. Sed post Abba-
 tem fuisse Lubecensem, colligere est ex MSO Pucheniano; ubi ita
 vocari, Reineccius auctor est. Qui & eodem pertinere existimat,
 tum quæ de Lubecensibus adfert: tum crebras monasticæ vitæ laud-
 es. Desinit Arnoldus in temporibus Ottonis iv. Quamquam ali-
 qua in fine desiderantur. Sed multò post vixisse non potest. Si-
 quidem ex memoratâ epistolâ liquet, familiarem fuisse Conrado
 Cancellario: qui cùm, resignato episcopatu Hildensheimensî, Her-
 bipolensis, seu Wirzeburgensis factus esset episcopus; dum se illis
 opponit, qui Ecclesiæ res invaserant, in Herbipolensî ab iis civitate
 occisus est. Factum id temporibus Cæsaris Philippi, ac regis Ro-
 mani Ottonis: ut cognoscimus ex Arnoldi hujus libro v i i cap. i i.
 In re-

In rebus Slavonicis fide dignus est: non iis item, quæ de Italia, Sicilia, Græcorumque rebus, adnectit: in quibus satius sit alios audire, qui ex professo de iis tractarunt.

Dispiciendum verò, utrùm & hîc locum mereatur ALBERTUS BOHEMUS, decurio, & archidiaconus Laureacensis. Ottoni IV is à consiliis fuit, atque, ut verba retineam, quibus se ipsum nuncupat, executor sententiarum sedis Apostolicæ generalis per totam Alemaniam, & iudex delegatus contra Imp. Fredericum I I hæreticum. Sic imperatorem appellat. Hujus commentariis autographis in membrana scriptis adjutum se ait Jo. Aventinus, cum conderet septimum, eundemque ultimum librum annalium Bojorum. Sed mihi nec apographum eorum cernere contigit.

CAP. LVI.

Ioannis Oxfordii historia Anglicana, atque opus de itinere suo Siculo. Idemne Scalæ Chronici sit auctor. Rogeri Houedeni annales Anglicani, ac commentarii de regibus Northumbriæ. Iosephus Devonius, sive Iscanus, auctor poëmatum de bello Trojano, quod Cornelii Nepotis nomen ementitur. Idem explicatus, & correctus. In dubium vocatur sententia Pitsei, existimantis, Iscanum tandem factum esse Burdigalensem archiepiscopum, idque favore Balduini Cantuariensis. Colmannus Sapiens. Gervasius Tilberiensis. Rogerus Crolandiensis. Gervasius Dornbermensis. Gilbertus de Hoilandia. Guilielmus Litle, seu Parvus, sive Neuburgensis, quâ fide scripserit. Radulphus, vel, juxta alios, Richardus de Diceto. Ioannes de Forda. Iocelinus Brakelonde. Ioannes Graye. Adamus Barkingensis. Hugo Candidus. Stephanus Langtonus. Alanus Teukesburiensis.

QUO tempore Philippus, atque Otto IV, imperium Rom. tenuere: eo in Anglia regnavit Joannes. Nam Philippus quidem, qui Barbarossæ filius erat, successit Henrico VI, an. c. lxxxix. Huic eodem anno opposuere alii Ottonem IV, Saxonem. Anno c. lxxxviii Bambergæ occiditur Philippus. Exinde solus imperat Otto. Anno c. lxxxii, excommunicato à Pontifice Ottone, eli-

gitur Fredericus II, Barbarossæ nepos. An. c̄l̄ccc̄xviii moritur Otho imperator, ac solus rerum potitur Fredericus II. At omni penè hoc tempore regnavit in Anglia Joannes primus. Nam an. c̄l̄ccc̄c̄ix, quo dicebamus, ab his Philippum, ab aliis Othonem, imperatores creatos, in Anglia regnare cœpit Joannes. Ac biennio solo ante Ottonem decessit: anno puta c̄l̄ccc̄xvi. Itaque eos nunc seorsim (plurculi enim sunt) complecti visum, qui, temporibus regis Joannis, monumentis suis historiam in Britannia illustrarunt.

Princeps esto JOANNES OXFORDIUS, sive de Oxonio, decanus Collegii Sarisburiensis. Hic posteris transmisit historiam Anglicam: quæ quanto in honore à plerisque soleat haberi, argumento illud erit, quòd ei proximus post Gualtherum Monæmutensem tribuatur locus. Vide Hectorem Boëthium in præfatione historię Scoticæ ad Jacobum v Scotorum regem. Librum etiam reliquit de itinere suo in Siciliam: quòd ad regem Guilielmum missus fuerat ob sponsalia Joannæ, Henrici II, regis Anglorum filię; regum, Richardi, & Joannis, sororis. Idem Lelando auctor videtur voluminis, cui nomen *Scala chronici*. Sed hunc eo refellit Balæus, quòd hoc in chronico citetur Otterburnus Minorita. Imò nec istud satis scio, rectè nomen operis extulerit. Suspicio enim potius illud vocari *Scotochronicon*, quia Scotorum tempora persequatur. Quomodo opus suum inscripsit Joannes de Forda: ut mox dicemus. Sed de hoc aliquid quoque afferemus, ubi ad Thomam Grajum deventum erit.

Claruit & tum ROGERIUS DE HOVEDEN, Britannus. Inter domesticos fuerat Henrici II, Anglorum regis: ut in annalibus suis tradit Gualtherus Coventriensis. Post obitum verò ejus, præter alia, elucubravit libros duos Annalium Anglicanorum; quos, ubi Beda desit, auspicatur; ac perducit usq; ad Joannem regem; qui regnare cœpit an. c̄l̄ccc̄c̄ix, uti antè diximus. MSum id opus Cantabrigiæ adservat bibliotheca, quæ est in collegio S. Benedicti. Thomas James a in bibliotheca ea S. Benedicti exstare ait *exceptiones de Chroni-* aPag 74.
cis Roberti de Houeden. Uti quoque privata baronis Lunlejan, atque alia Gualteri Copi. Condidit & historiam regum Northumbriæ. Ejus commentarios Eduardus, primus hujus nominis Angliæ rex, sedulò jussit anquiri, cum ei de titulo regni Scotici controversa esset: ut auctor est Ranulphus lib. vii cap. xxxix. V. CL. Henricus Savile, præfatione in scriptores Angliæ à se editos Londini, vocat eum auctorem cum primis bonum & diligentem, verissimumque superiorum

temporum indicem. Primarium fuisse Thleologiæ professorem in Academia Oxoniensi; totamque Thomæ Beckeri vitam scripsisse; testes sunt Robertus Parsons in Admonitione, controversiâ 11 cap. x, & Bryanus Tvyvynus lib. 11 de Antiquitate Acad. Oxon.

Etiâ Henrici 11, Richardi, & Joannis, Angliæ regum, temporibus, claruit JOSEPHUS DEVONIUS, sive ISCANUS, vel EXCESTRIENSIS. Natus est in Devonia, quæ citerior Dunmoriolum, seu Damnoniorum regio est. Sed educatus est Iscæ, civitate Cornvalliæ, seu Cornubiæ; quæ est altera pars Damnoniorum. Atque hinc liquet, unde nunc *Devonius*, nunc *Iscanus*, dicatur. Vir fuit Latinè, Græcèque doctus: & admodum disertus: imò pœtrarum Britannicorum suo ævo princeps. Patronum habuit Balduinum, Cantuariensem archiepiscopum. Cui & dedicavit, tum libros sex de bello Trojano; tum Antiocheidem suam: præter quæ & panegyricum in Henricum 11 edidit, & librum de institutione Cyri, & nugas amatorias, & epigrammata, & carmina varia: ut auctor est Balæus. Libri sex de bello Trojano prodire Basileæ, primùm divulgante Albano Torino. In eo opere expressit Iscanus historiam, quæ Daretis Phrygii nomen præfert. Initium operis hujusmodi est:

*Iliadum lacrymas, concessaq; Pergama satis,
Præliabina ducum, bis adactam cladibus urbem,
In cineres quærimur.*

Poëticas fabulas segregat, veritati historiæ insistens, quantum licet. Hoc voluit verba ista:

*Quos superos in vota vocem? mens conscia veri
Proscripsit longè ludentem ficta poetam.*

Negat se Homerum sectari, qui multa mentitur. Id cum non satis perspiceret Albanus Torinus, vir eruditus, pro *conscia veri*, putavit legendum, *anula veri*: quod menti poëtæ adversatur. Uti & sequentia ostendunt:

*Quin te Cecropiù mentita licentia pagi,
Et ladant signenta, pater, quo præside floret
Tantia, & in prisca respirat libera leges.*

Ubi *Cecropium pagum* appellat poëtâs Græculos, homines gentiles, sive pago deditos, ut Prudentius loquitur. Quod satis ostendit, non esse poëtam gentilem, nedum Cornelium Nepotem. Cæterum pro *Tantia* idem Albanus Torinus legendum putabat *Pontia*, sed perperam. Rectum est *Cantia*. Quippe alloquitur Mæcenatem suum

Baldu-

Balduinum, archiepiscopum Cantuariensem: quem & alibi sic compellat:

*In numerum jam crescit honor, te tercia poscit
Insula, jam meminisse Wigornia, Cantia discit,
Romanus meditatur apex, & naufraga Petri
Ductorem in mediis expectat cymba procellis.*

Ubi Balduino optat atque ominatur summi pontificis dignitatem. Meminit Josephi hujus & Guilielmi Fastregicus libro de rerum originibus. Joannes Pitseus, opere de scriptoribus Angliæ, refert, favore & gratiâ Balduini, cujus antè meminimus, tandem factum esse archiepiscopum Burdigalensem. Quod unde hauserit, nescio. Nihil quidem de eo Lelandus, aut Balæus. Planeque erroneum censeo. Sanè apud Gabrielem Lurbeum, in Chronico rerum Burdigalensium, lego, anno quidem CIOCLXXXI, Eliam quendam fuisse archiepiscopum; Guilielmum autem an. CIOCCXXIV: de Josepho hoc ibi nequid quidem; uti nec apud Democharem, in catalogo Burdigalensium episcoporum, aut Joannem Chenu in historia episcoporum Galliæ. Et sanè quàm parum credibile est, tantum gratiâ apud Gallos valuisse Cantuariensem præfulem, ut, ejus postulato, hominem Anglum facerent archiepiscopum Burdigalensem.

Tum quoque COLMANNUS Sapiens, Britannus, in pretio habebatur. Composuit Chronicon rerum gestarum, catalogum regum Angliæ, dialogum de bellis Danicis. Item Angliam descripsit. Est hic inter præcipuos rerum Britannicarum auctores: ac crebrò ejus auctoritate se tuetur Joannes Hardingus in Chronicis, imprimis libro II.

Hise socium addit ejusdem temporis historicus GERVASIUS TILBERIENSIS: qui Posslevino minùs rectè *Tilgeriensis* dicitur; cum oppidum, unde nomen traxit, vocetur Tilburia, vel Tilberia; quod in Anglia, in litore Thamesino, situm est. Henrici II, Anglorum regis, nepos, atque Arelatensis ditionis mareschallus fuit. Illustravit historiam Britannicam Galfridi Monæmutensis. Præterea condidit historiam terræ sanctæ. Item scripsit originem Burgundionum, & mirabilia orbis: præterea Chronicon, cui titulus, de otiiis imperialibus. Hoc dedicavit Othoni IV imperatori. Ac MSum reperitur Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Adhæc reliquit tripartitam Angliæ historiam, quam Balæus digessit in tres, ut vulgò vocant, columnas; atque inde *Trecolumnium* inscripsit. Quo ex opere

cognoscere est, quis status Angliæ fuerit sub Henrico, II ejus nominis Anglorum rege. Idem creditur auctor libri Nigri, sive dialogi de Scaccario, de quo ambigere videtur Seldenus Notis ad Ead-

a pag. 216 merum A.

ROGERUS CROLANDIENSIS monachus, ac post cœnobii Frisconiensis Prior, septimus eorum fuisse dicitur, qui vitam signarint Thomæ, Cantuariensis archiepiscopi. Eam Henrico Crolandensi dedicavit. Edidit hoc opus an. IV regis sui Joannis: si. b quo claruit anno cLCCXIV. Non toto seculo antè, ut vulgò apud Possëvinum legitur.

GERVASIUS Dorobernensis, sive Cantuariensis, qui & GERVASIUS DE MELKELAYA, monachus Benedictinus, sub eodem rege floruit. Historiæ patriæ fuit intelligentissimus. Condidit historiã gentis Angliæ; in qua Britannorum originem, item Saxonum, & Normannorum res gestas persecutus est. Vitæ quoque descripsit Cantuariensium Archiepiscoporum, ab Augustino usque ad Hubertum, *o. v. s. p. r. o. r. o. r.* regis Joannis. Quod opus MSum adservatur Cantabrigiæ in bibliotheca Collegii S. Benedicti. Ubi & *Mappa mundi* ab eodem auctore. Idem de regionibus Britanniæ egit: item de sedibus Pontificiis, & monasteriis constructis: ut auctor est Balæus.

Temporibus iisdem vivebat GILBERTUS DE HOLLANDIA, Anglus, prius monachus Cisterciensis sub B. Bernardo Clavallensi, postea abbas Suinsetensis in Lincolnensi agro. Ab insigni eruditione commendat eum Tritthemius. Multa ingenio, ac industriâ, peperit; quæ in catalogo suo Bostonus Buriensis commemorat. Inter ea est vita B. Bernardi; sub quo monachus fuerat, ut diximus. Estque idem Gilbertus, cujus XI sermones in Cantica subijci commentariis Bernardi in eundem librum solent: nempe quia istic Gilbertus cœpit, ubi desierat B. Bernardus.

Sub Richardo rege, ac Joanne, etiam claruit GUILIELMUS LITTLE, qui & PARVUS, sive Gallico cognomento PETIT. Imò nec alius est GUILIELMUS NEWBRIGENSIS; quomodo vocatus, quia Novoburgensis monasterii prope sylvam Daculinam canonicus, ac doctor Theologus, fuerit. Hic, præter alia, edolavit libros duos de regibus Anglorum: item historiã de gestis Anglorum libris quinque. Qui MSSi supersunt Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Th. James ait eos manu recentioris scriptos quibusdam in locis esse restitutos & perfectos. At primus eos in lucem protulit Guilielmus Sylvius. Oritur ab anno cLXLV; quo Guiliel-

mus, cognomento Nothus, dux Normanniæ, Harald, regi Anglorum, bellum intulit : hinc autem paucis omnia perstringit, usque ad annum clocxxxv, quo se natum fuisse scribit : inde verò fusè omnia persequitur, usque ad annum clocxcvii. Polydoro Virgilio *veridicus auctor* nuncupatur. At à Guilielmo Lelando non injurià reprehenditur, quòd modum non tenuerit in culpando Galfredo Monæmuthensi. Nam etsi multa fabulosa in eo sint : tamen non tam multa, quàm ille videri vult. Nec ipse effugere potuit Neubrigensis, quin fabulas multas historiæ suæ inferebat. Interea dissimulare non possumus, longè majori judicio, ac delectu, in scribenda historia Neubrigensem usum esse, quàm Galfredum.

Sub eodem Joanne non parùm gloriæ consecutus fuit RADULPHUS DE DICETO : qui in codd. Thomæ Walsinghami ^a, sed ^a *Ad an-* perperam, *Radulphus de Luceto* ; nonnullis etiam *Richardus Dicerensis* ^{nũ 1292.} vocatur. Fuit Londinensis ecclesiæ ad ædem Pauli decanus. Præclareq; omnino de historia meritus est. Transmisit posteritati opus de temporibus mundi, chronica, historiarum imagines, continuationes Roberti de Monte, abbreviationes Chronicorum, librum de præclaris scriptoribus, alium de adventu Saxonum, gesta Normannorum, origines Hibernorum, & Scotorum, volumen de regibus Anglorum, item de mirabilibus Angliæ, aliaque. Hujus etiam opera ex bibliothecis perquiri jussit Eduardus primus, rex Angliæ ; cùm certamen ei foret de titulo regni Scotici. Meminere ejus quoque, Jacobus Baconthorpius in prologo IV Sentent. quæst. XII, Ranulphus Higdenus lib. VII cap. xxxix, atque alii. Plurimas Eadmeri paginas expilasse, observatum Ældeno præfatione in Eadmerum. Cæterùm in Collegio S. Benedicti apud Cantabrigienses habes annales Stephani archiepiscopi : quorum initium, *Res gesta*. His, ut Th. James monuit, adscriptum illud veteri manu : *Liber de Dorobornensibus Archiepiscopis directus à Radulpho de Diceto Londoniensis Ecclesiæ decano.*

JOANNES DE FORDA, vel *Fordeham*, vel *Fordon*, Britannus, Fordensis cœnobii abbas Joanni regi ab auriculari confessione erat, an. clocxx : præter alia scripsit vitam Wolfrici presbyteri. Item acta Joannis regis. Et Scotchronicon, quod MSum superest Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Liber est à muribus mirè arrosus, magnâque ex parte absumtus. Incipit, *Debitor sum fatcor.*

JOCELINUS BRAKELONDE, Anglus, monachus Benedictinus cœnobii Buriensis, claruit an. clocxxiv. Elucubravît accurat-

tum Chronicon monasterii sui Buriensis. Item librum composuit super electione Hugonis. Et vitam Roberti martyris.

JOANNES GRAYE, Nordovicensis in Anglia episcopus, & regi Ioanni percarus, scripsit historiarum sive Chronicorum volumen. Obiit anno 1600.

ADAMUS BARKINGENSIS, Britannus, vixit extremis temporibus Ioannis regis, ac, præter alia, opere de serie sex ætatum, memoriam sui propagavit.

Extremis quoq; regis ejus annis florebat HUGO CANDIDUS, alias *Whyte*, Anglus ordinis Benedictini in monasterio suo Petroburgensi. Scripsit historiam Petroburgensem: in qua de monasterii sui origine, variâq; fortunâ, accuratè tractat. Sanè luculentus rerum gestarum scriptor vocatur à Io. Lelando: deque primitiva Merciorum ecclesiâ quædam adfert Bedæ ipsi indicta.

Imprimis etiam temporibus Ioannis regis, & aliquot annis post, claruit STEPHANUS LANGTONUS, Anglus. Qui primum gymnasii Parisiensis magister fuit in Theologia, & secularis canonicus ad ædem B. Mariæ: exinde à Papa Innocentio III creatus est presbyter cardinalis Tit. S. Chrysogoni; tandem in patria archiepiscopus factus Cantuariensis: quâ in dignitate admodum senex obiit anno salutis 1209, nono regis Henrici III anno, episcopatus sui XXI: ut est apud Polydorum Virgilium Hist. Angl. lib. XVI. Sæpius ejus meminit Thomas Waldensis in Doctrinali. Quo nomine Ioanni, Angliæ regi, fuerit invisus: docebit ibidem Polydorus Historiæ suæ lib. xv. Longè plurima ingenio, ac studio, peperit: interque ea librum de factis Muhamedis: alterum item de vita regis Richardi, uti & de translatione ejus. Manu exaratus is Romæ adservatur in bibliotheca Vaticana, num. 100011. Adhæc annales elaboravit archiepiscoporum Cantuariensium; qui MSSi supersunt Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Ibidem MSSi reperiuntur libri ejus quinque de Thomæ Cantuariensis (quem in sanctorum numerum relatum fuisse, non semel diximus) vita, passione, ac translatione; quam Langtonus ipse ingenti cum pompâ procurârat.

Tum quoque lucis fruebatur usurâ ALANUS Anglus, Teukesburienensis monasterii, ad confluentiam Avonæ & Sabrinæ siti, abbas. Qui, cum Cantuariæ ædificus foret fani ejus, quod Servatoris dicitur, familiaris valde erat memorato antè Thomæ Becketo, Archiepiscopo Cantuariensi. Unde & pro eo, suâsu Stephani Langtoni, edidit

edidit Acta Clarendonensia; ac commentarios de exilio, & vita hujus Thomæ. Opus id tribus libris constat, ac MSum superest in bibliothecâ Vaticanâ, Baronio teste in XII Annal. ad an. cLCLXII. Alia etiam compluria edidit: quorum aliqua MSSa exstant, partim Cantabrigiæ in bibliotheca S. Benedicti: partim Lovanii in bibliotheca Joannis Fenni, Angli.

CAP. LVII.

Conradi Scheurnensis, *philosophi, Chronicon*. Lambertus Leodienſis *de vita Hereberti archiepiscopi*. Anonymus de vita S. Guilielmi Roschildensis: *ac de ejus etate error quorundam*. Hugo Floreffienſis *de S. Iueta*. Vincentius Cadlucus. Honorii Auguſtodunenſis *Summa historia- rum, deque luminaribus Ecclesiæ liber*. Henricus, comes à Calwe. Conradi Scyrenſis *historia Spirensis*. Eckerhardus, decanus S. Galli, *de vita S. Notkeri Balbuli*. Jordanus Saxo *de origine ordinis Prædicatorum: atque obitus scriptoris*. Gillo Gallus *de vita Hugonis Cluniacensis*. Cæſarius Heisterbacensis *de vita S. Engelberti, atque ejusdem libri XII de illustribus miraculis, & quando hoc opus signârit*. Rigoldi Galli *annales de gestis Philippi Augusti*. Ludolphus Bebenbergius. Oldonius *de vita Rodosindi*. Conradi à Lichtenau, *abbatis Vrspergensis, chronicon, deque eo judicium*. Thomas Cellanus *de S. Francisci vita, & miraculis*. Ioannes Gallus *de vita S. Vulfranni*. Iacobus Fornerius *de vita S. Ioannis Gualteri*. Blasius Melanefius *de eodem*. Item Hieronymus Florentinus *de miraculis ejusdem*. *Vita S. Ludovici regis, auctore Gaufredo de Bello Loco*. Anonymus de vita S. Hermannii, *sive Iosephi Præmonstratensis*. Albertus Patavinus *de vita Beatricis Atestinæ, & Aldegundis*. Anonymus *de vita S. Antonii Vlyssiponensis*. *Variorum judicium de historia Roderici Ximenes, Toletani archiepiscopi; quis primus eam ediderit; & quæ præterea scripserit*. Conradus à Martburg *de vita S. Elisabeth Vngaræ*. Luca Tuden-

*Tudensis Chronicon quale. Annales Godefridi, monachi
Coloniensis. Iacobi de Vitriaco historia Orientalis, & vita
S. Mariae Oegniatensis. Guilielmi Galli historia tripar-
tita. Bartholomæi Brixiani Chronicon de urbibus Italiae.
Godefridus Calvus de vita S. Guilielmi Briocensis. Gui-
lielmus Turnonensis de vita S. Eleutherii, & Chronicon
eiusdem.*

DEventum nunc ad annos Frederici I I Imperatoris, qui, Ot-
tone IV defuncto, solus imperii habenas tenuit, an. c10ccxviii;
atque imperavit usque ad annum c10ccxlv.

Primis Imperatoris hujus temporibus fuit **CONRADUS** philo-
sophus, primarius monachus in Scheurn. Condidit Chronicon,
cujus ἀρχὴ ἐν Scheurn servatur. Uti & multa alia ejus manu
descripta. Tantæ enim industriæ fuit, ut plusquam quinquaginta
ingentia describeret volumina: quemadmodum de eo testis est
Joannes Aventinus: qui & Chronico ejus, ut ipse profitetur, adju-
tus est, cum ultimum conderet annalium suorum librum.

Ad hæc quoque tempora ab Arnolde Wyon, in Ligno Vitæ,
Francisco Sverterio in Athenis Belgicis, & aliis, refertur **LAMBER-
TUS LEODICENSIS**, monachus ordinis Benedictini in cenobio
S. Laurentii Tuitiensi, congregationis Cluniacensis: quem ali-
qui prope seculo antiquiorem; alii, plusquam duobus seculis, re-
centiorem esse, arbitrantur. Sed omnino hujus loci est, si vixit sub
Werimbaldo, III abbate, ut Valerius Andreas in bibliotheca Bel-
gicâ refert. Sed multum metuo, ne & isti, & cum illis Arnoldus
Wion aberret. Nam Tritthemius, tum in viris illustribus, tum in
Chronico Hirsaugiensi, refert eum ad annum c10lx: & auditorem
fuisse ait Adelmi grammatici, episcopi Brixienfis. Facile hanc con-
troversiam decident, qui integram Brixienfium episcoporū se-
riem habent: imprimis Brixienfes ipsi: quos inter non possum non
honoris causâ nominare doctissimum, & alibi etiam memoratum
hoc opere, Octavium Rubeum. Nobis verò cum ista scriberemus,
nescio quo infortunio, solum de hoc argumento Demochares ad
manum erat. Apud eum autem fragmentum tantum de episcopis
Brixienfibus invenimus: idque ab anno cccclxxx, usque ad an-
num l0ccxxxviii. Redeo ad Lambertum. Hic post Ruper-
tum, abbatem Tuitiensem, scripsit vitam Hereberti, archiepiscopi
Colo-

Coloniensis: qui terris excessit anno cIcxxi. Hymnos etiam, & epigrammata, ingenii sui monumentum, idem Lambertus reliquit.

Isdem temporibus vixit is, qui vitam tradidit præceptoris sui, S. Wilhelmi, prius canonici secularis, hinc canonici regularis S. Genovesæ Paris. ac tandem Roschildensis in Dania abbatis; qui anno obiit cIccci, viii Id. Apr. ut in ejus vita legere est. Vita ea integre superest MSa in Rubeâ valle. Sed Surius in Sanctorum historia rededit in epitomen. Exstat ea apud Surium Tom. II ad vi Apr. At, vel Posslevini, vel librarii, spissus est error; quando in Apparatu sacro scriptorem hunc refert ad annum cIcc. Nam quomodo eam vitam prodiderit Guilielmi abbatis, cum abbas ille toto pòst seculo demum decesserit? Et sanè, ut hoc nesciremus, eâ in vitâ mentio fit Papæ Eugenii tertii; uti & Garini, abbatis S. Genovesæ, qui Odonis, primi abbatis ab Eugenio III constituti, successor fuit; item Saxonis Grammatici, & aliorum, quos recentiores esse, satis constat.

HUGO FLOREFFIENSIS, canonicus ordinis non Benedictini, ut putabat Arnoldus Wion, eumque sequutus Posslevinus; sed Præmonstratensis, ut scribunt Valerius Andreas, Franciscus Sweertius, & Joan. Bollandus, floruit temporibus Frederici secundi. Scripsit vitam S. Juittæ, viduæ & reclusæ apud Hoyum in Leodicensi territorio, quæ obiit an. cIccxxii. Superest ea vita MSa Leodii: à Joanne Bollandò edita est in vitis Sanctorum. Hugo verò Juittæ, cujus vitam scripsit, non σύχρον solum fuit, sed & familiaris, quemadmodum ipse non uno loco indicat.

VINCENTIUS CADLUBCUS prius fuit præpositus Sendomiriensis: ac Episcopus Cracoviensis factus est an. cIccvi, atque anno obiit cIccxxvi. De eo hunc in modum refert Joannes Herbuitus de Fulstin, regni Polonici Senator lib. vi historiae Polonicæ cap. v. *Annus quo hæc acta sunt fuit post Christum natum cIccvi. Insequenti verò anno Fulco, seu Pelca, episcopus Cracoviensis vita excessit: cui Magister Vincentius Cadlubcus, vir pius, & eo tempore doctus, qui primus Polonorum historiam conscripsit, successit. De eodem sic scribit cap. viii: Vincentius Cracoviensis Episcopus, cum multa Cracoviensi basilica contulisset, ultro episcopatu se abdicavit, ne quidquam adversante principe, ac dissuadente collegio sacerdotum: & in Andreoviensi monasterio reliquos quinque vitæ annos religiosè exegit, cum decem annos episcopus fuisset. De historia ejus sic idem indicat in præfatione operis sui: Primus quod ego sciam, Vincentius*

Cadlubcus rudr ac imposito stylo res Polonorum adnotavit verius, quam descriptit.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, qui Tritthemio presbyter, aliis verò monachus, & abbas dicitur, gloriam sibi, & publico fructum, quæsiuit volumine, quod Summa historiarum, vel magnum Chronicorum opus, nuncupatur. Nec prætereundus est liber ejus de luminaribus Ecclesiæ: quo illa, quæ priores hoc de argumento tradidissent, in epitomen redegit, & præterea scriptores aliquot adjecit. Vixit an. c. lxxx.

HENRICUS, comes à Kalvve, abbas Augiæ divitis, quæ vocatus *Reichavv*, claruit an. c. lxxx; ac vitam reliquit S. Pirminii, primi Augiensis abbatis, posteaque Meldensis episcopi: ut testantur Eifingrinus, & Arnoldus Wion.

a Imò plañe ita nunc statuo.

Eodem tempore, & famam scribendo extendere, & bene de ordine suo mereri, studebat CONRADUS, Germanus, Prior cœnobii Scyrensis in Bavaria, congregationis Cluniacensis. Qui, inter alia, Scyrensem historiam, ac res gestas omnium monasterii sui abbatum, posteris transmisit. Multum aurem metuo, ne hic idem sit, ac Conradus monachus in Scheurn; de quo initio capituli dictum nobis.

Item tum fuit ECKERHARDUS, decanus S. Galli, auctor libri de vita B. Notkeri, cognomine Balbuli: qui exstat apud Canisium T. VI Ant. Lect. Ætatem arguunt hæc verba cap. XVIII: *Bene hic ponendum est, quod nostris temporibus evenit. Venerabilis abbas S. Galli, Vdalricus pie memoria, hujus nominis sextus, in legatione regis Fiderici II, postea Cesaris, venit Romam ad Innocentium Papam III missus & Censeo, & eundem esse Eckerhardum, qui vitam S. Galli à Rapperto scriptam ex Germanica lingua Latine transtulit. Ea in vetusto codice superest in monasterio S. Galli.*

Anno Chr. c. lxxxii B. Dominico successit JORDANUS, Saxo, Theologus Parisiensis, qui librum fecit de origine ordinis sui. De hoc sic Theodoricus Appoldiensis in præfatione octo librorum de Dominici vita: *Sciendum, quod venerabilis pater noster, beatus Iordanus, secundus nostri ordinis magister, successor S. Dominici dignissimus, libellum de initio ordinis composuit; in quo primorum patrum, & fratrum sanctorum gesta gloriosa, & mirabilia opera, conscripsit; ne in oblivionem venirent patres tam excellentes, eorumque exempla tam eximia sanctitatis. De quo libello prima sancti Dominici legenda conscripta est. Prodiit is liber Romæ an. c. lxxxii, cum notis M. Antonii Maffæi Salernitani. Jordanus hic, Hierosolyma tendens, naufragio cum duobus sociis, multisque aliis, perii-*

anno Chr. c̄b̄c̄c̄x̄x̄v̄i. Vitam ejus signavit Albertus Leander, quam apud Surium habes T. VII a. d. XIII Febr. Vide & de eo Iacobum Bergonatem in supplemento Chronicorum lib. XXI I, ad annum c̄b̄c̄c̄x̄l. Raphaellem Volaterranum lib. XXI, & Ferdinandum, Ord. Prædic. Centuria I.

Circa annum c̄b̄c̄c̄x̄x̄i GILLO Gallus, monachus Cluniacensis, postulato abbatis sui Pontii, in literas misit vitam S. Hugonis, abbatis Cluniacensis: quam MSam superesse, auctor est Arnoldus Wion in Ligno vitæ.

Isdem temporibus CÆSARIUS HEISTERBACENSIS Ordinis Cisterciensis, ac diu Prior Villariensis monasterii in Brabantia, inter alia scripsit de vita S. Engelberti, Archiepiscopi Colonienfis, libros tres; qui apud Surium exstant Tom. VI de vitis Sæctorum d. VII Nov. Dicavit eos Henrico Archiepiscopo, S. Engelberti successori. Obiit verò Engelbertus an. c̄b̄c̄c̄x̄x̄v. Præcipue autem nomen consecutus est Cæsarius XXI libris illustrium miraculorum, & historiarum mirabilium: in quibus siqua aliter retulerit, quam gesta sint, iis esse imputandum ait, à quibus ista accepit. Quando opus hoc condiderit, clare aperit lib. X cap. XLVIIII. ubi ait: *In anno præfenti, qui est millesimus ducentessimus vigesimus secundus ab incarnatione Domini, dua civitates in Cypro terræ motu corruerunt.* Volumen hoc designat Tritthemius, cum ait, fecisse opus prolixum de miraculis, & visionibus diversis suo tempore in Germania factis; quod ad imitationem S. Gregorii Papæ prænotârît.

Etiã tum floruit RIGOLDUS Gallus. Nam physicus fuit Philippi Augusti, Galliarum regis: ac temporibus filii ejus Ludovici, composuit annales, quibus Philippi Augusti gesta est complexus. At Ludovicus patri successit an. c̄b̄c̄c̄x̄x̄v, ac triennium regnavit. Atque huic Ludovico opus suum dicavit Rigoldus. Prodiit illud in Germania a, ex bibliothecâ Petri Pithœi. Ubi auctor ejus operis a Franco- dicitur Rigoldus, *Chronographus regius.* Mejero ad annum c̄b̄c̄l̄xxx̄vo- furti an. catur Rigotus, clericus D Dionysii Parisiensis. Inibi addit, annales ejus in 1596. compendium fuisse redactos à Guilielmo, Aremorico presbytero.

LUDOLPHUS BEBENBERGIUS, qui nonnullis Lupoldus, Juris utriusq; professor, ab Eisingrinio traditur vixisse circa annum c̄b̄c̄c̄x̄x̄v. Hujus ad Rudolphum, Saxonie ducem, libellus editus est Lutetie apud Foucherium an. c̄b̄c̄l̄xx̄l: quo constantem, ut scribunt, veterum Germanie principum, ac regum Gallie in amplificandis religionis Christiane finibus industriam comprobant. Sed

a *Basil.
apud
Opor.
1566.*

b *Cap. 1
lib. de ju-
re reg. &
imp. Rō.*

nondum in manus meas pervēnit. Atque hæc cum aliquot antè dies scripsissem, ecce, invisens clarissimum & amicissimum collegam, Joannem Polyandrum, primum Lugdunensis Academiæ Theologum, incidi fortè apud eum in Scriptores de potestate Imperiali ac Ecclesiasticâ, quos uno volumine *a* complexus erat Simon Schardius J.C. In his verò offendi etiam Ludolphi Babenpergii librum antè memoratum: uti & alterum ejusdem de jure regni & imperii. Quos avidè postea per otium voravi. Quanquam autem interdum in historiâ peccet, (imprimis iis, quæ ex Eusebii, ut videri vult, Chronicis de Francorum origine depromit *b*) tamen reperi non pauca, quæ lucis aliquid afferrent controversiæ de potestate imperiali. Dubitat Simlerus in bibliothecâ, utrum opusculum illud de jure regni idem sit ei, quod agit de zelo veterum Germanorum. Nempe nondum eos libellos viderat. Porro quod ad illum de zelo Germanorum, eum è Spirensi bibliotheca primus eruit Marcus, Cardinalis Romanus, ac patriarcha Aquilejensis: postea, anno nempe *c*ccccxcvii, à Jacobo Berchmanno de Olpe Basileæ editus est, ac à Jacobo Wimphelingo dicatus Frederico Camerario de Dalburge, equiti aurato. Quæ tam minuta non adderem, nisi viderem, posteriores editiones ista præterire; atq; ita quodammodo perire iis inventi gloriam, qui primi è tenebris in lucem protulerunt.

Anno *c*ccccxvii vixit OLDONIUS, monachus Hispanus, ac Prior monasterii Cellæ novæ, Congregationis Cluniacensis. Hic tum rationale divinarum Officiorum, tum vitam Rodosindi episcopi, & monachi, exaravit. Utrumque opus in Hispania exstare MSum, testis est Ambrosius Morales. Ætatem arguunt hi versiculi, Rationali præmissi:

*Oldonius librum per Christum conficit istum,
Bis denis annis septem supra mille ducens.*

Ad hæc tempora etiam pertinet CONRADUS à LICHTENAVV, vir nobilis, IX ABBAS URSPERGENSIS, ordinis Præmonstratensis ad Mindulam in Augustana diocesi, sive ab Averspergen, ut in Austria suâ sæpius appellat Cuspinianus. Hic gloriam invenit Chronico suo; quod exorditur à Belo, primo Assyriorum rege: definit in an. nono Frederici II Imp. hoc est an. Ch. *c*ccccxix. Est vero cento ex variis confarcinatus: imò videtur abbas Conradus Chronicon jam ante ex variis collectum expilasse, & quædam in parte extremâ de suis temporibus addidisse. Sed illud mirari

mirari satis non possum, quòd, ubi prior aliquis in primâ loquitur personâ, non converterit in personam addito ejus nomine qui ista scripssisset. Ut cum auctor anno cLXXCIX ait se interfuisse expeditioni Godofridi Bullionis in Palestinâ. Item an. cLCCII se ait fuisse Romæ, cum Passchalis II excommunicabat Henricum V. Anno item cLCCVI de cometa ait à se viso. Similiaque habes anno ejus sæculi XVI, & XXV. Hæc sanè immutare debuerat Abbas: cum de se scribere hæc non potuerit, qui seculo post floruerit. Ut qui scribat se an. cLCCII presbyterum factum: triennio vel quinquennio post religionem ingressum: anno autem cLCCXV fuisse abbatem Urspergensis. Utiq; de se in primâ loquitur persona, Ego accepi, Ego veni &c. Quid quod post mortem etiam Conradi abbatis aliqua videntur inserta ab ejus amico. Ut ad ann. cLCCXCVIII, ubi de morte agens Henrici filii Frederici Barbarossæ; sic scribit: *Audivi ego id ipsum à P. Conrado, qui postmodo fuit abbas Præmonstratensis, & tunc in seculari habitu constitutus in camerâ imperatoris existit familiarissimus.* Ubi non alius intelligi potest, quàm Conradus abbas Urspergensis, cum Ursperga sit monasterium ordinis Præmonstratensis. Utcunq; ista sunt, est opus non aspernandum. In rebus quidem Assyriis, Persicis, Græcis, Romanisque, fontes ipsos adire multò satius sit. Sed in rebus Germanicis sui ævi, & seculorum, quæ proximè antecedunt, habet, quæ magno cum fructu legantur. Præterea libris XII complexus est vitas Sanctorum: ut ipse refert initio Chronici sui. Hic cum monasterio, quod instaurârat, & egregiâ ornârat bibliothecâ, annis XIV præfuisse; vivere desiit an. cLCCXI.

Tum quoque erat THOMAS DE CELLANO Ord. Min. Provincie Pendenfis. Hic libellum reliquit de vita & miraculis S. Francisci; quem Gregorius IX, Pont. Max. approbavit. Hanc vitam imitatus postea est THOMAS DE CEPERANO, Notarius pontificis Romani: qui vitam S. Francisci scripsit jussu Crescentii Aëni, Gener. Ord. sui.

Anno cLCCXXX JOANNES GALLUS, monachus, & abbas Fontanellæ erat. Memoriam hic sui reliquit tradendo posteris vitam S. Vulfranni, Archiepiscopi Senonensis; quæ exstat apud Surium T. II d. xx Mart.

S. SIBRANDUS, Frisius abbas Horti Mariæ (qui Frisii Mariægarde) ordinis Præmonstratensis, eadem an. cLCCXXX abbas factus est loci memorati, ac octennio post decessit. Inter alia reliquit vitam S. Siardi, quinti abbatis loci ejusdem. Item vitam S. Frederici

Præmonstratensis, pastoris primi in pago Hallemo, ac conditoris, primique abbatis Horti Mariæ. At Sibrandus, à se juvenem visum, cui Fredericus, dum viveret, vitam conservasset. Obierat autem S. Fredericus anno c^lcc^{lxxv}: annis xlv, priusquam Sibrandus fieret abbas.

JACOBUS FORNERIUS, seu Furnius, Tolosanus, doctor Theologus, prius abbas erat Montis Frigidi Ord. Cisterciensis; postea Avenione ab avunculo suo Joanne xxii, Cardinalis factus fuit Sanctæ Priscæ; atque an. c^lccc^{xxxiv} creatus est Pontifex Romanus, vocatusque Benedictus xii, qui aliis Benedictus x, vel xi. Varia elucubravit, quæ in Chronico Cisterciensi referuntur. Cæterum à Possentino eidem tribuitur vita S. Ioannis Gualberti, qui an. c^lxxi claruit, ac ordinem Vallis Umbrosæ primus instituit. Sed constat, hujus Gualberti vitam quoque scriptam fuisse à BLASIO MELANESIO, qui generalis fuit Ordinis Vallis Umbrosæ. Præterea HIERONYMUS FLORENTINUS, ejusdem Ordinis monachus, miracula Gualberti literis mandavit. Vitam Gualberti apud Surium habemus Tom. iv. a. d. xii Jul. Sed nomen auctoris in MSo desideratur. Quare, utrum Fornerii, an Blasii sit, haut facile dixerim. Sed magis eò inclinamus, ut monachi Vallis Umbrosæ minùs siverint perire vitam fundatoris sui ordinis, à monacho scriptam ejusce loci, quàm ab abbate Montis Frigidi.

GAUFREDUS de BELLO LOCO, confessorius S. Ludovici, Francorum regis (qui patri Ludovico, ut antè dixi, successit anno c^lccc^{xxvi}) mandavit literis regis hujus vitam. Ex ea, judicio Surii, excerpta est illa, quam exhibet ipse Tom. iv ad xxv Aug.

Circa annum c^lccc^{xxx} obiit B. Hermannus, ordinis Præmonstratensis; qui & appellatus est Ioseph. Hujus vitam, (quæ apud Surium exstat, Tom. vii. a. d. vii April.) ab æquali scriptam esse, ex istis verbis liquet: *Coram tuis enim oculis, hoc non timeo protestari, qui es testis in cælo fidelis, me ex proposito nihil fictum describere: sed ea, quæ à suis famulicis, vel ab ejus ore, cognovi, &c.*

ALBERTUS, monachus Patavinus, & prior Montis Vincarum Patavii, congregationis Cluniacensis, anno floruit c^lccc^{xxx}. ac vitam composuit B. Beatrici: Arestinæ, & S. Algundis sacrarum virginum: item vitam S. Amandi.

Iisdem temporibus anonymus consignavit vitam S. Gerlach, quæ in compendium rededit Guilielmus Cripus, filius Guilielmi Cripus Geldriæ Cancellarii. Prodiit ea epitome Coloniae an. c^lbcvii.

Tum etiam vixit ille, qui vitam exaravit S. Antonii Ulyssiponen-
 nis, Minoritæ, vulgò nuncupatà Padua: quam habes apud Su-
 rium Tom. III, Jun. XIII. De ætate, quod aiebam, adstruunt ver-
 ba ista: *Tant à auem se in mediâ maceravit, ut, quemadmodum testantur ii, qui
 id viderunt, se ipsum interdum sustentare non posset.* Accepit igitur ista ab iis,
 qui S. Antonium vidissent. At defunctus ille an. c. lxxxxi.

Anno c. lxxxviii RODERICUS XIMENES, NAVARRUS, factus
 est archiepiscopus TOLETANUS. Obiit autem an. c. lxxxlv. Multum
 gloriæ comparavit libris ix de rebus Hispaniæ; quas exordit-
 tur ab Herculis in eas terras adventu; ac perducit usque ad tempora
 Ferdinandi III. Id brevi, sed suavi eloquio facere, sententia est
 Roderici Sanctii, episcopi Palentini. Joannes, Gerundensis epi-
 scopus, sic censet a, in rebus Hispanicis laudabiles esse, Trogum a *Initio*
 Pompejum, Orosium, & Isidorum Hispalensem: tolerabilem, Ro- *ca-*
 dericum Toletanum: cæteros somnia contexere. Justus Lipsius, *1617.*
 notis in Politicorum libros b, ait esse bonum, quantum potuit in tali avo. *b In lib. i.*
 Præclarum quoque de eo judicium est Joannis Marianæ: quem *cap. 9.*
 vide Historiæ de rebus Hispaniæ lib. xi cap. XXI, & lib. XXI I I cap.
 v. Nobilis hic auctor, MSi codicis culpâ, multis mendis obfusus in
 lucem primum datus fuit à Xantho, Antonii Nebriffensis filio. Vide
 Vaseum in Chr. Hisp. cap. 11. Ac imprimis illustris apud eum lo-
 cus est cap. iv: ubi & alia ejus monumenta commemorat. Verba
 ejus sunt: *Rodericus Ximenes Navarrus, Archiepiscopus Toletanus, res in
 Hispania gestas novem libris complexus est. Quibus subjunxit Ostrogothorum,
 Suevorum, & Alanorum, ac Vandalorum compendiosam historiam. Quod opus
 Xantho Nebriffensis, vir, ut apparet, eruditissimus, & patris doctissimi studium
 in juvenis studio referens, in lucem edidit: sed, vel exemplarium penuriâ, vel
 temporum injuriâ, mirè vitiatum. Et tamen quaecunque dedit, non minimam
 meretur industria laudem, qui, quod potuit, in publicam utilitatem depromsit.
 Eos libros se quis exemplarium collatione mendis expurgatos, atque emaculatos,
 vulgaret; non adeo aspernandum haberet Hispania rerum suarum monumen-
 tum, tantisper dum alius delicatior Minervâ provinciam eam aggrediatur.
 Scripsit præterea Rodericus iste historiam Arabum, ab exordio & origine Ma-
 hometis: quam ex bibliotheca reverendissimi Cardinalis, & serenissimi principis
 ac domini mei, D. Henrici, sum consecutus. Hactenus Vaseus, cujus votum
 implevit V. Cl. Andreas Schottus. Quippe contulit Rodericum
 cum MSSis Ecclesiæ Toletanæ membranæ: ac tum novem illos re-
 rum Hispanicarum libros; tum cætera, quæ Vaseus enumerat, opu-
 scula, multis partibus castigatiùs edidit. Habes ea Tomo XI scripto-
 rum,*

rum, qui Hispaniam illustrarunt. Rodericum hunc, ut idem Vafæus annotavit, sequitur in plerisque auctor Chronici de Hispaniæ rebus Hispanicè scripti iussu Alphonsi x, cognomento Sapientis, ejus, qui tabulis Alphonsinis locum illustrem meritus est in eruditorum choro.

Magister CONRADUS à MARTBURG, sive, ut in codd. aliis exaratum, à *Marbuch*, concionator fuit S. Elisabeth, Andreae, Hungariæ regis, filia; quæ an. obiit c13cxxx1. Viduæ hujus sanctæ vitam, mortem, & miracula, idem Conradus posteris transmisit: atque opus hoc dicavit Gregorio Papæ. Meminit, præter cæteros, Theodericus Thuringius, præfatione libelli sui de eadem S. Elisabeth: ubi & inter alios se Conradum hunc sequi profiteretur.

LUCAS, TUDENSIS episcopus, patriâ, ut videtur, Legionensis, claruit an. c13cxxxv: quippe Papæ Gregorio ix familiaris. Hic, præterquam quòd adversus Albigenes ediderit libros tres, (quos se MSos in bibliotheca sua habere ait Garzias de Loiza, notis in Isidori Chronicon: ac fortasse non alius is codex fuerit ab illo, quem à Mariana acceptum Schottus Gretzero transmisit, qui primus divulgavit) præter, inquam, hoc opus etiam reliquit Chronicon ab origine mundi usque ad Eram c13cclxxiv. Primus illud Andr. Schottus divulgavit Tom. iv Hispaniæ illustratæ. Rationem eam iniit Tudensis, ut multa in Isidori Chronico mutaret, multa adderet, ac præterea illud ad sua usque tempora perduceret. Hoc antequam ejus aliquid lucem vidisset, jam à Francisco Penna, Rotæ auditore, descriptum habuit Baronius, ut de se in Annalibus refert. Composuit chronicon hoc Tudensis (ut in præfatione ipse testatur) iussu Berengariæ, Hispaniarum reginæ. Quo tempore & diaconum se fuisse, indicat ibidem. Opus est *pro illo seculo non parvumendum: sed vel temporum, vel scriptorum vitio, ita depravatam, ut non facillè queat à quovis intelligi*: prout de eo judicat Vafæus in Chron. Hisp. cap. iv. Sepultus est in urbe Tudensi, id que (uti testamento jufferat) juxta monumentum Petri Gonsalvi Dominicani; quem superstitem, & nō-rat, & magno semper in pretio habuerat.

Tum quoque GODEFRIDUS, monachus ad S. Pantaleonem intra muros Coloniae Agrippinæ, non indiligentem operam impendit concinnandis annalibus ab an. c13c1xi, usque ad annum c13cxxxvi; qui vigesimus est Frederici i i Imp. Primus eos è tenebris in lucem produxit Marquardus Freherus a.

Eodem imperante, nominis sui famam longè diffudit JACOBUS

a In Tomo
scriptorū
de rebus
Germani-
cis.

DE VI-

DE VITRIACO, Guilielmi Tyrrii suffraganeus, episcopus Acconensis, sive, ut quidam scribunt, Achonenfis, posteaque Ecclesie Rom. cardinalis, & episcopus Tusculanus, ac Papæ in Imperio, Galliis, & Terra sancta, legatus. Præter homiliarum grande volumen, quod ex Antverpiensi bibliotheca, curâ Damiani à Ligno, erutum, & in eadem urbe ante annos 1 excusum fuit: etiam condidit historiam Orientalem, sive Hierosolymitanam: cujus MSum exemplar Oxonii in bibliothecâ Collegii Mertonensis. Eo de opere sic Henricus Gandavensis cap. xxxvii: *Jacobus de Vairejo, Episcopus Anconitanus, scripsit historiam, quam vocavit Orientalem; in quâ multa expressit de rebus ibi gestis, ex quo Occidentales loca illa primò armis vindicare ceperunt.* Meminit & Antoninus part. III lit. xxiv. cap. vii. §. i. Nec res solùm Hierosolymitanas, vel Orientales; sed Occidentales etiam tradidit. Tripartitam enim historiam contexuit: quod ut meliùs intelligatur, auctoris ipsius verba referam ex præfatione ejus, quæ est apud Canisium Tom. vi Antiq. Lect. *Pro tribus igitur minutis, præsens opus tribus conclusi libellis. In primo libro, historiam Hierosolymitanam breviter perstringendo, de his, quæ in partibus Orientis Dominus operatus est, disserui, describens diversa inhabitantium genera: civitates etiam, & alia loca, de quibus frequentius in divinis scripturis mentionem fieri reperio: diversas etiam rerum proprietates, ac naturas. In secundo libro, modernam Occidentalium historiam sub compendio pertransiens, de his, quæ Dominus in partibus Occidentis diebus istis novissimis operatus est, & præcipuè de diversis, tam regularium, quàm secularium, Ordinibus, pertractavi: de ordine, & religione, cruce signatorum, utilitateque peregrinationis, in fine plenius edisserens. In tertio libro, ab Occidente in Orientem regrediens, de his, quæ post generale concilium Lateranense Dominus in populo suo, & in exercitu Christianorum, usque ad captionem Damiatæ operatus est, sicut propriis oculis vidi, tractare cœpi.* Sed ex tribus hisce libris duo tantùm supersunt: Imò ne in MSSis quidem tertium reperiri arbitror. Nam qui tertius creditur, alterius esse videtur. Siquidem in eo Acconensis episcopi, hoc est Vitriaci, mentio fit. Præterea, quæ hic de Saphadini libris, ac locis Terræ Sanctæ, dicuntur, ea existant Gallicè, atque auctorem præferunt patriarcham Hierosolymitanum. Denique bona pars hujus libri legitur in epistolâ Oliveri Coloniensis. Sed enim dixerit aliquis, Vitriacum sui meminisse, ut multi fecere ex antiquis: & per patriarcham Hierosolymitanum signari fortasse eundem Vitriacum; quia ab Alphonso Ciaconio creatum fuisse patriarchibus Gregorii IX ex episcopo Acconensi creatum fuisse patriarcham

cham Hierosolymitanum: sed pontificem Romanum, quòd facius existimaret, ut in Italiam revocatus operâ suâ Romanæ inserviret Ecclesiæ, Canonicis in Oriente ejus loco Nannetensem obtulisse episcopum. Quodque ad Oliverum attinet, forsitan is sua potius ex Vitriaco exscripsit. Sed hæc licet verisimiliter dici possint: judicio tamen meo verior sit sententia prior. Interim sentiat de eo quisque, quod volet. Libri hi primum an. c. lxxxvii prodire Duaci, curâ Andreae Hoi Brugentis, Græcæ linguæ in Academiâ eâ professoris. Postea Tomo priori Orientalis Historiæ, Vitriaci liber primus, tertiusque (modò tertius ejusdem est scriptoris) recusî fuere Hanoviæ, an. c. lxxxxi: sed è MSSis codd. non paullò facti sunt emendatiores. Secundus autem præteritus est, quia ad Orientalem historiam nihil pertineret: eoque ex Duacensi historia peti jubetur. Incipit liber primus ab errore pseudoprophetæ Muhammedis: inde progreditur ad Petri Eremitæ peregrinationem: ac desinit in coronatione regis Joannis de Brenna; quæ incidit in annum c. lxxx. Tertius autem liber terminatur in an. c. lxxxviii, quo obfessa, captaque est Damiat. Idem Vitriacus in literas misit vitam Mariæ de Oignies: quam apud Surium quidem habes T. III d. xxiii Jun. sed stylo nonnihil mutato. Meminit vitæ ejus, & simul auctoris, S. Antoninus Chronicorum Tit. xix. cap. xii. ubi & summatim vitam Mariæ hujus ex Jacobo de Vitriaco reperies. Jacobus Bergomas in Suppl. & Tritthemius in catal. auctores sunt, etiam opus reliquisse de sanctis mulieribus Leodiensibus. Legas de Vitriaco hæc in Chronicis Brabantiae: *Fuit venerabilis magister, Iacobus de Vitriaco, qui ante fuerat in villa, prope Lutetiam Parisorum, Argentolio presbyter creatus. Hic, auditâ celebritate fame virginis devotissime, Mariae de Oignies progenita ex civitate Nivella, valedictis studiis Theologicis, ad ipsam accessit. Quæ illum benignè excepit. summisque ab eo precibus obtinuit, ut fratribus ibidem religiosè viventibus commanere ac cohabitare non detrectaret. Quo factò, seculoque abnegato, in monasterio Oigniensi factus est Canonicus regularis. Cujus in eadem parochia curam cum ei commissa esset: eidem Mariæ in eadem parochia conversanti, propter vitæ ipsius sanctitatem valde sanliam effectus est, &c.* Vide de eodem Vincentium Speculi Hist. lib. xxx. cap. x. Agit & de illo historia Comitum Tolosæ; quæ MSa existat Cantabrigiæ in b. bliothecâ Collegii S. Benedicti. Obiit Vitriacus anno c. lxxxix: ut est apud auctorem chronici Belgici magnâ Histo-rio editi.

GUILIELMUS Gallus, monachus S. Dionysii Parisiensis, ordinis

dinis S. Benedicti, claruit temporibus ejusdem Frederici I I : ac præter alia, quibus nomen sibi per erit, etiam reliquit Historiarum volumen tripartitum: ut tradidit Jac. Phil. Bergomensis Chron. Suppl. lib. XIII ad an. cLCCXL. a Tritthemius in Cat.

Circa annum cLCCXL infigne nomen consecutus fuit BARTHOLOMÆUS BRIXIANUS, vir & literarum, pro illis temporibus, non imperitus, & juris intelligentissimus. Itaque & commentarios de jure elaboravit: & quàm luculentè historiarum notitiã instructus foret, non obscurè ostendit chronico de Urbibus Italiæ: quo magnopere gloriam suam ad posteros transmisit. Volaterranum ad lib. XXI penè extremo, ubi de jurisconsultis loquitur: item Tritthemium in catalogo de script. Ecclesiast. Præcipue autem de Brixia, & Bergamo, egisse, auctor est Philippus Bergomas Chronici Supplem. lib. XII ad an. cLCCXL. Celebratur quoque Leandro in Italia sua, ubi Brixiam describit. Cæterum ex literis, quas Brixia ad me dedit summæ, & doctrinæ, & humanitatis vir, Octavius Rubeus J. C. didici cum originem duxisse ex nobilissimâ Advocatorum familia: patre esse natum Othone, Brixianæ civitatis bis consule. semel anno cLCLXXXIV, atque iterum cLCLXXXV I I : jus publicè docuisse: familiarissimum fuisse Gregorio papæ IX, unum item ex comitibus B. Dominici, cum Brixiam veniret: atque an. cLCCLV I I I, patriã ab Acciolino tyranno occupatã, pro libertate fortiter occubuisse, anno ætatis octuagesimo quarto.

GODEFRIDUS CALVUS, Bituricensis archiepiscopus, eadem enituit tempestate. Hic ab interitu nomen suum vindicavit referendo vitam S. Guilhelmi, episcopi Briocensis in minore Britannia. Quam apud Surium invenias Tom. IV die XXI X Jul.

Quantum etiam videre possum, non alia etiam ad tempora referri debet GERARDUS MAURISIUS, Judex & civis Vincentinus, cujus nullam à Joanne Baptist. Pairino mentionem factam, non immerito aliquis mirari possit. Condidit enim historiam Vincentinam, quam ab anno orditur cLCLXXX I I I, ac perducit ad annum usque cLCCXL: quemadmodum suis me literis edocuit V. Cl. Felix Osius, Oratoriæ in Gymnasio Patavino Interpres. Superest MSus Vincentiæ apud Comites Thienæos, atque id vetusto admodum caractere. Fragmentum ejus transmissum ad eundem Osium fuit, in quo mentio fiebat B. Joannis de Seledo Vincentini, monachi Dominicani, qui non absq; singulari divini numinis gratiã creditus est sedasse tumultus in Marchiã Tarvisinã excitatos circa an-

num cIcccxxx, inter Albericum, & Eccelinum patres de Romano, Comites S. Bonifacii, & Marchiones Essenses: quemadmodum & alia per eum effecisse dicitur, quæ naturæ vires excederent. Eoque facile subscribo doctissimo Osio acutè conjectanti pro Parisio Maurisium referri debere apud Carolum Sigonium in libb. de regno Italiae, cum sic scribit: *Nam multa etiam ab eo in Christi nomine edita miracula PARIISIUS auctor est. Quippe Maurisium quidem iis vixisse temporibus, & cum curâ signasse miracula, quæ à Vincentino Joanne prodita accepisset, satis ex fragmento illo liquet: de Parisio verò eorum scriptore, non apud alios modo, sed nec apud Vincentinos scriptores, vel vola, vel vestigium comparet.*

CAP. LVIII.

Rodulphi Nigri Chronicon geminum, variaque ejus de regibus Angliæ monumenta. Alexandri Essebienſis historia Britannica, & libelli de trium sanctorum vitis. Richardus Eliensis de gestis cœnobii Anguillariani. Hugo Kirkestedus de monasterio Fontanenſi: item de monachis Cisterciensibus. Gualteri Coventriensis de rebus Angliæ triplex volumen. Petri Henhami Chronica. Radulphi Coggeshalii Chronicon, & ad memoratum antè Radulphum Nigrum appendix. Guilielmus Langtoniensis de vita Roberti Betunensis. Petrus Canonicus, Gallici operis de terra sancta interpres. Cornelii Hiberni Chronicon. Et aliud Rogerii de Windeshora, sive de Windover. Roberti duo, Richius, & Baconus, uterque de vita S. Eadmundi. Alexander Halensis de vita Thomæ archiepiscopi, ac regis Richardi, & Muhammedi. Quâ fide, vel Matthæus Paris historiam scripserit, vel juniores eam typis divulgavit: atque ut Paris priori ipse editioni multa addiderit, & istis plura alius adjecerit. Ejusdem Historia minor, & Additamenta, & pluscula alia. Michaëlis Blaunpains historia Normannica. Guilielmus Ruisbrok de Tartarorum gestis, & ejusdem itinerarium in Orientem. Albericus Verus de vita Osthæ, & monasterii Osthæ huic dicati antiquitatibus.

bus. Incertum videri, utrum historia Martiniana sit Martini Scoti, monachi Cisterciensis; an Martini Domini- canum, episcopi. Ioannes Novoburgensis de bello Galliarum regis cum Margareta Flandrica. Ioannis Gualensis col- lectanea historica, & itinerarium, deque Muhammedo li- ber. Radulphus Bockynge, sive Cicestrensis, de vita S. Ri- chardi, episcopi Cicestrensis. Helie Trickyngami annales Britannici. Elia Eueshami Chronica.

CUM Fredericus II teneret imperium Romanum: rerum in Anglia potiebatur Henricus III, Joannis filius. Quo rege, ibi- dem multi res gestas literis prodiderunt.

UTI RODULPHUS sive RADULPHUS NIGER, Anglus, Sudovolgus: qui primis hujus regis temporibus claruit: ab eodem etiam, perduellionis reus, in exilium fuit ejectus. Propagavit ho- minis sui famam Chronico majori, quod ab orbe condito incipit: item altero Chronico, quod succinctum, discriminis causâ, vocatur; atque à Christo nato producitur usque ad annum CCCCXII. Utrumque Cantabrigiæ MSum exstat semel iterumque in Colle- gio S. Benedicti. Item in Collegio Caji & Gonellii, ut in opere de bibliothecis Anglicanis refert Th. James. Atque addit, *Hæc eadem habentur in Chronica magnâ Matthæi Parisiensis ann. c̄l̄xc̄ix incipit, Victoriosissimo Anglorum.* Idem explicuit res gestas regum Angliæ ab- usque rege Guilielmo Conquæstore. Seorsim quoque tradidit res gestas regis Joannis, qui Richardo successerat. Item initia regis Hen- rici III, qui post Ioannem imperavit. Reliquit quoque volumen de triplici viâ peregrinationis Hierosolymitanæ. Quod MSum su- perest Cantabrigiæ in Aula Pembrochiana. Ubi & opus ejus MSum de re militari conspiciere licet.

ALEXANDER Anglus, domo Somersetenfis, vel juxta alios, Stasfordiensis, cœnobii ESSEBIENSIS, quod canonicorum re- gularium B. Augustini erat, præses, sive, ut vulgò appellant Prior, floruit paullò postquam imperare in Anglia cœpisset Henricus III. Quare perperam Gesnerus, & Possevinus, claruisse censent anno c̄l̄ccc̄x. Multa, cum prosâ, tum carmine, divulgavit: eaque in- ter historiæ Britannicæ epitomen, quam MSam Cantabrigiæ habet Collegium S. Benedicti. Adhæc in literas retulit vitam S. Agnetis, vitam Bertellini eremitæ, vitam Cungari eremitæ: item opus de fa-

eris diebus, in quo festa celebria totius anni, ac sanctorum vitas, carmine elegiaco descripsit. Quod, Alexandri exemplum secutus, postea fecit Baptista Mantuanus. Utrique autem, sed in gentili religione, præiverat Naso in Fastis.

Item RICHARDUS ELIENSIS, qui aliis ELIGENSIS, vitam transegit sub eodem Anglorum rege, anno ccccxx: ac cum aliis monumentis inclauit; tum opere de gestis sui cœnobii; quod in insula Eliensi, siue Anguillariâ erat. Auctor Bostonus Burienfis in catalogo suo; atque ex eo Balæus, & Pitseus.

Eodem tempore HUGO KIRCOSTALLENSIS effulsit; qui aliis *Kirkstedus*. Hic ad Ioannem, abbatem cœnobii Fontanensis, exaravit librum de ejusce monasterii origine. Idem composuit volumen de rebus à monachis Cisterciensibus in Anglia gestis.

Sub eodem GUALTHERUS COVENTRIENSIS circa annum vixit ccccxxvi. Natus, & educatus est in urbe Warwicensi. Edidit Chronicon Britanniae, libro uno. Præterea Chronicon Anglosaxonum, itidem libro uno. Insuper Annales Angliæ, vel Memoriale: in quo præcipuè sequitur Galfridum Monæmuthensem, Rogerum Houedenum, & Henricum Huntynghonium: sed ita, ut non pauca addat bonâ fide, quæ illi præterierant. Annales seu Memoriale hoc MSum superest semel iterum in bibliothecâ Collegii S. Benedicti Cantabrigiæ. Etiam Oxonii in bibliothecâ Bodlejiana superesse MSum hujus Gualteri Chronicon, annotavit Th. Jamefius. Sed utrum Britanniae an Anglosaxonum sit non adjecit.

PETRUS HENHAMUS, Anglus, monachus Waldensis, anno ccccxxiv, in patria floruit. Hic Chronicis suis res Anglicas exorsus est à temporibus Hengisthi Saxonis. Pertingit autem ad suam usque ætatem. Vetus ejus exemplar, Balæo teste, in Waldensi olim bibliotheca servabatur: ex quo satis apertum erat, meliori fide scripsisse, quàm facundiâ. Verum hoc temporibus tribuamus, quibus vixit.

Inter eruditos Angliæ viros sub eodem Henrico III, Ioannis filio, circa annum ccccxxviii, habebatur quoque RADULPHUS COGGESHAM, Ord. Cisterciensis monachus, Coggeshamensis in Effexia abbas. Qui, cum Chronicon terræ sanctæ condidit; tum etiam ad Radulphi Nigri Chronicon appendicem addidit, ab anno c lcxiii, usque ad annum xi Henrici III; sub quo vivebat, ut diximus.

GUILIELMUS, LANGTONIENSIS cœnobii in Cambria, quod

quod Canoniorum regularium erat, præses, non ultimo loco ponebatur anno ccccxxx. Ac ne de eo posteri conticescant, consecutus fuit tradendo vitam Roberti Betunensis, Lanthonienfis monasterii in Breccanæ montibus cathedralibus præsidis, ac tandem Herefordensis episcopi. Dicavit opus hoc Reginaldo, Wenlocensis monasterii moderatori.

Æqualis huic PETRUS CANONICUS LONDINENSIS, eruditissimus Theologus, ut eum Lelandus appellat. Varia suæ doctrinæ, ac industriæ, monumenta edidit: in quibus non infimum meretur locum opus de adventu Messæ adversus Iudæos. Historicum verò nihil reperio, præterquam quòd de terra Palæstina commentarium à Gallico fecerit Latinum. Claruit sub eodem rege Anglorum an. ccccxxx.

CORNELIUS, patriâ HIBERNUS, circa annum ccccxxx, Chronicon edidit: quod cum in manus meas necdum pervenerit, aliis, qui viderunt, relinquere de eo iudicium satius puto.

ROGERIUS DE WINDESHORA, Anglus, monachus fani ejus, quod S. Albani erat, vivebat sub Henrico III an. ccccxxxv; quo usque & contextum à se Angliæ Chronicon perduxit. Meminit Matthæus Westmonasteriensis. Item verus catalogus scriptorum secundum seriem literarum, & ex hoc Balæus centuria XII, atque ex illo Io. Pitseus. Diligentiam ejus in indagandis rebus gestis commendat Stotius, sive Stowus; qui in pretio erat tempore concilii Basileensis, eidemque interfuit. Sed huic vocatur *Rogerus Windoverus*. Quo deceptus Pitseus, pro diversis habet, Rogerum de Windover, & Rogerum de Windeshora. Nonnullis *Rogerus de Windelesber*, aut *de Windore* nuncupatur.

Sub eodem rege, nominis sibi decus peperere, ROBERTUS RICHTUS, Abindonenfis, Pontaniaci monachus Cisterciensis, & ROBERTUS BACONUS, Oxoniensis Academiæ doctor: quorum utriusque Matthæus Parisius: posterioris & Nicolaus Trivetus, in Chronicis mentionem facit. Misere autem in literas vitam, & translationem S. Eadmundi, archiepiscopi Cantuariensis: qui obiit an. ccccxl. De ætate scriptorum inde liquet: quòd prior fuerit Eadmundi hujus frater: alter verò discipulus ejus: qui octennio post Eadmundum deceffit. Habes eam vitam, sed stylo plurimum mutato, apud Surium T. VI die XVI Nov. Hujus Baconi *labores in comparandis undique doctissimorum hominum monumentis, inque sapientum amicitis*

Oxonæ, & Parisiis acquirendis, laudat Bryanus Twyllus a lib. III de a Pag. 345
346.

a Pag. 359

Antiquitate Acad. Oxon. Idem a primarium Oxoniæ virum vocati atque ait, ab eo excitatum fuisse papam Clementem IV, ut in Concilio Viennensi Clementinam quandam ederet de magistris, hoc est, de professoribus linguarum; non item artium liberalium, uti perpetuam interpretatur Iac. Middendorpius lib. II de Academ.

Eodem regnante, nominis sui famam in secula cuncta diffundebat ALEXANDER DE HALES, Thomæ Aquinatis, & Bonaventuræ præceptor, vulgò dictus *doctor irrefragabilis*. Hic præter commentarios in Scripturas, & quæ ad scholasticam theologiam, aut jus canonicum, pertinent; (quæ scripta Balæus recenset;) etiam, Eusebinus teste, evulgavit vitam Thomæ, Archiepiscopi Cantuariensis, qui sanctorum numero est insertus: item vitam Richardi, Anglorum regis: adhuc volumen de factis Muhammedi, atque alia. Discessit è vitâ an. c. MCCXLV, VI Kal. Septembris.

Atque hi in Britannia fuere primis XXXIX annis Henrici III, Anglorum regis. Desinunt ii in anno Chr. c. CCCXLV, quo Fredericus I imperator à papa excommunicatus, & imperio privatus fuit. Nunc, ne tempora hujus regis interrumpam, priusquam aliud me conferam, subnectam tres quatuor Anglos: qui, sub eodem rege, proximis XVI annis (nam rexit annis LVI) rem historicam scribendo auxerunt.

MATTHÆUS PARIS, siye Parisius, (familie id cognomen est) patriâ Anglus, cœnobii Albanensis monachus, congregationis Cluniacensis, cum aliquantò antè, tum imprimis in pretio erat post annum c. c. c. XLV, usque ad annum c. CCCLIX: quo migravit è vita. Hic ab oblivione nomen suum abunde vindicavit historiâ majori: quam serè omnes censent fuisse olim bipartitam. Prior pars, ut ajunt, ab Adamo erat, usque ad Guilielmum, Normanniæ ducem, Angliæ regem, cognomine Conquæstorem. Addunt, eandem existare in bibliotheca Sidnejana. Verùm pars ista, utrùm fuerit Matthæi Paris, an alterius, viderint, qui viderunt. Altera autem pars, quam hujus esse Matthæi, certò constat, Cantabrigiæ adservatur in collegio S. Benedicti: uti & in bibliotheca baronis de Lumlejo: ac primùm Londini, post Tiguri, typis divulgata fuit: atque id fide bonâ, ut MSSi, quos dixi, codices cuius fidem fecerint. Quamquam scrupulum in incere videatur Brianus Twynus

b Pag. 283

lib. III. de Antiquit. Acad. Oxon. b ubi aliquot sibi locos in editione hujus Matthæi à Matthæo Cantuariensi, viro non doctrinæ minoris, quàm dignitatis, procuratâ, plurimùm suspectos esse ait:

ait: nec statuere aliquid de iis velle, priusquam secundum optianorum exemplarium MSSorum fidem eos examinaverit. De hoc auctore tale est iudicium Baronii ad annum MCCCXCVI: *Quam fuerit animo infensissimo in Apostolicam sedem, quivis facile poterit intelligere: nisi probra illa fuerint additamenta a ejus, qui edidit. Quae si quis demat, aureum sane dixeris commentarium: utpote quod ex publicis monumentis, totidem verbis redditus, egregie contextum, & coagmentatum inveniat. Incipit hic scriptor a conquestione Angliæ per Guilielmum, Normanniæ ducem: desinit autem in anno Christi MCCCCL: ubi hæc a legas; Hic terminatur fratris Matthæi Parisiensis, Monachi S. Albani, Chronica. Subjicit autem versus hocce:*

*Virginis à partu jam mille volumina Phœbus
Cum bis centenis & quinquaginta peregit, &c.*

Cæterum, quia annus iste jubilæus esset, & tali anno Israëlitaë agricultura quiescerent, Deoque agerent annum sanctum: versiculis istis opus suum conclusit:

*Terminantur hic Matthæi
Chronica. Iam jubilæi
Anni dispensatio
Tempus spondet requieci.
Detur ergo quies et,
Hæc, & cali folio.*

Item hisce:

*Siste tui metas studii, Matthæe, quietas:
Nec ventura petas, quæ postera proferet atas.*

Sed etsi hic prius Chronicis suis finem fecisset: nihilominus illa postea continuavit, usque ad annum MCCCCLIX; quo vivere desit, ut ex Balæo diximus. Quæ igitur exinde consequuntur, usque ad annum ultimum Henrici III, hoc est annum gratiæ MCCCCLXXII: ea ab alio addita fuerunt: quem plerique arbitrantur fuisse GUILIELMUM RISHANGER, in eodem sano Albanensi monachum. Hoc si vidisset Arnoldus Wion: non scripsisset, Matthæum vixisse usque ad annum MCCCCLXX. Præterea composuit historiam minorem: quâ pressè, & succinctè, omnia est persecutus, quæ fusiùs prodiderat in historia majori: sic tamen, ut nonnulla inferat haut aspernanda, quæ præterierat in historia fusiùs scripta. Hujus minoris historiae exemplum, antiquo caractere exaratum, exstat in bibliotheca comitis Arundelii. Item Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Ac luculentum inde locum Flacius adducit in opere b,

apag. 783
edit. Ti-
gar.

bPag. 366

quod *Veritatis testes* inscripfit. Composuit quoque Paris hic opus Additamentorum: ad quæ sæpius provocat Matthæus Westmonasteriensis in Florilegio suo: imò & ipse lectorem eò relegat in historia sua ad an. c13cccxix, atque ea ad S. Albani reposita esse, testatur ad annum c13ccclii. Sed neque liber ille hæctenus lucem adspexit. Etiam describendi orbis laborem suscepit. Tum autem nomen exornavit suum historiâ rerum Hiberniensium, ac Chronicis majoribus cœnobii Albani, & gestis xxii Albanensium abbatum, à Viligodo primo usque ad Guilhelmu, sui temporis abbatem. Illustrior etiam redditus est, scriptis mandando vitas BB. Guthlaci, Wolfani episcopi, & Eadmundi archiepiscopi. Adhæc gloriâ eum auxere, quæ de BB. Albani, atque Amphiboli passione edolavit: & alia nonnulla.

Circa annum c13cccl vitam non ingloriam vivebat MICHAEL BLAVNPAINUS, Cornubiensis, poëta superioribus seculis magni nominis: quem Ravilius Textor in Cornuceopia sua sæpius allegat, ac *Michaëlem Anglicum*: appellat. Hic autem ejus meminimus, quia & Historiam Normanniæ literis mandavit.

Sub eodem rege Henrico III circa an. c13cccliii claruit GUILIELMUS DE RISBROUCKE, vel RUISBROSKE, qui & nonnullis *Rubrokus*: sed perperam. Reliquit opus de gestis Tartarorum. Item itinerarium in partes Orientales: quod MSum Cantabrigiæ exstat, tum in Collegio S. Benedicti, tum in privata bibliotheca baronis de Lumlejo. Sed hunc scriptorem alii Belgis accensent. Sanè Brabantum fuisse, ac ordinis Minorum monachum, auctor est Sweertius in Athenis belgicis.

ALBERICUS VERUS, Anglus, canonicus ordinis B. Augustini, anno Chr. c13cccl in honore magno erat. Quippe tum illustri Oxoniensium, ac Claranorum Comitum stirpe ortus: tum eruditione non minùs conspicuus. Præter librum de Eucharistia, vitam Osithæ monumentis commendavit suis. item antiquitates cœnobii sui, cui ab Ositha nomen erat. Compluria in his de Ostrofaxonum gente invenias. Meminere Lelandus, & Balæus. Vitam eam Osithæ habes apud Surium T. IV. die VII Octobr.

MARTINUS SCOTUS, Cisterciensis ordinis professor, vitæ spatium circa annum c13ccclii decurrebat. Hic auctor plerisque creditum brevis historiae, quæ ab auctore *Martiniana* nuncupata fuit. Sed qui Ordinis sunt Prædicatorum, scriptorem ejus libri esse ajunt Martinum episcopum, Ordinis sui antea monachum. Auctor Ja-

cobus Bergomas lib. XIII Chron. Suppl. Sed quæ brevis ista historia, quam, si Bergomati credimus, Martinianam dixere? An quæ Tritthemio vocatur *Chronica succincta*; atque, ut idem ait, sic incipit, *Quoniam sive tempora summorum pontificum*? Quod si est, Martinus hic non fuerit alius à Martino Polono, Pontificis Pœnitentiario: de quo inferius dicemus. Favere huic sententiæ videtur Tritthemius. Nam de Martino Pœnitentiario locutus, subjungit, *Sunt alii, qui Cisterciensis Ordinis collegio eum existiment aggregandum: quos aut ignorantia rerum obfuscavit, aut livor*. Addit ibidem, quòd Scotum vocarint, inde provenisse, quia confunderent cum hoc Chronicorum scriptore Marianum Scotum. Tempora tamen disconvenire videntur. Nam Bergomas à Martino Scotum refert ad annum c̄lccclii. Tritthemius Martinum Pœnitentiarium ad annum c̄lcccxxx. Verùm unde is dissensus obortus videatur, meliùs intelligetur ex iis, quæ infra de Martini Poloni ætate exponemus. Nec in Martini hujus patriâ, & ordine solùm errasse nobis Bergomas videtur: sed illo etiam, quòd, ut dixi, opus, cui nomen vulgò foret Martiniana, censet fuisse historiam brevem. At veriora docet nos Leander lib. de viris illustribus Ord. Præd. qui apertè auctor est, Martinum Pœnitentiarium, præter Chronicon de pontificibus Max. & imperatoribus, reliquisse etiam summam juris Pontificii, secundùm ordinem alphabeticum, cognomento Martinianam. Ut omnino Martiniana summa à Chronicis sit diversa.

Tum quoque ab interitu nomen suum vindicabat JOANNES DE NOVOBURGO, qui & *Joannes Canonicus*, Anglus. Omnis autem, aut potissima ei fama, ab historia belli, quod inter Gallos, & Flandros, gestum fuit temporibus Margaritæ, Flandriæ Comitissæ. Vide de hoc scriptore Matthæum Parisum ad annum c̄lccclvii.

JOANNES GUALENSIS, Anglus, professione Franciscanus, magni nominis in Parisensi schola theologus, de quo multa habet Bartholomæus Pisanus in Conformitatibus Francisci, scripsisse dicitur duodeviginti magna volumina: quod cum in memorato Conformitatum, ut vocant, opere: tum apud Iacobum Bergomatem legas. Inter ea volumina etiam sunt historiarum collectanea, & itinerarium, & liber de origine, progressu, ac fine Mahometi. Floruit an. c̄lccclx.

RADULPHUS BOCKINGE, Anglus Ciceritius è Suthsexiæ comitatu, ordinis Prædicatorum, sub Henrico III, Angliæ rege, circa annum c̄lccclxx, tum Sermonibus posteritati tradendis, nomen

suum honestabat : tum etiam publici juris faciendo , quam elaborarat , vitam S. Richardi , episcopi Cicestrensis : qui summum obiit diem an. cLccclv. Vitæ hujus alius epitomen fecit : quam apud Surium habes Tom. II, die III April.

Etiam cœvus huic fuit HELIAS TRICKYNGHAM, Anglus, monachus Benedictinus cœnobii Petroburgensis. Annales Britannicos reliquit , ab anno 10cxxvi usque ad annum cLccclxx, quo vivebat.

Ad eadem tempora referunt HELIAM DE EVESHAMO, Wigorniensẽ, monachum Benedictinum, qui Chronicorum opus reliquit. Meminit & ejus Lelandus.

CAP. LIX.

Vincentii Belluacensis seu Bellovacensis *specul. m historicum.* Gesneri, Volaterrani, & Wicelii lapsus. Rufinus Sapius, & Constantinus Verberetanus, ille de S. Francisci, hic de S. Dominici vita. Magister Rogerus, Gualterus Philippus. Godefridus Buglerius de vita S. Ludovici. Engelbertus abbas de vita S. Hidwigis. Conradi episcopi *Chronicon Moguntinum.* Alberti Stadensis abbatis, *Chronicon.* Thomas Lentinus de vita S. Petri martyris. *Chronicon Vdalrici, seu Herici Herlingerii.* Ioannis Columnæ *Mare historiarum.* Tritthemii, Bergomatis, ac fortean Possævini etiam error. Anonymus de vita S. Clare. Humbertus Viennensis vitæ S. Dominici ab Iordano scriptæ non pauca addidit. M. Justinus Lippiensis. Gerardus de Frachero Lemovicensis de origine ac libris illustrium virorum ordinis Prædicatorum. Hoc opus à nonnullis tribui Humfredo : & unde is error profluxerit. Idem volumen esse, quod dixere vitas-fratrum. Et unde promandrit consuetudo ea, ut vitas patrum, ac vitas fratrum, *antiqua* esse, putarent. Guilhelmus Hassigemensis de visionibus cujusdam virginis sacra, deque vita S. Ludgardis. Richardi Pictaviensis *Historiarum volum.* Anonymus de vita B. Godebertæ. Stephani Mediolanensis *chroni-*

historiarum ordinem, usque ad sua deducens tempora, multaq; hincinde inferens studiosis lectoribus profutura. Etiam à Martino Pœnitentiario, seu Polono, inter eos recensetur, è quibus Chronicon suum composuit. Vide & Jac. Ph. Bergomatem Chr. Supp. lib. XIII ad an. c̄lcc̄lī, Leandrum Albertum lib. IV de viris illustribus ord. Prædicat. & Sixtum Senensem lib. IV bibliothecæ sanctæ. Historiale ejus speculum MSum habes & in bibliothecâ publicâ Academiæ Cantabrigiensi: Item Oxonii in bibliothecâ Collegii Novi.

Circa annum c̄lcc̄xvi vixit RUFINUS SIDIUS, Ord. Min. & sanguine junctus S. Claræ. Hic mandato Crescentii Æsini, Ordinis sui Generalis, cum duobus aliis operam jungens, composuit acta miraculâq; S. Francisci.

Anno item c̄lcc̄xviii CONSTANTIUS VERBERETANUS vitam traducebat. Qui ut ne à posteritate nesciatur, facit vita S. Dominici: quam monumentis suis commendavit. De hoc ita Leander Albertus lib. IV de viris illustrib. *Constantinus, dignissimus Vrbevetanus presul, jussu Ioannis Teutonici, generalis magistri quarti Ord. Prædic. Officium, quod in laudibus divi parentis Dominici exsolvitur, cum ipsius Vita egregiè edidit, stylo tamen mediocri.*

Magister ROGERIUS, circa annum MCC L, historiam scriptis mandavit hoc titulo, *Epistola in miserabile carmen super destructione regni Hungaria per Tartaros factâ, ad Reverendum dominum Ioannem, Pesthemensis ecclesiæ episcopum.* In præfatione ait, ea se referre, quæ vel vidisset ipse, vel ab iis accepisset, qui præsentés fuissent. Subjici verò solet Chronicis Hungaricis Joannis Turocii.

Etiam tum claruit GUALTERUS PHILIPPUS CASTELLIONIUS, patriâ insulensis Flander. Hic reliquit carmine, ac quidem libris IX expressit gesta Alexandri Magni. De eo fati diximus libris de poetis Latinis.

Circa eumpse annum GODEFRIDUS, seu Geofridus, BEAUGLERIUS literis signavit vitam S. Ludovici, Francorum regis: cui ab eleemosynis, & annis XX à confessionibus, fuerat. Lutetiæ Partiorum MSA adservatur in regio collegio Navarreno.

ENGELBERTUS Abbas, ordinis Cisterciensis, floruit anno c̄lcc̄l. In literas retulit vitam S. Hidwigis, Ducissæ, ut vulgò loquimur, & sanctimonialis. Legitur ea apud Surium Tom. V. die XV Octobr. ut quidem Possevinus ait in Apparatu sacro. Sed scriptor ejus libri in præfatione ait clarè, se concinnasse eam vitam, partim ex gestis ejus Pontifici: M. oblatis, & in Trebniciensi cœnobio affer-

vatis:

vatis: partim ex illis, quæ frater Engelbertus, ordinis Cisterciensis monachus, de hac sanctâ scripsisset.

Imperio vacante, CONRADUS episcopus nomen suum ab interitu vindicabat Chronico rerum Moguntinarum: quod incipit ab anno c1bexl, ac desinit in anno c1cccl. Fortasse hic est Conradus ille, de quo in eodem Chronico ista legas ad ann. c1ccc1ix: *Frates ecclesie Moguntinensis concorditer in venerabilem virum, dominum Conradum, Coloniensem archiepiscopum, vota sua transtulerunt, postulantes à sede Apostolica, ipsum sibi præfici in pastorem: sed, heu, heu, hoc non poterat obtineri: non est hac postulatio admissa, sed electio capitulo restituta. Et ne archiepiscopus Colonienfis agre ferret suum desiderium non completum, ipsi legationis dignitas est commissa.* Primus hoc Conradi Chronicon prælo submisit Hervagius Basileæ anno c1b1xxxv, ac xl annis post Christianus Urstius a, Mathematices apud Basileenses professor. Exinde & Justus Reuberus J. C. & Electoris Palatini consiliarius. Reprehenditur autem à Baronio ad. an. c1ccl111. Apud Eisen-
grinium legere est, Conradum, Bavarie ducem, & Cardinalem Sabinum, condidisse Chronicon rerum Moguntinarum. Possévinus eundem suspicatur. Sed obstare videtur, quòd prior ille episcopus vocetur.

a In Tom.
illustr.
Germ. hi-
stor.

ALBERTUS, monachus Benedictinus, & abbas Stadenis cœnobii, ac postea, relicta abbatiâ, Franciscanus, ac denique minister generalis totius ordinis, itidem floruit anno c1ccc1, & deinceps: ac dum abbas esset, ingenii, & doctrinæ suæ significationem Chronico dedit: quod ab initio mundi auspicatur, & claudit anno c1ccclvi. Quanquam verò ad eum usque annum perduxit Chronicon suum, tamen primùm decrèrat tantum prosequi historiam usque ad annum c1cccx1, quod hæc verba ostendunt, non longè ab initio: *Tempora verò multa, sunt hæc: Mille simus ducentesimus quadragesimus annus grata jam effluxit. In sede Petri Gregorius 1x jam xlii annis sedit. Negotia imperii Fredericus 11 hujus nominis lxxxix ab Augusto xx annis gubernavit.* Et quæ porrò sequuntur. Sed postea xvi annos adjecit. Factus est abbas Stadenis an. c1cccxxx11. An. c1cccxxxvi bullam à Gregorio Papâ impetravit, ut cœnobium suum in Cisterciensem ordinem commutaretur. Atque ut id effectum suum sortiretur, sæpius Archiepiscopum ac Decanum commonefecit. Sed toto triennio operam lussit. Itaque an. c1cccx1 factus est Minorita. Horum omnium auctor ipse est in Chronicis. Non meminere hujus scriptoris Tritthemius, Gesnerus, Simlerus. Sed non ignotus fuit Alberto Crant-

Crantzio, qui in Saxonia sua, & Metropoli multa ex eo transcripsit. *Auctorem doctum & diligentem* iudicat Thomas Demsterus parali: ad Rosini Antiquit. lib. I cap. I. Prodiit Helmenstadii ex bibliothecâ Henrici Ranzovii, curâ Reineri Reineccii. Hetruscum quidam faciunt, videlicet Pisanum: at Germanum censet Arnoldus Wion lib. II Ligni vitæ cap. LXII.

THOMAS LENTINUS, patriarcha Hierosolymitanus, vitam scripsit æqualis sui S. Petri Martyris ex ordine prædicatorum: qui cum fratre socio trucidatus est an. c. lxxxi. Legitur ea vita in Surii Hist. Sanct. T. II. a. d. xxix April.

Circa annum eumpse vixit UDALRICUS (qui nonnullis HERICHUS) HERLINGER à Wurmberg, Benedictini ordinis abbas: qui Chronicon monasterii sui pertexit ad annum usque c. lxxxix: uti Eisingrinio observatum.

JOANNES COLUMNA, Romanus, Ord. Præd. archiepiscopus Messanensis, floruit anno c. lxxv, quo ipso legatus Pontificis Alexandri IV fuit, & Tauromeni oppidi cum Jacobo de Ponte præfectus. Vide Thomam Fazellum rerum Sicularum posterioris decadis lib. VIII. Et sanè ab Leandro Alberto quoque in III de viris illustribus Ord. Præd. traditum est, anno illo c. lxxv episcopatum Messanensem ab Alexandro Papa IV fuisse huic Columnæ commissum. Hoc cum ignoraret Tritthemius, cautè quidem ætatem omittit, sed non rectè recenset inter eos scriptores, qui quinquaginta annis post, putà Ludovici Bavari temporibus, lucis hujus usurâ fruerentur. Nempe eâ parte errantem sequitur ducem, Philippum Bergomatem; qui, lib. XIII supplementi Chronici, illum ad annum refert c. lxxxiii. Ab alterutro etiam deceptus videtur Joannes Rioche Minorita; ut qui de eo loquatur post Bernardum quem vixisse ait an. c. lxxxv. Quantus vir foret, declaravit libris decem, quos *Mare historiarum* inscripsit. Eo ex opere multa in suis Chronicis excerpfit Antonius Senensis. Possè vinus diversos facit, Joannem, & Jacobum, Columnas, utrumque ord. Præd. utrumque historicum: atque addit, B. Antoninum plura ex Jacobo derivasse in Historiam suam. Puto falli. Sanè Antoninus Joannem Columnam testem advocat, cum alibi, tum Tit. XIX cap. I, ubi sermo ei de Innocentio III, qui priùs Lotharius vocabatur. At Jacobum Columnam historicum, quantum meminisse possum, planè nescit: nec fuisse ejus nominis historicum censeo. Chronici Joannis Columnensis meminit & Leander Albertus lib. IV de illustribus viris Ord. Præd.

Imò & ab inedito auctore operis de Hierarchia subcelesti. (qui in Italia scripsit an. c. lxxxixxi, ac MSus Cantabrigiæ, & in Pithœi bibliotheca exstat) Joannes hic de Columna inter Italos eos reponitur, qui Pontificum historiam consignarint.

Anno c. lxxv, jussu Alexandri IV Pont. M. literarum monumentis tradita est vita S. Claræ, virginis Allifianis: quam apud Surium legere est d. xii Aug. In præfatione auctor ipse vocat Legendam S. Claræ.

Circa annum c. lxxv non exiguum nomen erat HUMBERTI VIENNENSIS. Quinctus is fuit generalis Ordinis Prædicatorum: de quo Leandrum Albertum vide sæpius memorati operis libro I. a. Ubi vocatur HUBERTUS BURGUNDUS. Hic vita S. Dominici ab Jordano, generali ejus Ordinis, atque à fratre Constantino, exarata, multa adjecit: ut est apud Theodoricum de Apoldia in præfat. quinque librorum de vita S. Dominici. Idem creditur libris v prodidisse vitas sui Ordinis: de quo quid sentiam, mox exponam.

Tum quoque erat M. JUSTINUS LIPPIENSIS, qui carmine elegiaco, pro temporibus quibus vixit, eleganti sanè condidit Lippiflorium Chronicon, sive Lippenfæ. Agit in eo de primordio comitatus Lippiensis, ac exponit aliquot comitum Lippiensium gesta, imprimis verò Bernardi comitis, qui post bella fortiter gesta monachus factus est. Prodiit Francofurti b unà cum Chronico Hermannii Lerbecii. Dicavit hoc Lippiflorium suum Simoni, primo ejus nominis episcopo Paderbornensi, qui an. obiit c. lxxiv, ut est apud Gasparem Bruschium. Primus hunc scriptorem in lucem protraxit Henricus Membonius Lemgovienfis.

Iisdem temporibus GERARDUS FRACHETO, qui & à patria GERARDUS LEMOVICENSIS vocatur, professione Dominicanus, in Galliis Provinciæ Prior erat. Hic ne nullius honoris ac nominis foret, assecutus est libro de origine ac vitis illustribus ordinis Prædicatorum: quem & VITAS-FRATRUM inscripsit. Exstat MSus in monasterio Rubræ Vallis apud Bruxellam. Item Duaci, atque alibi. Necdum Dominicanorum cura typis esse divulgatum, jure optimo miratur Miræus in Chronico ad an. m. c. clvii: quo anno Gefardo huic, ut hoc opus conderet, impositum fuit Humbredi, v generalis, ac concilii totius, mandato. Theodericus de Apoldia, qui vixit an. c. lxxx, ipsi cum librum tribuit Humberto. Sic enim scribit in præfatione librorum octo de vita S. Dominici: Suc-

cedens sanctus pater Humbertus, magister ordinis quintus, ex prædictis (B. Jordano, & Fr. Constantino) *tertiam constans Legendam, multis superadditis, non modicum ampliavit. Qui etiam librum, qui Vitas-fratrum dicitur, suâ devotione, & diligentia, compilavit. Ac similiter Antonius Senensis in bibliotheca scriptorum sui Ordinis. Item Jacobus Philippus Bergomas Chron. Suppl. lib. XIII ad ann. c10cclii. Nempe videtur Humfredo hoc opus assignasse, quia, ut dixi, Humfredi iussu scriptum sit; qui & suâ præfatione illud decoravit. Inscribebatur autem liber iste VITAS-FRATRUM, ad exemplum ejus, qui dictus VITAS-PATRUM. Nam ex MSSis codd. satis constat, & notos ita vocari eos codices solere: pro quo antiqui, & elegantiores, VITÆ-PATRUM, & VITÆ FRATRUM, dixerint. Non dubium verò, quin vitiosa ea consuetudo, vel inde profluxerit, quòd scribi soleat, VITÆ S. PATRUM: VITÆ S. FRATRUM: vel quòd imperitiores, dum sæpius inculandi casu laudari audiunt VITAS-PATRUM, VITAS-FRATRUM, ubique, ac semper, sic dici posse arbitrentur.*

Etiam GUILHELMUS, HAFLIGEMENSIS cœnobii monachus, ordinis S. Benedicti, & aliquamdiu Prior, vitam ducebat anno c10cclx. Præter alia, literis persecutus est *visiones* cuiusdam *sanctimonialis*: item *vitam S. Ludgardis*: quæ Hafligemi exstat MSA. Meminit & Tritthemius.

Inter homines quoq; his temporibus agebat RICHARDUS PICTAVIENSIS, monachus ordinis Cluniacensis: qui, præter Epistolas ad varios, etiam Historiarum volumen reliquit.

Circa idem tempus vixit quoque ille, qui literis commisit vitam B. Godebertæ virginis; quæ obiit circiter annum 10cxxx. Eam ex MSO codice, sed stylo mutato, descripsit Surius a. d. xi April.

STEPHANUS MEDIOLANENSIS, sive de Mediolano, Ord. Prædic. utrâque facundia se exercuit: ac Chronicon prosâ, opus de gestis Mediolanensium carmine condidit. Claruisse circa annum c10cclxi, proditum est à Jacobo Suzato, & Alberto Veneto, atque ex his à Possævino in Apparatu sacro.

Vacante imperio, fuit & ille ANONYMUS, cujus Chronicon habemus, vel saltem historicum fragmentum, quod M. Alberto Argentinensi præmitti solet; atque ab anno incipit 10cxxxi; quo Dagobertus trium populorum rex factus est, Burgundionum, Austrastorum, & superiorum Francorum. Desinit autè in an. c10cclxvii; quo Conradinus, Conradi IV Imp. filius, Frederici II Imp. nepos,

dum Siciliam reperit, victus, in fuga captus, & Neapoli, totâ dolente Germaniâ, capite multatus fuit. Primus, cum aliis aliquot ineditis Germaniæ historicis, in publicum emisit Christianus Ursthisius.

Idem, cum imperium vacaret, vitam egit MONACHUS PANDUANUS incerti nominis: qui tribus complexus est libris res suis temporibus gestas in Insubribus, & Euganeis, hoc est Lombardia, & vicina Marchia Tarvisina. Orditur ab anno cDCCVII, quo Azo, marchio Estensis, ab Monticullis, favente his Ecelino, Veronâ ejectus fuit. Finemque imponit, ubi perventum ad annum cDCCCLXX; quo Christiani principes in Africam transeuntes Carthaginem cepere, & Tunetanam urbem obsederunt. Prodiit typis Wecheli.

CAP. LX.

Anonymi annales Dominicanorum Colmariensium: in quibus, ut industria laudi datur, ita vitio vertitur, quod subinde minuta nimis adspargantur. De Martini Poloni patriâ. Quousque Chronicon suum perduxerit: superque eo Volaterrani, Cocci, atque adeo Suffridi Petri error. Thomas Cantipratensis de vita Christinæ virginis, & S. Ludgardis, & miraculis sui temporis. Guilielmus Tripolitani de statu Saracenorum. Petrus Argentoratensis de bello patrio. S. Bonaventura de vita S. Francisci. Gerardus, monachus S. Quintini. Godescalcus Leodicensis diaconus. Conradus à Mure. Hermannus, Altaichii inferioris monachus, de rebus Bavaricis. Salimbeni de Salimbeni historia rerum suo tempore in Italia gestarum. Anonymus Pruseningensis de vita, & miraculis, S. Erminoldi. Henricus Goedhals, sive Bonicollis, Gandavensis, de viris illustribus. Guilielmi de Samuco Chronicon. Guilielmi de Bongevilla Chronicon. M. Paullus Venetus de regionibus Orientalibus. Brocardus, sive Burgardus Argentoratensis de terra sancta. Guidonis de Columna Chronicon, & historia Anglicana, deque bello Trojano liber. Iacobi de Voragine, vel potius de Viragine, Chronica Genuensium, &

Legenda aurea, deque hac iudicium. Petrus Clodiensis, Gerardus Dominicanus de quibusdam gestis S. Dominici, Balduinus Nimivensis. Theodoricus Thuringius de S. Elisabeth Vngarâ.

PArtim vacante imperio, partim cum potestas summa foret penes Robertum Habsburgensem, qui præesse rebus cœpit anno c̄ccclxxiii, imperiumque annis tenuit xix; vivebat Monachus ille Ordinis Prædicatorum; qui primus scribere aggressus fuit annales Dominicanorum Colmariensium, à Christiano Urktsio editos cum aliis quibusdam scriptoribus rerum Germanicarum. Orditur ab an. m̄ccxi: qui decimus est ante natalem ejus: ut docent hæc verba ad annum m̄cc lxxviii: *Intravi ordinem Prædicatorum, natus anno m̄ccxi.* Erat igitur tum annorum xvii. Ad annum m̄cc lxi annotat, *Fui Parisiis.* Tum fuerit quadragenarius. Ad annum m̄cc lxxv ait, *Mapam mundi descripsi in pelles duodecim pergameni.* Ad annum m̄cc lxxviii, *Fuit in Vrania, festo Gordiani, & Epimachi.* Ad an. m̄cc lxxiv, *Festo Martini tectum ejus vidimus consummatum.* Sermo est de cœnobio Clingental, quod Basileæ est. Ad an. m̄cc lxxvi: *Fragma comedi in assumptione beate Virginis.* Quo tempore annorum erat lv. Videtur autem annalium istorum auctor non satis percepisse historiæ naturam, cum res ad eò minutas passim adspargat: ut de gallo, sub cujus ventre transfret gallina, de porcis Colmariensibus subulcum discerpentibus, de ovis habentibus duos vitellos, & alia id genus permulta. Interim diligentia ejus laude non est indigna. Ubi verò ille deserit, alii que eum cœperint continuare, eo in Chronico exprimitur nupiam: Perducitur autem usque ad annum c̄cccci.

Etiam imperio vacante, sed præcipuè Rodolphi Habsburgensis temporibus, bene de posteris mereri scribendo studuit MARTINUS POLONUS. Hic cum Polonus nuncupetur; tamen, si Raphaëlem Volaterranum audimus, patriam habuit Carfulam, sive Cascinam, in Umbriâ sitam. Nec desunt, qui Scotum fuisse tradiderint. Mihi quin Polonus fuerit, dubium non est. Nam & ita Leander vocat lib. iv de viris illustribus Ord. Præd. Scotum autem nominasse videntur, decepti eo, quòd animo obversaretur Marianus Scotus, qui & ipse Chronica scripsit. Nec magis audiendus est ineditus auctor operis de hierarchiâ subcœlesti, qui Lib. iv, c. ix eum refert inter nobiles Galliarum historicos. Credo, quia de patriâ paucis constabat, aliæ etiam gentes eum sibi vindicabant. Car-

fulanus autem, de quo infra dicam, hoc junior fuit; si verum est, quod
ajunt, Carfulanum vixisse tempore Joannis **xxi**, sive, ut alii volunt;
xxi; hoc est, an. **clcccxx**: ad quæ tempora etiam Martinum hunc
Joannes Rioche Minorita refert in compendio suo historico. Fuit
Archiepiscopus Consentinus, ac pœnitentiarius Innocentii **iv** Pon-
tificis: qui decessit anno **clcccliv**. Sanè hæc sententia videtur de-
fendi posse tot codd. ubi in epigraphæ *Consentinus* nominatur. Alii
tamen Beneventanum fuisse episcopum autumant. Equidem apud
antiquiores neutrum reperio. Sed Gnesnensem archiepiscopum in
Polonia à Papâ fuisse constitutum, constat ex diplomate Pontificio,
& Chronicis Poloniæ. De quo mox dicam. Præter alia cum li-
bello, qui inscribitur *Memorabilia Roma*: tum præcipuè memoratur
Chronico *a* de summis pontificibus, & imperatoribus, à Christo, ^{a Habes}
& Cæsare Augusto, usque ad Clementem papam **iv**, sive an. **clcccll**. ^{M Sum}
In nonnullis tamen libris, (quos & Suffridus Petri sequitur in edi- ^{semel ite-}
tione eâ, quam, ocellus typographorum, Plantinus dedit) produ- ^{rumque}
citur hoc Chronicon usque ad annum **clccclxxvii**. Nempe qua- ^{in biblio-}
tuor Pontificibus additis, Gregorio **x**, Innocentio **v**, Adriano **v**, ^{rhecâ}
& Joanne **xxi**. Sed aberant hi à perantiquo codice MSo, quem ^{Collegiis.}
postea in Colonienfi *b* editione suâ expressit Joannes Fabricius ^{Benedicti}
Cæsar, Canonicus Gladbachensis. In editione Basileensi *c*, addi- ^{apud}
tur ex Fuldenfi MSo appendix usque ad annum **clcccxx**, quo Jo- ^{Canta-}
annes Papa, qui aliquibus **xxi**, aliis **xxi** vocatur, in sanctorum nu- ^{brigien-}
merum retulit Thomam Erfordensem. Hæc res imposuit omnino ^{ses.}
Volaterrano, cum lib. **xxi** ait, Martinum vixisse tempore Joannis ^{b Anno}
xxi. Nempe in codices inciderat, ubi appendix ea legeretur. Eo- ^{1616.}
dem in errore hæsit Coccius; ut qui in Catal. scriptorum, quem ^{c An. 1559}
Thesaurò suo præmisit, floruisse eum dicat anno **clcccxx**. Mirum
autem, & Suffridum Petri appendicem eam, ut Martinianam, agno-
scere. Quàm parùm enim verisimile est, Martinum, qui Innocentii
iv an. **clcccl** pœnitentiarius erat, superstitem fuisse an. **clcccxx**!
Quare nihil certius, quàm desuisse Martinum in Clemente Papa **iv**:
vel si primæ editioni, ut fieri solet, quædam postea adjunxerit, sal-
tem non processisse ultra tempora Joannis **xx**, sive, ut alii vocant,
xxi. Quod autem eum anno **clcccl** Innocentii **iv** fuisse pœniten-
tarium paullò antè ajebam, id Bellarminus quoque prodit in Scri-
ptoribus Ecclesiasticis. Sed fortasse aliquis idoneum ejus requireret
auctorem. Fortiori igitur telo pugnemus. Quale illud, quod diplo-
mate Pontificio, & Chronicis Poloniæ subnixum est. Cum enim in

Poloniæ regno ob archiepiscopatum Gnesnensem diu inter electos contentio durasset : Nicolaus Papa III Fr. Martinum Polonum Ord. Præd. Pœnitentiarum suum, creavit episcopum Gnesnensem : quod factum Viterbii anno c10cclxxviii, x Kal. Jul. Sed cùm jam itineri ad ecclesiam Gnesnensem se accinxisset, ecce Bononiæ eopse anno moritur : atque inibi in templo S. Dominici, ante aram majorem juxta sacellum B. Thomæ, sepelitur. Mœnumenti inscriptio talis fuit : HIC JACET MARTINUS POLONUS, ORD. PRÆD. ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS. Quem admodum ab Abrahamo Bzovio Polono in Annalibus Ecclesiasticis proditum est ad an. c10cclxxviii. Quia autem Gnesnensis episcopatus Polonis notior esset, quàm Italis : factum videtur, ut læpius ἀπλω̄s, archiepiscopus, loco non expresso, vocaretur. Inde occasio item data, ut alii eum Consentinum, alii verò Beneventanum archiepiscopum fuisse, dicerent. Et potuit occasio ei rei inde etiam præberi, quòd vulgò syllabam conscribere soleant tanquam g, hoc pacto 9. Quare qui *gnesnensis* quid esset, nescirent, ex *consentinus* id esse corruptum existimarunt. Utrùm autem in Clemente IV, an Joanne XXI defierit, apertius foret, nisi tantopere discreparent codd. & MSi, & editi. Sua tamen ad Joannem XXI producere saltem voluisse, fateri convenit ob verba illa ipsius Martini in præfatione operis : *Ego frater Martinus, Domini Papæ penitentiaris, & capellanus, ex diversis chronicis, & gestis summorum Pontificum & Imperatorum, præsens opusculum usque ad Joannem XXI papam deduxi inclusive.* Joannes XXI, de quo se egisse ait, obiit anno c10cclxxviii : quo ipso ei successit Nicolaus III : anno uno ante excessum Martini Poloni. At Joannes XXI, (quem aliqui XXI vocant) intelligi nequit ; quia is pontifex factus anno c10cccxvi, annis xxxviii postquam Martinus Polonus jam esse desisset. Unum contra hæc objici potest : quòd Martinus Polonus in præfatione, inter eos, è quibus profecerit in Chronico suo concinnando, reponat Gervasium : qui videtur non alius esse, quàm Gervasius Ricobaldus Ferrariensis. Acqui certum est, Ricobaldum vixisse an. c10ccc. Quomodo igitur Polonus ejus operâ proficere potuit, si tanto antè excesserat ? Huic argumento ita occurrimus. Putamus, à Martino intelligi Gervasium Tilberiensis ; qui circa annum c10ccc vixit, ac Chronicon conscripsit, cui titulus erat, *De otis imperialibus.* Unde colligimus, eo in opere non tam de Pontificibus, quàm imperatoribus, egisse. Et hæc videtur causa, cur Martinus ἀπλω̄s dicat, ex *Chronicis Gervasii* : non autem, ex

Chronica Gervasii de gestis utrorumque: hoc est Imperatorum, & Pontificum; uti locutus erat paulò antè de Chronicis Pauli, & Gilberti. Hoc verò Gervasii Tilberienfis Chronicon satis celebre erat: ut qui illud dicasset Ottoni IV Imperatori. Quanquam, ut fateamur, Ricobaldum intelligi à Martino; non tamen deesset, quo nos expediremus. Nam quid si dicamus, Ricobaldum bis historiam suam edidisse? Nempe priùs ante annum Chr. c. lxxxvi; quousque pertingit in Chronico Martinus Polonus: iterum an. c. lxxxviii, in quo desinit, vel saltem ante annum c. lxxxix, quo excessit Bonifacius VIII. Nam Bonifacii hujus gesta quidem exponit Ricobaldus; non tamen ea, quæ postremis egit annis: ac multò minùs mortem ejus refert. Hoc si magis placet, vixerit Ricobaldus annis viginti, & paulò amplius post Martinum; ac editioni priori, quæ usus erat Martinus, sequentium temporum historiam adjecit.

THOMAS DE CANTIPRATO, Brabantus, Ord. Præd. Alberti M. discipulus, priùs canonicus regularis S. Victoris in monasterio Cantipratano, quod in Artesia est juxta Cameracum: posteaque Ord. Prædicatorum, ac tandem Cameracensis diœcesis episcopus suffraganeus; Rudolpho imperante floruit, teste Tritthemio. Atque idem cognoscere est ex his ejus verbis lib. II Apum cap. I I I num. IX: *Ego (inquit Thomas) fidelium novissimus, antequam piissimus Ludovicus Francorum Rex, anno ab Incarnat. c. lxxxvi, crucem transmarinam susciperet, crucem in cælo ex clarissimo & sydereo lumine vidi. nec recolo me decentius & operosius formatam crucem unquam sub aliquâ materiâ vel figurâ vidisse.* In hisce duobus libris de apibus mysticis (inscripsit eos *Tomum universale*) exponit miracula & exempla sui temporis. Edidit acnotis illustravit Georgius Colvenerius Duaci an. c. lxxvii. Præterea scripsit vitam Christinæ virginis, quæ Mirabilis vocata, ac Mariæ Oegniacensis æqualis fuit. Habes apud Surium T. III die XXI Junii. Etiam libris tribus memoriæ tradidit vitam S. Ludgardis: quæ ejus ætate vixit: sanè an. c. lxxxvi decessit. Vita hæc MSa quidem apud Aub. Miræum, edita verò apud Surium existat T. III a. d. XVI Jun. Meminit hujus operis, uti & vitæ Christinæ, Henricus de Gandavo cap. LI: *Thomas ordinis prædicatorum Lovanii habitans, scripsit vitam cujusdam sanctæ mulieris in Hasbaniâ, quæ vocabatur Christina. Scripsit etiam vitam cujusdam monialis de Aquiria, Domina scilicet Ludgardis.* Atque ea verba impulere Possévinum, ut Thomam hunc vocaret Lovaniensem, vel Lovanii commoratum: eumq; à Cantipratensi, de quo antè egerat, diversum putaret. Sed sententia hæc

a. Al. à Aquino: sed Aquiria reperi in MSa Ludgardis vita.

fatis

fatis refellitur iis, quæ diximus. Nec Lovaniensem fuisse, sed Cameracensem, ab aliis proditum est. A quibusdam etiam ei tribuitur B. Margaretae Iprensis: quæ anno c13ccxxxvi decessit. MSa hæc vita Lovanii exstare dicitur ad S. Martinum. Duaci autem in lucem prodiit anno c130xxviii, curâ Hyacinti Choquetii. Creditur & hujus esse Latina Aristotelis tralatio, quæ in Scholis solet obtinere. Quando obierit non satis liquet. Nonnulli ajunt discessisse anno c13cclxxx.

GUILIELMUS TRIPOLITANUS, Acconensis cœnobii in terra sancta monachus, Ord. Prædic. vixit circa annum c13cclxx, deque Sacrorum statu librum scripsit ad Theobaldum Placentinum, qui postea est factus Pontifex Max. dictusque fuit Gregorius x. Opus hoc MSum exstat Oxonii in bibliothecâ Collegii Æneonensis.

Eodem tempore erat PETRUS ARGENTORATENSIS, Germanus, Carmelita. Memoriam sui peperit historiâ ubere de bello Argentinensi sub episcopo Gualtero.

S. BONAVENTURA, Balneoregiensis, ordi. nis S. Francisci minister generalis, posteaque episcopus Albanensis, & à Gregorio x in cardinalium numerum cooptatus, anno c13cclxxiv concilio interfuit Lugdunensi: inque illo obiit eopse anno. Ab eo habitum suum accepere Minoritæ. Nam antea pastorali schemate utebantur. Idem literis tradidit vitam S. Francisci: quæ apud Surium est T. v. d. iv Oct. & in operibus S. Bonaventuræ, mandato Sixti v Pont. Max. operâ Cardinalis Sarnani, è Vaticana Romæ prodiit bibliotheca: atque iterum Antverpiæ, curâ Henrici Sedulii Minoritæ: qui & commentarios addidit. Bonaventuræ quidem id opus tribuit S. Antoninus Histor. Part. iii Tit. xxiv cap. viii. Item Bernardinus de Buisis, & Raphael Volaterr. lib. xxi Anthropol. A Xisto iv in Sanctorum numerum est relatus. Libros ejus in compendium redegit Guilielmus Fulginas, ejusdem ordinis monachus.

GERARDUS, monachus cœnobii S. Quirini in Insula, juxta Tritheimium, vixit sub Rodulpho imper. an. c13cclxx. De eodem sic Henricus Gandavensis in cat. cap. lxi: *Gerardus, Monachus sancti Quinciani in insula, scripsit translationem venerandarum reliquiarum crucis, & coronæ Dominicæ à Constantinopoli Parisios a: quas reliquias piæ memoriæ Dominus Ludovicus, rex Francorum, sibi ab imperatore Constantinopoleos acquisivit. Scripsit etiam plurima miracula, quæ Beata Elisabeth de Thuringia post mortem suam dicitur fuisse operata.*

Claruit iisdem temporibus CODESCALCUS Leodicensis Ecclesiæ diacono-

a Deest
transmis-
sa: vel si
milit.

diaconus & canonicus: qui postulatu Agilfridi, episcopi sui, vitam descripsit S. Lamberti Leodicensis Episcopi.

CONRADUS à MURE, primus Ecclesiæ Tigurinæ cantor, & canonicus, circa annum cHcCLXXII, præter libellum de sacramentis, edidit cathedrale Romanum, catalogum Romanorum Pontificum & imperatorum, passionem sanctorum martyrum, Felicis, Regulæ, & Exuperantii.

Tempore Rodulphi II Imperatoris, HERMANNUS, Altaichii inferioris (quod cœnobium Benedicto esse dicatum, alibi diximus) aristites, atque idem Ottónis, Baviariæ ducis, & filii ejus Henrici à consiliis, scriptis celebravit suis res Bavaricas. Commentariis ejus multum se adutum fuisse, agnoscit Joannes Aventinus a. Sed et si iis usus sit Aventinus; tamen omnem nunc iis posteritatem carere, conqueritur Christophorus Gewoldus, præfatione in Chronicon Monasterii Reicherspergensis. *ainscript. lib. 3. annual. præmissis.*

Circa annum cHcCLXXX SALIMBENUS DE SALIMBENIS, Parmensis, Ord. Min. res suo tempore in Italia gestas literis committebat, plerisque etiam admixtis, quæ ad religionis studium pertinerent.

Iisdem temporibus, incerti nominis monachus Prufeningensis duos composuit libros de vita, & miraculis, S. Erminoldi, nobilis Suevi, monachi Hirsaugiensis, abbatis Lorfacensis, posteaque primi abbatis cœnobii S. Georgii in Prufeningen, seu Brunfeningen; quod juxta Ratisponam S. Otto, Bambergensis episcopus, extruxerat. Volumen hoc, sed mutato stylo, & multis compendio restrictis, edidit Surius, sive Mosander potius, T. VI I a. d. VI Jan. At bonâ fide ex MSo cod. repræsentat Canisius T. II Lect. Antiq. De scriptoris ætate, quod dixi, satis indicant hæc præfationis verba: *Annat nos præterea venerabilis pater, dominus Vlricus, sextus-decimus abbas Priveningensis Ecclesiæ: qui, antecessoris tanti virtutibus cœxultans, anno incarnationis Dominicæ cHcCLXXXI, primo anno sui regiminis, onus hoc Atlanticum nobis, tanquam Pygmæis, imposuit.*

In hæc tempora quoque incidit HENRICUS BONICOLLI, seu Græcâ appellatione, EUTRACHELOS, vel gentis nomine *Geobals*; qui & à patria, DE GANDAVO, vocatur, archidiaconus Tornacensis. Marchantius in descriptione Flandriæ, ubi de Gandavo agit, *Heimricum Mudanum*, vocat, atque ait fratrem habuisse Joannem Mudanum, qui familiaris fuerit Philippo pulchro Gallicarum Regi. Quantum sibi nomen in Theologia, & Philosophia,

fatis refellitur iis, quæ diximus. Nec Lovaniensem fuisse, sed Cameracensem, ab aliis proditum est. A quibusdam etiam ei tribuitur B. *Margaretæ Iprensis*: quæ anno c13cxxxv i i decessit. MSa hæc vita Lovanii existare dicitur ad S. Martinum. Duaci autem in lucem prodiit anno c13c1xv i i i, curâ Hyacinti Choquerii. Creditur & hujus esse Latina Aristotelis tralatio, quæ in Scholis solet obtinere. Quando obierit non satis liquet. Nonnulli ajunt discessisse anno c13cclxxx.

GUILIELMUS TRIPOLITANUS, Acconensis cœnobii in terra sancta monachus, Ord. Prædic. vixit circa annum c13cclxx, deque Sacrorum statu librum scripsit ad Theobaldum Placentinum, qui postea est factus Pontifex Max. dictusque fuit Gregorius x. Opus hoc MSum exstat Oxonii in bibliothecâ Collegii Aneonasensis.

Eodem tempore erat **PETRUS ARGENTORATENSIS**, Germanus, Carmelita. Memoriam sui peperit historiâ ubere de bello Argentinensi sub episcopo Gualtero.

S. BONAVENTURA, Balneoregiiensis, ordinis S. Francisci minister generalis, posteaque episcopus Albanensis, & à Gregorio x in cardinalium numerum coopratu, anno c13cclxx iv concilio interfuit Lugdunensi: inque illo obiit eopse anno. Ab eo habitum suum accepere Minoritæ. Nam antea pastoralis schemate utebantur. Idem literis tradidit vitam S. Francisci: quæ apud Surium est T. v. d. iv Oct. & in operibus S. Bonaventuræ, mandato Sixti v Pont. Max. operâ Cardinalis Sarnani, è Vaticana Romæ prodiit bibliotheca: atque iterum Antverpiæ, curâ Henrici Sedulii Minoritæ: qui & commentarios addidit. Bonaventuræ quidem id opus tribuit S. Antoninus Histor. Part. iij Tit. xxiv cap. viii. Item Bernardinus de Buftis, & Raphael Volaterr. lib. xxi Anthropol. A Xisto iv in Sanctorum numerum est relatus. Librosejus in compendium redegit Guilielmus Fulginas, ejusdem ordinis monachus.

GERARDUS, monachus cœnobii S. Quirini in Insula, juxta Tritthemium, vixit sub Rodulpho imper. an. c13cclxx. De eodem sic Henricus Gandavenfis in cat. cap. l i i: *Gerardus, Monachus sancti Quinctini in insula, scripsit translationem venerandarum reliquiarum crucis, & coronæ Dominicæ à Constantinopoli Parisios 2: quas reliquias pie memoriæ Dominus Ludovicus, rex Francorum, sibi ab imperatore Constantinopoleos acquisivit. Scripsit etiam plurima miracula, quæ Beata Elisabeth de Thuringi post mortem suam dicitur fuisse operata.*

Claruit iisdem temporibus **GODESCALCUS** Leodicensis Ecclesiæ diaco-

a Deest
transmis-
sæ: vel s
mile.

diaconus & canonicus: qui postulatu Agilfridi, episcopi sui, vitam descripsit S. Lamberti Leodicensis Episcopi.

CONRADUS à MURE, primus Ecclesiæ Tigurinae cantor, & canonicus, circa annum cxcclxxiii, præter libellum de sacramentis, edidit cathedrale Romanum, catalogum Romanorum Pontificum & imperatorum, passionem sanctorum martyrum, Felicis, Regulae, & Exuperantii.

Tempore Rodulphi II Imperatoris, HERMANNUS, Altaichii inferioris (quod cœnobium Benedicto esse dicatum, alibi diximus) antistes, atque idem Ortonis, Bavariæ ducis, & filii ejus Henrici à consiliis, scriptis celebravit suis res Bavaricas. Commentariis ejus multum se adjutum fuisse, agnoscit Joannes Aventinus a. Sed et si iis usus sit Aventinus; tamen omnem nunc iis posteritatem carere, conqueritur Christophorus Gewoldus, præfatione in Chronicon Monasterii Reicherpergensis.

Circa annum cxcclxxx SALIMBENUS DE SALIMBENIS, Parmensis, Ord. Min. res suo tempore in Italia gestas literis committibat, plerisque etiam admixtis, quæ ad religionis studium pertinerent.

Iisdem temporibus, incerti nominis monachus Prufeningensis duos composuit libros de vita, & miraculis, S. Erminoldi, nobilis Suevi, monachi Hirsaugiensis, abbatis Lorfacensis, posteaque primi abbatis cœnobiî S. Georgii in Prufeningen, seu Brunfeningen; quod juxta Ratisponam S. Otto, Bambergensis episcopus, exstruxerat. Volumen hoc, sed mutato stylo, & multis compendio constructis, edidit Surius, sive Mosander potius, T. VII a. d. VI Jan. At bonâ fide ex MSo cod. repræsentat Canisius T. II Lect. Antiq. De scriptoris ætate, quod dixi, satis indicant hæc præfationis verba: *Animat nos præterea venerabilis pater, dominus Vlricus, sextus-decimus abbas Priveningensis Ecclesiæ: qui, antecessoris tanti virtutibus cœxultans, anno incarnationis Dominicæ cxcclxxxi, primo anno sui regiminis, onus hoc Atlanticum nobis, tanquam Pygmaei, imposuit.*

In hæc tempora quoque incidit HENRICUS BONICOLLI, seu Græcâ appellatione, EUTRACHELOS, vel gentis nomine Goedhals; qui & à patria, DE GANDAVO, vocatur, archidiaconus Tornacensis. Marchantius in descriptione Flandriæ, ubi de Gandavo agit, *Heimicum Mudanum*, vocat, atque ait fratrem habuisse Joannem Mudanum, qui familiaris fuerit Philippo pulchro Galiarum Regi. Quantum sibi nomen in Theologia, & Philosophia,

phia, scribendo acquirerit: indicio erit, quod vulgò dicatur *doctior Sollemnis*. Præter verò opera ea, quæ in supplemento suo Chronico Jac. Ph. Bergomas recenset ad an. c. lxxx, etiam librum composuit de viris illustribus, ut eum appellat Possevinus in apparatu, sive, ut Sanderus appellat, de scriptoribus Ecclesiasticis: in quo mirum non meminisse operum Thomæ Aquinatis. Suspicio id dedisse Scoto, à quo Henricus ob insignem doctrinam commendatus fuit. Præterea reliquit vitam S. Eleutheri, Tornacensium episcopi. Decessit postremo an. Rodolphi imper. qui Christi erat c. lxxxiii: ejusque sepulchrum apud Nervios conspicitur in Deiparæ æde primariâ. Appendicem operi Henrici de viris illustribus, atroxit Sillebertus, cognomento Univesalis. Apud V. a. erium Andream legas obiisse an. c. lxxxiii. Sed seculo toto aberrat.

GUILHELMUS DE SAMUCO, Gallus, montis Carmeli minorita, vixit temporibus Rodolphi imper. an. c. lxxx. Hic Saracenorum vi ex Achonenfi urbe pulsus, Cyprum fugit, atque ibi Chronicon consignavit de amissione monasteriorum terræ sanctæ: & de multiplicatione sui ordinis per Europam, atque alia.

GUILIELMUS DE BONGEVILLA, patriâ Neufrius, sed in Angliâ diu peregrinatus, monachus Becensis, Chronicon ex variis Angliæ historicis coacervatum reliquit ab anno millesimo usque ad c. lxxx. quo ipso inter homines vitam agebat.

Temporibus iisdem præclarè de eruditis, licet ipse parùm eruditus, merebatur **MARCUS PAULLUS VENETUS**, filius Nicolai Paulli, V. Cl. Nicolaus ille, cùm triennio, & quod excurrit, Orientem lustrâset, comitem usum fratris suo, Matthæo Paulo, in Italiam rediit: nec n. Itò post iterum in Orientem profectus est, assumpto filio hoc suo, Marco Paulo: annisque multis in aula permansit magni Cham Cublai. Hac occasione Marcus filius tot Orientis terras vidit: nec vidisse ipse contentus, etiam bonâ fide descripsit: sed, in gratiam popularium, linguâ Italicâ. Interim bene est, quòd non defuit eâdem ætate, qui saltem, ut posset, Latinè verteret; hoc est semibarbarè, ut istoc seculo solent. Sunt qui fidei ejus detractum eunt: quia multa habet miranda. Sed quæ incredibilia prius videbantur, ea quotidie magis ac magis firmantur ab iis, qui Orientem lustrant. Quod & de eo tradit Guilielmus Schickardus lib. de Regib. Persicis a.

a pag. 187
edit. Tin-
bing. an.
1628.

BROCARDUS Argentoratensis, Ord. Prædic. qui Sixto Senenti lib. I v bibliothecæ *Burgardus*, aliis *Burchardus* vocatur anno c.

c. lxxxiii

cclxxxiii in notitiam hominum venit descriptione terræ Sanctæ. Hoc in opere illa sedulè explicuit, quæ oculis se obtulissent, dum eo in solo versaretur. Diligentissimum scriptorem vocat doctissimus Mafius comment. in Josuæ cap. x. vers. 38. Bonaventuræ habuit prænomen. Sanè in Possævino & Simlero lego Parisià à Poncorte le Preux, editam Bonaventuræ Brocardi Palestinam. Quam editionem non vidi. Eum, sed mutilè in lucem edidit Canisius Tom. vi Antiq. Lect. in bibliothecâ crucigerorum Coloniae MSum illius exemplar esse solet: quo in Hierosoly-mæ, ac suburbanorum descriptione, usum se ait Christianus Adrichomius Delphius. Eundem Brocardum esse arbitror, cujus annales de gestis Frederici in terra Sancta fuere apud Wolphan-gum Lazium; ut Simlerus ait in epitome & auctario bibliothecæ Gesneri.

Eiusdem imperatoris ætate, anno cccccxxvii, fuit GUIDO DE COLUMNA, natione Siculus, patriâ Messanensis: qui cum Eduardo I, Angliæ rege, ex bello Asiatico revertente, in Angliam se contulit: ut Bostonus Buriensis in catalogo refert. Hic nomen suum posteris commendavit Chronico magno, quod librorum est xxxvi. Item multa tradidit de regibus, & rebus Anglorum: estque id opus inter ea, ex quibus sua hausit Robertus Fabianus, Anglus. Præterea historiam condidit de rebus Trojanis. Cujus MSus codex Cantabrigiæ est in biblioth. domus S. Petri, & Oxonii in bibl. Collegis Balliolensis. Sed & in bibliothecâ meâ antiquum exemplar habeo manu exaratum. Incipit illud: *Licet cottidie vetera recensibus obviant* &c. Inscriptio operi est nulla: sed auctor nomen suum in præfatione promit: etiam consilium suum exponit. nam ait, Daretem Phrygium, & Dictyn Cretensem, primos hoc argumen-tum tractasse, atque ita tractasse, ut probè consentirent: hos Latine esse translatos à quodam, cui nomen esset Cornelius Romanus: fuisseque eum magni Sallustii nepotem (quod commentum alibi refel-limus) cæterum hoc unum in istis culpari posse, quod non pauca præterierint, quæ multum allicere possent animos legentium: at-que isthoc in causa esse, cur idem argumentum sibi fuis exponen-dum putarit. Iterum nominat se in epilogo; ubi & illud addit, hanc se historiam condidisse postulato Matthæi de Porta, archiepiscopi Salernitani, viri doctissimi.

Anno ccccc claruit JACOBUS DE VIRAGINE, Ligu-rum oppido, qui vulgo de Voragine appellatur. Præsul fuit Ge-nuen-

nuensium: estque is, cui Bonifacius Pontifex, loco verborum istorum, *Cinis es, & in cinerem reverteris*: verba illa occinebat, *Gibellinus es, & cum Gibellinis tuis ad nihilum reverteris*. Ut quidem Blondus refert, & ex eo Philippus Bergomas lib. XIII ad an. *CLCCXCI*. At nihil de eo Leander Alberrus; qui aliquantò fufius ejus vitam persequitur lib. IV de viris illustrib. Ord. Præd. Unde cætera peti possunt, quæ nos præterimus. Nonnullis vocatur *Jacobus Genuensis*: ut Christiano Maffæo ad an. *CLCCCLXXV*; quo eum anno claruisse ait. Hujus laus est, quòd primus omnium sacra biblia in Italicam transfuderit linguam: ut Sixtus Senensis testatur. Etiam inter alia reliquit *Chronica Genuensium*, quorum testimonio, cum alibi utitur Philippus Bergomas in *Chr. Suppl. tum* lib. XII ad an. *CLCCXLVI*; ubi ex eo tradit, circa illud tempus primùm Genuensibus fuisse concessum, ut pecuniam auream, & argenteam cuderent, eamque Cæsaris imagine insignirent, cum Ticinensi antè monetâ uterentur. Idem auctor est historiæ Longobardicæ, quæ vulgò *Legenda aurea*, vel *Speculum Sanctorum* appellatur. Sed, ut Wicelius in Hagiologii sui præfatione agnoscit, istoc opere, ob tam multa incerta, atque etiam fabulosa, haut optimè de Ecclesia meritis est: atque id ait, vel cæco parere: & propterea apud omnes cordatos tantum in contemptum venisse: ac nimis sanè patientes eo cathedras auctore personuisse, insuper habitis actis antiquiorum, quibus majori cum religione, & fide, vita, martyriaque sanctorum tradebantur. Imò Ludovicus Vives dicere non dubitat, Legendâ illam auream (ita enim vocari diximus) scriptam esse ab homine oris ferrei, cordis plumbei. Ut omnino fatis laudari non possit eorum industria, qui ex antiquiorum fontibus, quàm talium lacunis, vitas sanctorum, & haurire ipsi, & propinare aliis malunt. MSum hujus auctoris codicem semel iterumque invenies Cantabrigiæ in bibliothecâ domus S. Petri: item Oxonii in Collegii Balliolensis bibliothecâ. Vitas sanctorum quos Jacobus de Viragine præterierat, consignavit PETRUS CLODIENSIS; ut est apud Volaterranum lib. XXI.

Etiam imperante Rodolpho, comite Hapsburgensi, fuit GERARDUS, Prior Dominicanus: per quem vitæ S. Dominici ab Jordano generali, fratre Constantino, & Humberto, vel potiùs Gerardo de Fracheto, scriptæ, luculenta accessio facta est. De eo sic Theodoricus Appoldiensis in præfatione librorum de S. Dominico: *Tandem dilectus pater noster, F. Gerardus, Prior provincialis Teutonice, rediens de generali capitulo in Luca celebrato, detulit quadam præclaræ gestis*

sanctis

sancti Dominici de Bononia, quæ ex ore sororis, Cecilia Romane, quam beatus Dominicus ad Ordinem receperat, conscripta sunt. Quæ sicut vidit, & audivit, plenâ fide sincerissimè enarravit: ac quæ usque ad annum Domini millesimum ducenteseptimum nonagesimum, religiosissimâ & honestissimam vitam duxit.

Tum quoque (ni fallor) claruit BALDUINUS NINIVENSIS Flander, Canonicus ordinis Præmonstratensis. Reliquit Chronicon breve ab nato Christo ad an. c. lcccxciv, quod MSum superest in Nivenfensi S. Cornelii abbacia apud Flandros. Non parum ei debet Ant. Miræus in Chronico suo Præmonstratenfi.

Extremis quoque Rodulphi Habsburgensis temporibus, THEODERICUS, sive Dietricus THURINGUS edidit libros viii, de S. Elizabeth, Ungarorum regis, filiâ, uxore Ludovici Pii, Thuringiæ, & Hassiæ, Landgravii quinti. In præfatione refert, eos se libros scribere cœpisse an. Christi c. lccclxxxix. Addit, hunc fuisse annum LIX à transitu B. Elizabeth, quam an. c. lcccxxxii, iiii Kal. Dec. decessisse, auctor est Trithemius. Ibidem ait, se jam plusquam sexagenarium esse, & annos xlii in ordine suo complevisse. Quos etiam secutus sit auctores, enarrat. Habes apud Canisium T. v. Antiq. Lect. MSus superest in monasterio S. Galli.

CAP. LXI.

Anglici scriptores undecim: putà Thomas Spottus, seu Sprotus, cujus historiam de rebus Cantuariensium Guilielmus Thornus exscripsit: Petrus Ickehamus, seu Yekehamus, qui genealogiam regum Britannicorum explicuit: Ioannes de Hayda, qui de passione S. Laurentii, & vita S. Malchi, egit: Rogerus Baconus, clarus cosmographiâ, descriptione Palestinæ, & libro de rerum miraculis. Ioannes Buriensis, Ioannes Rufus, Thomas Wiccus, & Gregorius de Wintonia, annalium, vel chronicorum, conditores. Sigæardus de vita S. Albani. Nicolaus Falcon. Gualterus Excestriensis de vita S. Guidonis. Ioannis Castorii Chronicon. Quid posteriori ævo bebrum, ac bebrinas pelles dixerint.

ATque isti cœtanei quidem fuere Rodulphi Habsburgensis; sed orti terris, quas dixi; quos verò nunc subjungam,

domo Britanni, historiam publicis ornare monumentis.

Uti THOMAS SPOTTUS, vel SPROTTUS, Anglus, monachus Benedictinus, ad fanum B. Augustini. Claruit an. c. lxxv. sub Eduardo primo. Memoriam sui propagavit historiâ Cantuariensium, ac vitis abbatum Benedictinorum sui cœnobii, ab adventu Augustini, Anglorum, ut vocant, Apostoli, usque ad annum gratiæ c. lxxv. MSum ejus exemplar habet bibliotheca Gualteri Copi. Idem argumentum postea tractavit GUILIELMUS THORNUUS, ejusdem Benedictinorum cœnobii monachus. Hic pleraque omnia exscripsit, pauca de suo adjicere contentus, quæ Spottum fugissent.

Ad eadem tempora à Lelando refertur PETRUS ICKEHAMUS, sive de Yckeham, Anglus: qui cùm Lutetiæ Parisiorum ageret, postulato Philippi, Academiae tum temporis Cancellarii, elucubravit genealogiam regum Britanniae. Sed Gallicè, quia in Galliis degeret. Eam orditur à fabuloso illius Bruti in insulam adventu, atque ad Eduardum, primum, post Conquæstorem, ejus nominis regem, perducit. Alio etiam opere exsecutus est Reges Angliæ. Aliqua etiam ejus exstare dicuntur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Quâ linguâ, non satis scio.

JOANNES DE HAYDA creditur sub Eduardo primo vixisse an. c. lxxv. Cùm alia scripsit, tum passionem S. Laurentii, & vitam S. Malchi monachi.

ROGERUS BACONUS, Anglus, Franciscanus, claruit sub rege Angliæ, Eduardo primo: eodemque regnante, obiit anno c. lxxv. Permulta sunt, quibus nomen suum posteritati tradidit: interque ea est Cosmographia, sive liber de regionibus mundi. Qui MSus habetur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Item est alter de locis sacris, sive de situ Palæstinæ. Alius præterea de rerum miraculis. Hic est Rogerus ille, ad quem S. Bonaventura opusculum suum misit de tribus Minoritarum capitibus, paupertate, manuum labore, & legendi studio: qui & super iis Bonaventuræ respondit.

JOANNES BURIENSIS, Anglus, abbas ad Eadmundi fanum, claruit an. c. lxxv. sub Eduardo rege. Sanè anno c. lxxv. Romam profectus fuit, ut à Nicolao III confirmaretur: quem admodum Joannes Eueristenus in temporum serie refert. Composuit gentis suæ annales: in quibus, ut Lelandus testatur, locupletius chronographis aliis exposuerat rem gestam inter Grosse-

testum

restum seu Capitonem, & pontificem Innocentium IV.

JOANNES Rufus, Anglus, qui aliàs KEADÉ, monachus Dominicanus, floruit an. c. lxxx. aut circiter. Condidit autem annales Britanniae: item Chronica de imperatoribus, & pontificibus Romanis: quæ Nordovici in Carmelitarum collegio fuisse, auctor est Lelandus.

THOMAS WIECIUS, sive *Wuycke*, Anglus, Oxonii Canonicus regularis de Osneye, itidem sub Eduardo primo, Angliæ rege, clarescebat. Reliquit Chronicon, in quo recenset res Britannicas à Guilielmo Notho, sive an. c. lxxvi, usque ad senectutem suam, sive postremos Eduardi regis annos. Item librum composuit de abbatibus ab Osneye, quos à prima monasterii sui fundatione exorditur, ac perducit usque ad annum c. lxxxci, quo floruit.

Coetaneus eidem fuit GREGORIUS CAIRGUENT, sive de WINTONIA, Anglus. Hic in notitiam hominum pervenit annalibus cœnobii Glocestriensis, Benedictinorum regulam professi, cujus monachus factus fuit an. c. lxxxvii. Annales hi annos c. lvi i i fuere complexi. Nam orsus est ab anno c. lxxx, & desit in an. c. lxxxci. Ut satis liqueat, annis minimum LIV in cœnobio Glocestriensi vixisse.

Addam his tres Anglos, qui ejusdem quidem Eduardi i temporibus claruerint; sed defuncto jam imperatore Rodulpho: qui aliquot annis ante Eduardum decessit.

Anno c. lxxxvii SIGEARDUS, monachus cœnobii S. Albani, literis mandavit vitam S. Albani martyris: ut Tritthemius testatur in epistola ad Albertum Moguntinum. Videtur esse ea ipsa, quàm Canisius edidit T. v. Antiq. Lect.

Quartodecimo seculo inchoante, fuit NICOLAUS FALCON ejus codex MSus Oxonii in bibl. Collegii Mertonensis exstat, cum ejusmodi Epigraphe: *Liber historiarum partium orientis, quem ego Nicolaus Falcon scripsi primùm Gallico Idiomatico, & de gallico transfuli anno c. lxxx.* Utrum verò non fallamur conjectura, qui eum inter Britannos referamus, melius dicent, qui legere.

Item tum claruit GUALTERUS EXCESTRENSIS, Anglus, monachus ordinis Prædicatorum; qui libro uno complexus est vitam Guidonis, inclyti comitis Warwicensis: ut est apud Balæum Cent. x. Hoc opus cum in Cornubia ageret apud S. Carocum, edolavit rogatu Balduini, Cicestrensis civis, an. c. lxxxci.

Quinquennio post diffundebat in Anglia nomen suum JOANNES,

NES, seu CASTORIUS, seu FIBERIUS, seu BEVERIUS. Variè enim vocabatur, sed re eodem redeunte: quia qui Germanorum, & Anglorum linguâ, *bever*. is Latinis dicitur, & *castor*, & *fiber*: ex quo Germanicum *bever*: imò & exinde *pelles bebrina*: hoc est Ponticæ, ut vetus Juvenalis scholiastes in Sat. I I ait. nempe à bebro, seu fibro, qui aliter canis Ponticus. Sanè fibrum quoque dici bebrum, ait idem scholiastes ad Sat. XII. Castorius hic monachus fuit Westmonasteriensis sub Benedicto Burfino. Famam sibi peperit Commentario de rebus Westmonasteriensibus. Item Chronicis suis: quamquam istud in iis illaudatum, quòd à fabulosi illius Bruti in Britanniam adventu ordiatur. Pertexit illa usque ad annum CCCCVI.

CAP. LXII.

Theodoricus Appoldiensis de vita S. Dominici. Falsò ejus putari vitam S. Elisabeth Vngaræ. Aitoni, sive Haitoni, de Tartaris, itinerè que in Palestinam, liber, à Nicolao Sulcone, jussu papæ Clementis quinti, è Gallico Latine versus. Conradus Germanus, monachus ordinis Præd. de vita S. Dominici. Stephanardi, monachi Dominicani, Chronicon carmine expositum. Quæsitum, utrum sit idem, ac Stephanardus Flamma, qui carmine prodidit historiam de insidiis Ottoni vicecomiti paratis ab episcopo Comensi Engelberti, Admontensis abbatis, dissertatio de ortu, & fine imperii Romani. Heinrich à Clingenberg, Constantiensis, historia de comitibus Habsburgensibus. Bernardi Guidonis Chronicon, aliâque ejusdem. Petrus Calo de vitis Sanctorum. Gervastii Ricobaldi Pomærium, ejusdem argumentum, spesque facta editionis à Petro Scriverio. Egilwardus de vitâ S. Burchardi. Petrus Pictaviensis de itinere suo ad Azam insulam. Spiffus ^{azariensis} chronologi, qui à Pictaviensi hoc elaboratam historie sacre ^{compendio} edidit. Henrici Steronis annales, cû Vlrici, & Conradi Wellingorû appendice. Eberhardi Altabensis annales ex Steronis, ut videtur, fontibus toti penè derivati. Duplex Chronicon

nicon Guilielmi de Nangiaco, superque scriptoris ejus cognomine error quorundam. Suffridi, Misjnensis presbyteri, /ronicon.

Temporibus imperatoris Rodolphi, comitis Habspurgensis, item Adolphi Nassovii, & Alberti Austriaci, quorum ille sexennio, hic decennium imperavit, claruit in Germania **THEODERICUS DE APPOLDIA**, Erfordiensis; Dominicanus; qui libris **VIII** vitam **S. Dominici** scripsit ad Nicolaum, magistrum generalem ordinis Prædicatorii. Habet Surius Tom. **IV** die **V** Aug. Unde verò eam compilavit: ex præfatione ipsius Theoderici cognoscet. Ait Possëvinus, atque aded etiam Leander Albertus lib. **IV** de illustribus Ord. Præd. viris, ab eodem exaratam esse Legendam Elizabethæ, filiæ regis Ungariæ. Sed ejus auctor est Theodericus Thuringius, de quo alibi.

Æqualis Theodorico de Appoldia erat **AITONUS**, sive Haitonus, Armenius, quo cognomento etiam appellatur à Schickardo libro de Regibus Persicis *a*. Fuit Aitoni, Armeniæ regis, nepos, a Pag 17. monachus ordinis Præmonstratensis in Cypro; ut ipse indicat cap. **XLVI**: Nec alius ab eo est Antonius Curchinus. Nam pro *Aitonue* postquam est factus monachus dictus est Antonius. At *Curchinus*, vel *Curgginus* (uti observatum à Leonclavio Pandecta Turcica cap. **III**.) corruptum ex *Georgianus*. Sanè Georgiani Armeniæ vicini à **S. Georgii** veneratione putantur hoc nomen consecuti. Porro Aitonus non alio nomine qualem qualem hîc sibi locum deposcit, quàm quia librum de Tartaris Gallicè Pictavii, ex mandato Clementis **V**, dictârît Nicolao Salconi: qui eum deinde, eodem Pontifice mandante, anno **MCCCVI** **I** transfulit Latine; sed seculi illius more, quo tantopere barbaries regnabat. In extremo verò hoc opere etiam describit iter, sive, ut interpres Nicolaus vertit, passagium terræ sanctæ.

Coætanei quoque his erant, **CONRADUS**, Germanus, & **STEPHANARDUS** è **VICOMERCATO**, Italus, patriâ Mediolanensis: uterque monachus ordinis Prædic. De his ita Leander Albertus lib. **IV** de viris illustr. Ord. Præd. Intuere illum Germanum, olim provincia Germanica præfectum, Conradum nomine, portantem **VITAM** parentis **DOMINICI**, claro, & non ineleganti stylo ab se editam circa annum Domini **MCCCXC**: & cum eo pariter incedentem Stephanardum ex *Vico Mercato Mediolanensem*, virum doctrinâ clarum, deferent-

tem CHRONICAM metricè ab se scriptam. Qui primus ex ordine Praedicatorum Theologiam in domicilio Mediolanensi publico stipendio docere cepit circa annum salutis c1000cx1. Meminit ejus, tam scriptoris, quam operis, Bostonus quoque Buriensis in catalogo scriptorum Ecclesiae. MSum verò Chronicorum Stephanardi exemplar est apud V. Cl. Laurentium Pignorium. Inscritur autem, *Manipulus florum*, ipse etiam STEPHENARDUS vocatur per secundam vocalem syllabam secundam. Quod inde est, quia, qui Italis aliis est *Stefano*, is Mediolanensibus est *Stefen*: uti & Germanis: ac similiter Belgo-Germanis, *Steven*. Ex eodem Pignorio intelligo, versus integros ex hoc Stephanardo excerptos legi apud auctorem Chronici de gestis Turrianæ gentis: quem chronographum ait videri vixisse circa annum c1000ccxlv1.

Dispicendum, an non idem sit STEPHANARDUS FLAMMA. Nam præterquam quòd nomen convenit: etiam metro historiam tractabat: nec ætas disconvenire videtur, ut mox liquabit. Hic carmine historiam comprehendit de infidiis Othoni vicecomiti, papæ, ut à plerisque creditum est, conscio, ab episcopo Comensi structis. Jovius in vita Othonis Vicecomitis: *Refert Stephanardus Flamma, qui eam historiam carmine conscripsit, Pontificem ipsum quod vix credibile est) nefarii consilii conscium fuisse: quod fortasse pro falso set omittendum, nisi & tum, & postea, quantum vita superfuit, Othoni animum hostilem, & quo letalius noceret, insidiosis honestorum verborum coloribus convelatam, ostendisset. Obiit Otho is anno c1000ccxcv, ut ostendunt versiculi isti Mediolani in templo maximo inscripti sepulcro:*

Mille ducenteno quinto, noviesq; deceno,

Quarto hic Augusti bis liquit gaudia mundi.

Eodem autem tempore, ac Otho, claruisse Stephanardum, plane sit verisimile. Et fortasse hæc historia à Jovio memorata tantum portio aliqua est Chronicorum, de quibus paulò antè ex Leandro vidimus. Certiora omnino adferemus, siquando felicitas eadem, quæ fuit Leandro, ac Jovio, obtigerit etiam nobis: putà ut non tam ex illis, quàm Stephanardo ipso, sapiamus.

ENGELBERTUS, abbas Admontensis monasterii (quod in Styria est ad Anasum amnem ultra Perium montem) innotescere orbi cepit temporibus Rodolphi Habsburgii imp. cujus electionem carmine heroico celebravit: at imperante Adolpho Nassavio, anno c1000ccxv1, abbas est electus. Composuit multa, quæ me-

moratum monasterium sedulo servat. Atque inter ea est liber à Gaspare Bruschio ante LXX annos publici juris factus. Is inscribitur, De ortu & fine imperii Romani. Ex parte quidem, & historicus; sed in quo multum philosophetur de fine ejus imperii, quem & mundi finis sit excepturus.

HENRICUS à KLINGENBERG, quinquagesimus primus Constantiensium episcopus, dignitatem eam adeptus est anno cIOccxcix, atque annis septem tenuit: ut in illustribus Germaniæ viris tradidit Pantaleo. Præter quæstionem de angelis, etiam Historiam condidit Comitum Habsburgensium: cujus meminit Eisingrinus.

BERNARDUS GUIDONIS, Lemovicensis, Dominicanus, Episcopus Laudonensis, claruit anno cIOccc: ac reliquit Speculum sanctorum libris 11; Chronicum Cæsarum, & Pontificum, libris itidem 11; Chronica regum Francorum libro 1; Chronica comitum Tolosatum lib. 1; Gesta Prædicatorum lib. 1.

PETRUS CALO, Clugiensis, Venetus, Ord. Min. circa annum cIOccc fusè sanctorum vitas perscripsit. Laudat eum Leander Albertus lib. 14 de viris illustribus Ord. Præd. & Wicelius in præfat. sui Hagilogii. Idem Leander opus suum de Italiâ claudit his verbis. *Petrus Calatus ordinis Prædicatorum monachus, admodum exactè ingentia duo volumina de vitis divorum scripsit: qua in bibl. Dominicana Bononia servantur.*

GERVASIUS RICOBALDUS FERRARIENSIS vitas Romanorum Pontificum perduxit usque ad annum cIOccc; quo vixit, teste Raphaële Volaterrano initio libri XXI commentariorum Urbanorum. Meminit ejus his verbis Hieronymus Rubens Ravennatis Historiæ lib. 11: *Ricobaldus Ferrariensis, Ravennatis Ecclesiæ Canonicus cardinalis, gravissimus historiarum scriptor, eo libro, quem Pomerium inscripsit: In adventu Attilæ, inquit, de Ravenna sic legi in commentario Pontificio ejus urbis &c. Item lib. III: Miror Ricobaldum, Ecclesiæ Ravennatis Canonicum cardinalem, & Blondum, diligentissimos scriptores, putare, &c. Pleniusque idem de eo lib. VI, ad annum cIOccxcii: ubi hæc legas; Gervasius Ricobaldus Ferrariensis, Canonicus Ravennas, hoc tempore rerum Romanarum Ravenna scripsit historiam: illiusque alio libro Epitomen: in qua cum nonnulla tractet de Ecclesiâ, ubi Ravennati, illi titulum ob id fecit, Pomerium Ravennatis Ecclesiæ: adscribantur autem ad calcem Ravennatum nomina archiepiscoporum: isque hodie liber in bibliotheca Vaticana manuscriptus habetur. Sanè quod in*

Vaticana exstare bibliotheca hic dicitur, idem quoque monitum ei, qui Gratianum cum glossis edidit Venetiis ex Juntarum officina an. clōlxxv. Præterea verò MSum codicem in Batavia habet Clarissimus doctissimusque Petrus Scriverius. Is, Gervasii nomine præterito, inscribitur hoc pacto: **RICOBALDI FERRARIENSIS POMERIUM ECCLESIAE RAVENNATIS.** Incipit autem, *Instantiæ tuæ, venerande pater, ac domine Michaël, sanctæ Ecclesiæ Ravennatis archidiacone, abnuere nequeo.* De ætate scriptoris, quod ex Volaterrano, & Rubeo, dicebam, id his Ricobaldi ipsius verbis idem amicus noster liquidò adstruebat: Anno clōccxcv, *Aulfus Comes, Alamannus genere, Rex Alamania, Imperator eligitur, qui hodie regnat.* Cur Pomerium inscribatur, hæc ejusdem Ricobaldi in præfatione verba ostendunt: *Feci, ut qui ex multis pomeriis potiora eligendo unum consevit: sic tandem ex pomeriis virorum præstantium ista delegerim. Ajo ex pomeriis Hieronymi, Prosperi, Mileti, Isidori, Eutropii, Pauli Diaconi, Rufini, Petri Trecensis, Pauli Orosii, & T. Livii Patavini: quorum celebre nomen habetur.* Quibus in verbis Scriverius ubique *pomarium* rescribit: quemadmodum & opus ipsum *Pomarium* censet vocari oportere. Et sanè ratio, quæ à Ricobaldo adfertur, pomario, vel pometo convenit. *Pomerium* autem Latinum non est. *Pomarium* Latinum quidem, sed hinc locum non habet. Magis tamen eò inclinatur animus, ut Ricobaldi, quàm librarii, culpam putem. Nam cum istoc seculo, quo Ricobaldus vivebat, passim *pomerium* pro *pomarium* scriberetur: *pomerium*, & *pomarium*, ejusdem, & originis, & notionis esse existimarunt. Atqui *pomarium* quidem dicere veteres, ubi pomi seruntur; qui locus, Charisio teste, etiam *pometum* vocatur: at *pomerium* ex eo nuncupatum, quia post muros, hoc est muros, foret. Est autem Ricobaldi opus in sex digestum partes. Prima ab orbe condito ad diluvium progreditur: inde ad Abrahamæ nativitatem, & antiquissimos reges, eorumque successores, qui juxta temporis seriem referuntur. Altera est ab nativitate Abrahamæ usque ad conditam Romam. Tertia ab Urbe condita usque ad natalem Christi. Quarta continet historiam Cæsarum Romanorum; sed ita ut subinde alia admisceat. Quinta describit orbem terrarum. Sexta tum successiones, & gesta Pontificum Romanorum exponit: tum Pontifices recenset quatuor illustrium Ecclesiarum, Antiochenæ, Hierosolymitanæ, Alexandrinæ, & Ravennatis. Cur autem Archiepiscopos Constantinopolis prætercat, hanc adfert causam, quòd non ab Apostolorum ætate, sed à temporibus

poribus demum cœperint Constantini Magni. Atque hæc perio-
cha est totius operis; quod, spero, aliquando beneficio Scriverii
lucem videbit. Omnino enim eâ dignior est, quàm alii multi ejus-
dem, & proximi seculi scriptores. Eoque præstantissimus ille vir,
quem dixi, jamdiu mente concepit editionem ejus, unâ cum Regi-
none, Sigeberto, atque aliis melioris notæ chronologis: ac, quam-
quam annalibus patriæ, aliisque multis distentus, tamen necdum
animum illum abjecit.

Ad hæc etiam tempora refertur EGILWARDUS Germanus,
monachus cœnobii S. Burchardi, Wirceburgensis, seu Herbipo-
lensis episcopi: cujus & vitam conscribavit. Quæri possit, utrùm
Egilwardi sit ea brevicula Burchardi vita, quæ est apud Canisium
Tom. IV Ant. Lectonis: an illa fusior apud Surium T. V. d. XI V
Oct. Sed planè ei tribuerim eam, quæ apud Surium existat: uti &
facit Baronius T. IX Ann. ad ann. MCCXLVI II. Qui hoc in Egil-
wardo ibidem requirit, quòd in Burchardi vita non satis tempo-
ra distinxerit. Vixit Burchardus ille ætate S. Bonifacii, Moguntini
archiepiscopi. At Egilwardus seculis V, ac dimidio, junior est:
quippe qui post annum claruerit cœcæ; ut etiam Possëvinus arbi-
tratur. Is qui in literas misit vitam S. Kiliani à Canisio repræsen-
tatam, pollicetur & vitam S. Burchardi. Itaque Canisio videretur
idem, & auctor vitæ S. Kiliani, & S. Burchardi. Sed, ut ego qui-
dem censeo, nihil hinc certi colligere possumus, quia plures vitam
Burchardi edidit: imò ne hoc quidem satis liquet, an scriptor
illæ vitæ Kiliani præstiterit istoc, quod promisit.

Circa annum millesimum trecentesium claruit item magister
PETRUS PICTA VIENSIS, monachus, & Prior major clau-
stralis monasterii sanctorum Petri, & Pauli Cluniacensis. Scripsit
de itinere suo ad Ajam insulam. Item Panegyricum S. Gelasii II
Papæ, sepulti Cluniaci. Item alia compluria, quæ à Possëvino
commemorantur, ac Cluniaci MSa existant. Præter quæ etiam
contexit *summam historicam biblie*: ut quidem appellavit ipse. Id
opusculum Huldricus Zuinglius junior cura chronologia sua à Ju-
lio Cesare usque ad nostra tempora Basileæ in lucem edidit: sed in-
scripsit, genealogiam & chronologiam sanctorum patrum. Idem
præfatione ad lectorem refert, in autographo legi, opus istud anno
c̄cccc̄c̄lx fuisse descriptum à Laurentio Wammer, cui de Vrach
cognomen fuit: atque inde se colligere, auctorem ejus vixisse an-
no trecentesimo, aut quadringentesimo (*post millesimum addere*
debut)

buit) eodemque tempore floruisse magistrum sententiarum, Thomam Aquinatem, Bonaventuram, atque alios. Quæ sanè parùm convenienter à chronologo hoc dicuntur. Nam magister sententiarum floruit anno cīcxl: Thomas Aquinas natus est anno cīccxxiv, atque obiit anno cīccclxxiv. quo ipso & denatus Bonaventura. Ut profectò isti *ὁμήλικες* esse non possint Petro Pictaviensi; quem nos quidem referimus ad annum millesimum trecentesium: ille autem fortè etiam toto seculo post, cùm claruit Petrus ab Alliaco, archiepiscopus Cameracensis, (nam & eum, ut contemporaneum nominat) vixisse profitetur.

Rodolphi Habsburgii, Adolphi Nassovii, & primis Alberti Austriaci temporibus, floruit HENRICUS STERO, in Alta-h inferiore monachus, sub abbate Hermanno, atque ejusdem Capellanus: ut de se ipso testatur. Postea abbatem fuisse in Piburg, nonnullorum suspicio est: atque id colligunt ex quodam ipsius Steronis loco, vel alterius, qui de suo aliquid Steroni inseruerit circa operis finem. Annales eos condidit Stero ab anno cīcclii, quo imperare cœpit Fredericus Barbarossa, usque ad annum cīccclxxiv, quo Rodolphus Habsburgius imperium est consecutus. Primus hoc opus inter aliquot ineditos rerum Germanicarum scriptores divulgavit Marquardus Freherus: postea autem multis partibus auctius edidit Henricus Canisius T. II. Antiq. Lect. Præterea Stero, seu primus, seu post Eberhardum, de quo mox dicam, historiam contexuit de rebus Rodolphi Habsburgii: item Adolphi Nassovii, & quibusdam gestis Alberti Austriaci, usque ad annum cīccc. Appendicem verò usque ad annum cīcccxxv addidit ei ULRICUS, & CONRADUS WELLINGI fratres, monachi cœnobii S. Udalrici, & Afræ Augustæ; ordinis S. Benedicti. Et illa Steronis post annum cīccclxxii, & Wellingorum appendicem de annis xxxiv proximè consecutis, reperies in scriptoribus rerum Germanicarum editis à Frehero.

Steroni æqualis fuit EBERHARDUS ALTAHENSIS, archidiaconus Ecclesiæ Ratisponensis; cujus & Gesnerus in bibliotheca sua meminit. Annales scripsit de ducibus Austriæ, Baviæ, Sueviæ, annorum cxxxi: nempe ab anno cīccclxxiii, (quo Rudolphus Habsburgius cœpit imperare) usque ad annum cīcccv. Primus, è codice MSO monasterii SS. Afræ & Udalrici, quod est Augustæ Vindelicorum, divulgavit Henricus Canisius Tom. I. Antiquæ Lect. Etsi autem non pauca habeat Steroni, de quo proxi-

proximè loquebamur, indicta: convenit tamen in multò plurimis, seu res, seu verba etiam spectes: usque adeò, ut aliud dicere non possimus, quàm vel ex Eberhardo Steronem, vel, quod potius suspicor, è Steronis horreis suis Eberhardum cumeras immentum quantum dirâsse.

GUILHELMUS DE NANGIACO, sive Nangius, (qui Possevino perperam Nannius, Baronio a Mangius monachus fuit a *Ad an.* Benedictinus, S. Dionysii; inque notitiam posteritatis duplici ^{987.} pervenit chronico. Unum est ab orbe condito usque ad annum c^lcccⁱ; quo vivebat. Atque hoc duo viri religiosi ejusdem, in quo Nangius egerat, monasterii, produxere usque ad annum c^lccc^{lxxviii}: MSum autem reperitur in monasterio S. Germani. Alterum est chronicon regum Gallia: unde esse videtur Frodoardi continuatio, usque ad annum c^lccc^{ci}: quæ legitur in annalibus Francorum à Pithæo editis. Etiam gesta scripsit S. Ludovici, Francorum regis. Item gesta filii ejus, Philippi ⁱⁱⁱ, cognomento Audacis, fratris Roberti ejus, qui Borbonia familia auctor fuit. Utrumque opus ex ejusdem Pithæi bibliothecâ prodiit in Germaniâ *b*.

SIFFRIDUS, presbyter Misnensis, Chronologus, vixit tempore Alberti Austriaci imperatoris. Orditur ab orbe condito, ac progreditur usque ad annum c^lccc^{vii}. Sed Georgius Fabricius resecurit omnia illa, quæ præcedunt annum gratiæ c^{ccclviii}, atque ex sequentibus quoque plurima præterit. Nempe satis ei visum fuit, si haberemus, quæ alii, vel neglexissent, vel brevius, aut obscurius dixissent. At historias sacras ex sacro fonte, ecclesiasticas sanctorum historias ex antiquioribus, qui eas ornatius, & fusiùs, & fide minùs ambiguâ, tractassent, utiliùs nos hausuros arbitrabatur. Epitomen eam Suffridi subjunxit Fabricius historiæ suæ Saxonicae: ac eandem in scriptoribus rerum Germanicarum à se editis comparere voluit Pistorius.

*b Fran-
cofurti
an. 1596.
Typis
VVeckels.*

CAP. LXIII.

Volcomarus Furstensfeldensis de rebus Boicis. Ioannes Diaconus Veronensis. Anonymus, auctor Chronici de septem aetatibus. Annales Pontificum Max. & Imp. compositi à Bernardo de castris S. Vincentii. Robertus Besto-

Bestonus de obsidione Strivelinenfi, & bellis Scoticis, atque ut ab hostibus captus celebrare eos coactus sit. Thomæ de La-Moore Angli commentarius de vita ac morte regis sui, Eduardi II.

Sub imperatore hoc Alberto Austriaco, qui anno c^lccc^{xi} decessit; atque item Henrico VII, qui post eum quinquennio imperavit, non infimum in choro eruditorum locum obtinebat **VOLCOMARUS**, qui à consiliis fuit Ludovico, parenti Ludovici ejus, qui Henrico VII anno c^lccc^{xv} successit. Præfuit cœnobio Furstenfeldensi, ac res Boicas consignavit, ab irruptione Bojorum in provincias Romanas, usque ad annum Christi c^lccc^{xiv}: quo in terris agere desuit. Ac præstitit hoc non infeliciter; ut de eo judicat Joannes Aventinus: qui & ejus se industriâ plurimum fuisse adjutum fatetur in Bojorum annalibus contextendis. Vide illum in scriptoribus præmissis libro III annal. Pleniusque idem de eo lib. VII, ad ann. c^lccc^{xiv}: *Volmarus, inquit, tum obit, Furstenfeldensium antistes; qui Ludovico II, Rudolpho, & Ludovico V, & Machthilde, principibus nostris, à consilio fuit; annalesq; Bojorum, qui autographi exstant, ab irruptione eorum in provincias Romanas, hoc est ab anno Christi MDIII ad annum c^lccc^{xiv}, quo obit, deduxit. Sua memoriâ res gestas, quibus etiam interfuit, accuratè perscripsit.* Christophorus Gewoldus præfatione suâ in Chronicon Reicherspergeniæ, (quod ante quadringentos annos scriptum erat) conqueritur, Contradi hoc opus, quo necdum integro antè seculo usus esset Aventinus, suo jam tempore nusquam amplius comparère.

Ejusdem Alberti & Henrici VII temporibus, fuit **JOANNES** **DIACONUS** Canonicus Veronensis, qui historiam condidit ab Julio Cæsare, usque ad Imp. Henricum VII Luccenbergensem, ut reperi in indiculo scriptorum Veronensium exarato ab Alexandro Becello, Cancellario Veronensi.

Temporibus quoque Henrici VII vivebat anonymus auctor Chronici de septem ætatibus: cujus tale initium: *Cum relictâ non sponte genitæ soli dulcedine in urbe Ravenna relegatus degerem, & cum canonicis Ecclesiæ majoris in choro, ac eorum laribus, conversarer, &c.* Exinde refert, ut hoc in opere sequatur B. Hieronymi Chronicon Eusebianum: & quia illud non procedat ultra Honorii tempora; ipse cætera (ut verba ejus retineam) *ex aliis commentariis, & libris historiæ addiderit, usque ad tempus Henrici Augusti: qui obsessâ Brixia*

eam obtinuit. Quod fuit anno millesimo trecentesimo duodecimo. Utrum autem hoc anno & ipse vixerit, non ausim asseverare. M. S. hujus operis exemplar, Ivonis Carnotensis Historiæ conjunctum, habet virtute doctrinæque ornatissimus, & mihi amicissimus juvenis, Guilielmus Oomsius Amstelodamensis.

Claruit quoque. Alberti Imp. ætate, BERNARDUS DE CASTRIS S. VINCENTII, ejusdem cœnobii præfectus. Hic, ut Leander Albertus ait lib. IV de illustribus viris Ord. Prædicat. Chronica scripsit ord. prædic. usque ad annum c1000. Cujus archetypus in Bononiensis cœnobii bibliotheca in membranis sepositus est adeo incomtus, (ut puto, scriptoris incuriâ) ut quandoq; vix de narratis elici sententia possit accommodata. Contextuit is venerandus pater etiam annales Pontificum Max. & Imperatorum, usque ad Ioannem XXI. Item tractatum de synodis generalibus, seu conciliis, à primo concilio, ab ecclesia celebrato, usque ad sua tempora. Hoc opusculum Hieronymus Albertinus Bononiensis in Annalibus suis se aliquando vidisse in bibliotheca Papa in Palatio S. Petri affirmat. Elaruit circa annum c1000. Hactenus Leander.

Complures verò, imperante Henrico VII, florere in Anglia sub Eduardo I, qui post parentem suum Eduardum I, anno c1000, regni habenas tenebat.

Sanè sub utroque hoc Eduardo, haut aliter ac Luna inter minores, ut poëta loquitur, ignes micabat ROBERTUS BESTONUS, qui aliis BASTON, nobilis Britannus, Scardeburgensis Carmelitarum cœnobii monachus, rhetor, ac poëta laureatus. Primum nominis sibi decus peperit poëmate de obsidione Strivelinensi; in qua, quæ gesta essent, coram viderat. Nam rex Eduardus I, ad obsidionem eam se accingens, poëtam comitari jusserat, ut quam de Anglis jam animo victoriam ipse concepisset, carmine hanc ille consecraret. Contigit hoc anno c1000. Sed profectò,

Nescia mens hominum fati sortisque futura.

Iam bonus poëta sequenti anno capitur à Scotis: & quæstionis cruciatibus à Roberto Bruffio, cujus magna tum potentia erat, eò adigitur, ut, argumento in contrarium mutato, victoriam celebret, quam illo Scoti anno de Anglis reportassent. Egit & de aliis Scottorum bellis, sive, ut ipse inscripsit, guerris. Horum auctores habemus, Hectorem Boëthium lib. XI V Historiæ Scotticæ, Joannem Majorem Chron. lib. V cap. V cap. I I I, Joannem Balæum in script. Britann. centur. IV cap. XC I I. Præter quos & Bostoni hujus me-

minit Nicolaus Thriveth; de quo inferius dicemus. Adiquoque Petrum Lucium in catalogo de Carmelitis.

Etiam THOMAS DE LA-MOORE Anglus sub primo secundoque Eduardo, ut equestri dignitate conspicuus erat: ita à voluntate bene merendi de posteris non minus laudari dignus fuit. Commentarium enim sanè luculentum elucubravit de vita ac morte Eduardi I. Fidemque eò magis meretur, quòd regi intimus fuerit, ac sub ejus auspiciis & ductu adversus Scotos stipendia fecerit. Ac ille quidem Gallicè scripserat. Sed, auctoris ipsius postulato, opus hoc Latinè vertit GUALTHERUS BAKER, Canonicus Osneienfis. Ea translatio, beneficio Guilielmi Camdeni, prodiit in lucem.

CAP. LXIV.

Vincentius, & Martinus *Carsulani*, Landolphus *de Columnna*, ac Sozomenus *Pistoriensis*, de *vitis Pontificum*. *Matthæus Vindocinensis*. *Guilielmus Pastrengus*. *Antonius de Godis*. Ioannes *Docreus de Dionysio Areopagita*. Philippus *Eysterensis de vita S. Walpurgis*. Albertinus *Mufatus de gestis Henrici VII. Ptolomei de Luca Annales, & historia Ecclesiastica*. Siberti de *Beka historiurum flores*. *Odericus de peregrinatione sua, & ritibus mundi*. Annibaldus *Ceccanus de vitis SS. Petri, & Pauli*. *Ludolphus Saxo de vita Christi*. *Guilielmi Procuratoris Chronicon Egmondanum*. *Ludovicus Marchentus*. *Vdalricus à Lentzburg de vitis Papa Lucii, & Amisonis*. *Univerfalis historia auctore Conrado S. Vdalrici*. *Wilbertus Alemannus de Terra Sancta*. *Guilielmi de Baldenseel ἰδοιμοεανόν*. *Garinus de vita Margarite Hungaræ*. *Galvani Flammæ Chronicon imperatorum, & civitatis Mediolanensis*. *Bartholomæi de Osa historia de imperatorum & pontificum vitis*.

Temporibus Henrici VII, & Ludovici IV Bavari (qui ab anno cloccecxiv imperium tenuit, usque ad annum cloccecxvi) claruere, tum VINCENTIUS CARsulANUS, & MARTI-

nus CARULANUS (est autem Carfula, quæ hodie Cassina, Umbrie
 oppidum) cum LANDULPHUS DE COLUMNA. De his tribus ita Ra-
 phaël Volaterranus initio Commentar. Urb. lib. XXI. Pontificum Ro-
 manorum, seu temporum eorum historias, scripsere Vincentius, & Martinus
 Casulanus, ordinis ambo Prædicatorum, Ioannis XXI. tempore. Cui Lan-
 dulphus de Columna, Canonicus Carnosensis, opus etiam de his dedicavit.
 Atque ex istis verbis liquet, cur tres hosce æquales statuamus. De
 primo eorum nihil ultra occurrit. Uti nec de altero, hoc est, Mar-
 tino Carfulano; nisi is est Martinus Polonus, Papæ pœnitentiarius:
 de quo antea dictum. Quod si est, perperam eum vixisse ait anno
 cccccxx, qui anno obiit cccccxxvi. Postremum istorum, Lan-
 dulphum, haur diu post Vincentium Bellouacensem scripsisse, ait
 Volaterranus. Quod verum est, quando, ut idem hic ait, opus
 suum dedicavit Joanni XXI. Nam Vincentius obiit anno ccccc-
 lvi. At Papa Joannes XXI. federe cœpit anno cccccxvi. Ut
 quasi lx annorum inter eos sit intervallum. Scio, in numero Papa-
 rum, quibus Joannes nomen fuit, variare non paucos. Verum
 scrupulum omnem tollit, quod Volaterranus ipse eodem se postea
 libro explicat. Nam vigesimum secundum ejus nominis statuit
 illum, qui imperatorem Ludovicum Bavarum anathemate feriit. Ut
 omnino istos ratio fugerit, qui Landulphum hunc Frederici III,
 & Maximiliani I temporibus claruisse, arbitrantur. Illustris hoc
 de scriptore locus est apud auctorem breviarii historialis, æqualem
 Sigismundi anno cccccclxxix. Verba ejus in præfatione sunt
 ista: *Hoc sine existimo motus fuit LANDULPHUS DE COLU-
 MNA, Canonicus Carnosensis, cum ex dictis Pompeii Trogi: qui Babylo-
 nica totiusque Orientis in quadraginta quatuor voluminibus gesta descripsit:
 ac Titulii, (Leg. Titi Livii) qui Romanas, & Occidentis, imò totius Or-
 bis magnificas scripsit historias: ac Orosii, qui Africani, & Macedonici im-
 perii facta recensuit: ac Iosephi, Hegesippi, & interdum Moysi, alio-
 rumque plurium historicorum, codicem edidit, & Breviarium historicarum
 nominavit. In quo, à primi hominis creatione, usque ad Ioannem na-
 tione Anglicum, qui, ut legitur, femina fuit, historias abbreviare curavit:
 à quo codice, & ab aliquibus aliis, præsens collectarium est excerptum.*

SOZOMENUS PISTORIENSIS eodem tempore, aut paul-
 lo post vixit: ac Pontificum vitas itidem posteris tradidit. De
 quo sic idem Raphaël Volaterranus initio libri XXI. commenta-
 riorum Urbanorum: *Post hos (Pontificum Romanorum historiam
 scripsit) Sozomenus, presbyter Pistoriensis, longum volumen, (quod au-*

spicatur) *ab initio mundi*. Supple ex iis, quæ antecesserunt, tractasse eum hoc argumentum post Damasum, Anastasium, Paullum Diaconum, Guidonem Ravennatem, Ugonem Florianum, Sicardum Cremonensem, Godfridum Viterbientem, Vincentium, & Martinum, Carfulanos, & Landolphum Columnam. Meminit idem lib. xx: *Sozomenus Pistoriensis historiae universalis immensum edidit volumen*. Grande hoc opus etiam Prolo-mæo Lucensi memoratur in Chronicis: erat autem tripartitum: cujus pars prima, mutila tamen, (ut ex doctissimo Laurentio Pignorio intelligo) Patavii existat MSA in bibliothecâ inclytæ nationis Germanicæ. Habet autem inscriptionem istiusmodi: *Sozomeni, presbyteri Pistoriensis, ac Florentiæ educati. Chronicis incipit prefatio felicitet*.

MATTHÆUS VINDOCINENSIS scripsit carmine elegiaco, pro temporibus, quibus vixit, non inueniunt, historiam Tibiæ senioris, & junioris. Vixit autem anno cIccccxv. Ex barbaro ævo, meminere Alanus in poëtarum floribus, & Sparanus in Rosario. Complures etiam hujus seculi, in quibus Epo Boëthius, & Barthius; quorum ille etiam edere decrêrat, hic verò initium in Adversariis retulit. Primus verò publici juris anno cIccccxlii. fecit Johannes Heringius JC. & Verdensis Syndicus.

Etiam Henrici VII ac Ludovici IV temporibus vixit GUILIELMUS PASTRENGUS Veronensis: qui originum librum reliquit, ut est in indiculo historicorum Veronensium, quem fecit Alexander Becellus, Cancellarius urbis Veronensis.

Item tum fuit ANTONIUS DE GODIS, quem Jo. Bapt. Pajarinus initio historiae suæ refert inter Vicetinae historiae scriptores, quos in commentario suo sequatur duces. Verba Pajarini referemus quo loco agimus de Felice de Custoza, & Adoto de Raynone. Idem lib. vi sic de eo scribit: *Anno in nativitate Christi cIccccxlii fuit Antonius de Godis. qui Vicetinarum res gestas, atque urbis desolationem scripsit; cujus historiam vidi, multaque ab ea excerpti, quæ huic nostræ lucubratiuncula adjeci*. Hæc Pajarinus, quæ mihi suggessit Felix Osius V. Cl.

JOANNES DOCREUS, qui anno cIccccxviii vitam egit, opere innouit de vita, passione, ac sepulturâ Dionysii Acopagita. Eisingrinium vide, ac Possëvinum.

His quoque temporibus effulsit PHILIPPUS EYSTETENSIS, nobilis Alfarus à Rodsamshausen, sacrarum literarum doctor, abbas Parisiensis ordinis Cisterciensis, ac postea Eystetensis
sive

sive Aichstadianus episcopus xxxix: quo honore à Papa Clemente v ornatus fuit anno cloccev, cum Romam ab Alberto Austriae missus foret: ut auctor est Bryschius in catalogo episcoporum Eysterenſium. Ut nunc quoque in memoria hominum vivat, consecutus est vitâ S. Walpurgis virginis, abbatissæ Heidenheimensis: quam Canisius exhibet Tom. iv Antiq. Lect. Obiit anno clocccxxii, xxv Febr. Ex hoc Philippi commentario, (quem scripsit rogatu Annæ, Hungariæ reginæ, Alberti Rom. regis filiæ) epirotomen quandam postea alius concinnavit; quam Ingolſtadii in lucem prodire jussit Petrus Stevartius. Anonymus ille hoc compendium fecerat jussu sanctimonialium S. Walpurgis: quæ & ob Latini sermonis rudes, Germanicâ linguâ hoc opus conscribi mandarunt: ut liquet ex præfatione, quam ipsæ operi præmiserunt. Eaque translatio Germanica apud episcopum Philadelphiam, & præepiscopum Eysterenſem, extare dicitur ab eodem Stevartio.

Eadem ætate fuit ALBERTINUS MUSATUS Patavinus: qui præter Priapeia, Ecelinum, librumque de Fato, etiam opus reliquit de gestis imperatoris Henrici vii. Cum honore ejus meminit Petrarcha. Obiit Clodii exul pr. Kal. Jun. anno clocccxxix. Sed cadaver postea Patavium relatum fuit.

PTOLOMÆUS DE LUCA, sive LUCENSIS, claruit itidem temporibus Henrici vii & Ludovici Bavari. Hic opere gemino nomen sibi illustre peperit. Unum est Annalium, quibus breviter, tum sacra, tum civilia est persequutus ab anno cclx usque ad annum clocclxi; quo tempore imperium erat penes Albertum Austriacum. Opus hoc Lugduni in Galliis prodiit anno clobcxi. Alterum est historia Ecclesiastica, quam pertexit usque ad annum clocclxi, quo Papa factus Clemens vi, quinquennio ante obitum Ludovici Bavari. Opus hoc MSum superest in biblioth. Vaticana num. 3766. Dicavit illud auctor Gulielmo Petri Godivo Bajonensi Vasconi, prius ordinis prædicatorum Theologo, & ex provinciali Tholosano Lectori sacri Palatii, postea autem presbytero Cardinali tit. S. Cæcilie, quâ dignitate à Clemente v. ornatus est anno clocclxi. Tomo i: i: Scriptorum, qui Hispaniam illustrarunt, habes ex hoc Ptolomæo Lucensi, genealogiam Roberti Guiscardi. Sed opus isthoc continuarunt alii ad an. clocclxx. Meminere & Ptolomæi hujus Blondus lib. xiii, Platina in vita Lucii iiii, & Raphaël Volaterranus initio lib. xxii commentariorum Urbanorum, ubi inter

ter eos reponit, qui Pontificum vitas scripsere : item lib. xviii ubi breviter ab eo annotatos dicit viros doctrinâ illustres, qui Pontificis cujusque vita claruerunt. Etiam Cuspinianus refert inter auctores, quorum opera in describendis Imperatoribus profecerit. Memorat & Paullus Langius pene initio Chronici Citizenfis, & Mejerus lib. xi Annal. quo loco ex eo Henricum vii Imp. veneno à monacho Dominicano necatum probat.

SIBERTUS de BEKA, Geldrus, Carmelita, Provincialis inferioris Germaniæ, philosophus peripateticus, & juris Canonici peritus, claruit anno clocexx, ac præter alia Fasciculum edidit, quo complexus est Historiarum flores. Meminere Tritthemius in catal. & Philippus Bergomas in Chron. ad an. clocexx. Cui vocatur *Sibertus Teutonicus*.

Temporibus quoque Ludovici iv, anno clocexx nomen adepusest ODERICUS, è portu Naono oppido fori Julii ordinis fratrum minorum, qui inter alia condidit historiam peregrinationis suæ per varias Asiæ regiones. Habes in vitis Sanctorum editis à Bollando ad xiv Jan. MSus semel iterumque exstat Cantabrigiæ in bibliothecâ Collegii S. Benedicti, vocaturque: *Itinerarium* fratris Odorici, ut est apud Th. James. Præterea librum scripsisse dicitur diversis ritibus & conditionibus hujus mundi. Sed is liber non alius est ab eo, quem dixi: ut facile videbit qui legerit. A Waddingo Num. xiv. liber de mirabilibus mundi appellatur. Vitam ejus habes in Sanctorum vitis à Bollando editis. Ea è. quæ annotavit Bollandus, facile desiderium explebunt, plura si quis de hoc scriptore expetit.

ANNIBALDUS BECCANUS, Romanus, primùm Archiepiscopus Neapolitanus, hinc episcopus Cardinalis Tusculanus fuit, ac anno floruit clocexxvii. Carmine panxit vitas Apostolorum Petri, & Pauli.

Sub Ludovico iv anno clocexxxx vixit LUDOLPHUS SAXO, (qui perperam nonnullis, LANBULPHUS) Carthusianus Prior Argentinensis. Hic vitam Christi ex variis conflavit: atque ei commentarios addidit, & preces, quæ capiti cuique accommodatæ forent. Sæpius id opus, tum Parisiis, tum Venetiis, prodidit. Laudat illud impensè Hartmannus Schedelius Norimbergensis in Chronico suo. Multa tamen admiscet, quæ apud Evangelistas non legantur: ut omnino in istis fides ejus claudi. et. Cæterum cum hoc opere connexa etiam est vita B. Annæ, & laudes B. Joachim.

Idem

Isdem temporibus sub Guilielmo Hannonio, Hollandiæ comite, cognomento Bono, floruit quoque **GUILIELMUS PROCURATOR**: quod nomen adeptus est à curâ cænobii Egmondanum. Hic continuavit Chronicon Egmondanum. Itaque incipit ab Adæ principis, & Ludovici Comitis de Lone infelicibus nuptiis, hoc est ab anno cloccev, ubi Chronicon Egmondanum terminari diximus cap. lV hujusce libri. Desinit autem in anno cloccexxxii. Eo in Chronico ipse, ad annum clocceccxii, ait, se monachū fuisse Egmondanum, & quondā Capellanum in Brederode. Atque eodem pertinent hæc verba ad annum clocceccxxi: *Capellania meæ locum, Brederode videlicet, duxi attollere, & modis omnibus honorare.* Ad annum autem clocceccxxx hæc annotat: *Ego Wilhelmus, Procurator ut nunc Ecclesia Egmondensis a, satis adfui, ea quoque experientia didici.* Annis vero xii, aut ampliùs, fuerit scribendo huic Chronico intentus: si rectè legitur in Florentio ad annum mcllxxxvii: *Sicut per eandem hæctenus possidetur, scilicet anno clocceccxxii.* Sed, ut suspicor, denarius excidit. Sanè verisimile est signasse annum, in quo desit: is autem annus est, ut dixi, clocceccxxii. Chronicon hoc minimè pœnitendum, ex optimo, & antiquissimo codice membranaceo, in lucem propediem dabit vir præcellentis doctrinæ, & summus patriæ antiquitatis assertor ac vindex, Petrus Scriverius. Qui eum scriptorem comitem adjungit Anonymo monacho Egmondano, antea quidem edito à clarissimis & doctissimis viris, Andrea Schotto, & Francisco Sweertio: sed plurimis nunc à se mendis repurgato. Atque idem Scriverius de hoc Guilielmo Procuratore capit ista, quæ apud eum legere est *b* de Guilielmo, ut ibi vocatur, Dispensatore:

*Egmonda monachis, quibus assunt munia pacis,
Ante Thoma festum lux terna locum dat honestum:
Atque Chori gratâ propter nova tecta negata c
Mense quasi deno sit honor, sit copia pleno
Cornu Willelmo; cujus labor explicit almo
Tegmine constructo. Dispensator fuit iste
Cuncta, Deo teste, dispensans ordine recto:
Sique Thoma dubites hyemis d vice subtraho lites,
Quis fuga sit nostris per eum qui præsidet astris,
Sive poli stellis, decor Egmonda domicellis.*

MS. exstat Oxonii in Collegio Corporis Christi. Sed *αὐτὸς ἐξ ἑοῦ*
est in Carthusia Moguntia, teste Bostio in viris illustribus cap. xi.

Memi-

*a Hoc est,
præfatus,
sive antedictus.*

b Fol. 127.

c Sententia iudicio meo requirit tributa, aut recepta, vel simile quid. d Etiam hac vel Esculapio egant, vel Delio natatore.

Meminit viri ut sanctimonix insignis Philippus Bergomas in supplemento Chronico lib. xlii.

LUDOVICUS MARCHENTUS, Veronensis, carmine heroico panxit historiam Stephani Contareni Classi Venetæ præfecti super lacu Benaco, contra Philippi Mariæ Vicecomitis Duces. Fuit anno cccccxxx; ut indicio mihi est indiculus Veronensium historicorum, ante hac etiam mihi memoratus.

Anno cccccxxii, juxta Eisingrinium, terras incoluit UDALRICUS à LENTZBURCH, Germanus, prius anachoreta, postea Curienfis episcopus. Hic memoriam sui propagavit prodendo Pontificum duorum vitas, Lucii, & Amifonis. Ceteroquin bello illustrior fuit. Obiit an. ccccciv.

Anno cccccxxiv vixisse videtur CONRADUS S. Udalrici. Sanè huc usque universalem historiam perduxit.

Anno cccccxxvi vivebat WILBERTUS ALEMANNUS, qui, teste Arnoldo Bostio, ad Talayrandum, Comitem Pettrigorium, sive, ut alii nuncupant, Petragoricensem, Cardinalem Ecclesiæ Romanæ, historiam de partibus Terræ Sanctæ exaravit.

Itidem GUILIELMUS DE BALDENSEL, eques aureus Hierosolymitanus, anno cccccxxvii, rogatu Thalayrandi Petragoricensis, Ecclesiæ Rom. uti dictum, Cardinalis, scripto signavit *ὁδοῦ ἐκείνῃ* ad Terram Sanctam: quod MSum superest in bibliotheca S. Galli: typis verò excusum prodiit curâ Henrici Cansii Tom. v Antiq. Lect.

FR. GARINUS, S. Theologiæ doctor, Ordinis Prædicatorum, vitam Margaritæ, filix regis Hungarorum, quam ab juratis testibus acceperat, in compendium redegit Avenione anno cccccxl. Exstat apud Surium T. i. a. d. xxviii Jan.

GALVANUS FLAMMA Mediolanensis Ord. Præd. anno fuit cccccxl, ac Chronicon condidit imperatorum, & civitatis Mediolanensis, ad suam usque ætatem. MSus codex est apud Franciscum Ellium, patricium Mediolanensem, atque is optime notè. In cujus fine, ut ex clarissimo Laurentio Pignorio accipi, hæc verba reperies, *Scripti anno cccccxxvi.*

BARTHOLOMÆUS DE OSA, vel Ofsanus, Bergomensis, floruit sub Ludovico iv, anno cccccxl, ac insigne historiarum opus libris xvi edidit, in quo Imperatorum & Pontificum Rom. vitas exponit. Meminit & I. Philippus Bergomas in Cur. Supp. ad an. cccccxxiv, ac Leander in Italia sua, inter illustres Bergomates.

CAP. LXV.

Nicolaï Thriveti opera varia, quibus historiam, atque Anglicanam imprimis, illustravit. Thomæ Castelforde res Pansretenses, & idem de cœnobii sui gestis. Thomæ Langforde Chronicon. Stephanus Eyton de gestis Eduardi II. Guilhelmi Asketle historia tripartita de rebus Beverlaccensibus, & vita, ac miraculis Ioannis Eboracensis. Thomæ Haslwoode Chronicon. Ioa. Tanathensis de vitis aliquot cœnitorum. Martini Alnewyck Chronicon. Ioannes Eueridenus de serie temporum: item regibus, & episcopis Angliæ. Gualteri Burlei liber de vitis philosophorum, atque ejus seæda, & multiplex cœnitorum. Rogeri Cestrii Polieration. Adamus Carthusianus de vita S. Hugonis Lincolnensis. Guilhelmus Hemmyngforde de gestis Eduardi III, atque ejusdem historia Anglicana. Rogerus Lycestriensis de computo, & ratione temporum. Anglicani annales Ioannis Burgenfis. Thomæ Eckleston historia de fratribus ord. Min.

MOderante imperium Romanum Ludovico IV Bavaro, in Angliâ regnare Eduardus II, & III: quorum prior Eduardo I successit anno ccccvi: alter Eduardo II, anno ccccvii. Eduardi primi, ac secundi temporibus floruit **NICOLAUS THREVEETH**, seu **THRIVETH**, Anglus Dominicanus. Obiit verò, Balæo teste, penè septuagenarius, anno Christi ccccxxvi. Ut (nisi à librario peccatum credere malimus) fallatur Gesnerus, & qui eum sequitur, Possëvinus, cùm ajunt, claruisse anno ccccclx. Nempe quinquagenarii notam eximi oporteat. At spissior is multò est error, quando apud Sixtum Senensem legitur, floruisse anno cccc. Sed sine dubio scripserat Sixtus mccc. Quo tempore Thrivetus jam quadragenarius erat. Plurima prodidit in vulgus, quæ Balæus indicabit. Inter ea est Historia, quam *Annotationes temporum à mundi origine* inscripsit: ac dicavit Hugoni de Eugolisma, Cantuariensi archidiacono. Nec dubito quin idem opus signet Leander Albertus, ubi Thriveti hujus opere

ra recensens, inter ea commemorat *Annales ab orbe condito usque ad Christum Salvatorem*. Composuit quoque annales à Christo usque ad sua tempora: item historiam sex Angliæ regum, qui liber MSus superest Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Item catalogum regum Anglo-Saxonum durante heptarchiâ. Habetur MSus Oxonii in Mertonensi Collegio. Præterea annales regum Angliæ, qui à Comitibus Andegavensibus originem ducunt juxta stirpem masculam. In bibliothecâ Collegii S. Benedicti existare apud Cantabrigienses, Th. James auctor est. Item Oxonii in Collegio Mertonensi. Adhæc appendicem ad Chronica, qui in baronis Lumleiani bibliotheca adseruatur. Imò & Gallicè librum reliquit de gestis imperatorum, regum, apostolorum: qui MSus Oxonii existat in collegio Magdalenensi.

Etiam Eduardi II temporibus, claruisse Balæus censet THOMAM CASTELFORDE, Britannum, Ponsfretensis cœnobii monachum. Scripsit is Historiam Ponsfreti, sive Pontisfracti; & gesta sui cœnobii. Orsus autem fuit ab Askeo Saxone, nobili viro, qui loci possessor fuerat: ac perduxit usque ad illud tempus, quo declinante Laceiorum nomine, hereditatem adiere comites Lancastrienses. Agnoscit Lelandus, supra spem suam se profecisse ex eo, atque hoc se monstraturum, ait, quando civilem historiam in lucem dabit.

THOMAS LANGFORDE, qui Possentino minùs rectè vocatur Languefrodus, Anglus, Ord. Prædicat. sub eodem Eduardo rege floruit, ac condidit Chronicon universale, opus etiam laudatum Leandro Alberto Bononiensi lib. IV de illustribus viris Ord. Prædicat.

Tum quoque erat STEPHANUS EYTON, sive Edonus, Britannus, canonicus regularis Warotrensis cœnobii, quod non longè à Crago, Eboracensis provinciæ castello, abest. Literis bonâ fide commendavit res gestas regis sui Eduardi II, cognomento Arvonii.

Itidem sub hoc rege in pretio fuisse dicitur GUILHELMUS ASKETLE (qui Simlero in appendice Gesneri est *Askelte*, sed perperam) scriptor Britannus, clericus sani S. Joannis apud Beverlacenses. Hic composuit opus tripartitum; cujus parte primâ tractat de rebus Beverlacensibus. Orsus eam ab adventu Guilielmi Normanni, ubi Folchardus Dorobernensis desierat. Altera pars continebat res gestas ab Joanne, archiepiscopo Eboracensi, Bever-

Beverlacenſis Eccleſiæ patrono. Tertia agebat de ejus virtutibus, ac miraculis.

THOMAS HASELWODE, qui aliis *Hafſlvoldo*, Anglus, Canonice regularis ordinis S. Auguſtini, ſub eodem Eduardo rege fecit Chronicon parvum. Hujus & in Colleſtancis ſuis meminit Guillelmus Botonerus: qui circa annum clocccclx vivebat.

JOANNES TMANATENSIS, Anglus, monachus Benedicinus, & Cantuarienſis eccleſiæ ad Servatoris ædem præcentor, præter opus de officiis Cantuarienſis eccleſiæ, etiam librum elucubravit de quorundam ſanctorum vitis. Claruit, ut videtur, ſub Eduardo III, Anglorum rege, anno clocccxxx.

MARTINUS ALNEWYCK, Anglus, Franciſcantus, præter commentarios in Magiſtrum Sententiarum, ac varias diſputationes, reliquit opus Chronicorum. Obiit anno Chr. clocccxxxvi, regnante in Anglia Eduardo III.

Circa annum clocccxxxvi JOANNES EVERIDENUS, Britannus, monachus Burienſis ad fanum Eadmundi, orbi, ac præcipuè Angliſ ſuis innotuit tradendo ſeriem temporum: opereque altero de regibus, & epiſcopis Angliæ: item aliis nonnullis.

GUALTERUS BURLEY, Anglicus, anno Chr. clocccxxxvii annum agebat ſexageſimum ſecundum. In juventute audivit Pariſiis M. Joannem Scotum, condiscipulumque habuit Guillelmum Occamum. Sed, in patriam reverſus, vehementiſſimè doctorem ſuum Scotum impugnavit. Fuit ſacerdos, & Theologus Oxoniienſis, & ſocietate Collegii Mertonenſis. Plurima in philoſophia ſcripſit: quæ MSa ſuperſunt in bibliothecis Cantabrigienſibus, & Oxoniienſibus. Historicum etiam opus reliquit: ſed à professione ſua non alienum. Eſt id de vitis, & moribus philoſophorum: quod MSum Ratiſponæ ſuperſt in bibliotheca Dominicanorum: ut monuit Simlerus in appendice Gefneri. Imò excuſum ejus exemplar habeo, quod, naſcente demum typographiâ, nec anno, nec editoris nomine appoſito, typis ſanè admodum rudibus, ut tum fieri ſolet, prodiit in lucem. Poſtea autem in alterum incidi per Conradum de Homberg, circa eadem tempora editum, & à Coloniienſi tunc Academiâ approbatum. Quanta autem imperitia nobilis hujus philoſophi fuerit in rebus iſtis, quæ ad hiftoriam & temporum rationem pertinerent: argumento erit, quòd Horatium, poëtam Venuſinum, eundem putat, ac Horatium Pulvillum, qui mox à regibus exactis floruit Romæ. Item quòd eundem cenſet

Livium Andronicum, poetam Tragicum, qui claruit secundo bello Punico, & Livium, Patavinum historicum, qui sub principatu Augusti vivebat. Idem eundem esse arbitratur Plinium Veronensem, Historiæ naturalis conditorem, & Plinium Novocomensem, epistolarum & panegyrici scriptorem: qui ex prioris forore natus, atque ab eo adoptatus fuit. Et quàm parum in literis sapiebat, qui, ut genuinum Ovidii opus, agnoscit tres libros de vetula? Nihil enim iis esse insulsius, sciunt, qui legerunt exemplar anno MDLXXXIV prælo excusum. Similiter Porcium Catonem poetam appellat. Credo propter distichorum libellos, quos ejus esse putavit. Quid quod idem, & Sallustium, & Quintilianum, poetarum locum habet? Qui in Latinis scriptoribus tantopere cæcutit: quid eum vidisse putemus in auctoribus Græcis; de quibus multò plura eo in opere consignavit? Nempe nusquam non penè cucurbitas lippit: quod tamen non ingenio, quo plurimum valuit; sed seculi attribuendum est infelicitati, quo literæ dispretæ ubivis jacebant.

ROGERUS CESTRIUS, Anglus, monachus Benedictinus, effulsit sub Eduardo III, ac rogatu episcopi, patroni sui, elaboravit Polycraticon, quo ab orbe condito incipit, ac historiam imprimis Anglicanam tradit, usque ad annum MDCCCXIV. Sed postea illud, additis annis XV, usque ad annum MDCCCXXXI perduxit. Cæterum qui Balæo *Rogerus Cestrius*, is Th. Jamesio *Robertus*. Nam MSSorum qui sunt in bibliotheca Collegii S. Benedicti apud Cantabrigienses, inter eos commemorat *Polycraticon temporum per Rob. Cestrium*. Mirum verò, Pitseum in appendice illustrium Angliæ scriptorum centuriâ quartâ scribere, Robertum Cestrium reliquisse *Polycraticon temporum*: id in bibl. Collegii S. Benedicti extare: nec de eo scriptore aliud se habere quicquam. Nam est hic idem ac *Rogerus Cestrius*, quem in scriptoribus ætatis decimæ quartæ Eduardi III temporibus claruere, ac polycratica temporum libris VII signasse, jam retulerat ipse. Videtur autem verum nomen esse *Rogero*. A quo diversus sit *Robertus Cestrius*, qui, Lelando teste, Richardi II temporibus de Astrolabio librum condidit. Nempe vicinitas nominum errorem hunc peperit. Chronica Cestrensis (idem opus signari puto, ac Cestrii *Polycraticon*) habes & MSa Oxonii in bibliothecâ Collegii Novi.

ADAMUS CARTHUSIANUS, Britannus, clarescebat anno MDCCCXL: ac, præter alia, exaravit *Vitam S. Hugonis*, episcopi Lincol-

Lincolniensis. Quod argumentum etiam toto antè seculo tractat: Sylvester Giraldus Cambrensis. Imò & tertius videtur hanc provinciam suscepisse. Nam apud Carthusianos supersunt libri quinque de Hugonis hujus vita. De quibus sic Petrus Sutorius lib. II vit. Carthut. Tract. III cap. v: *Peculiaribus, ac laicis, hujus admirabilis viri gesta omnia prosequi, nec instituti, nec aivivi quoque nostri est. Præferim cum ea ipsa voluminibus multis, maxime in eo, quod archidiaconus Lincolniensis de sanctis mirandisque actibus, ac miraculis ejus, consecit, continentur.* Auctor iste, nec Adamus fuit, nec Sylvester. Non Adamus quidem, quia vitæ ejus scriptor æqualis fuit illius, cujus vitam exaravit. Hoc satis ista præcæmii verba ostendunt: *Quæ de viro beatissimo, Hugone, Lincolniensi præfule, audivi, & certius cognovi, ad subsidium memoria literis commendare statui.* At Hugo Lincolniensis, regnante in Anglia Joanne, anno Chr. clxxxv I diem suum obiit: qua de re vide, inter alios, Polydorum Virgilium Hist. Anglic. lib. xv. Adamus autem vixit tempore Eduardi III, anno clxxx: quemadmodum præter Balæum, & Pitseum, Molanus agnoscit notis in Ulsuardum ad xv I I Nov. & Theodorus Petreus in bibliotheca Carthusiana. Sed enim, dixerit aliquis, ut non sit Adamus ejus operis conditor, non propterea tertium quempiam statui oportere. Nam si S. Hugo decessit anno clxxv I I: & Sylvester Giraldus claruit anno clxxx: nihil prohibere, quo minus Sylvestro illa tribuantur. Sed cogitare oportet, auctorem eorum librorum à Sutorio vocari archidiaconum Lincolniensem: Sylvester autem, non Lincolniensis archidiaconus fuit; sed vel Landavenensis, ut quidam ajunt; vel potius Brakanix, ac Meneviæ, ut accuratiores tradiderunt.

GUALTERUS HEMMYNGFORDE, Anglus, regularis Canonicus cœnobii Gisburnensis, floruit sub Eduardo III. Ingenii atque industriæ suæ monumentum nobis dedit, Chronicon Eduardi III, itemque historiam Anglorum, ab Guilielmo Normanno, hoc est anno clxxvi, usque ad tempora Eduardi I I hoc est anno clxxxv I I. Quod opus MSum Cantabrigiæ adservatur in Collegio S. Benedicti. Liber est chartaceus, nec valde antiquus. Incipit, *Ne fastidiosus.* Gisburnæ in cœnobio suo defunctus est anno clxxxv I I. Hunc autorem exscribere solet historicus monasterii de Abbington: ut observatis qui præfatur in Matthæum Florelegum.

ROBERTUS DE LYCESTRIA Anglus, Franciscanus, in-

518 GER. IOAN. VOSSI DE HISTOR. LAT. LIB. II.
ter alia librum de computo, ut vocat, Latinorum, & alterum opus
de Hebræorum computo composuit : item librum de ratione
temporum. Decessit Lychelfe, die anno c13cccxliiii, impe-
rante in Anglia Eduardo III.


JOANNES BURGENSIS, Anglus, abbas monasterii Petro-
burgenfis, claruit non quidem anno c13cc, uti Possëvinus in Appa-
ratu sacro tradidit : sed c13cccxli, regnante eodem Eduardo III.
Vir fuit eruditus ac disertus, bonoque ordine Anglorum annales
digessit. Quo nomine & à Lelando laudatur.


a Al. A.
quelli.

Æqualis ei fuit THOMAS ECKLESTON, qui Gesnero, &
Possëvino, *Ecleson*, Anglus, Franciscanus. Hic historiam sui ordi-
nis scripsit, in qua primo de B. Francisco, & primis Ordinis ejus
exordiis, agit : deque adventu Agnelli a Pisani, qui primus in
Anglia Franciscanorum Ordinem instituit. Perduxit autem id o-
pus usque ad sua tempora, quibus Guilielmus Nortyngamius, Fran-
ciscanorum in Anglia erat magister generalis. Dicavit verò amico
suo, Simoni Essebio, Ordinis sui professori. Etiam librum edidit
de impugnatione ejusdem Ordinis per Dominicanos.

FINIS LIBRI SECUNDI.







GERARDI IOANNIS VOSSII


De

HISTORICIS
LATINIS

PARS ALTERA.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ IOANNIS MAIRE,
c1010CL1.



GERARDI IOANNIS VOSSII
 D E
 HISTORICIS LATINIS
 LIB. III.

C A P U T I.

Ab longa historiæ seruitute ad ea transitur tempora, quibus (ut rerum omnium circuitus sunt) literarum etiam, & eloquentiæ honos cæpit revirescere. Atque initium ejus ætatis ducitur à Francisco Petrarcha: de quo, ubi, & quando, tum natus, tum denatus, fuerit, exponitur: & quæ ad historiam pertinentia, signârit. Ut æqualis ejus, Ioannes Boccacius, plagii à quibusdam incusetur: item ut de historia veteri non malè, at præclariùs de sermone patrio meritis sit. Petrus Corefinus de vitis pontificum. Porcellii poëma de gestis Frederici, Vrbinatium ducis: deque eo iudicium Volaterrani, ac Gyraldi. Philippus Macerius de vita Petri Thomæ Carmelita. Rodolphi Framensbergii itinerarium. Ioannis de Vineta Chronicon: atque idem de tribus Mariis. Pastor Gallus de memorabilibus sui temporis. Henricus Erfordiensis de factis memoratu dignis omnis ævi. Albertus Comes, sive Frisingensis, de vitis trium sanctorum. Henricus Closnerus de rebus Argentinensibus. Amalrici Augerii Chronicon Pontificale. Ioannis Hildesheimensis Chronicon, & liber ejusdem de corporibus trium magorum translatis.



Revenimus ingentem eorum turbam, penes quos, jam inde ab excessu Antonini Philosophi, usque ad imperium Caroli IV, undecim & ampliùs seculis, historica res stetit in Occidente. Constituunt autem illi

historiæ quasi senectutem: sed ita, ut ipsi quoque gradibus quibusdam distinguantur: atque alii pertineant quasi ad primam, hoc est, crudam vitidemque senectutem; qualem Charonti tribuit divinus poëta: alii ad ultimam, hoc est, decrepitam planè, & capularem senectam: alii quasi in confinio amborum, & magis illis, & minùs his, vietam quandam, & tardigemulam, habeant eloquentiam. Deinceps verò agendum est nobis de temporibus non paullò reliquioribus Caroli IV Imp. qui regere cœpit anno ccccxlvi, atque imperium annis tenuit xxxi. Sanè cùm extremâ Ludovici Bavari ætate; tum præcipuè sub hoc Carolo, studiorum humaniorum, & disertæ orationis honos, instaurari cœpit. Laus ea imprimis debetur eximio viro, FRANCISCO PETRARCÆ: qui literas à multo ævo miserè sepultas è Gothicis tumultis excitavit: ut iure optimo de eo ait Paullus Jovius in elogiis doct. vir. Idemque iudicium est Leandri in Italia, Scaligeri in arte Poët. & cuius non? Nec exiguum ad eam rem momentum paullò post attulit Joannes Grammaticus, insignis orator; quem Leonardus Aretinus dicitabat (ut apud eundem Leandrum in ejus, quæ nunc Romanula dicitur, descriptione legitur) *primum in Italia studium eloquentiæ reparasse, unâ cum imperii majestate profusè ferè deperditum*. Est Joannes hic auctor *ôδοιποιουμένης*, quo ad faciendam sternere viam, ut potuit, studebat. Eiusque de progenie fuit Nicolaus Ferretus; ex cujus schola, ut idem Leander testis est, plurimi eruditione clari in Cisalpina Gallia, (ut cum Italis eam sic vocemus) prodierunt. Sed quod Aretinus agebat, primum in Italia fuisse Joannem Grammaticum, qui, ad bene sperandum de literis faciendâque, signum tolleret: id non sine aliquâ deprecatione Petrarchæ dictum videtur. Eoque longè iustius, & auspiciatius, à Petrarca novum quasi revirescentis ætatis initium hoc loco capiemus.

Tantus vir cui *excellens ingenium, & exquisitam doctrinam* etiam tribuit Joan. Franc. Poggius Florentinus a, circa Ancisam, seu Incisam, Florentini agri vicum, majorum Petrarchæ sedem, ut Bocacius b ait, patre Florentino exulde natus fuit xi. Kal. Sextil. anno cccciv: non anno ccccxl: ut ineptè editum est apud Gualterum Burlæum libro de vitis philosophorum. Et si is profecto error Burlæo vitio verti nequit; qui ipse seculo ante id tempus floruit, ac Petrarchæ æqualis fuit. At claruit Petrarca anno ccccl, & proximis annis xxxiv. Quam varia in literas retulerit, nemo paullò humanior nescit. Inter alia condidit libros iv rerum memo-

a *Historia discipulorum Petrarce de Avanicia.*
 b *Initio lib. de sum. in Arnis.*

Memorandarum, opus historicum, exemplis cum antiquis constans, tum recentioribus. Adhuc viros illustres epitome quadam complexus fuit. Item bellum Punicum carmine exposuit: quo de opere dictum nobis, cum libro primo de Sillio Italico ageremus. Opus hoc MSum exstat Cantabrigiæ in bibliotheca Aulae Pembrochianæ. Eademque in urbe bibliotheca collegii S. Benedicti adservat MSum Petrarchæ librum de Gualthero Marchione & Gryfilda ejus uxore. Oxonii autem in bibliotheca Collegii Novi MSum exstat Itinerarium Petrarchæ ad sepulchrum Domini. Atque ibidem in Collegio S. Magdalensæ est Petrarchæ tractatus MSus de Florentia. Vitam Petrarchæ paucis retulit Raphaël Volaterranus Anthropologiæ lib. XXI, & Jacobus Bergomensis Chron. Suppl. lib. XII ad an. MCCCXLI, ubi eum cœlestem virum merito appellat. At fusè ejus vitam descripsit, imò librum penè integrum illi impendit Xicco Polentonus. Obiit in Arquato, sive, ut alii vocant, Arquada, agri Patavini pago. Ubi & magnificum habet sepulchrum: quippe quatuor porphyreticis columnis subnixum. imò quantum quantum est, eo lapide constans. Plura de summo hoc viro dicam libro de Poëtis Latinis.

Isdem temporibus JOANNES BOCCACIUS Certaldensis ingenti in pretio erat. Auditor fuit Francisci Petrarchæ, quod præfatione operis de genealogia Deorum indicat his verbis: *Præclarissimi viri, Fr. Petrarchæ jamdiu ego auditor sum.* Unde liquet, cum hoc opus scriberet, superstitem fuisse Petrarcham. Etiam alibi similia legas eodem opere. Etiam lib. xv, cap. XVI, ubi eum vocat *venerrandissimum præceptorem, patrem, & dominum suum.* Fuit & discipulus Andalotii Nigri, quem curiosum astrologum Leander vocat in Italia sua. Magnam eruditionis, & industriæ laudem retulit opere memorato, quod genealogiam Deorum vocat, & inscribit Hugoni, Hierosolymorum, & Cypri regi. In eo passim eorum, quæ adducit, testem labeat Theodontium: per quem quis designetur discere est ex operis ejus quindecimo cap. VI: ubi sic loquitur: *Paullum Perusinum, gravissimum virum ceteris immisceo; qui & aetate proventus & multarum rerum notitia doctus fuit. diu magister, & custos bibliotheca Roberti, Hierusalem, & Sicilia regis inclyti. Et si usquam curiosissimus fuit homo in perquirendis jussu etiam principis peregrinis undecumque libris, historicis, & poeticis operibus, iste fuit. Et ob id singulari amicitia Barlaæ junctus, quæ à Latinis habere non poterat, eo medio innumera exhausta à Grecis. Hic ingentem scripsit librum, quem collectivum titula-*

verat: in quo inter cetera, quæ multa erant, & ad varia spectantia, quidquid
 de Diis Gentilium non solum apud Latinos, sed etiam apud Græcos inveniri
 potest, adiutorio Barlaæ arbitror collegisse. Nec dixisse verebor ego juvenca-
 lus adhuc, longè antequam tu in hoc opus animum meum traheres ex illo
 multa avidus potius, quàm intelligens, sumsi: & potissimum ea, quæ sub
 nomine Theodontii apposita sunt. Quem librum maximo hujus operis in-
 commodo. Biella, impudica conjugis, crimine eo defuncto cum pluribus aliis
 ex libris ejusdem deperditum comperi. Puto igitur eo tempore, quo mihi
 primò cognitus est, neminem illi in talibus equiparandum fuisse. Ex his
 colligere est, unde opinio illa originem cœperit, Boccacium hoc
 opus suum exscripsisse è Paulo Perusino J. C. æquali suo, qui &
 ipse de Græcorum Lat: norumque Diis commentarium fecerit. Me-
 minit ejus opinionis Leander in descriptione Italiae. Nec modò
 huic Paulo Perusino debere se multum fatetur, sed etiam Barlaamo:
 de quo ibidem hæc paullo antè legas: *Trabo præterea aliquando Bar-
 laam, Basilii Casariensis monachum, Calabrum, hominem olim corpore pu-
 fillum, prægrandem tamen scientiæ, & Græcis admodum eruditum, ut imperato-
 rum, & principum Græcorum, atque doctorum hominum privilegia haberet
 testantia, nedum his temporibus apud Græcos esse, sed nec à multis seculis
 citra fuisse virum tam insigni, tamque grandi scientiâ præditum. Nonne ergo
 huic, & potissimum in rebus ad Græcos spectantibus, ego credam. Hæc de
 Barlaamo eo lubentiùs apposui, quia video doctissimos viros du-
 bitare de ætate Barlaami, cujus de principatu Papæ liber Græcè
 exstat cum translatione Viri clarissimi, & amicissimi Salmatii. Ex
 his enim quæ diximus satis liquet, fuisse æqualem Petrarchæ: uti
 & ex præfatione, ubi utrumque eorum, quos dixi, Paullum Peru-
 sinum, & Barlaam monachum, ut æquales suos laudat. Ejusdem
 libri xv loco memorato cognoscere licet, quis ille Leontius fuerit,
 quem toties ad partes advocat. Sic enim de eo scribit: *Post hos &
 Leontium Pylatum Thessalonicensem, & ut ipse adserit, prædicti Barlaæ
 auditorem, per sepe deduco: qui quidem ad spectu horridus est, turpifacie, bar-
 ba proluxa, & capillitio nigro, & incitatione occupatus assiduâ, moribus
 incultus, nec satis urbanus: verum, uti experientia notum fecit, literarum
 Græcarum doctissimus, & quodammodo Græcarum historiarum & fabularum
 archivum inexhaustum, etsi Latinis non satis adhuc instructus sit. Hujus
 ego nullum vidi opus, sed quidquid ex eo recito, ab eo viva voce percepi. Non
 dubiam profecto, quin in iis, quæ ad Græcorum fabulas pertinent,
 multa & à Barlaamo, & auditore ejus Leontio (ut de altero audito-
 re, Paulo Perusino nihil dicam) multa discere potuerit Boccacius,**

quæ n̄ ac frustra quæramus in Græcorum monumentis. Gloriam quoque meruit Boccacius compendio historiæ Romanæ: item libris de illustribus viris, de claris mulieribus, de bellis imperatorum, de Florentinorum bellis, de capta Constantinopoli, atque aliis, commemoratis à Jacobo Bergomate ad an. c1500. Horum pleraque MSSa existant in bibliotheca publica Academiæ Lugdunensis, apud Baravos. Libri ejus novem de casibus illustrium virorum MSSi adservantur Oxonii in bibliotheca Collegii Novi, teste Thoma Jameſio. Qui & Oxonii in bibliotheca collegii S. Magdalenæ, tum & Lincolnienſi, existare ait Boccacium de casibus illustrium virorum: sed neutro loco, opus illud quot librorum sit, addit. Ac quemadmodum Petrarcha eloquentiam in poësi Hetrusca à cive & magistro suo, Dante Aligerio, inchoatam, perduxit ad maturitatem: ita iisdem temporibus Boccacius pedestrem eloquentiam in sermone patrio, (ut Jovii de eo judicium est) simul & inchoavit, & absolvit. Obiit anno ætatis LXII, Chr. c1362. uno post Petrarcham anno; ut æt apud Matthæum Palmerium, & Massæum Chronici sui lib. XVI. Sepulchrum ejus cum marmorea effigie Certaldensis hujus in templo maximo cernere est.

Eadem, ac Petrarcha, & Boccacius, ætate in honore fuit PETRUS CORISINUS, Florentinus, ac urbis patriæ episcopus, Ecclesiæque Rom. Cardinalis. Inclaruit vitis aliquot Pontificum à se editis.

Itera tum vitam egit PORCELLIUS poëta, Neapolitanus quidem, sed qui Romanus dici vellet. Admirabatur eum, atque ad eod gesta sua ab eo celebrari voluit Fredericus, Urbini dux: qui suo tempore habitus fuit imperatorum Italiæ facile princeps: ut Machiavellus censet lib. VI rerum Florentinarum. Sed profectò judicium hoc tanti principis magis ornat Porcellium, quam is principis gesta. Nam, ut de poëta illo, vel poëtaastro poëti, judicat Volaterranus, *vir erat absque labore, & doctrina: in scholis eadem quotannis fere & lectabat, & vernaculâ linguâ enarrabat: tantum carmina, quibus omnia referret, naturâ faciebat, non tam bona, quam facilia, & penè extemporalia.* Gyraldus similiter in syntagmate de poëtis a. In omni inquit, *Porcellii versu naturam potius, quam industriam, laudaverim.* Porcellii, item Bafini, & Thebani versus excusi sunt Parisiis à Colinæo. Obiit Romæ admodum senex. In epistolis Philippi una existat ad Porcellium anno scripta c1362: sed alium ut putem, temporum ratio facit.

*a Dial. 1.
d: poët.
fus a 25.*

Eodem

Eodem tempore sub Petro rege, magna in dignitate erat PHILIP-
PUS MACERIUS, Sículus, summus regni Cyprii cancella-
rius. Hic duobus libris comprehendit vitam Petri T' : Car-
melitæ, patriarchæ Constantinopolitani.

a Al. Fa-
rius.

FACIUS a DE UBERTIS Florentinus operam suam impen-
dit Geographiæ: eaque non vulgarem peperit laudem. Hujus ex
opere aliqua depromit, ac citat, Annii Viterbiensis Antiquitarum
Variarum lib. xvii quæst. xv. Ibidem eum vocat optimum, atque
eruditissimum cosmographum. Ac paullo post de eo sic loquitur:
*Fatius Florentinus illustrior Blondo fuit: ut qui ingenio Thufco excelluerit,
& explorata loca melius, & certius, tenuerit.* Etiam inter eos, qui pa-
triæ scribendo attulerint decus aliquod, reponitur à cive suo, Fran-
cisco Albertino dissertatione ad Julium II, quæ est de laudibus Flo-
rentiæ, & Saonenfis civitatis. Meminit &, Florentinus alius, U-
golinus Verinus lib. II Florentiæ illustratæ:

*Fatius Hetrusco est insignis carmine vates,
Fatius Vbertæ non ultima gloria gentis.*

Celebrat quoque eundem Leander Albertus in Italia sua, quo loco
doctos recenset Florentinos, ubi legas: *Fatius Vbertus, insignis
geographus, & poëta laureatus, Dictamundi auctor.* Suspicio vixisse tem-
poribus Pii II, aut paullo post: sed nihil habeo satis explorati.

Ab Italis, quibus Siculum unum comitem dedimus, venio ad
transalpinos. Quo anno Carolus IV habenas imperii accepit: eo
RODOLPHUS DE FRAMEINSPERG, nobilis Bavarus,
exorsus est iter suum in Palæstinam, ad montem Sinai, & in Ægy-
ptum: quod & ipse descripsit. Itinerarium hoc, sed mutilum,
primus divulgavit Henricus Canisius T. VI. Antiquæ Lect.

Etiam JOANNES DE BEKA, nequa nominis famam dele-
re dies possit, consecutus fuit Chronico suo. Eo res Ecclesiæ Ul-
trajectinæ, ejus clericus erat, in literas misit. Ac dicavit illud e-
jusdem ecclesiæ episcopo, & Guilhelmo, Hollandiæ comiti. Nec
tantum persequitur gesta Ultrajectinorum pontificum; sed etiam
comitum Hollandiæ. Orditur à primo ejus Ecclesiæ episcopo,
S. Willebrordo: ac pertexit usque ad annum ccccxvi: quo &
ipse in terris morabatur. Meminit Tritthemius in viris illustribus
item Jacobus Mejerus in Hist. Fland. an. ccccxi, & alibi.
Eum ad tres codices MSos correxit Suffridus Petri Leovardienfis.
At in lucem primus proutavit Bernardus Furmerius, itidem Leo-
vardienfis. Quorum utriusque hoc nomine non parum debent omnes
historiæ

historia amantes: imprimis Ultrajectini, ac postea eos Hollandi, & Frisii. Haussit verò Beca historiam suam potissimum (quemadmodum ipse profiteretur) ex bibliotheca monasterii Egmundani: ubi acta publica Hollandiæ, & vicinarum provinciarum sedulo asservabantur. Sed opus hoc Joannis de Beca ita corruptè editum est Furmerio (etsi id cum tribus codd. à Suffrido Petri, & cuius quarto à se collatum dicat) ut penè satius fuerit ab edendo abstinere, quam vitiose adeo in lucem dare. Sed integrum ab innumeris erroribus repurgavit præstantissimus, & nobis amicissimus Arn. Buchellius Ultrajectinus: qui ne novam ejus scriptoris editionem diutius publico invidet, omnino interest, qui historiæ Belgicæ sunt amantes.

Circa annum clocexlviii fuit JOANNES DE VINE-TA, Aremoricus, Carmelitarum Provincialis in Gallia. Hic Chronicon condidit sui ordinis. Item descripsit vitas trium Mariarum. Et præterea alia quædam reliquit.

ÆGIDIUS MUISIUS Benedictini cœnobii abbas Tornacensis ad S. Martinum, composuit Chronicon à nato Christo usque ad annum clocexlviii: quo vivebat. Exstat MSus Lovanii in cœnobio S. Martini.

Claruit & tum JOANNES HONSEMIUS, sive ut aliis vocatur HOXSEMIUS. Natus Hutgardiæ in diœcesi Leodiensi anno clocclxxvi. Leodici canonicus fuit, & scholasticus ad S. Lambertum. Pro jurisdictione Leodicensi varias obiit legationes ad Papam, Galliæ regem, & ducem Brabantiæ. Reliquit historiam, & res gestas episcoporum Leodicensium ab anno clocexlvii, usque ad annum clocclxvii. Quæ cum aliis hujus argumenti scriptoribus à Joanne Chapeavillio in lucem edita est anno clocexiii.

Circa annum cloccl, Eisgrinio testante, PASTOR GAL-LUS, provincialis Ord. Min. & Cardinalis, literis mandavit opus de gestis sui temporis in Ecclesia memorabilibus.

Circa annum cloccl, HENRICUS DE ERFORDIA, monachus Saxo, Mindensis, Ord. Prædicat. nomen sibi peperit opere de factis illustribus ab orbe condito usque ad annum, quem dixi, clocclv. Exinde aliqua adfert auctor magni Chronici Belgici ad ann. clocclii. Alia quoque ejusdem, sed alterius generis, recensent Leander Albertus lib. iv de viris illustribus Ord. Præd. & Possévinus in Apparatu sacro

ALBERTUS COMES AB HOHENBERG, primùm Her-

bipolensis, deinde Frisingensis episcopus, edidit vitas SS. Kiliani, Colomanni, & Tornani a. Frisingæ in Bavaria decessit anno Chr. c̄l̄ccc̄l̄ix.

a Al. Chilian, Colombani, & Rotnani. Sed minus recte.

His etiam temporibus HENRICUS REBDORFIENSIS monachus annales edidit, orsus ab anno c̄l̄ccc̄xcv, ac desinens in anno c̄l̄ccc̄l̄xi, quo vivebat. Opere eo complectitur res gestas Adolphi, Alberti, Frederici, Ludovici Bavari, & Caroli IV, Imp. Sed imprime se diffundit in gestis Ludovici Bavari: nempe quia illa, ut sui ævi, optimè nôset, &, imperatore eo jam defuncto, r̄t̄īus scriberet. Hunc quoque primus edidit Freherus.

Tum item vixisse videtur FREDERICUS CLOSNERUS: qui res Urbis Argentinensis, à Rodulpho Habsburgensi exorsus, perducit itidem usque ad annum gratiæ c̄l̄ccc̄l̄xi.

Carolo eodem imperante, eopse anno c̄l̄ccc̄l̄xi, quo sedere cœpit Urbanus V, clarescebat AMALRICUS AUGERII: qui *Chronicon Pontificale* edidit: sed novâ ratione. Nec enim temporis rationem habet: sed pontifices secundum literarum seriem disponit. Itaque primùm de iis agit, quibus nomen fuit, Anacletus, Alexander, Anicetus, Anterus, &c. Postea de his, qui vocati Bonifacius, Benedictus, Clemens, Calixtus, &c. Atque ita omnes eisdem nominis conjungit. Præfationem sic orditur: *Beatissimo patri in Christo, & suo vicario glorioso (ejus vicario dicere voluit) ac domino nostro precipuo, domino Urbano, Divinâ Dei providentiâ papæ v, vester devotus capellanus, Amalricus Augerii, Beuvus b, Prior vestri monasterii S. Mariae de Apriano c, ordinis S. Augustini Elnensis diœcesis &c.* Eadem in præfatione ait, se opus suum compilasse ex ducentis ac novem scriptoribus, qui gesta pontificum tradidissent. Ac perducere se historiam inquit, usque ad papam Joannem XXI. Intelligit autem illum, qui episcopatum Urbis adeptus est anno c̄l̄ccc̄xvi, vivereque desiit anno c̄l̄ccc̄xxxiv. Alii vocant Joannem XXI: nempe quia non accensent eum, qui femina fuisse, ac Joannis VIII nomine vocatus dicitur. At aliter hic scriptor. Apud quem legas: *Ioannes dictus Anglicus, natione magnanimus, post dominum Leonem papam in Romanum pontificatum fuit assumptus: & post B. Petrum apostolum ponitur papa centesimus decimus.* Ubi dispiciendum, utrum pro magnanimus legere oporteat Moguntinus: an contrâ illud, quod Moguntinû vulgò faciunt ex corrupta lectione originem habeat: & quæ doctissimi P. Scriverii suspicio est, legere, trajectis vocibus, oporteat, *Ioannes, dictus Magnanimus, natione Anglicus.* Vel sic, *Ioannes, natione*

b Fort. de Beunis.
hoc est,
Bononiensis.
c Fort. Apriano, vel Apriano.

tionē Anglicus, dicitur *Magnanimus*. Cur autem ei *Magnanimi* nomen indipotuerit, obiectum nulli esse potest, si supra sexum masculos usque adeo animos gessit, ut per varios honorum gradus ad pontificatum ascenderet. Nam, ut ibidem hic Amalricus ait, *femina fuit*. Attamen, tanquam in re dubia, addit, *prout communiter asseritur*. Postea alia quoque eò pertinentia adiungit: sed cautione hac, *ut creditur*; item, *ut dicitur*. De re ipsa disputare, non est hujus loci. Ceterum Amalrici hoc opus hæcenus ineditum est: sed MSum ejus codicem, quo usus sum, in divite bibliotheca sua habet is, cujus antè meminimus, Petrus Scriverius, vir egregiè de literis meritis, ac porro sibi posteritatem omnem devincturus, dum fata, & Deus sinent.

PETRUS PASSERINUS Utinensis diarium scripsit rerum Foro-Julienſium: sed satis barbarè. Orditur ab anno clocclviii: & pertingit usque ad annum clocclvi. Superest MSus. Indicium mihi ejus ex Indiculo historicorum Utinensium transmissio Venetiis ab illustrissimo Senatore Dominico Molino.

JOANNES HILDESHEMENSIS, Saxo, professione Carmelita, scripsit de trium regum corporibus translatis Coloniam. Etiam Chronicon edidisse, Tritthemius testatur: uti & Joannes Rioche Minorita: quod excussimne sit, ambigo. Vixit circa annum clocclxx.

a In compendio histor.

C A P. II.

Radulphi Hygdeni polychronicon. Ioannes Malvernæ continuator Polychronici. Richardi Ciceſtrii quinque Chroniconum libri. Ioannis Olnei de miraculis B. Mariæ. Guilielmi Coventrii annales breviores, atque idem de adventu Carmelitarum in Angliam. Galfridus Hardeby de gestis ordinis S. Augustini. Bartholomæi Glanvyle chronicon de Sanctis. Ioannis Tinnouthensis historia aurea, & alia. Ioannes Graunſon de vitis sanctorum; ejusdem martyrologium, & liber de miraculis Thomæ Cantuariensis. Radulphi Strodi itinerarium. Ioannis Mandevyle itinerarium annorum xxxiv, atque idem de situ terræ Sanctæ. Auctor epitomes de bellis gestis pro recuperanda terra Sancta.

*Sancta Thome Stubs sive Stobei Chronicon de Archiepif.
Eboracens. Matthæi Westmonasteriensis Flores historiarum.*

Quo tempore in Germania imperabat Carolus IV, in Anglia rexit Eduardus III. Sed Caroli primus fuit annus Eduardi vigesimus: Caroli trigesimus secundus, & ultimus, Eduardi quinquagesimus secundus, atque itidem postremus. Quare cum de primis viginti annis Eduardi hujus antea viderimus: nunc agemus de residuis annis XXXI, qui Germanico Romano Caroli IV imperio respondent.

Familiam horum ducat is, qui tam prioribus XX annis Eduardi, quàm XXVI sequentibus, claruisse dicendus est, RANULPHUS HYGEDEN, vel Hygeden, vel Hikeden, Anglus, Ord. Bened. Gloriam hic non minimam reportavit Mappâ mundi: item Polychronico, quod opus sex constat libris, pro numero tum sex dierum, quibus operatus est Deus, tum sex ætatum, in quas universa mundi historia dispescitur. Ab orbe creato exorsus procedit usque ad annum MCCCXLI. Exstat hoc opus MSum in bibliotheca publica Academiæ Cantabrigiæ: idque semel iterumque. Item ibidem in bibliotheca Caji & Gonellii. Item Oxonii in bibliotheca Collegii Novi: atque ibidem in bibliotheca Ædis Christi. Jam ætate confectus obiit anno Eduardi regis XXXVII, Christi MCCCXLII, cum annos LXIV monachus fuisset Benedictinus. Polychronicon hoc, jussu domini sui de Barkeley, Anglicè transtulit Joannes Trevisa, atque illud, additis LV annis, continuavit, usque ad an. MCCCXCVII, quo claruit. Etiam in hoc Chronicon tabulas concinnavit Joannes Rochefort, circa annum MCCCXVI.

Radulphi hujus ætate vitam quoque traduxit JOANNES MALVERNÆUS, sive Milvernæus, Anglus, monachus Wigorniensis, ordinis Benedictini. Hic præter opus de visionibus suis Anglicè proditum, (quod ad exitum perduxit anno MCCCXLI) Latino sermone continuavit & ipse Polychronicon. Exstat appendix ea MSA Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti.

His etiam temporibus RICHARDUS CICESTRIVS Anglus, monachus Westmonasterii Benedictinus, multum industrie posuit in rebus Anglorum colligendis: quas quinque Chroniconum libris comprehendit. Aliis vocatur *Richardus de Cirencestris*, opusque ejus dicitur *Speculum historiale*. Opus illud inchoat ab Henrico Saxonis in Britanniam appulso: qui in annum incidit MCCCXL-

VIII. Exinde, per novem seculorum seriem progressus, ad annum pertingit c̄lccc̄xlviii. hoc est, secundum & vigesimum annum regis sui Eduardi III. Est opus hoc bipartitum. Pars prior incipit: *Post primum insule Britannia regem &c.* Atque hæc ab auctore vocata est, *Speculum Historie*: & complectitur libros quatuor. Altera pars dicitur *Anglo-Saxonum Chronicon*: estque continuatio partis prioris. Codex is manu exaratus apud Cantabrigienses reperitur in bibliotheca publica. Atque apud eosdem, sed in Collegio S. Benedicti, MSA conspicitur Chronicorum epitome: quæ & ipsa Richardum hunc auctorem in titulo præfert.

Sub eodem Eduardo, anno c̄lccc̄cl, inter Carthusianos monachorum vitam degebat JOANNES OLNEI, Anglus. Qui præterquam quoddam *meditationes solitarias* ex se promisit, etiam *quinque libris B. Mariæ miracula* comprehendit. De eo quoque loquitur Theodorus Petreus in sua Carthusianorum bibliotheca.

Sub rege hoc etiam anno c̄lccc̄lx inter Carmelitas agebat GUILHELMUS COVENTRIUS, qui aliquibus *Conventre*, cognomento Claudus, Anglus. Laudem cum aliis quæssivit, tum annualibus brevioribus: necnon commentario de Carmelitarum in Angliam adventu.

Eodem tempore GALFRIDUS HARDEBY, Anglus, monachus ordinis S. Augustini, regi Anglorum Eduardo III à confessionibus, & consiliis fuit. Nominis aliquid peperit sibi opere de ordinis sui gestis, & quibusdam aliis. Sed in primis illis commendabatur, quæ de perfectione Evangelicæ paupertatis differuit adversus Armacanum.

Rege eo imperium in Anglia habente, circa annum c̄lccc̄clx, etiam BARTHOLOMÆUS GLANVYLE, cognomento ANGLICUS, (Henrico Willoto pro *Granvyle* perperam *Graunvilius* vocatur) tum natalium splendore, tum doctrinæ nomine, gloriam insignem consecutus fuit. Nam seu familiam spectes, prognatus erat genere comitum Sudvolgiorum: seu præclara literarum studia attendas; præter volumen de rerum varietate, quod duodeviginti libris constat; præter item opus de rerum accidentibus, deque mundo & cœlestibus, postillas item, & sermones; etiam chronicon condidit de Sanctis. Apud Pitseum in catalogo scriptorum Angliæ lego, librum quoque edidisse adversus Laurentium Vallam: ac Vallam pro se apologiam composuisse. Utrumque opus MSum superesse Oxonii in Collegio Balliolano. Idne ita sit, rectius scient.

qui Oxonii degunt. Apud Balæum quidem de istoc opere Bartholomæi Glanwille altum silentium est. Forè confudit Bartholomæum Glanduyle Anglum, & Bartholomæum Facium Ligurem. Nam Bartholomæus Facius orationem investivam composuit adversus Vallam: ac Valla ei quatuor Recriminationum libris respondit. Quicquid est, multum metuo ne Pitseus erret. Nam Valla annis circiter L claruit post Bartholomæum Glanwille: nempe temporibus Eugenii IV.

Eduardi III ætate circa annum c̄lccc̄lxvi floruit & JOANNES TINMOUTHENSIS, Anglus ex oppido Tinmouth, in episcopatu Dunelmensi. Fuit monachus S. Benedicti ad S. Albanum. Quàm varia literarum monumentis tradiderit, Bostonus Buriensis docebit. Inter ea sunt ista, Historiæ aureæ libri III. Item Supplementum ejus historiæ. Utrumque opus MSum superest Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Adhæc composuit Sanctilogium majus, sanctilogium minus, & appendices martyrologii: Historiam ejus auream quondam Wilhelmus Windershol, S. Albani monachus, describi, inque usum monachorum, sui cœnobii bibliothecæ inferri curavit: quemadmodum ait, qui præfatus est in Mathæum Westmonasteriensem: atque addit, Tinmouth *eum ordinem, & modum scribendi, quem in Polychronico invenit Ranulphus, sollicitè admodum exprimere; quamvis alicubi fusiùs, alicubi contractiùs.*

JOANNES GRAUNSON, sive Grandisonus, ut eum Joannes Lelandus appellat, Eduardo III primùm à sacellis fuit: ac tandem ab eo factus est episcopus Exoniensis. Præter conciones, opus reliquit de vitis sanctorum. Item Ordinale, vel Martyrologium Exoniense: quod MSum exstat Cantabrigiæ in bibliotheca collegii S. Benedicti, & Oxonii in bibliotheca publica. Edidit hoc opus auctor circa annum c̄lccc̄xxxvi. Adhæc librum fecit de vita & miraculis Thomæ Cantuariensis. Quod opus itidem Cantabrigiæ in Benedictino collegio MSum superest. Obiit anno c̄lccc̄lxix, ut Thomas Walsyngham in auctario Polychronici testatur.

Sub eodem Eduardo, circa annum c̄lccc̄lxx RANULPHUS STRODUS, Anglus, variis ingenii industriaeque monumentis e-luxit, eaque inter Itinerario terræ sanctæ. Tanquam eximium Anglorum poëtam memorat eum in fine Troili sui Galfredus Chaucerus, ipse etiam Anglus poëta; qui linguam patriam magnâ ingenii sollicitiâ ac culturâ plurimùm ornavit; interque alia, cum Joan-

his Mone poema de arte amandi Gallicè tantùm legeretur, Anglico illud metro feliciter redidit.

JOANNES MANDEVYLE, Anglus, vir ordinis equestris, cupidine ductus exteras terras videndi, amplo viatico instructus anno clcccxxxi peregrinari cepit: ac Africam, & Asiam, permensus, post annos xxxiv domum rediit, & toridem annorum itinerarium edidit: in quo refert, quæ miranda apud Ægyptios, Arabas, Persas, Græcos, Illyres, Tartaros, multasque alias gentes, vidisset. Ejus operis MSum exemplar fuisse apud Matthæum Gesnerum, auctor est Conr. Gesnerus in bibliotheca sua. Nec illud Latina duntaxat composuit: sed etiam Angl' è explicuit, Gallicèque. Anglicè chirographum ejus exemplar appetit Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti, & in bibliotheca baronis Lumleiani. De Latina versione sequor Anglos duos, Balæum, & Pitseum. Pitseus Itinerarium Jo. de Mandevile extare ait Cantabrigiæ in bibliotheca collegii S. Benedicti. Sed qua lingua non addit. Unde Latinam signare arbitror. Quibus quidem Anglis, de Anglo fidem habendâ putavi. Eâ tamen linguâ non vidi, sed vidi, de quo illi tacent, Italicè. Imò & Belgicè, ac Germanicè etiam, extare scio. Vide, quæ infra dicemus de Joanne à Montevillâ. Adhæc Latinis commisit literis Situm terræ sanctæ. Qui liber ibidem MSus repperitur. Nec minimam consecutus est laudem describendo regiones, vel opere de re medicâ. Obiit Leodici. Ubi sepulcro ejus hæc sunt incisa: *Hic jacet vir nobilis, dominus Ioannes de Mandevil, aliàs dictus de Barbam, dominus de Campoli, natus in Anglia, Medicina professor, devotissimus orator, & honorum suorum largissimus pauperibus erogator, qui, toto quasi orbe lustrato, Leodii vitæ suæ diem clausit anno Domini clcccclxxi, mensis Novembris die xvii.* De eodem hunc in modum ad annum clcccxxx scribit Wernerus Rolevinck in fasciculo temporum: *Ioannes de Mandevil Doctor in medicina, & miles in armis, natione Anglicus, fuit circa hæc tempora, & mirabilem peregrinationem quasi totius mundi perfecit: & scripsit ad eam tribus linguis.*

His quoque temporibus literis commissa est Prior pars epitomes de bellis iis, quæ ad recuperandam terram Sanctam Christiani principes susceperant. Scriptorem eum cum blattis tincisque rixantem publici juris fecit Henr. Canisius Tom. vi Anuq. Lect. De ætate quod aiebam, arguunt hæc verba a: *Sequitur ex præmissis, a Pag. quod à principio hujus religionis, usque ad tempus scripturæ presentis libelli, 271. scilicet millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, fluxerunt anni ducenti triginta quatuor.*

THOMAS STUBS, sive Stubæus, vel Stobæus (ut cum Leander Bononiensis nuncupat) patria fuit Eboracensis, ordine Dominicanus, S. Theologiæ doctor. Varia scripsit, atque inter ea Chronicon de Archiepiscopis Eboracensibus, quod MSum exstat in bibliotheca Collegii S. Benedicti, apud Cantabrigientes. Orditur à S. Paulino, & producit historiam ad annum cōccclxxiii, quo vivebat, regnante apud Anglos Eduardo III. Celebrant Stobæum Leander in vitis Prædicatorum lib. IV, & Antonius Senensis in bibliotheca de prædicatoribus, Seldenus notis ad Eadmerum a, inde apposuit literas Thomæ Archiepiscopi Eboracensis ad Lanfrancum, Cantuariensem, & hujus ad Thomam responsum.

a Pag.
201.

Circa annum cōccclxxvi vigere fama cœpit MATTHÆI WESTMONASTERIENSIS: qui Historiarum flores collegit ab exordio mundi usque ad annum Domini cōcccvii. Inde vulgò dictus est *Florilegus*. In iis sequitur imprimis historiam Matthæi Paris majorem. Postea autem, adjectis LXX annis, laborem hunc perduxit ad annum usque cōccclxxvii. Quòd, effractis bibliothecarum repagulis, nunc per manus omnium volitat, Matthæi Parkeri, Cantuariensis antistitis, beneficium est. Nec hic industria Westmonasteriensis Matthæi stetit: sed præterea duplici chronico nomen suum extulit: uno quidem patrio, seu Westmonasteriensis: altero autem fani B. Eadmundi. Porrò Florilegi hujus vestigiis institit Chronicon Roffense; imò vix quicquam in eolegas Florilego intactum; si exceperis, quæ propriè monasterium Roffense spectant.

C A P. III.

M. Alberti Argentinensis Chronicon, ac liber de gestis Bertholdi à Buckecker: Lobardus Sirichius Pataviensis de viris illustribus. Urbanus VI papa de episcopis Bariensibus. Benevenuto de Rambaldi Imolensis de vitis Cæsari. Philippus Riboti Carmelita de gestis, & viris claris sui ordinis. Marius Georgius Venetus de gestis Philippi Bencii Florentini. Raimundus Capuanus de vitis SS. Catharinæ Senensis, & Agnetis è montè Politiano. Ioannes Aylinus Maniacus de bello Foro-Iuliensi. Thomas Diaconus Flander. Iohannis de Hese itinerarium Indiæ. Iacobi Guisfi Annales.

*Ies. Ioannis de Bele Leodiensis Chronicon. Conradus Alpen-
dorp de doctore Cyrillo. Henricus Calkariensis, cognomine
Ager. Guilielmi Thorne Chronica, atq; alia ejusdem. Gui-
lielmus Pachentonus de gestis quinque regum. Richardus
Lauynhal de primordiis ordinis Carmelitici, & tribus mag-
gis. Radulphi Marhami manipulus Chronicorum. Hen-
ricus Knyghton de gestis Anglorum. Stephanus Briching-
tonus de episcopis Cantuariensibus, & Eliensibus. Ioan-
nes Gascoinus de vita S. Hieronymi. Adami Muremu-
thensis Chronicon duobus sex. Anonymus de vita Ioannis Brid-
lyngtonii. Ioannis Goueri Chronicon, sive Vox clamantis
in deserto, aliâque ejusdem. Guilielmus Gillyngham de
scriptoribus ordinis S. Benedicti. Guilielmus Starnefeldus
de canobio Newendeniensi. Galfridi Linge Chronicon. Io-
annes Staffordius de gestis Anglorum.*

Temporibus Karoli IV, & filii ejus Wenceslai, (qui patri in im-
perio successit an. MCCCCLXXVI, atque annis imperavit
XXI) floruit M. ALBERTUS ARGENTINENSIS, qui vulgò *De Ar-
gentina*. Hic Chronicon bonâ fide condidit à Rodolpho primo
Habsburgensi, sive an. MCCCCLXX, usque ad excessum Karoli IV Imp.
qui incidit in annum MCCCCLXXVI. In opere hoc multa aliis in-
dicta, vel non ad eò planè pleneque ab iis explicata, reperias. Sæ-
pius illius in Austria sua meminit Cuspinianus: qui & ejus frag-
mentum edidit a cum consulibus Romanis. Nempè exemplaria
duo nactus erat: sed quorum prius præ carie legi non possit: alte-
rum à priori multum differret; sed planè lacerum esset, ac mutilum.
Ut gratia non levis debeat Christiano Ursthisio, qui cum ali-
quot eum Germanicarum rerum scriptoribus integrè divulgavit.
Apud Simlerum in appendice Gesneri legas, claruisse an. MCCCCL.
Sed librarii is lapsus videtur. Nam addit ipse, sub Ludovico Ba-
varo vixisse. Et rectè quidem, siquidem Albertus hic, de rebus
agens Ludovici IV, refert se ab Argentinensi episcopo ablegatum
fuisse ad Papam, quo Imperatorem eum purgaret, ac Papam face-
ret certiore de Ludovici per Germaniam decreto: cujus hæc sum-
ma esset, nihil pontifici juris esse in exauctorando imperatore. At-
tamen multis quoque annis postea superfuisse Albertum, satis ar-
guit, quòd Chronicon suum perducit usque ad ann. MCCCCLXXVIII:

*a Excidit
Bas. O-
por. ann.
1513.*

quo parentis suo Carolo IV Wencelais in imperio successit. Præter Chronicon hoc alia etiam scripserit; si rectè auctor creditur commentarii de rebus gestis Bertholdi à Buchecke, episcopi Argentinensis. Quem idem Ursthisius primus è MSSis codd. in lucem edidit.

a Apud
Henrici
Petri an.
1562.
b pag 558

Æqualis huic erat **LOBARDUS SIRICHIUS** Patavienfis, Petrarchæ discipulus. Hic, cum Petrarcha, postulato Francisci, Carariensis principis, orsus esset epitomen de viris illustribus, sed, antequam absolveret, decessisset: supplementum operi isti addidit, eidemque principi dicavit. Prodiit a Basileæ. Plura de eo vide apud Bernardinum Scardeonium lib. II rerum Patavinarum classe X: ubi *Lombardus Sericus* vocatur. Quique in editione Germanicâ b Petrarchæ, quam dixi, *Patavienfis* nuncupatur, is *Patavinus* dicitur in antiquâ editione operum Petrarchæ, anni c1311: item editione opusculorum Petrarchæ, quæ prodire an. c1311: &, quod caput est, etiam in sepulchri inscriptione apud Patavinos; ut ex Pignorio accepi. Hoc adjeci, ne quis eum Pataviâ, seu Patavio Germanico ortum putaret.

Tum quoque episcopatû urbis insignis erat **URBANUS VI**: qui Bariensium episcoporum historiam ad sua usque tempora deduxit: ut auctor est Eisingrinus. Fuerat autem Urbanus ipse archiepiscopus Bariensis: unde an. c1331, extra ordinem cardinalitium, absens à Romanis papa est creatus, ac Urbanus dictus, cum prius Bartholomæus vocaretur.

BENEVENUTUS DE RAMBALDIS Imolensis de vitis Cæsarium edidit libellum, qui dicitur Augustalis. Dicavit eum Nicolao, Principi Aestino. Argentorati prodiit anno c1311. Etiam Petrarchæ operibus conjungitur. Quando vixerit, extremâ ipse libelli vitâ ostendit. Nam cum de Carolo IV egisset, subjungit: *Vencelais, supradicti Caroli filius, vivente adhuc patre electus est imperator. Hodie regnat hic juvenis, robustus venator. Quid facturum sit, ignoro, cum miretur se venturum ad Italiam. Sed non venis precamur te, si non vincis laude genitorem tuum. Quamquam aliud in te speramus, &c.*

Temporibus Wencelai imperatoris claruisse etiam videtur **PALIPPUS RIBOTI**, Carmelita, Prior provincialis Cataloniae. Hic præter alia De peculiaribus gestis fratrum Carmelitarum libros X composuit: item librum de illustribus viris Ordinis Carmelit.

Anno c1331 effulsit **MARIUS GEORGIUS**, Venc-

tus, Ord. Serv. philosophus, & theologus: qui cum libros duos de libertate ecclesiastica adversus Simoniacos edolavit: tum etiam carmine hexametro vitam panxit Philippi Bencii Florentini.

Æqualis huic erat JOANNES DE KIKLEW: de quo nunc nihil addo: verum infra a de eo dicemus occasione Joannis Tur-a Cap. 6. rocii, qui illum operi suo totum inseruit.

Etiam his temporibus in pretio fuit RAIMUNDUS CAPUANUS, S. Theologiæ doctor, & ordinis prædicatorii magister generalis, & à confessionibus S. Catharinæ Senensis: quæ obiit anno c̄hccccxxx. Unde ætatem quoque Raimundi liquidò cognoscimus. Conscripsit antè memoratæ B. Catharinæ vitam: cujus compendium apud Surium habes T. II. a. d. xxix April. Item in literas retulit vitam B. Agnetis è monte Politiano. Uti testis est Andreas Pisanus in appendice vitæ Agnetis hujus, quam ex Italica Latinam fecit. Mortuus est Raimundus Noribergæ an. c̄hccccxix: sed corpus ejus inde Neapolin translatum, atque in æde Dominici conditum est.

JOANNES AYLINUS MANIACUS Notarius historiam brevem condidit de bello Foro-Julienfi sui temporis usque ad annum c̄lxxxvii. Stylo utitur ab omni elegantia alieno. Superest MSus: Indicium mihi horum ex Syllabo Utinensium historicorum: quem Venetiis ad me humanissimè transmiserat maximus & illustrissimus Dominicus Molinus.

THOMAS DIACONUS Flander monachus Bergæ S. Winoci, inter eos fuit, quos Galli cœpere anno c̄hccccxxiii, cum urbem eam à se captam, ac cœnobium quoque diriperent. De eo, & opusculo ejus sic Lac. Meyerus l. b. XIII: *Thomas Diaconus Bergæ oriundus, ac monachus divi Winoci, qui de hac calamitate scriptum reliquit libellum, in nocte illa Natalis B. Mariæ, primum à Normannis, iterum ab Burgundis captus, ac Bruchburgum ductus, per Ludovicum Comitem liberatur: sed dum sanum petit Odomari, ab aliis Gallis rursus capitur, trans Somonam, & ad Abbavillam, Hisdinumque trahitur, ubi prope divinitus, ut ipse ait, evadit, & ad Abbatum Blangiensem pervenit, tandemque domum restituitur.* Meminit & Marchantius lib. I descriptionis Flandriæ, ubi de Berga S. Winoci agit.

JOANNES DE HESE presbyter Trajectensis, descripsit iter suum ab Hierusalem in Indias, quæque mirabilia observavit, donec Hierosolimam rediret. De ipsis enim Hierosolymis scribere se velle negat, quia alii multi hoc præstitissent. Initio opusculi ait, se

iter hoc suscepisse an. Dom. c̄l̄ccc̄lxxxix: unde ætatem liquidò vidimus. Prodiit initio nascentis typographiæ; cum literis Soldani ad Pium Papam: & hujus responso: item Joannis presbyteri Imperatoris Æthiopicæ epistola, & quibusdam aliis: sed ut tum fieri amabat, nec anno, nec typographi, vel urbis nomine apposito.

Æqualis quoque erat JACOBUS GUISIUS Montensis Hannonius, monachus Franciscanus, ac doctor Theologiæ. Hic regestis urbium, & bibliothecis cœnobiorum lustratis, atque excusis Latino sermone annales, sive Chronica contexuit, quæ tribus voluminibus membranaceis MSa continentur Montibus Hannoniæ in bibliotheca Franciscanorum: ubi ea sibi cum fructu esse lecta ait Aubertus Miræus in Elogiis Belgicis: dignaque judicat quæ viri principis cura in lucem exeant, utcumque ea, quæ ad Romanorum imperium pertineant, castigationis egeant. Epitome Guisii Gallicè prodiit Parisiis. Decessit an. c̄l̄ccc̄xlviii. Tumulus ejus marmoreus es Valencensis in B. Francisci.

JOANNES DE BELB, Leodiensis, Canonicus ad B. Lambertum, & Joanni, Hannoniorum principi, à consiliis, floruit an. c̄l̄ccc̄xc, ac præter alia Chronicon condidit, teste Fróssardo.

CONRADUS ALPENDORP, Germanus, ordinis Carmelitarum, & Arotensis episcopus, doctoris Cyrilli historiam signavit circa annum c̄l̄ccc̄xc.

Etiam tum claruit HENRICUS KALKARIENSIS, cognomine ÆGER, patria Clivius, Theologus Parisiensis, monachus Carthusianus. Scripsit de ortu ac progressu Ordinis Carthusiensis: opus hæc nus ineditum: sed laudatum Arnoldo Bostio de Illustr. viris ordinis Carthus. cap. XII. Plura de eo Theod. Petrejus in bibliotheca sua. Obiit octogenarius an. c̄l̄ccc̄viii.

Cum iis, quos hæcenus commemoravimus, non difficile erit conferre, qui istis in Anglia *οὐχ ἄποροι* fuerunt. Nam quo anno cœpit imperare Wenceslaus, (is gratiæ annus fuit c̄l̄ccc̄lxxviii) eodem ad regale fastigium in Anglia pervenit Richardus II: ac quo anno exauctoratus fuit Wenceslaus (is Christi millesimus quadringentesimus erat) eo vitæ excessit idem Richardus.

GUILIELMUS THORNE, Anglus, monachus Benedictinus ad sanum Augustini, claruit sub Richardo hoc II, atque memoriæ prodidit res gestas regum Cantianorum. Irem vitas quorundam sanctorum. Adhæc Chronica de comitatibus, episcopopatibus, & abbatibus per totam Angliam: quod opus Cantabrigiæ MSam adserva-

tur in Collegio S. Benedicti. Item gesta abbatum Cantuariensium à primordiis usque ad an. c̄lccc̄lxxv. Ut vel hinc liqueat error Gesneri; uti & ejus, qui illum, sed tacito auctoris nomine, exscribere solet, Possævini dico: quorum uterque Thorneum floruisse ait c̄lccc̄xxxiv.

GUILHELMUS PACHENTONUS, Anglus, Acta quinque regum Angliæ literis mandavit: nempe ab Joanne rege, usque ad tempora Richardi II, sub quo vivebat. Item, sed lingua Gallicâ, quam in Galliis accuratè didicerat, consignavit gesta principis sui, Eduardi nigri, Eduardo III geniti: cujus scriba fuit, ac, ut nunc loquimur, thesaurarius.

RICHARDUS LAHYNHAL, Anglus, an. c̄lccc̄lxxxi, Richardo II, Anglorum regi, à confessionibus erat. Cum alia multa, partim ad philosophiam, partim ad theologiam pertinentia, composuit: tum etiam librum de initiis ordinis Carmelitici: ac historiam trium magorum. Capitis supplicio affectus est cum Simone, archiepiscopo Cantuariensi, & Roberto Halefo, Joannitarum magistro. Vide Polyd. Virgil. Hist. Angl. lib. xx.

RADULPHUS MARHAM, Anglus, monachus Augustinianus, claruit sub eodem Richardo II, ac Manipulum Chronicorum libris VII, & in eum amplos indices reliquit. Orditur ab orbe condito, ac ad annum c̄lccc̄lxxx progreditur. Vide de eo Josephum Pamphitum Veronensem, episcopum Signinum, in Chronico de iis, qui eruditione aut sanctimoniâ illustrarunt Ordinem fratrum Eremitarum S. Augustini.

Anno c̄lccc̄lxxx sub eodem Richardo vivebat **HENRICUS KNYGETON**, Anglus: qui gentis suæ gesta posteritati sacravit; ut **Le-laudus** refert ex Joanne Roso Warwicano.

STEPHANUS BRICKINGTONUS, Anglus, ordinis Benedicti monachus in monasterio Cantuariensi, à Pitseo refertur ad annum c̄lccc̄lxxx. Gemino opere memoratur: uno de Cantuariensibus episcopis ad Guilielmum Curcuæum: altero, quod Eliensium episcoporum catalogum inscripsit. Aliis dicitur Byrchingtonus. Archiepiscoporum Cantuarensium, desinit in Guilhelmo Coutneji.

Etiã, hoc Richardo II regnante, in pretio erat **JOANNES GASCOINUS** Anglus. Erat inter eos, qui constituti fuere, ut de doctrina Joannis Wiclefi cognoscerent. Præter ea, quæ composuit adversus Wiclefum, edidit quoque vitam S. Hieronymi.

Ejusdem regis temporibus, ADAMUS MUREMUTHENSIS canonicus erat Ecclesiæ Paullinæ, quæ est Londini: atque, ut ex Lelando Balæus refert, de Anglorum rebus, & iis, quæ in Romana curia, ac Gallia quoque, contigerunt, duplex chronicon fecit: unum ab an. Chr. c̄l̄ccc̄i i, usque ad annum c̄l̄ccc̄xli i i i: alterum inde usque ad c̄l̄ccc̄lxxx, quo vivebat. In universum igitur historiam reliquit annorum LXXV i i i.

Eodem rege, Anglus quidam, cujus nomen nescitur, victuris mandabat chartis vitam Joannis Bridlyngtonii, Angli, patrii cœnobii antistitis: quam historiæ sanctorum Surius inseruit T. v die x Oct. De ætate cognoscimus ex his verbis: *Vt quidem ad nos perlatum est ab ejus condiscipulis fide dignis.* At obiit Bridlyngtonius temporibus Richardi, Anglorum regis, an. c̄l̄ccc̄lxxxix.

Etiam Richardi hujus ætate in pretio erat JOANNES GOWERUS, seu Goverus, nobilis Anglus ordinis equestris, ac poeta laureatus. Hic nomen suum extulit, partim iis, quæ & Gallicè eleganter, & elegantius Anglicè elaboravit (sanè is, & Gualterus Chanterus, primi Anglicam linguam expolire cœperunt) partim illis, quæ nec ineleганter Latino sermone transmisit: uti Chronico VII librorum, cui titulus, Vox clamantis in deserto. Hoc MSum habet Oxonii Collegium omnium animarum: item bibliotheca Lumlejana. Adhæc memoriam sui reliquit Chronico Richardi II, & Commentario de rege Henrico IV, & Chronici tripartiti libris tribus: qui & ipsi in eodem omnium animarum collegio adservantur. Ætate confectus, & jam cæcus, Londini decessit an. c̄l̄ccccii, ac magnificè sepultus fuit in æde S. Mariæ de Oueres: statua quoque eidem erecta est cum torque aureâ, quæ equitis aurati indicium est, & coronâ hederacê rosis intermixtis, quæ poetam arguit laureatum.

Circa annum c̄l̄ccc̄cxc fuit GUILHELMUS, cognomine GILLYNHAM à natali loco, S. Benedicti monachus Cantuariensis ad ædem Servatoris. Librum collegit de scriptoribus sui ordinis. Item de rebus Cantuariensium.

Arbitretur autem quispiam, eundem esse, quam aliqui vocant GUILIELMUM STARNEFELDUM. Usque adeò multa conveniunt. Nam & is Anglus dicitur monachus, & Cantius, & anno claruisse c̄l̄ccc̄cxc, & præterea scripsisse historiam monasticam. Sed omnino sunt diversi. Nam Starnefeldius Carmelitarum in Newendeniensî cœnobio antistes fuit, ac præter conciones, non de scriptoribus

ribus ordinis S. Benedicti, sed Newendeniensis cœnobii sui historiam composuit.

GALFRIDUS LINGE, Anglus, Ord. Min. Chronicon reliquit ab orbis condito usque ad an. c13ccxc: quo terras incoluit. Meminere Guilielmus Botonerus in Antiquitatibus suis, & Henricus Willotus in suis Franciscanorum Athenis.

Etiam de Anglorum gente, gesta ejus prodendo, bene mereri voluit JOANNES STAFFORDIUS, Anglus, Minorita: quem in Antiquitatibus suis laudat Joannes Rossus, Warvicensis historicus. Sed de ætate ejus nec Balæo constat. Pitseus refert ad tempora Richardi II: quem nunc sequi visum. Vellem tamen opinionis ejus causam apposuisset.

CAP. IV.

Joannis Frossardi libri de laudibus Philippæ reginæ, ac Chronica ejusdem, atque in sui avi rebus fides. Joannis Weentii Epitaphia. Jacobus Kongelshofius de rebus Argentinenfibus, ac quousque eam historiam per duxerit. Nicolai Nicolii libelli cosmographici, atque alii antiquitatem spectantes. Hermannii de Lerbeke Chronicon. Theodorici à Niem historia universalis, & Nemus unionis. Paulli Boneti viridaria duo. Ioannes Rochefordi flores historiarum, aliaque excerpta. Bostonus Buriensis de rebus cœnobii sui: item opus laboris plenum de scriptoribus ecclesiæ. Thomas Otterburne de successione comitum Northumbriæ: ac ejusdem historia Anglicana.

EXauctorato Wenceslao, anno, ut diximus, c13cccc, successit Rupertus Palatinus. Imperavit decennium. Magni esse nominis, hoc imperante, cœpit JOANNES FROSSARDUS. Valentinianus hic ad Scaldim in Hannonia natus est: ac canonicus & thesaurarius fuit in principatu Chimacensi, Croyæ gentis apud Hannonios oppido. Præcipuum nominis decus retulit partim laudibus Philippæ reginæ, quæ complexus est libris duobus: partim Chronico sui temporis: quod incipit ab an. c13ccxxvi, & extenditur usque ad annum c13ccxcix. Eo autem magis fidem meretur, quia diu sectatus est regum, principumque familias; imprimis
Philip-

Philippæ, Guilhelmi Boni, Hannoniensis & Hollandiæ comitis filiæ, & Eduardi III, Anglorum regis, uxoris; cujus antè laudes scripsisse diximus. Nempe vel coram ea vidit, quæ refert: vel ex iis accepit, qui vidissent. Nomina tamen propria quandoque male exprimit: quod & Mejerus ait videri ad an. c13cccxvi r. Auctoris hujus codicem MSum optimæ notæ, ac locis plurimis ab eo, qui Lutetiæ quondam prodiit, differentem, vidi apud amicissimum Georgium Ratallerum Dubletium, juvenem ut genere nobilem, ita & juris utriusque scientia, & omni disciplinarum genere præclarè excultum. Habeo & ipse historici hujus translationem Belgicam satis antiquam, & hæctenus ineditam. Porro ex Frossardi voluminibus Joannes Sleydanus memorabilia excerptit, Latinèque vertit, ac Joanni Bellaico dicavit, episcopo Parisiensi.

JOANNES WEENTIUS, vigesimus octavus Egmondanus abbas apud Hollandos, cum annis XIX eo munere functus esset, tædio ejus abdicavit se Romæ per procuratores an. c13cccxv, paullo ante mortem. Scripsit epitaphia eorum, qui ante se Egmondanæ hujus abbatæ antiistites fuissent. Ipse epitaphium hujusmodi est fortitus:

Infortunatus jacet hic JAN abba vocatus:

Cui WEENT cognomen: à ploratu dedit omen.

Nemine stipatus, nisi Salvatore juvatus;

Quem sancto cæli Rex associet: Michaeli.

Æqualis huic, quantum videre possum, fuit JACOBUS KONGELSHOVIUS. A quo consignatæ supersunt res Argentiniensium. Orditur ab origine ejus urbis. Progreditur verò, non modò usque ad initium sæculi à nato Christo decimiquarti, uti scribunt: sed usque ad exitum ejus, hoc est, annum c13ccccc. Germanicâ linguâ opus suum contexuit. Sed sententiam, qua exauctoratus fuit Wenceslaus imp. ex eo Latinè translata habemus in Tomo illustrium Germaniæ scriptorum, quos Ursisio debemus.

Etiam an. c13ccccc claruit NICOLAUS NICOLIUS, patri-
cius, ac medicus Florentinus; quem inter Florentiæ lumina quoque
Leander Albertus a recenset. Opuscula quadam reliquit ad cos-
mographiam, philosophiam, & antiquitatem pertinentia. Ea pu-
tantur exstare Florentiæ in bibliotheca S. Marci, quam liberalitate
sua instruxit. Hoc quoque de illo proditum est, solere ejus domum
frequentari à doctis, non tam bibliothecæ causa, quam ipsius: ut
quem sui ævi homines vivam ducerent bibliothecam. Exstant ad
cum

a In de-
scrip-
tionalia.

eum epistola Philelpi, una anni cccccxxviii, altera anni cccccxxviii. Ea exprobras ei, quod gloriæ sibi duceret, quod expulisset Florentia viros aliquot doctos, uti Chrysoloram, Guarium Veronensem, & Joannem Veronensem: quodque in eo esset, ut etiam expelleret Philelpum, instigante vulpecula illum Carolo Arcetio. Obiit eadem in urbe cœlebs anno ætatis suæ LXXII an. Chr. cccccxxx, Prid. Non. Febr.

Hiscæ etiam temporibus claruit HERMANNUS DE LERBEKE Dominicanus S. Pauli apud Mindenses, qui condidit Chronicon Comitum Schauwenburgensium. Incipit ab an. cccvi à primo Schauwenburgensi comite Adolpho, qui an. decessit cccxlii, ac desinit in Ottone Schauwenburgensi, quem fatis concessisse narrat an. ccccxiv. Primus hunc scriptorem edidit, ac notas superaddidit Henricus Meibonius a.

Hujus quoque Ruperti temporibus claruit THEODORICUS A NIEM, Pontificius scriba primum, post Episcopus Verdensis. Historiam is annorum xxxviii complexus fuit libris iv: quorum tres priores sunt *de schismate universalis*: quartus verò inscribitur *novus uniois*. Illud, quod describit, Ecclesiæ vigesimum secundum schisma erat: ac incepit circa an. cccclxxviii; idque inter Urbanum vi papam, & Clementem antipapam. Perducit autem historiam suam usque ad annum cccccx: quo obiit Alexander v, ac papa creatus est Joannes xxi, sive, ut aliis vocatur, xxi. Nec difficile fuit Theodorico accuratè res eas nôsse, quas refert, quia jam inde à Gregorio xi, universo istoc tempore, cujus res gestas prodit, variorum pontificum scriba fuit: eoque ex actis ipsis cognoscere omnia potuit. Primus eum Basileæ, an. cccclx, publici juris fecit Simon Schardius, LL. doctor.

Ejusdem Ruperti temporibus, ac postea quoque, fuit PAULUS BONETUS Narbonensis, Carmelita; qui præter conciones ad populum, tum viridarium mundi condidit: tum alterum viridarium, de ortu & floribus sui ordinis.

Imperante Ruperto, an. ccccc, regere cœpit in Anglia Henricus iv. Sub quo, an. cccccvi, clarescebat JOANNES ROCHFORDUS, nobilis Anglus, ac tandem eques auratus. Hic, cum lectione imprimis historiarum caperetur, flores earum collegit ex Matthæo Westmonasteriensi. Quod opus rarò inveniri, ait Brianus Twynus lib. ii de academia Oxoniensi: Oxonii autem adservari illud in Collegio omnium animarum: uti & est apud Thomam

a Prodiis
Franco-
furti an.
1620.

nam Iamesium. Idem Rochefordus geminam epitomen fecit: unam antiquitatum Flavii Iosephi; alteram è polychronico Radulphi.

BOSTONUS BURIENSIS, Anglus, in comitatus Sudvolgiorum cœnobio ad Eadmundi fanum monachus, gloriam non exiguam adeptus est temporibus eiusdem regis an. clccccx. Hic præter cœnobarum Speculum, etiam de rebus cœnobii sui volumen reliquit. Sed imprimis nomen sibi paravit commentario, cui titulus, Catalogus scriptorum Ecclesiæ. Quod sanè opus magno ei labore, multoque sudore stetit. Quippe universas Angliæ Academiæ, earumque bibliothecæ lustravit, scriptores secundum literarum seriem digessit, ætatem etiam ac vitam addidit, & quibus in cœnobiis monumenta eorum invenirentur. Quædam etiam ex Cassiodoro, Isidoro, Beda, Burchardo Wormatiensi, Hugone de S. Victore, Gratiano, Vincentio, aliisque, de scriptoribus authenticis, & apocryphis adjecit.

THOMAS OTTERBURNE, Anglus, Franciscanus, innotuit commentario de successione comitum Northumbriæ: item historiâ rerum Anglicarum: cujus & mentio fit in prologo Scalæ Chronicorum. Sed de ætate nec Lelando, nec Balæo, liquebat. Interim in temporibus Henrici IV, Anglorum regis, locum ei assignat Balæus. Nec hac eum parte sequi dubitat Pitæus. Vellem uterque suspicionis istius causas apposuisse. Meminit & Ottonurn hujus Wiltonus.

CAP. V.

Ioannis Saxonii historia rerum Germanicarum. Theodori Vric de gestis concilii Constantiensis historia, eo opere comprehensa, quod inscripsit de consolatione philosophiæ. Petri de Alliaco liber de vita S. Petri Cælestini. Iohannis de Schonbovia Chronicon. Poggii Florentini dignitas, lingua intemperans, præceptor, historia, inque ea dubia fides: item ejusne, an Ioannis Phreæ, sit interpretatio quinque librorum Diodori: deque invento ab eo Fabio, Asconio, Sillio, ac quibusdam Tullii libris. Balduini Padebornensis historia universalis. Andreae Reginoburgensis, seu Ratisbonensis, Chronicon de ducibus Bavarie. Andreae Bili Mediolanen-

lanensis historia Longobardica, & alia ejusdem. Brando-
nis Ioannis Chronodromus, & chronicon de praelatis Du-
nensibus. Corrigitur Adrianus Dunensis, qui Egidii à Roia
discipulus fuit. Anonymi appendix de belis sacris. Ano-
nyimi breviarium historicum ex Landulpho de Columna
præcipuè excerptum. Anonymi Chronicon S. Petri Vivi
Senonenfis. Leonardus Iustinianus de vita S. Nicolai, &
vitæ, quas transtulit è Plutarcho. Petri Pauli Vergerii
historia principum Carrariensium, & Mantuanorum, ac
translatio Arriani. Emundi Dinteri historia Ducum Bræ-
bantie, & genealogia Ducum Burgundiæ & Brabantie.
Michaëlis Ruperti historia omnis ævi. Ioannes Lopez de
vita S. Vincentii Valentini. Erycus Daniæ Rex. Anony-
mus de laude Brabantie: quo in opere & multæ sunt san-
ctorum vitæ. Bartholomæi Facii translatio Arriani: at-
que ejusdem historia de gestis Alphonfi. Ambrosii Camal-
dulensis, seu Florentini, præceptor, dignitas, peritia, Chro-
nicon, opus de gestis à se abbat., aliaque. Leonardus Are-
tini natalis, laus, præceptor, dignitas, libri de bello Punico,
& historia Gothorum, & ut in illis Polybium, in his Proco-
pium exscripserit: item historia Florentina, & quod ea mi-
nus liberè scripta sit. Robertus Maschal de legationibus
suis. Richardus Grasdale de mundi ætatibus. Thomæ
Rudburni Chronicon. Alani de Lynna indices in varios
historicos. Ioannis Langdeni Chronicon Angliæ. Guil-
helmi Lindwodi catalogus Cantuariensium archiepiscoporum.
Ioannes Polus de vita ac miraculis S. Walpurgis.
Ioannis Leuwe historia temporum. Nicolai Cantilouve hi-
storica epitome, appendices historice, & encomium ordinis
Carmelitici. Thomas Dando de gestis regis Arturi. Ioan-
nis Langtoni historia Anglicana.

RUperto imperatori successit Judocus marchio an. c. lxxxv. Sed cum is mensibus sex imperasset, decessit: ac surogatus ei Sigismundus, Ungariæ rex: quod an. fact. c. lxxxvi. Tenuit hic imperium annis xxvi.

JOANNES SAXONIUS floruit hoc imperatore, anno c12ccccxii; atque, ut est in Chronicis Ord. Serv. præter commentarios in Jes. atque homil. in psalmos, etiam Germaniæ historiam condidit.

Constantiensis concilii tempore vivebat THEODORICUS URIC, qui ad Sigismundum imperatorem volumen, partim carmine, partim prosâ, contexit de consolatione philosophiæ: quo, majori ex parte, concilii Constantiensis gesta comprehendit. Meminit Paulus Langius in Chronico Citizenfi.

Temporibus Sigismundi Imp. claruit itidem PETRUS AB ALLIACO, Gersonis præceptor, Archiepiscopus Cameracensis, & Cardinalis, quam dignitatem ab Joanne xxiiii Papa adeptus fuit an. c13ccccxi. Decessit Avenione an. c13ccccxxvi. Sed corpus Cameracum est relatum; ubi sepulchrum, ac epitaphium ejus videre est, in templo Cathedrali. Præter alia, composuit vitam S. Petri Cœlestini; qui summus Pontifex creatus fuit an. c13ccccxiv: sed eopse anno dignitate illâ se exiit, atque ad monasterium reversus est. Habeseam vitam apud Surium Tom. iiii ad xix Maji. Nonnulli arbitrantur vitam hanc scriptam esse ab altero Petro de Alliaco, qui Gymnastii Navarrici archididasculus fuit. Sed hæc sententia eo refellitur, quod scriptor ejus vitæ se, non gymnastii præfectum, verum ecclesiæ episcopum vocet. Sic enim in præfatione ait: *Sane scribere presumo Petrus de Petro, episcopus, de episcopo; sed parvus de maximo, infimus de summo, &c.*

JOANNES DE SCHONHOVIA fuit Canonicus regularis monasterii S. Augustini, juxta Bruxellam, quod vulgo *Groendal*, hoc est *viridis vallis* nominatur. Reliquit Chronicon ordinis Canoniceorum regularium. Item sermonem in capitulo Windeshemensis habitum anno c13ccccxiii, cum ei venirent monasteria regularium Brabantiae. Atque alia. Obiit anno c13ccccxxxi.

POGGIUS BRANDOLINUS uti vocat Possevinus in Apparatu sacro: vei Brandolinus, ut nuncupat Franciscus Albertinus, civis Poggii, vel BRACCIOLINUS, FLORENTINUS originem debet Terrænovæ, agri Aretini oppido. Fuit hic, ut de eo Jo-
a Orat. 11.
ad Iuliu
ii de lau
dibus ci
vitaris
Florenti
na, &
Saonensis
* fol. 86.
 rius in elogiis inquit, *Pontificis scrinis sub Eugenio, & Nicolao, præfatus: æquatus scilicet honore summis viris, qui in eo munere fidelis eruditique ingenii operam præstiterunt: in his fuere Leonardus Aretinus, Maphæus, & Ioannis Aurispa. Invectiva secunda in Vallam * gloriatur, quod quinquaginta fere ita sit versatus in Curia, ut absque alterius offensione charus: octo*
 Pontii

Pontificibus continuo in honore & dignitate fuerit : quadraginta ferme secretarius. Vide an Poggii liber de varietate Fortunæ non historicus sit. Sane plusculas historias inde adducit Felinus libro de regibus Siciliae, & Arragoniæ. Cum penè omnem ætatem in Romana curia consumsisset, anno ætatis LXXII Florentiam accitus est, ut Reip. patriæ à secretis foret. Vir omnino erat gravis consilii, & tacetus: sed, ut apud Jovium inibi legas, erat adeò intemperans objurgator, ut cum in theatro Pompeii, loco & die celebri, ubi bullatorum diplomatum censura habebatur, Georgio Trapezuntio malediceret, ab eo acriter duplîci colapho caderetur. Jure igitur de illo Ugolinus Verrinus lib. II Italiæ illustratæ :

nimis ab rabidas exarsit in iras.

Ubi alioquin illum insigni elogio ornat. Nam ei dicitur fuisse

Nulli splendore secundus

Eloquii.

Græce didicit ab Emanuele Chrysolora, ut Philippus Bergomas ait ad annum MCCCXCVIII. Historiam scripsit Florentinam: in qua hoc à Machiavello merito culpatur, quòd pleraque ea omiserit, quæ ad civiles discordias pertinerent. Nimis & patriæ favet: quòd respexit Actius Syncerus epigrammate istoc,

Dum patriam laudat, damnat dum Poggius hostem :

Nec malus est civis, nec bonus historicus.

Ex Possævino cognosco, & alia multa scripsisse, interq; ea librum unum de situ regionis Indiæ: cujus initium sit, *Scribendi India historiam.* Præterea transtulit Xenophontis Cyripadiam. Eiusdem nomen præfert verus translatio quinque librorum Diodori Siculi. Atque arbitror, hoc opus signari ab Ugolino Verino lib. II Florentiæ illustratæ cum de Poggii scriptis loquens, ait,

Barbara traduxit veterum miracula regum.

Sed fortasse eorum interpres est Jo. Phreas, Britannus, Balliolensis collegii socius, qui medicinam Ferrariæ, aut Patavii, docuit. Nam, ut Brianus Twynus ait lib. III de antiquitate Academiæ Oxoniensis *a*, *exstat adhuc archetypon in bibliotheca Collegii Balliolensis*, a pag. 373 *ipsum (Jo. Phrea) manuscriptum, multo antequam Poggii nomine divulgaretur.* Sed argumentum infirmum. Diu enim fortasse Poggius verterat antequam divulgaret. Erasmi de Poggio judicium est istiusmodi in Ciceroniano suo: *Natura satis erat, artis & eruditionis non ita multum; in eum impuro sermonis fluxu, si Laurentio Vallæ credimus.* Est adversus fœdissimos ejus mores VII satyra lib. V. Hecatostichorum Francisci Philèphi, & sat. X. lib. VI, & lib. VII hecatost. V. Interim Poggii

hujus laus est, quòd, ut Rap. Volaterranus testatur lib. XXI, Quintilianum, & Asconium, invenerit in concilio Constantienti; quod celebratum anno cccccxv, & sequentibus duobus. Ac Quintilianum quidem in salsamentarii taberna reperit: ut est apud Jovium in elogiis. Illud verò alibi me legisse non recordor, unà cum Asconii parte invenisse Argonautiarum Valerii Flacci librum I, II, III, & partem quarti. Quod cognoscere est è codice MSO clarissimi, & ob eximiam eruditionem, atque humanitatem militi carissimi viri, Laurentii Pignorii. Eo in codice hæc leguntur:

C. Valerii Flacci Argonauticon. Hoc fragmentum repertum est in monasterio S. Galli prope Constantiam xx millibus passuum, unà cum parte Q. Asconii Pediani. Deus concedat alteri, ut utrumque opus reperiat perfectum. Nos, quod potuimus, egimus.

Poggius Florentinus.

Nec pervulgatum illud, Sillium quoque Italicum eidem deberi: uti Scriverio nostro observatum ex versibus istis Ugolini Verini lib. II de viris illustribus Urbis Florentinæ:

*Quinetiam sollers Germanis eruit antris
In Latium alti loqui divina volumine Sili,
Integer Orator nobis, Fabiusque relatus, &c.*

Quod autem de integro Oratore ait, exinde lucem capit, quòd Ciceronis libros de Fimbis, & de Legibus, à se in Germania descriptos, in Italiani primus attulit: ut est apud Jovium in elogiis. Plura ibidem de Poggio vide: uti & apud Bergomatem in Chr. Suppl. ad an. cccccxvi. Sed quod hic facietiarum ejus librum vocat pulcherrimum, qui non inficetissimus modò, sed etiam impurissimus, & planè flammis dignus est: sanè rem facit ordini suo Eremitico, quem profitebatur, indignam.

BALDUINUS Parochus Padebornensis fuit circa annum cccccxviii, atque ad hunc usque annum historiam universalem reliquit.

Itidem Sigismundi Imp. temporibus clarescebat ANDREAS, presbyter RATISPOHENSIS. Qui Chronicon composuit de ducibus Bavaricæ. In lucem id prodit Ambergæ. Meminit quoque Joannes Aventinus lib. VII historiciæ Bojorum: ubi cum retulisset, quanta fuerit industria Ratisponensium sive Reginoburgensium bello Bohemico; continuò subjungit: *Hæc diligenter, & accurate, Andreas Reginobergensis, mysta Aurelianus, literis & memoria commendavit. Idcirco eundem civis sui Titum Livium censent.*

ANDREAS BILIUS, Mediolanensis, ordinis Augustini, floruit anno c̄l̄ccccxx, librum scripsit de propagatione ordinis Augustiniani: commentarium historicum de detrimento fidei Orientis, sive de origine Turcarum: adhuc historiam Longobardorum: item historiam Mediolanensium: pluraque alia.

BRANDO IOANNES Honteneffa oriundus in Dunensi Flandriae cenobio, quod ordinis Cisterciensis fuit, claruit ab an. c̄l̄ccccxx usque ad annum c̄l̄ccccxxviii: quo decessit, ut Mejerus observat verum Flandricarum libro sextodecimo. In praefatione Fr. Adriani Dunensis, quae praemittitur Aegidio de Roja legas decessisse anno c̄l̄ccccxxviii, ubi quinquagenarii nota eximi debet. Scripsit historiarum triplex volumen, quod Chronodromon appellavit. Perducit vero ab orbe condito usque Chr. c̄l̄ccccxiv. Hoc opus in compendium rededit Aegidius à Roja: imo in temporibus ab eo descriptis, nec alios consulit scriptores, plane confusus, Brandonem omnia bonâ fide ex fontibus ipsis hausisse: quemadmodum ipse agnoscit in praefatione Annalium Belgicorum, quos ante sesquicentulum contexit. Multum quocumque ei debet is, quem diximus, Mejerus. Id Brandonis Chronicon MSum, cum Dunis, tum etiam Gandavi in Blandinio, extitisse, auctor est in indice suo Bunderius. Apud Sandernum legas eundem scripsisse & Chronicon de gestis praelatorum Monasterii Dunensis. Quod nec ipsum prodiit hactenus.

His temporibus etiam fuit is, qui epitomae bellorum sacrorum posteriorem partem addidit. Prior enim scripta anno c̄l̄ccccxxiv: ut supra dictum. Posterioris tempus extrema haec verba indicant: *Nam praetorium Pilati, domus divitis, domus Zachariae, & multa aerea incorrupta cum cancellis ad hunc diem, & annum c̄l̄ccccxxii, sicut vidi, perseverant.* Edidit utramque epitomes partem (si modo duae, & non plures ejus sunt partes) Canisius T. VI. Antiquae Lect.

Sigismundi etiam aetate vixit auctor operis, quod inscribitur, *Breviarium historicale, ut homines bonis praeferitis discant vivere, & malis exemplis sciant prava vitare.* Incipit autem, *Decet viros virtuosos, &c.* Galum se fuisse, alicubi prodit. Inque praefatione opus se suum excerptisse ait ex Landulpho de Columna, aliisque. Hinc subjicit: *Est quoque colligentis, & excerptis intentio, per distinctionem sex aetatum seculi, succinctè gesta describere: ut cuilibet aetati sua gesta propria tribuantur, & facilius commo-iusque distincta per partes commendentur.* Aetatem scriptoris haec ejus verba in operis extremo ostendunt: *Idem Sigismundus imperator, anno praesenti c̄l̄ccccxxviii, mense Augusti, praelium asper-*
timum

rimum inuit cum inimicis fidei Christiana : ubi facta est cedes maxima, suis. que tellus multo vestita cruore : Deo tamen cooperante, milia multa Turcorum, Valachrorum, & Tartarorum, occubuerunt. Liber iste Pictavii, in aedibus canonici Ecclesie B. Hilarii, typis est editus, anno c13ccclxxix. Nec operis ejushactenus exemplar aliud videre contigit, quam quousus sum è bibliotheca clarissimi Theologi, & collegæ conjunctissimi, Antonii Thyfii.

Auctor incertus antiquioris Chronici S. Petri Vivi Senonensis vixit anno c13ccccxxix. Superest MSum. Ac quædam inde inter testimonia de monasterii Cluniacensis fundacione, deque S. Odone, Majolo, Odilone, & Hugone, leguntur *a* in bibliotheca Cluniacensi. Quod autem hoc antiquius Chronicon appello, ex eo est, quia cœnobium illud & alterum habet Chronicon, itidem MSum, sed recentius: ex quo etiam in eadem *b* bibliotheca Clun. quædam adferuntur.

Anno c13cccccxxx magno in pretio erat LEONARDUS IUSTINIANUS, patricius Venetus, & eques auratus, Leonardi Iustiniani, clarissimi oratoris, non filius quidem, ut Philippus Bergomas tradidit, sed, ut bene apud Volaterranum est, nepos, at Bernardi Iustiniani ex Quirina filius, ac frater Laurentii Iustiniani, primi Venetiarum patriarchæ. Ex Laurentio Pignorio intelligo, præter fuisse Patavinum, an. c13cccccxiii: quo anno reperta est arca T. Livii ac statua ejusdem, imposta est foribus palatii publici, addita inscriptione, cujus Justinianus hic auctor creditur: ut cognoscere est ex Guilhelmo Ongarellio in T. Livio. Non semel eum laudat in Conviviorum libris Philelphus. Idem præterquam quòd orationem funebrem in Carolum Zenum edidit: etiam scripsit, vel potius, velut paraphrastes, ex scriptoribus Græcis consarcinavit vitam S. Nicolai, Myrensis episcopi: quæ est apud Sr. Tom. vi Dec. x: item Wicelium in Hagiologia: sed in Wicelic finis desideratur. Idem è Plutarcho Cimonis, & Luculli vitæ: Latine transtulit c. Vide de eo Jac. Bergomatem lib. xlii ad an. c13ccccc. & Raphaëlem Volaterr. lib. xxi.

c Habes in translatione Vitarum, quæ Basileæ prodit an. 1540.

PETRUS PAULLUS VERGILIUS Justinopolitanus, vit non Latine modò doctus, sed & Græcè; qua in lingua auditor fuerat Emanuelis Chrysoloræ; atque item philosophus, jurisconsultus, & orator, claruit an. c13cccccxxx. Magna in gratia vixit Pictavii apud principes Carrasenses: ut de eo Volaterranus testatur, cui & jurisconsultorum suo tempore eloquentissimus, & eloquentium

rium jurisconsultissimus vocatur. De eodem sic Andreas Divus Justinopolitanus præfatione in Iliada Homeri à se Latinè translaram quam juniore Petro Paulo Vergerio dicavit: *Imitavis videlicet tres ætates tuos, imprimisque doctissimum, ac eloquentissimum virum, Petrum Paulum Vergerium, cujus tu & nomen, & virtutem refers. Fuit autem ille vir clarissimus: atatis sua lumen, & ornamentum minime vulgare. Claruit in concilio Constantiensi centesimum abhinc annum, liberalium omnium disciplinarum bene peritus, ut ejus scripta, quæ permulta edidit, testantur. Pontificibus ejus atatis gratissimus fuit, item quæ Sigismundo Imp. apud quem etiam recessit, ut à doctissimis viris proditum video.* Hic historiam condidit principum Carrariensium: Item aliam Principum Mantuanorum. Prius opus existat apud illustrem & Reverendum Albertinum Papafebam, episcopum Hadriensem: à quo & copiam ejus sibi crebro esse humanissimè factam literis ad me suis Patavio perscripsit clarissimus Laurentius Pignorius. Primus quoque Arrianum transtulit de gestis Alexandri: quod postea non paullò feliciter præstitit V. Cl. Bonaventura Vulcanus, præceptor quondam meus in Græcis. Alia quoque reliquit, interque ea & investivam adversus Malatestam, quod Virgili: statuat in foro Mantuano positam, de jici jufferat. Item librum de ingenio moribus ad Ubertinum Carrariensem: qui cum commentariis Joannis Bonardi Veronensis, & aliis aliorum de puerorum educatione opusculis Venetiis anno prodit 1511: ac in Germania postea recusatus fuit. Vide & de eo Jac. Bergomatem Chron. Suppl. l. xv.

Equalis ei fuit Magister EMUNDUS DE DYNTER sive Dintertus, qui quatuor Brabantiae ducibus à consiliis ac secretis fuit, Antonio I, filiisque ejus Joanni IV, & Philippo I, ac denique Philippo Bono. Postea, aulicæ vitæ pertæsus, factus est Lovanii Canonicus B. Petri. Condidit historiam ducum Brabantiae, quæ MSA existare solet apud Antverpiensem episcopum, Joannem Miræum. ac nunc est apud Aubertum Miræum decanum Antverpiensem: uti & alterum exemplar apud V. & Casparum Gevartium. Multa ex eo, expresso Emundi nomine, exscribit auctor magni Chronici Belgici, qui paulo fuit junior Dyntero. Etiam breviculam genealogiam ducum Burgundiae, & Brabantie consignavit, quam edidit, ac vitam Philippi à Burgundia addidit Georgius Noviomagus, pauculis ad continuandam Genealogiam de suo adjunctis. Obiit Bruxellis an. 1500. ac sepultus ibidem in monte Palatino ad B. Iacobi, ubi & ejus imago visitur.

MICHAEL RUBERTUS, Zenobii filius, Florentinus, anno floruit

c10ccccxx. Alumnus fuit Mariæ Salviatæ, matris magni ducis Cosmi Medicis. Historiam conscripsit ob orbe condito usque ad sua tempora. Ac cum cura docet, imperiorum & Rerumpubl. mutationes iudicio divino ob scelera hominum provenire.

Circa annum eundem erat IOANNES LOPEZ, sive, ut ab Antonino Senensi vocatur, *Ioannes Lupinus*. Scripsit vitam B. Vincentii Valentini, cognomento Ferrarii, professione Dominicani: qui an. obiit c16ccccviii.

ERICUS Daniæ Rex ejus nominis x (qui aliis vii) filius Wratislavi VII Pomeraniæ Ducis, regnae cœpit an. c16ccccxi, regnoque fugit an. c16ccccxxix. obiit an. c16cccclix. Hic reliquit historiam narrationem de origine gentis Danorum, & de regibus ejusdem gentis, deque eorundem gestis. Initium ejus, *Dani, ut testantur veteres Historiographi*. Pertingit usque ad annum c16cclxxxviii. Habes Tom. i. Chronici Chronicorum Politici Joannis Gualterii.

Eodem tempore, & aliquanto post, vixit auctor anonymus historici operis De laude Brabantiae, quod ducibus constat libris. Prior inscribitur de etymologia Brabantiae. In eo ostendit, quot literis constat nomen regionis, totidem esse ejus laudes. B innuere Brabantiam esse beatam; R, regalem, A, antiquam, B, bonam, A, audacem, X, nobilem, C (nam per C Brabanciam scribit) charitate commendabilem, vel, ut ipse loquitur, caritativam, I, justam, A, abundantem. Ac singula horum exemplis illustrat. Alter liber est de genealogia ducum Brabantiae, in quo non principum modò, sed etiam multorum Brabantiae sanctorum, vitas enarrat. Siquidem explicat vitas SS. Remigii, Martini, Hilarii, Vincentii, Clodoaldi, Gildardi, Medardi, Radegundis, Bathildis, Arnulphi, Wandregisili, Pipini, Itræ seu Idubergæ, (quæ S. Pipini uxor fuit) Gertrudis, Gudilæ, Rainildis, (quæ soror erat S. Gudilæ) Beggæ, Amelbergæ, Pharaildis, Dypnæ virginis & martyris, Gummari, Caroli M. Veronæ, Ludovici ejus, qui Ludovici tertii filius, Philippini nepos fuit, Guidonis confessoris, Arnulphi, Bonifacii, Mariæ Oegniacensis. Item adfert quædam pertinentia ad vitas Luidgardis, Thomæ Cantipratenfis, ord. præd. Mariæ martyrio affectæ juxta Bruxellam, fr. Joannis Eeger, prædicatoris, Joannæ ducis Brabanticæ, frat. Joannis à Ruysbroeck, atque item alia. Existimet aliquis, vixisse anno c16ccxxx, quia agat de morte S. Idæ, quæ anno deceffit c16ccxxxii; & multo post eam vixisse non possit, qui ipse, quo loco de quinta Brabantiae beatitate agit, sic loquitur: *Nuper circa ann. Dom. c16cc, &c, Sed laxius eo seculo adverbio*

NUPER utebatur : ut nihil certi inde colligi possit. Vixisse autem ea ætate, quã ante retulimus, liquidò colligimus ex verbis hinc prioris libri, ubi de antiquitate Brabantiaë differit : *Sic factum constat temporibus NOSTRIS in civitate Bruxellensi circa annum Domini mccccxxx. L.* etia secundo agit de morte S. Idæ, quam incidisse ait in annum cccccxxxi. Denique desinit in temporibus Philippi I, cognomento Boni, xxxvi ducis Brabantiaë, qui Philippo I, Antonii filio, successit. De quo sic orditur, *Huic succedit in principatu Dom. Philippus hujus nominis secundus, qui USQUE HODIE felicissimè præest.* Quibus verbis quid apertius est ? Atqui imperare cœpit Philippus ille anno Chr. cccccxxx : & an. decessit cccccxvii, imperii sui xxxvii. Satis ista arguunt ætatem ejusce scriptoris, hæctenus, ut arbitror, inediti, quem ante paucos demum menses reperi in bibliotheca Amstelodamensi, deducente eò optimo & doctissimo viro, Ioanne Polyandro juniore, Iuriconsulto : cùm apud eum ad dies aliquot ob veterem amicitiam divertissem.

BARTHOLOMÆUS FACIUS, Genuensis, Laurentii Vallæ æmulus, præterquam quòd Arrianum de gestis Alexandri, ejusque Indica, vertit Latinè ; etiam libros decem composuit de rebus ab Alphonso I, rege Neapolitano, gestis. Hi primùm in lucem protracti fuere à Io. Michaële Bruto. Contexuit quoque commentarios de Genuensium rebus adversus Venetos gestis : sed fide parum bonã, si hostis de eo, Vallæ dico, judicio stare licet. Vide, quæ de eo in elogiis refert Iovius cap. xc. ix. Mortem ejus ægerimè tulit Alphonfus Aragonius Neapolitanus rex : ut præter alios Io. Mariana ait lib. I de regis institut. cap. vi. Reliquit & librum de humanæ vitæ felicitate ad Alphonsum Aragonum ac Siciliaë regem : quem è MSSis codd. primus in lucem produxit Marquardus Freherus a.

AMBROSIUS CAMALDULENSIS, cui patria Porticus, oppidum Flaminiaë non procul Florentiã, unde & Florentinus vocatur, anno claruit ccccccl. Græcè didicit ab Emanuele Chrysolora. Generalis abbas fuit : ut in Chronico Citizenfi Paullus Langius ait. Est idem quem Philelphus *Ambrosium monachum* vocat, ac salvare jubet epistola quem Flotentiam scripta ad Nicolaum Nicolium anno cccccxxviii. ad quem etiam Florentiaë scribit an. cccccxxxiii, & Senæ an. cccccxxviii. Estq; de eo ad Manettum Satyra vii lib. ii Hecatostichôu. Ab Eugenio IV ad concilium Basileensè orator est missus. Græcè orationem habuit Ferrariaë corã Emanuele Imperatore, atq; Orientis proceribus, & episcopis. Cosmo Medici acceptis-

a Hanno-
via an.
1611.

firmus erat ob eruditionem, ac pietatem: atque eidem quoque opera sua dicavit. Composuit Chronicon montis Cassini: item libros duos earum rerum, quas gessit, cum generalis abbas foret ordinis Camaldulensium: item vitam S. Eugeniae virginis, vitam SS. Proti, & Hyacinthi. Idem è Græco vertit vitam Palladû à Chrysofotomo scriptam, vitas monachorum, & Gregorii Nazianzeni, vitas SS. Patrum Ægypti, Diogeaem Laërtium de vitis philosophorum, & Joannem Climacum. Transtulit Latinè Græcum opus Manuelis Calceæ, libris quatuor constans, contra errores Græcorum. Primus translationem eam edidit Petrus Stevartius *. Possevinus, Tritheimius, alii, eum ipsum ajunt scripsisse de Spiritu S. Sed alieni operis versione decepti videntur. Quæ præterea, vel de ingenii fonte promserit, vel de Græcis transtulerit; suggeret Jacobus Bergomas in Chronic. Supplem. ad an. MDCCCCLXIX, ac Raphael Volat. lib. XXI. De moribus ejus sic Jovius in elogiis: *Fuit hic vir, quod rarè evenit, sine oris tristitiâ sanctus, semper utique suavis, atque serenus: ita procul à livore, contentioneq; ut, cum Vallæ Poggium reconciliare conaretur, eos neque plane literatos, neque item Christianos videri diceret, qui inductâ similitate sacrosanctum literarum decus profobris libellis importunè defœdarent.* Obiit Constantiæ. Defunctum funebri oratione decoravit discipulus ejus, Poggius Florentinus.

Eâdem ætate LEONARDUS ARETINUS *felici quodam & secundissimâ ingenii vi atque bonitate, eloquentiaque pollebat:* ut de colloquitur Philelphus lib. I Conviviorum. Etiam epistola ad eum scripta anno MDCCCXXXVI vocat eruditissimum, & optimum virum, atque ejus caussa ait libenter se Florentiæ vixisse. Etiam Poggio Florentino secunda in Philelphum invectiva dicitur vir doctissimus, atque omnium eloquentissimus. Idem invectiva prima in Vallam refert, à Valla habitum suæ ætatis doctissimum, proximum locum tribuisse Guarino Veronensi, uti tertium sibi. De eodem sic Floridus Sabinus apologia adversus calumniatores Linguae Latinæ: *Leonardus Aretinus, multis nominibus commendandus, vir in philosophicis rebus non infeliciter versatus, in historicis pro temporum ratione minime aspernandus, & facilis cujusdam natura scriptor: plurimis tamen rebus interim desistit, & quandoque eum parum Latine locutum contendas: quod sanè non est mirandum. Namque ut nihil simul & repertum, & absolutum; ita unius operæ Latinitas & restitui, & exactè excoli non potuit: A plurimis vocatur Leonardus Bruvus: ut cum aliis, quos mox dicam, tum etiam Francisco Albertino, opusculo ad Julium II papam de laudibus civi-*

* Inge-
stad. an.
1608.

non è Procopio defumferit: ut ejus veriùs paraphraſtes videatur. Ea res occaſionem præbuit Chriſtophoro Perſonæ Agathiam vertendi. Quod, ut Jovius ait, *fecit non dubià in Leonardum Aretinum conſtat à invidià: qui, ſuppreſſo Græci auctoris nomine, Gothicam hiſtoriam, tanquam è variis ſcriptoribus decerptam, pro ſua, Iuliano Caſarum Cardinali, qui ad Varnam ab Anurathe caſus periit, nullo pudore nuncupârat.* Præterea Aretinus etiam commentarium fecit de rebus ſuo tempore in Italia geſtis: qui sæpius jam lucem vidit. Orditur à ſchiſmate, quod Urbani, & Clementis Pontificum tempore fuit: deſinit autem in victoria, quam Florentini obtinuerunt juxta Anglare oppidum anno cccccxl. Præterea ad Angelum Acciolum, equitem Florentinum, ſcripſit commentarium rerum Græcarum: quem auſpicatur à temporibus Callicratidæ, Lacedæmoniorum præfecti; item Thramenis, & Thraſybuli, qui Athenienſium duces erant: finit autem in Epaminondæ obitu. Adhæc hiſtoriam Florentinam condidit lib. xii: Meminit & Antoninus part. iii Hiſtor. Tit. xxii cap. xi. Hoc opus ex ſuo, & Palatinis MSSis, expreſſum prodire in lucem juſſit a Sixtus Bruno, JC. & Reip. Naumburgenſis conſul. Idem etiam argumentum tractavit Poggius Florentinus. Sed ambo in illis, quæ Florentini foris geſſere, ita ſilentio prætereunt magnam eorum partem, quæ pertinet ad inteſtina odia, civilesque diſcordias, & mala, quæ inde ſunt confeſcuta. Nempe, uti videtur, quia offenſam metuere eorum, quorum majores repehendere cogentur. In quo neglexere hiſtorici boni officium. Atque hanc vel potiſſimam ſibi cauſam fuiſſe, dicit Nicolaus Machiavellus, cur, poſt utrumque illorum, hiſtoriam ſcribens Florentinam (quam octo libris Hetrufcâ abſolvit linguâ) non à Medicum principatu inciperet: ſed ab ipſis urbis incunabulis. Elogium Aretini deſuncti eſt apud Æneam Sylvium epiſt. li. Magnum cum Hetrurix ſplendorem appellat: nec dicere veretur, neminem illo poſt Lactantium Ciceroni proximiorum fuiſſe. Subjungit autem, gaudere ſe, quod ejus in locum ſucceſſerit Poggius: quod adverſari videtur Leandro Alberto; ut qui Carolum Aretinum ſucceſſiſſe dicat: quemadmodum ſuperius vidimus. De ſtylo ejus ſic Traſmus in Ciceroniano: *Facilitate dictionis, ac perſpicuitate ſatis accoſit ad Ciceronem: ſed nervis, aliſque virtutibus aliquot deſtituitur: alicubi vix inſerta Romani ſermonis caſtimoniam: alioqui vir doctus juxta, ac probus.* Sed de Leonardo hoc ſatis. Nunc venio ad Britannos.

Ex annis illis xxvi, quibus imperio Romano præfuit Sigifmundus

a Argentinæ anno
1610.

das, primo triennio in Anglia rexit Henricus IV; proximo novennio Henricus V; reliquo tempore Henricus VI.

Sub rege Henrico IV, & V, floruit ROBERTUS MASCHAL, Anglus, Carmelita. Anno c̄lccccx ab Henrico V, cui ob eruditionem carissimus erat, ad Constantiense concilium missus fuit. Cūm alia scripsit, tum librum de legationibus suis. Decessit Ludovici anno c̄lccccxvii.

Etiā sub Anglorum rege Henrico IV claruit RICHARDUS GRASDALE, Anglus; cujus & Thomas Waldenus in fasciculo zizaniorum Wiclevi, mentionem facit. Hic librum condidit de aetatibus mundi: item de regnis & civitatibus, atque alia. Progreditur autem in historia sua usque ad annum c̄lccccxc.

THOMAS RUDBURNE, vel RADURNUS, Anglus, archidiaconus Sudberiensis, posteaque Menevensis episcopus, in pretio erat tempore Henrici IV regis, imò & Henrici V. Præter epistolas ad Thomam Waldensem, atque alios, etiā insigne Chronicon reliquit: sive, ut aliās dicitur, Historiam majorem: cujus MSum codicem habes Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti.

ALANUS DE LYNNA, Anglus, Carmelita, indices in plures scriprores fecit: eosque inter in antiquitates Iosephi, in miracula Mariæ, in Chronicon Rogeri Housden, in Riborum de gestis Carmelitarum, & in historiam Lombardicam. Claruit sub rege Anglorum Henrico V anno c̄lccccxx.

Æqualis eidem IOANNES LANGDENUS, Anglus, monachus ordinis Benedictini in cœnobio Cantuariensi, atque unus ex iis, quibus iudicium commissum de doctrina Wiclefi, ac tandem episcopus Roffensis. Reliquit Chronicon Angliæ ex variis scriptoribus congestum usque ad annum c̄lccccxx. Ejus auctoritatem sæpius advocat Thomas Rudburnus junior, seu Wintoniensis, in Annalibus suis. Vide & de eo Waldenum in Fasciculo zizaniorum.

GUILHELMUS LINDWODUS, Henrico V Angliæ regi secreti seu privati sigilli custos erat, ac ejusdem nomine ad Castiliæ, atque item ad Lusitaniam regem orator missus fuit. Postea ab Henrico VI factus est episcopus Menevensis. Præter ea, quorum meminit Balæus, etiā catalogum edidit quorundam Cantuariensium archiepiscoporum, qui hodieque exstat. Obiit Londini anno c̄lccccxxiii.

IOANNES POLUS, Anglus sacerdos, claruit anno c̄lccccxxv, scripsit vitam ac miracula S. Walpurgis virginis, S. Bonifacii æqualis:

lis: quo in opere etiam tradit, vatum illud templum Antverpiense, quod Virgini Deiparæ sacrum est, ab Walpurgæ hac primum fuisse constructum. Habes & S. Walpurgis vitam apud Surium Tom. VII. sed in cod. MSO auctoris nomen aberat: stylum quoque Surius mutavit. Et constat multò antè Walpurgis vitam fuisse scriptam à *Wolfrango*, monacho *Hasserense*. Sed cujus illa Suriana sit, non satis liquet. Fortasse particula est ex opere *Wolfrangi*.

IOANNES LOUVE, Wigorniensis Anglus, monachus Augustinianus, Henrico; VI ejus nominis Anglorum regi carus, floruit anno cccccxxxvi, interque alia temporum historias condidit.

His etiam temporibus fuit NICOLAUS CANTILOUVE, aliàs *Cantilupus*, (non *Cantilepus*, ut est apud Balæum, & alios,) Anglus, Carmelita in cœnobio Bristoliensi, ac tandem Northamptoniæ Prior. Inter alia scripsit epitomen Chronicorum, appendices historiarum, ordinis sui encomium, cujus partem priorem vitam sibi refert Brianus Twyne in apologia Academiæ Oxoniensis: sed omnia replere ait miris ac stupendis fabulis. Contextuit quoque historiam Cantabrigiæ: ex qua de origine Urbis quiddam citat Polydorus Virgilius lib. v Historiæ Angl. Sed non videtur opusculum, quo usus, nomen fuisse adscriptum. Alioqui enim non vocaret incertum auctorem. Decessit Northamptoniæ, an. cccccxli.

Æqualis his THOMAS DANDO, prout appellat Balæus, qui Pitseo DAVDO. Fuit Monachus Anglus Carmelita in comitatu Wilcheriæ, & Prior conventus Marleburgensis. Reliquit opus de vita, & rebus gestis Arturi magni, Visisaxonum regis.

Item tum, (juxta Pitseum) fuit IOANNES LANGTONUS, monachus Londinensis Carmelita, & doctor Theologus Oxoniensis: qui præter alia volumen condidit historiarum de rebus Angliæ. Langtoni quidem, at non operis hujus, meminere Leilandus, ac Balæus. Interfuit concilio Basileensi. Atque obiit anno cccccxxxiv.

C A P. VI.

Arnoldi Arhemii, seu Kiveti exemplorum opus. Jacobus Suedericus de origine religiosorum. Stephanus Juliacus de vita Coletæ. Jacobi Clerici Diarium. Ioannis Stabularii Chronicon Leodicense. Oliverius Longus de vita B. Coletæ virgi-

virginis. Theodericus Pauli de miraculo S. Barbare. Ioannes Loffensis. Egidii Aurifabri opus exemplorum. Nicolaus Cusanus. Ioannes Brügmannus de vita S. Lydwine. Aniani Casselensis Chronicon universale. Anonymus de moribus Turcarum. Guilielmus Abselius. Ioannis Longini, sive Duglossi liber de vita S. Stanislai, atque ejusdem Chronicon rerum Polonicarum. Anonymus de gestis Flandrorum. Vitus Arenpeckius de rebus Bojorū. Adrianus Butius. Rudolphi Agricole epitome de quatuor monarchiis: item carmen de vita S. Annae. Miracula Rossarii, auctore Alano de Rupe. Henricus Arnoldi de diversis sanctis: item Chronica domus Cartusienfis. Petri Ranzani annales, & particula earum de rebus Hungaricis: & an idem auctor sit vitæ S. Vincentii Valentini. Guilielmus de Berchem. Griphonis Flandri itinerarium terræ sanctæ. Coriolanus Cepio de vita Petri Mocenici. Arnoldus de Busco. Henricus de Zoemerem. Anonymi Chronicon magnum Belgicum. Georgii Hugonis de viris ill. & S. Anna. Ioannis Tucherii itinerarium. Anonymi Chronicon Salisburgense. Andreas Abbas S. Michaëlis de vitis Pontificum, atque aliorum ex ordine Benedictino. Wernerus Rolevinc de origine Frisonum: atque ejusdem Fasciculus temporum. Appendix Ioannis Linturii. Felicis Fabri peregrinatio Hierosolymitana: item Bernhardi Breidenbachii. Adriani de Veteri Busco Chronicon Leodicense. Sigismundi Grossenbrot, & Vdalrici monachi S. Afre, Chronicon Augustanum Ecclesiasticum. Virici & Conradi Wellingorum appendix ad Chronicon Henrici Steronis. Henrici de Geilenhusen ca. . . . de vita S. Benedicti. Joannis Dusseldorpiensis itinerarium terræ sanctæ. Conradi Molitoris acta. Theodorus Trevirensis de vita S. Landrudis. Petri Dorlandi Chronicon Cartusiense, & opuscula de vitis aliquot sanctorum. Iodocus Beisselius de gestis Flandrorum. Ioannis Turocii Chronicon

nicon rerum Hungaricarum. Ioannes de Kikillew *opus de gestis Ludovici, regis Polonia, & Hungarie.* Hubertus Leonardus *de gestis nobilium Francorum.* Henrici Frisonis *Chronicon ordinis Cartusienfis.* Ioannis Palæonydori, seu de Aquil-veteri, sive, ut alii vocant, *Mecliniensis, fasciculus temporum tripartitus.* Hartmanni Scedelii *Chronicon Norimbergense.* Marinus Barletius *de gestis Georgii Castrioci, cognomento Scanderbegi: deque oppugnatione Scodra: & Iovii in ejus nomine error.*

ANno cIccccxxxviii Sigismundo, socero suo, successit Albertus ii Austriacus. Qui biennio non toto imperavit. Huic anno cIccccxl surrogatus est Fredericus iii Austriacus: atque imperium is tenuit annis liii. Eo rerum potito, imprimis post captam à Turcis Constantinopolim, magis magisque cœperunt literæ in Occidente revirescere. Itaque magna undique eorum seges proveniebat, qui, ut studia cætera, ita & historiam tractarent. In hac copia non abs re erit, si primùm recenseamus, Germanos, & vicinos Belgas: ac sociemus illis aliquot Noricos, Dalmatas, Pannonios, Sarmatas.

Extremâ Sigismundi, item Alberti junioris, & Frederici iii aetate, fuit ALBERTUS ARHEMIUS, qui & *Arnoldus Kivet*, monachus Cartusianus in insula dicta Regina cœli, apud Wefalenses. Hic opus composuit, quod inscripsit, *Referendarium exemplorum.* Constat illud partibus vii. Colligit & sui ævi exempla. Adservari liber hic MSus solet Ruremundæ in cœnobio Crucigerorum: cujus antistes ante hos annos xx erat, & doctrinâ & aliis animi dotibus præstantissimus, Christophorus Calenius, avunculus meus magnus. Obiit Albertus Kiveticus jam octogenarius, anno Chr. cIccccxliv, cum lx annis in Carthusiano ordine transegisset.

Anno cIccccxxxix floruit JACOBUS SUEDERICUS, Germanus, Ordinis Minorum, custos Misnensis, qui de origine religionum librum reliquit. De ætate verò auctores sequor Simlerum in bibl. & Possevinum in Apparatu; qui idem ab Henrico Wiot proditum ait. Non paullò tamen junior sit, si anno ipse cIcIxxxv codicem eum in lucem emisit: ut à viro docto accipi, si rectè ejus mentem assequor. Sed de opere nondum conspecto difficile mihi est certi quicquam statuere.

STEPHANUS JULLIACUS æqualis fuit Coletæ, Picardæ virginis, reformatrici ordinis S. Clare; cujus & vitam in literas retulit. Reperies eam apud Surium Tom. VII a. d. VI Mart. Obiit autem Coleta anno c̄ccccxlvii.

Anno c̄ccccxlv, & deinceps fuit JACOBUS CLERICUS, sive DE CLERQ, Artesiensis, Dominus de Beauvoir. Vitam aulicam vixit, intentus observandis Principum vitis, imprimis Principis sui Philippi Boni, Burgundiæ Ducis. Reliquit commentaria, sive diarium eorum, quæ apud Atrebatas, ac locis finitimis, contigere. MSa adservantur in bibliotheca Vedastina: ut ait Sweetius in Athenis Atticis: sed utrum, Latine, an Gallicè scripserit, non addit.

Claruit & tum JOANNES STABULARIUS monachus Cœnobii S. Laurentii apud Leodicenses. Condidit Chronicon Leodiense à S. Materno ad annum Chr. c̄ccccxlix: quo ipso obiit. Edidit hoc Chronicon nuper Joannes Chapeavillius.

OLIVERIUS LONGUS, Prior ad S. Bavonem Gandavi, ordinis S. Benedicti, claruit circa annum c̄ccccxlix, præter alia quæ Gandavi, & Lovanii MSa exstant, etiam scripsit vitam B. Coletæ virginis Gandavensis. Molanum adi in Natalibus Sanctorum Belgicæ.

THEODERICUS PAULLI GORCOMENSIS floruit eodem tempore. Hic consignavit miraculum S. Barbaræ; quod contigit anno c̄ccccxliii. Ætatem indicat, quòd eidem præsens interfuit. Habes in Collectaneis Surii T. VI. IV Dec.

Claruit tum quoque JOANNES LOSSENSIS, abbas Leodicensis in Cœnobio S. Laurentii ad urbis muros, quo in munere Joanni Stabulario successit an. c̄ccccxlix. Descripsit res gestas Episcoporum Leodicensium ab an. c̄ccccxi, usque ad annum c̄cccclix. Exstat id opus in memorato Cœnobio MSum.

Frederici III ætate, claruit quoque ÆGIDIUS AURIFABER, monachus Cartusianus, vicarius domus montis Sion in Zelandia juxta oppidum Zirizæam. Præter sermones de tempore & sanctis, reliquit etiam opus exemplorum. Obiit an. c̄ccccxvi. Vide Sutorum lib. II vitæ Cartus. cap. VII. a & Arnoldum Bostium lib. de viris illustr. ord. Cartus. cap. xxvi, vel illum, qui post eos scripsit, Theodorum Petrejam in bibliotheca Cartusiana.

a Pag. 572
edit. Lo-
van.

Eodem imperante claruit NICOLAUS CUSANUS. Natus is in diœcesi Treverensi. Primum fuit decanus S. Florini, hinc Brixinensis

nensis episcopus: denique idem Cardinalis S. Petri ad Vincula creatus est à papa Nicolao v. Quantus vir fuerit, si non ex monumentis ejus, at ex luculento, notoque Fabri Strabulensis elogio sciretur. Quæ scripserit Tritthemius ostendet. Quamquam præter ea, quæ ille commemorat, alia composuisse, operum ejus volumen Basileæ primum editum clarè docet. Moscoviam etiam descripsisse, sed tantùm ea signasse, quæ relatu alieno acceperat, tradit Sigismundus Liber Baro in Herbestain, præfat. in rerum Moscovitarum commentarios. Obiit annos natus LXXI, Christi anno MCCCCLXIV.

JOANNES BRUGMANNUS, Belga, Franciscanus, Theologiæ in Audomarensi monasterio professor, anno claruit MCCCCLVI. Scripsit vitam S. Liduinæ, virginis Hollandæ, cujus nomen Hollandis *Lyd-vrit*, sed integrè sit *Lydvyt*, quasi dicas *latæ patientiæ*. Decessit ea anno Chr. MCCCXXXIII, xviii Kal. Maji, sub Burgundiæ & Hollandiæ principe Philippo. Exstat hujus vitæ codex MSus Lovanii in Cœnobio fratrum ord. Min. Epitomen ejus edidit Franciscus Hæraus in vitis Sanctorum ad xiv Apr.

ANIANUS Flander Casselensis, monachus Bergis S. Winocî ordinis S. Benedicti & abbas S. Petri Oudeburgensis, congregationis Cluniacensis, vivebat anno MCCCCI. Consignavit *Chronicon universale* (ita inscribitur) ab orbe condito usque ad sua tempora. Id MSum exstabat in æde Benedictinorum, quam instaurarat Anianus ille anno MCCCCLVII. Sed anno MDLXXVII, dum bello omnia ardent, inde sublatum est: nec compertum habeo, utrùm perierit, an in bibliotheca cujusquam delitescat. Meminere & Gazejus in bibliotheca, & Ioannes Cognatus lib. iv cap. XLII historię Tornacensis.

Anonymus iisdem temporibus in literas retulit ritus & mores Turcorum, quos miser, experientiâ magistrâ, edoctus erat. Quippe ab iis anno MCCCXXXVI captus fuit, & divenditus: detentusque usque ad annum MCCCCLVII. Nascente demum typographiâ editus est in lucem, sed sine nomine editoris, vel loci. Vidi nuper in publica Amstelodamensium bibliotheca, deducente tum eò doctissimo, & amicissimo, Joanne, Joannis filio, Polyandro, Jurisconsulto.

Claruit tum quoque GUILHELMUS ABSELIUS, Bredanus Cartusianus, ac postea Brugensium Prior, vir ut genere nobilis, ita scriptis iis temporibus clarus. Inter alia B. Ægidii vitam rhytmo exposuit. Deces-

Deceffit anno quo Dionysius Rykelius nempe c̄cccc̄lxxi.

JOANNES LONGINUS, qui & DUGLOSSUS, vel *Duglossibus*, vel *Dlugassus* vocatur, Canonicus fuit Cracoviensis, & postmodo Leopoliensis episcopus. Nomine Casimiri III, Polonorum regis, varias obiit legationes, ac liberorum quoque ejus fuit præceptor. Anno c̄cccc̄lxv, vitam S. Stanislai, episcopi Cracoviensis & martyris, tribus tractatibus complexus fuit: sed Sarius styllum mutavit, inque compendium redegit, prologos etiam omisit. Habes Tom. III a. d. VIIII Maji. Scripsit quoque commentarium rerum Polonicarum, qui MSus exstat Romæ in bibliotheca S. Mariæ in Vallicella. Meminit ejus operis Cromerus lib. xxix rerum Polonicarum. Et Joannes Herburtus de Folstin, Polonici regni Senator, præfatione in Chronicon, seu Historiæ Polonicæ compendium; ubi usum ait *diligentia ac fide in perscribenda historia singulari*. Atque idem testatur de Joanne Miechoviensi: sed addit, *non eo ordine, ac verborum, sententiarumq; gravitate usus, ut ad externorum optimis literis exulta ingenia purgatasq; & teretes aures, scripta illorum penetrare possent*. Perduxit Duglossus chronicon suum usque ad annum c̄cccc̄lxxx, quo ipso deceffit, IV Kal. Jun.

Eodem tempore vivebat anonymus, qui scripsit de gestis Flandrorum. Incipit ab anno 10lxxx, ac finit in anno c̄cccc̄lxi. Initium operis est, *Temporibus Clotharii, Childerici, ac Theoderici, &c.* Desinit autem hoc pacto, *de quorum spoliis ditatus est*. Necdum in lucem prodit: sed habeo ejus codicem MSum: qui olim fuit V. Cl. Adriani vander Burchii, ac nescio, num ejus, an ab alterius cujusdam manu recentiori sit hæc inscriptio, *Chronica Comitum, & Reip. Flandria*. Vetus autem *ἱστορικὴ* non aliud indicat, quàm esse id opus congestum excerptumque *ex gestis Flandria*.

VITUS ARENPECKIUS, sacerdos, Landshutæ oriundus, ab Joanne Aventino sæpius commemoratur inter domesticos historicos, qui res Bojorum posteris transmiserint. Testatur eum parentum suorum memoria sub duce Georgio claruisse; deque Bojis, & Latinâ, & Germanicâ linguâ, diligentissimè egisse. Inque bibliotheca Fraxinensium Pontificum servari, monet idem initio libri primi.

ADRIANUS BUTIUS Hulstensis, monachus Dunensis apud Flandros, vixit anno c̄cccc̄lxviii. Meminit ejus Mejerus annalium Flandriæ lib. xvi, ubi sic scribit: *Quarto Idus Majas Hadrianus, Vorholtensis, præfectus Saestingia, Hulstum cum suis profectus, ut confirmaret*

id oppidi in fide Principis, cum Gandensibus fortuito occurrentibus pugnare cogitur: adeoque casus est, ut cum septem omnino ex cccc vix evaserit. Cum eo salvatus est, per aquam tranans Iacobus But, germanus Hadriani But, Dunsis Historici.

RUDOLPHUS AGRICOLA Jacobo Bergomati in Chronicis vocatur Rodolphus à Groningen, nempe quia in Bafion, pago juxta Groningam, principem Frisiæ urbem, natus fuit: quod contigit circa annum dccccxlii. Puer Lovanii in Gymnasio Falconenfi Philosophiæ operam dedit. Et cum Theologiæ rudimenta degustarat, in Gallias abiit, indeque in Italiam; ubi Theodorum Gazam audivit. Postquam domum rediit Syndicus factus est Reipublicæ Groninganae, ob cuius negotia missus in aulam Cæsaris Maximiliani, ubi cum semestri hæssisset, voti compos Groningam reversus est. Exinde à variis, eosque inter Antverpiensibus ad Scholæ præfecturam deposcebatur. Sed prætulit professionem Heidelbergæ, ubi philosophiam triennium docuit, ac Græcas literas tota Germania excitavit. Vir fuit Latine, Græcè, & Hebraicè doctissimus, philosophus summus, atque idem admodum disertus, imò, & Musicæ, picturæ, aliarumque artium studiosissimus. Quæ scripserit, Bergomas, Tritthemius, & alii dicent. Inter alia, in gratiam Philippi, Electoris Palatini, contexuit epitomen historicam de quatuor monarchiis, in qua & civilia monita admiscuit. Præterea consignavit vitam Francisci Petrarchæ. Idem vitam S. Annæ carmine fuit complexus. Quod poëmationem etiam Gyraldo laudatur, dialogo priori de sui temporis poëtis. Transferendo Dionysio Areopagitæ intentus, obiit Heidelbergæ an. dccccxxxv. atque in habitu Franciscani apud Minoritas ibidem, ut præceperat, sepultus fuit. Epitaphium ei hoc condidit Hermolaus Barbarus:

*Invida clausurunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Frisi: spemque decusque soli.*

Scilicet hoc vivo meruit Germania, laudis

Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Viglius Zuichemus, Frisus & ipse, hæc adjunxit:

RUDOLPHI FRISII AGRICOLÆ
MEMORIÆ POSUIT VIGLIUS
ZUICHEMUS. DEPONENTI

ANATHEMA. RELINQUENTI
BENEDICTIO.

Luculentum etiam Agricolaë hujus elogium existat apud Erasmum in Ciceroniano suo: item in adagione, *Quid cani cum balneo*. Sed elogium illud in editione Pauli Manutii non compareret. De eodem ita Petrus Bembus lib. VI Epist. ad Erasmum: *Rodolphi Agricola scripta maxime omnium, qui aetate nostra scripserunt, mihi quidem probantur.*

ALANUS DE RUPE, monachus ordinis Prædicatorum in cœnobio Zuollensi, scripsit cum alia, tum de miraculis Rosarii: mortuus autem est in cœnobio suo anno c13ccclxxv.

HENRICUS ARNOLDI, SAXO, prius in Basileensi concilio, quod cœpit anno c13cccccxxxi, notarius, postea monachus Cartusienfis, inter alia fecit historias de diversis sanctis, item Chronica domus Cartusienfis, quæ erat Basileæ. Obiit, Tritthemio teste, anno c13ccclxxvii.

Hic quoque locus esto PETRO RANZANO, non quia patriam ejus satis sciamus; sed quoniam apud Matthiam Corvinum, Hungariæ regem, triennium legatus fuit. Ranzanus ille de omnium penè gentium rebus, Annalium libros scripsit LXI: ex quibus ultimum duntaxat, atque id Sambuci beneficio, habemus inter Hungaricarum rerum scriptores. Dividitur verò in indiculos xxxvi. Nam quæ post indiculum xxxvi sequuntur, non Ranzani sunt, sed Sambuci. Desinit autem Ranzanus in bello inter Matthiam Corvinum, & Cæsarem Fredericum III. Eoque tempore vixisse, satis docent verba ista a: *Vbi tandem animadvertisset (Matthias à Frederico Imp.) sibi verba dari: nihil ulterius protelandum ratus, sumis armis, Austriam, quæ regno est Ungariæ contermina, invasit, belloque diuturno perdidit: & HODIE, nemine reluctantè, tranquillissimè possidet.* Idem quoque sine indiculi xxvii ait se interfuisse exequiis Joannis Corvini, quæ incidunt in annum c13ccccclyi. Ex iisdem autem fontibus hausit sua, unde Bonfinius. Nempè ex indicibus regum, quos Viennæ acceperat à regina Beatrice. Nec minus eum brevitatis commendat, quàm Bonfinium; quòd uberior sit, & tam multa adjungat de rebus externis. Quæri possit, utrùm idem sit Petrus ille Ranzanus, cui libri v de vita B. Vincentii Valentini, cognomento Ferrarii, adscribuntur in Suriana collectione Tom. I & a. d. III April. Tempora sanè conveniunt. Nam vita ea exarata est, postquam Calixtus III Vincentium retulisset in numerum sanctorum: quemadmodum liquet ex præfat. atque item sine libri v. Callixtus autem sedere cœpit anno c13cccccly: atque

a In fine indiculi 36.

atque anno decessit c̄ccccclviii: quo ipso Matthæus Corvinus (ad quem legationem obiit Ranzanus) electus est Hungariæ rex: sexennio nempe antequam coronam regiam assumeret. Quod si hic idem fuerit, ut videtur; de patria, ac vitâ omni, fatis liquebit. Fuit enim hic patriâ Siculus, domo Panormitanus, episcopus Luce-riensis. De eo ita Leander Albertus lib. iv de viris illustr. ordinis

a Fol. 125.

b Pag. 385
edit. Co-
lon.

prædic. a *Petrus Ranzanus orator insignis, Sicilia oriundus, præsul dignifimus, Divi Vicentii Valentini vitam tribus libris distinctam ab se edidit.* Sed de annalibus, quibus potissimum meritis sit celebrari, si idem sit auctor, ne quid quidem ille. Uti nec in Italia sua, quo loco de Luceria suæ, ac valde Raffenam hunc celebrat: quem admodum senem obiisse ait an. Chr. c̄ccccxci. Meminit ibidem Leander Siciliae suæ, in qua, ubi de Panormo agit, referre se ait, quæ ingenii monu-menta reliquerit Ranzanus. Sed hoc Leandri opus, unde decidi res tota posset, lucem nunquam vidit.

GUILIELMUS de BERCHEM, Geldrus, Niellensis Ecclesiæ pastor, & canonicus S. Stephani, & Ecclesiæ Noviomagensis protonotarius, composuit compendium Chronicorum Gelriæ, ac perduxit usque ad annum c̄ccccclxvi, quo vivebat.

GRIPHON, Flander, monachus ordinis fratrum minorum, & S. Theologiæ Professor apud Parisienses, reliquit itinerarium terræ Sanctæ. Fuerat autem à Papa Sixto III in Palæstinam missus, ut Maronitas montis Libani Romanæ Ecclesiæ adjungeret: atque idem à Calixto III Orientalium Ecclesiarum Patriarcha fuit nuncupa-tus. Obiit anno c̄ccccclxxv.

Eodem Friderico imperante, floruit CORIOLANUS CEFIO DALMATA, qui Scodrae (ea Albanæ regionis caput est) degebat anno c̄ccccclxxviii, cum illam, sed irrito conatu Muham-medes obsideret. Descripsit libris tribus res gestas Petri Menici Veneti imperatoris, ejus, qui postea septuagesimus Venetorum princeps fuit, cum anno uno, mensibus duobus Kemp. gubernasset, anno obiit c̄ccccclxxv. Meminit & operis hujus Cuspinianus in historia de Imperatoribus. Basileæ autem prodit anno c̄lxxliiv.

ARNOLDUS DE BUSCO, sive Buschius, monachus Ordinis Ere-mitarum S. Augustini, in pretio erat Frederico III imperante: ac cum alia reliquit, tum librum de viris illustribus ordinis sui, & monasterii Windesheimensis: item de laudibus S. Annæ. Devotum, ac eloquen-tissimum theologum vocat Paullus Langius in Chronico Citizensi.

Anno **elccccclxx** vivebat **HENRICUS DE ZOMEREN** Brabantus doctor Theologus Lovaniensis, & decanus Antverpiensis. Hic fecit epitomen primæ partis Occani idque postularo Bessarionis, cardinalis Nicæni, qui tum temporis Papæ per Germaniam ac Belgicam legatus erat. Etiam de capta Constantinopoli scripsit: ut quoque de hæreticis, quemadmodum videre est apud Simlerum in epitome bibliothecæ. Obiit Romæ temporibus Sixti IV Pontificis.

Temporibus Frederici III Imp. canonicus regularis ordinis S. Augustini prope Nassiam, scripsit, vel potius ex variis collegit *Chronicon magnum Belgicum*, quod incipit ab anno gratiæ **LIV**, ac definit in obsidione Nursiensi, quæ anno contigit **elccccclxxiv**. Eo autem tempore vixisse, indicant vel postrema operis verba: *Et tanto bombardarum fragore aër per-tonuit, quòd vix etiam obruratis auribus tolerare potui*. Primus hunc scriptorem ex bibliotheca sua in lucem prodire jussit Joannes Pistorius.

GEORGIUS HUGO, philosophus, & curator inferioris Al-taichii (id cœnobium est dicatum B. Benedicto) ab Jo. Aventino refertur inter domesticos scriptores, qui parentum memoria historiam condiderint. Latine, idque jussu ducis Georgii de Boiis, scripsisse, idem auctor æst.

JOANNES TUCHERUS Norimbergensis anno **elccccclxxix** describat profec-tionem Hierosolymitanam, atque Ægyptiam: Germanicè ille quidem, sed postea prodiit Latine.

a In
scripsit.
quos præ-
mittit
lib. 2. an-
nal.

Eodem tempore, quantum conjecturâ assequi licet, fuit anony-mus auctor Chronicorum Salisburgensium, quæ ab an. **elcxxx** ordiuntur: ac desinunt in anno **elccccclxxv**. Ea ex bibliotheca Alberti Hungeri edidit Canisius T. VI Ant. Lect.

Idem **ANDREAS**, S. Michaëlis Bambergæ Benedictinus Abbas, Germanus, anno floruit **elccccclxxxiii**, ac, præter librum de conceptione virginis Deiparæ, scripsit opus ingens de eorum Pontificum, Archiepiscoporum, Antistitum, Abbatum & Abbatissarum gestis, qui ex ordine Benedicti fuere in sanctorum nume-rum relati.

WERNERUS ROLEVINC DE LAER, Cartusien-sis domus S. Barbaræ Colonia Agrippinæ, natione Westfalus, inter alia reliquit librum de origine Frisonum: item calendarium ac martyrologium: & quo maximè inclaruit, fasciculum temporum ab initio mundi ad sua usque tempora. Primum quidem desuisse vide-

tur in anno **CLCCCCCLXX**, qui penultimus Paulli II. Sanæ MSus noster: non ulterius producitur. Exinde pauculis additis pertigit usque ad annum **CLCCCCCLXXIV**: qui erat Sixti IV annus tertius. Ad Sixti tempora perduxit, le ait Bostius in viris illustribus Carthusianis capite ultimo. Atque hic finit vetustissima, quam habeo, editio, Lovanii procurata anno **CLCCCCCLXXVI**. Nomen auctoris æque ibidem, ac in MSO, desideratur. Solum dicitur opus istoc propriis *cujusdam devoti Carthusiensis, & viri historicarum studiosissimi manibus, ab initio mundi usque ad Sixti pape IV tempora, contextum esse: sed Ioannem Veldner summâ diligentia, majorique impensa, nonnullis additis imaginibus, ad finem usque deduxisse.* Postremo autem pertexuit auctor opus suum usque ad annum **CLCCCCCLXXX**, quo ait papam factum Innocentium VII. Atque hic recentissimæ etiam editiones desinunt. Exinde Chronicon hoc continuavit **JOANNES LINTURIUS**, usque ad annum **CLCLXXIV**. Linturius ille Hoffiensis in Voilandia pastor fuit: atque istud in causa est, cur ita res alias describat, ut Voilandiam tantopere, maximè que Hoffiensem spectet ecclesiam. Alia ejusdem **Wernerii** suggeret **Jacobus Bergomas** lib. XVI, item **Tritthemius** in Catal. qui virum vidit, & ex ore ejus didicit, quæ scripto signasset. Idem **Arnoldus Bostius** opere ante memorato. Obiit **Wernerus** anno **CLCLII**.

Frederici etiam temporibus in honore aliquo erant Germani duo, **Felix Fabri**, & **Bernhardus Breidenbach**. **FELIX FABRI** anno **CLCCCCCLXXXIII**, ac deinceps, in conventu Ulmenſi monachus egit Ordinis Prædicatorii. Innotuit opere de peregrinatione sua, atque item **Bernardi** ejus, quem dixi, & de quo proximè pluribus agendum.

BERNHARDUS A BREITENBACH vir nobilis auctor est Itinerarii, sive, ut ipse vocat, passagii in terram sanctam: in cuius initio indicat, se fuisse camerarium, ut loquuntur, & decanum Ecclesiæ Moguntinæ. Dicavit autem opus hoc **Bertholdo**, principi **Hennenbergensi**, ac tum temporis archiepiscopo Moguntino: quem honorem adeptus is erat anno **CLCCCCCLXXXIV**, atque annis gessit XXI. Scripsit autem ea **Breitenbachius** quorum erat *avensis*. Anno **CLCCCCCLXXXIII** iter in terram Sanctam est aggressus, unâ cum **Fratre Felice**, Lectore, & Prædicator Ulmenſi. Ac Hierosolyma, monte Sinai, Cairo lustratis domū rediit anno proximo mense Januario. Unde error dilucet **Possevini**, cum in Apparatu sacro hunc Itinerarii scriptorem suâ dicit ætate vixisse. Sanæ **Posse-**

vinus post archiepiscopum hunc decessit totis annis cvi. Obiit enim Possëvinus anno clolcxi; anno li, ex quo societatem Jesu complexus esset. Nempe confudit Bernhardum Bredenbachium cum Tilmanno Bredenbachio, qui Possëvini æqualis fuit. Tilmannus enim anno clalclxxxiv Coloniae confarcinabat sacramentum Collationum libròs. Puta annis xcvi, postquam prior Bredenbachius jam Itinerarium suum publicasset: idque & Latinâ, & Germanicâ linguâ. Sanè exemplar ejus operis habeo linguâ Germanico-Belgicâ Moguntia editum anno clccccclxxviii. Excudit illud Magister Erardus Rewijck, Ultrajectinus, quem antea Bredenbachius itineris sui in Palæstinam adsumserat comitem, quò, in urbibus, ac portibus, scite depingendis, operâ ejus uteretur: quem admodum Bredenbachius ipse penè initio Itinerarii sui refert.

ADRIANUS DE VETERI BUSCO, Belga, monachus cœnobii S. Laurentii, juxta Leodicum, condidit Chronicon Leodicense, ab anno clccccxlix, quo desinit Joannes Stabularius monachus ejusdem cœnobii: desinit autem in anno clccccclxxiii.

SIGISMUNDUS religiosus Chronicon Augustanum Ecclesiasticum scripsit, ac abbati Joanni de Giltlingen dicavit anno clccccclxxiii. Primus illud in publicum, cum aliquot aliis rerum Germanicarum scriptoribus, in lucem emisit Jo. Pistorius. Apud Conradum Gesnerum reperio, Viennae in bibliotheca Wolphangi Lazii existisse Chronicon Augustanum: quod operas suas jungentes composuissent duo isti, UDALRICUS, monachus S. Afræ, & SIGISMUNDUS GOSSENPROT: sive, ut idem alibi, & ex eo, in scriptorum Nomenclatore, Rob. Constantinus vocat. GROSSENBROT. Unde discimus cognomen Sigismundi; nec solum auctorem ejus Chronici fuisse, sed adjutum ab Udalrico. Videri possit hic esse ille Udalricus, sive ULRICUS WELLINGUS, qui cum fratre suo CONRADO WELLINGO, Chronico Henrici Steronis appendicem addidit ab anno clccc usque ad annum clcccxxv. Verùm scrupulum injicit, quòd, si idem foret, potius perduxisset appendicem eam usque ad annum clccccclxxiv: quò usque in Chronico suo Augustiano provectum dicebamus. Eoque, etsi & Chronici, & appendicis auctor, Udalricus dicatur, ac monachus S. Udalrici & Afræ apud Augustanos: tamen eò magis inclinat animus, ut diversos putem.

HENRICUS DE GEILNHUSEN, monachus monasterii S. Martini Spanheimensis, congregat. Brunsveldensis, prodidit cum

alia multa, quæ ex Tritthemii Germanicis scriptoribus cognoscere est; tum vitam S. Benedicti carmine panxit elegiaco: uti & a Marco, Cassinensi monacho, factum erat versibus heroicis. Obiit anno c̄ccccclxxxviii.

Circa annum c̄ccccclxxxv floruit JOANNES A DUSSELDORP, Carmelita, Argentinenſis Cœnobii Prior. Præter alia composuit itinerarium Terræ Sanctæ, quam ipse iustrat. Deceſſit anno c̄ccccxciv. Sepultus est Argentinæ.

CONRADUS MOLITOR, notarius, anno c̄ccccclxxxix, acta variorum temporum digeſſit. Quo opere MSo se usum profiteretur is, qui abbati Urspergenſi *παραλειπόμενα* adjecit.

THEODORUS, Trevirenſis Archiepiſcopus, anno vixit c̄ccccxc, ac præter librum de laudibus B. Virginis, etiam deſcripſit vitam S. Landrudis.

PETRUS DORLANDUS Prior Carthuſiæ in Zeelhem prope Dieſt in Diœcenſi Leodicenſi fuit anno c̄lccccxc. Hic in hominum notitiam venit Chronico ſuo Carthuſienſi: quod primus edidit, & notis illustravit Theodorus Petreius, Campenſis, Carthuſiæ Colonienſis profeſſor. Item ſcripſit dialogum de S. Cæcilia, cur phœnici comparetur; dialogum de S. Urfula, & ſodalibus ejuſ; de inventione & paſſione S. Laurentii martyriſ; de S. Vincentio Ferratienſi, Ord. Præd. vitam S. Romani militiſ, & martyriſ; de variis S. Antonii abbatiſ rentationibus; de viri & converſatione B. Catharinæ virginis, & martyriſ; vitam B. Annæ libris quinque, atque alia. Obiit anno c̄lclvii, xxv Aug.

Item claruit hiſ temporibus JUDOCUS BEISSELIUS Teutonicoſ, Aqueſiſ patriciuſ. Iſ præter dialogum Platónico more ſcriptum, quem Hermolao Barbaro dicavit; præter item orationeſ, carmina, & alia; etiam opus condidit de geſtiſ Flandrorum. Plura de eo Bergomas, & Tritthemiuſ.

Magiſter JOANNES Turociuſ, ſive DE THWROCC, Pannoniuſ, (quem & Cuſpinianuſ ſe in imperatoribuſ ſequi profiteretur) ſamam ac nomen meruit Chronico ſuo rerum Hungaricarum: quod Matthiæ Corvino, Hungariæ ac Bohemiæ regi, dicavit. Incipit verò ab gentiſ ortu, ac rege Attila, & perducit uſque ad annum mcccxlii, quo in Karoli regiſ locum Lodovicuſ ſuceſſit. Hinc ſequitur JOANNES archidiaconuſ de KIKULLEW, in Eccleſia Tranſſylvana vicariuſ Strigoniēſ. in ſpiritualiſ buſ generaliſ. Iſ reſ Ludovici regiſ ſcripſit uſque ad obituſ ejuſ, qui

quincidit in annum MCCCXXXII. Fuerat autē Ludovico regi notatus à secretis: ut res ejus satis habuerit exploratas. Post hanc partem Joannis de Kikclow (quam historiae suae Turocius inseruit) agit idem Turocius de miserabili casu Karoli cognomento Parvi, qui post Ludovicum imperavit. Atque inde pergit usque ad coronationem Matthiae, quae incidit in annum MCCCCLXIV.

Etiā circa annum MCCCXC fuit HUBERTUS LEONARDUS, Carmelita. E Germania originem ducebat, Tritthemio teste: sed Parisiis Theologiae professor fuit, ac tandem episcopus Dariensis, & inquisitor haereticæ pravitatis. Reliquit inter alia opus de genealogia nobilium Francorum, & eorum gestis.

Isdem temporibus vixit HENRICUS FRISO, Cartusienfis. Condidit Chronicon sui ordinis. Obiit anno MCLV. Meminit Jacobus Wimphelingus in rerum Germanicarum epitome, & Sufridus Petri in Frisiae scriptoribus.

Anno MCCCXCII, & aliquot annis post, claruit JOANNES PALAONYDORUS, sive de AQUA VETERI. Natus in Hollandiae oppido, cui nomen *Oude-vvater*. Id Latinis sit Veteres aquae: Graecis *παραλὸν ὕδωρ*. Itaque cum vocari posset *Oude-vvatrius*, aut *Veteraquinas*, tamen praetulit ferè Graecum *Palaomydorus*, quod corrupte scribunt *Palaonidorus*: prout & apud Hieronymum Rubicum est exaratum lib. 7 Histor. Ravennatis a: quo loco ab hoc Baravo illud quoque proditum ait, Elisei corpus Ravennam fuisse translatum, jussu Theodosii Cæsaris. Fuit hic scriptor monachus, Ordinis Carmelitani, cœnobii Mechliniensis, unde à Posselino in Apparatu sacro alicubi Joannes Mechliniensis nuncupatur. Edidit libros tres hoc titulo, *Fasciculus temporum tripartitus*. Quo agit de origine, statu, & profectu sui ordinis Carmelitici. Idem pro Tritthemio quaedam conscripsit adversus Wigandum. Decessit anno MCLVI, annos natus LXXIV.

Aequalis eidem fuit HARTMANNUS SCEDER, Norimbergensis. Qui breviter descripsit, & velut in tabella ob oculos posuit seriem Pontificum, Cæsarum, Regum, & aliarum rerum memorabilium, ab origine mundi usque ad annum MCCCXCII, quo vivebat. Opus hoc vulgò *Norimbergense Chronicon* appellatur, quia Norimbergæ an. MCCCXCII prodiit, auspiciis quidem Sebaldi Schreier, & Sebastiani Kamermaister: curā autē Antonii Koberger. Meminit ejus & Paullus Langius in Chronico Citizenfi, quo loco tractat de Guidone Bonato: item ubi de Joa. Hullo, & Hieronymo Pragensi agit.

Ultimis etiam Frederici temporibus claruit **MARINUS BARLETIUS**, Dalmata, Scodrensis sacerdos, ac postquam Scodra in manus Turcorum venit, Brixienfis professor: qui & **MARINUS BECICHEMUS** nuncupatur. Pro eo in quibusdam codd. Jovii *a* **Barinus** editum est: sed typographi errore. Hic tredecim libris eleganter descripsit vitam ac gesta Georgii Castrioti *b*, Epirotarum principis: qui ab Amurathe ob præstantia facinora vocatus est **Scanderbegus**: eo significatur *Alexander dominus*, hoc est, Alexander Magnus: ut est apud Volaterranum lib. viii. Eos libros dicavit Donferando Castriotto, qui nepos erat Scanderbegi. Ad fidem pertinent illa in præfatione: *A majoribus diligenter relata, & à quibusdam etiam, qui interfuerunt, visa, memoria mandavi*. Obiit autem Scanderbegus anno dccccclxvi, xvi Kal. Febr. ut apud Barletium est in fine operis. De scriptore eo huiusmodi est Jovii iudicium: *Ab hoc Dalmata, non insulse Latino, Georgii Castrioti Scanderbegi admirabiles res bello gestas, quamquam inusitatis excessibus perscriptas, legimus. Equavit enim hic vir, amore patriæ, & barbarorum odio, a fide procul abductus, Epirotæ reguli virtutem antiquis heroibus, ita ut justam egregie factorum gloriam, dum supra aquam in laudes prorumpit, suspitione mendacii elevasse censeatur*. Idem Barletius etiam libros tres reliquit de expugnatione urbis Scodræ: ut ipse ait extremo libro xlii. Video hunc scriptorem Jovio in Elogiis doctorum Virorum vocari **MARINUM BECICHEMIUM SCODRENSEM**. Sed duos Marinos Scodrenses Barletium, & Becichemium confudit. Quorum Becichemius Brixienfis professor fuit, Raphaelis Regii, Joannis Caspurnii, Georgii Vallæ, & aliorum ejus ævi æqualis. Ac literis mandavit panegyricum Leonardo Lauretano, principi Veneto, atque Urbis ejus Senatui dictum item centuriam epistolicarum questionum, castigationes in varios scriptores, & opuscula quædam oratoria: quæ omnia in Italia anno clxlvj in lucem prodierunt: posteaque in Germania magna ex parte fuerunt recusa. Vide de eo Riccobonum lib. i de Gymnasio Patavino, ubi refert, qui humaniores literas sint professi anno clxxx. Sed fusius, accuratiusque de eo tractavit in ejusdem argumenti opere V. Cl. Felix Osus.

a Ut illa, que excusa Basilea à Perna an. 1578.
b Argentinorati Crato Mylius excudit an. 1557.

C A P. VII.

*Matthæus Palmerius Florentinus. Io. Baptista Pajarinus
 Vincentinus. Ludovicus Marchentus Veronensis. Re-
 natus Andegavensis. Carolus Aretinus. Hieronymus
 Vallis de gestis Patrum. Ioannes Marchanova Patavi-
 nus. Alphonsus Tostadus de terra sancta. Ioannes Tor-
 tellius de vita Athanasii. Cujus & fortasse est vita S.
 Zenobii. Laurentius Valla de gestis Alphonsi, Arrago-
 niæ regis. Anonymus, auctor Chronici Patriarchalis. Be-
 nedictus Morandus. Benedictus de Accoltis. Andreas
 Dominicus Floccus de Romanis magistratibus. Iannotius
 Manetus. Bartholomæus Veronensis. Anonymus de vita
 S. Bernardini Senensis. Franciscus Contarenus Venetus.
 Ioannes Antonius Campanus de vita Pii II Pontificis,
 deque gestis Andreae Brachii Perusini. Petrus Candidus
 December de vita Philippi, vicecomitis Mediolanensis.
 Horatius Romanus. Guarinus Veronensis. Blondus Flavius.
 Alphonsus à Carthagena de regibus Hispaniæ. S. Anto-
 ninus, Florentinus præsul. Ioannes Hagen, sive de in-
 dagine. Ambrosii Contareni itinerarium in Persiam. Pla-
 tina, deque ejus prænomine. Nicolaus Perottus de laudi-
 bus Frederici III. Francisci Philelphi Sforcias, & vita
 Nicolai Papæ V. Antonii Panormitæ libri IV de dictis,
 gestisque regis Alphonsi. Aeneas Sylvius, sive Pius secun-
 dus. Nicolaus Segundinus. Leodrisus Cribellus de Sfor-
 tiis, patre, filioque. Iacobi Ticinensis commentarii de
 gestis suorum temporum. Ludovicus Vicentinus de vita
 S. Bernardini Senensis. Antonius Tudertinus. Fran-
 ciscus Castilionensis de vita S. Antonini, & aliorum. Ro-
 dericus Santius de rebus Hispanicis.*

A Ccedo ad Italos, quorum multi, inprimis imperante Frederi-
 co III, scribendo adluxere temporibus suis facem. Quid mi-
 tum? quando literæ tam magis, & magis, revirescere cœperunt,
 curâ

curâ porissimum Papæ Nicolai v, cui eo nomine multum hodieque debet orbis literatus. Accessit alterum quoque, quia, capra Constantino poli, eruditores inde in Italiam se præcipuè contulerunt, Græcæque huc literas intulere. Unde, quantum ibi incrementum studia ceperint, apertius est, quàm ut dici mereatur. Nec tamen solos nunc Italos considerabimus, sed etiam vicinos Siculos: atque aded Gallos quoque, & Hispanos: partim quia in his gentibus historicum aliquid pauciores elaborarunt, quàm ut seorsum de iis agere attineat; partim quia inter eas illa est linguæ communio, ut ab unâ matrice, Latinâ dico, profluxisse universas, obscurum esse nemini possit.

Primis Frederici III temporibus claruit MATTHÆUS PALMERIUS Florentinus, vir longè doctissimus; ac eorum unus, quorum nomen reperias inter illos, ad quos epistolas suas scribit Jacobus Piccolominæus, Cardinalis Papiensis. Interfuit concilio Florentino; quod Ferrariæ inchoatum est anno c16cccxxvi11, at Florentiæ finitum anno sequenti. Præter libros IV de vita civili (quorum & meminit Leander in descriptione Italiæ) composuit vitam V. Cl. Nicolai Acciaoli. Item librum de bello Pisano. Præterea Chronicon Prosperi, quod desinit in anno cccclxviii, mille annis additis continuavit usque ad annum c16cccclix.

Quod tamen cautè accipi debet. Nempe eo modo, quo Prosper, etsi ab orbe condito exorsus fuit, tamen vulgò dicitur continuasse Chronicon B. Hieronymi: putà, quia resectis prioribus temporibus, solum id Chronico Hieronymiano appingi videtur, quod tempora ea consequitur, ubi desinit Hieronymus. Eadem condicio Palmerii fuit, si editos quidem codd. spectemus. Sed, spero, meliore fato totus vivet Palmerius, quàm Prosper, cujus prior ac melior operis pars planè deperit. Quippe integrum Palmerii Chronicon MSum habet antiquitatis omnis, & amantissimus, & intelligentissimus, Laurentius Pignorius Patavinus. Fuit is codex olim Joannis Aretini Tortellii, de quo paullò post loquemur. Venio ad ipsum Palmerium. Hic, cum revocare ea nollet, quæ libro de Angelis scripsisset, flammis exustus fuit; ut Joannes Trithemius quidem in catalogo refert, atque ex eo Genebrardus. Video, mirorque, silere hoc Philippum Bergomatem, cum ejus vitæ cursum exponit in Chron. Suppl. ad annum c16cccxxxix. Mirum quoque, tacere Raphaëlem Volaterranum Comm. Urb. lib. xxv. ubi Palmerium hunc ait maximâ rerum cognitione, ac prudentiâ valuisse:

atque

atque ad ultimam pervenisse senectutem. Poterat tamen eas, utpote in Italia gesta, notior esse hominibus Italis, quam Tritthemio Germano. Sed fortasse causas suas habuere, & Bergomas, & Volaterranus, cur silentio mallent præterire, quod hominis eruditi, beneque meriti de literarum studiis, nomen ac gloriam labe non exigua atpergere videretur. Aut fortasse Tritthemio imposuit fama, quæ inventis gaudet addere. Sanè Paullus Jovius dicere est contentus, *cùm de divinis perperam incautè locutus, in heresis Arriana suspitionem incidisset, librum ejus ex Theologorum sententia damnatum crematumque.* De auctore autem combusto, nihil addit. Uti nec alter Italus, & quidem civis ejus, ac coætaneus, Ugolinus Verinus lib. 11 illustratæ Florentiæ, ubi, dum æquales suos recenset, ita canit:

*Te quoque, Palmeri, quamquam te cœperit error
Spirituum, haud parvo tamen es celebrandus honore.*

Quomodo sanè locutus non esset, si ob hæresin combustus foret. Horum igitur sententiæ penitus accedimus. Tritthemium tamen, ut aliàs ferè, ita hac etiam parte sequi maluit Joannes Rioche, Minorita, in compendio historico. Quid mirum in eo, qui non tam inter scriptores, quàm exscriptores, qualemcumque mereatur locû.

Idem primis Frederici III temporibus floruit JO. BAPTISTA PAIARINUS Vicentinus, qui (ut ex Felici Osio accipi) sex Vicentiæ historiæ libros reliquit. Quorum primus ab V. C. exorsus, pertingit usque ad annum c13cccc.v. Proximus progreditur ad annum usque c13ccccxxv: qui liber, priori longè brevior, *De Fidelitate Vicentinorum* inscribitur. Tertius tractat de ambitu & situ Urbis, atque agri ubertate. Quartus refert urbis Vicentiæ viros illustres, seu literis, seu armis. Quintus est de familiis extinctis; vel quorum vix memoria supersit. Postremus est de nobilibus familiis. Quamvis autem historiam suam non perduxerit ultra annum c13ccccxxv: tamen certum est minimum xxiii annis post superfuisset. Ut ostendunt quæ de temporibus suis refert extremo libro 11, deque Oratione in laudem Bartholomæi Pajarini à Francisco Diedo habita anno c13ccccxvi 11.

Eodem imperante, nempe circa annum c13ccccxxx vivebat LUDOVICUS MARCHENTUS Veronensis. Hic carmine Hexametro descripsit, ac celebravit pugnam & victoriam Stephani Condateni, classi Veneræ præfecti super lacu Benaco contra Philippi Mariæ Vicecomitis duces. Opus hoc lucem necdum vidit: Sed

ejus mihi indicium fuit ex historicorum Veronensium indiculo, quem exarârat Alexander Becellus, Veronensis cancellarius.

RENATUS Andegavensis, Siciliae & Neapolis rex, filius Ludovici II, rexit anno cccccxxxiv. Descripsit Andegavensem comitatum, & Provinciam, Galliae regiones. Auctor hujus Franciscus Crucemanius in bibliotheca sua Gallica.

CAROLUS ARETINUS vir omni laude præstantissimus vocatur Poggio Florentino, in irio historiae disceptativæ, Utrum vocans, an vocatus ad convivium gratias agere debeat. Ac similiter extollitur ab eo secunda in Philelphum invectiva. Malè voluit Philelpho, qui de insidiis a se honoris sui structis conqueritur epistola ad eum exarata anno cccccxxxiii. Epistola etiam sequenti, quæ est ad Nicolaum, vocat eum versutam, & maleficam vulpeculam; item hominem perditissimum, ac depravati, corruptique judicii. Hic Aretinus non inter oratores modò, sed historicos etiam, reponitur ab eo, qui natales, & emortuales dies, in Germania nuper non aspernanda industriâ collegit. Atque obiisse ait anno cccccxliiii, ætatis lxxiv.

HIERONYMUS VALLIS, Patavinus medicus, orator, ac poëta, claruit anno cccccxliiii, ac præter alia, versu gesta Patrum condidit: quemadmodum indicat ipse, cum ait,

Te duce, gesta patrum cantavi; te duce, feci

Vivere perpetuâ posteritate viros.

Laudat Gesnerus in bibliotheca sua. Legatus à Senatu Veneto Romam missus, non sine veneni suspitione obiit anno cccccxliiii. Effigiem ejus ad vivum expressam Patavii in æde Eremitarum videre est, Scardeonio teste libro III rerum Patavinarum.

Circa annum cccccxlv claruit **JOANNES MARCHANOVA** Patavinus, Philosophus, medicus, ac poëta. Opus is reliquit de antiquitatibus: quod MSum superest Patavii in bibliotheca Canonicorum regularium S. Joannis in Viridario: ubi & omnis penè ejus supellex libraria adservatur, & effigies quoque in pariete depicta comparet. Præterea, ut ipse indicat, egit de dignitatibus Romanorum, & de triumpho, & rebus militaribus. Vide Scardeonium lib. II cap. II.

ALPHONSUS TOSTADUS, Hispanus, episcopus Abulensis, ac præterea Hispaniarum regis consiliarius, item major referendarius (quæ triplex dignitas, nec antè, nec postea, unum in hominem collata fuit) floruit anno cccccxl, ac, præter vastos illos in

Scriptu-

Scripturas commentarios, varia etiam opuscula edidit, interque ea descriptionem terræ Sanctæ. Etiam commentariis in Genece passim meminit commentariorum suorum in Chronica Eusebii. Sed eos patriâ dicitur linguâ exarâsse. Hujus Tostadi luculentum existat elogium apud Alphonsum Garciam Matamorum Hispalensem:

Ex tam infinita doctorum hominum multitudine, quantam hæc ætas habuit, nemo citra controversiam ad Alphonsi Tostadi, episcopi Abulensis, laudem aspiravit: cui si alio, quàm suo seculo, vivere contigisset: neque Hipponi Augustinum, neque Stridoni Hieronymum, nec alium quempiam ex illis proceribus Ecclesiæ antiquis, nunc invideremus. Excellentis vir ingenii fuit, & admiranda memoriæ; divina etiam sapientiæ, & antiquitatis peritissimus: dignus fortasse, qui post quatuor Ecclesiæ doctores, cum Isidoro, & Thoma, de quinto loco certaret. Quod si purior quedam, splendidiorque consuetudo loquendi suis temporibus fuisset: non dubito, quin posteriores omnes in sui admirationem esset conversurus.

a Libro de Hispania claris viris, atq. Academiis: quos legas T. 2. Hispan. illustr.

JOANNES ARETINUS, cognomento TORTELLIUS, Caroli Aretini, qui post Leonardum Aretinum scriba Florentinorum fuit, frater, Romanæ Ecclesiæ subdiaconus apud Eugenium IV, postea Nicolao V à cubiculi cura & consiliis, præter grande de Orthographia volumen, etiam Athanasii vitam, ex variis, Eugenii postulato, consarcinavit: ut, præter Jovium, auctor est Volaterranus lib. XXI Anthropol. ubi & hosce Aretinos fratres nobilia illius temporis ingenia appellat. Habes eam Athanasii vitam apud Wicellium in Hagiologia. Præterea Appianum prope ad verbum Latinè interpretatus fuit, ut monet Jacobus Bergomas Chron. Suppl. lib. xv ad an. clxxxclx. Planè autem censeo, eundem esse Joannem, archipresbyterum Aretinum, qui consignavit vitam S. Zenobii, episcopi Florentini, B. Ambrosii æqualis. Præter cætera quippe ætas optime convenit. Nam ipse in extremo ejus vitæ refert, se præserte factam esse translationem corporis S. Zenobii anno Chr. clxxxclx. Existat apud Surium ad xxv Maji.

Joanni Tortellio summus ejus amicus jungatur LAURENTIUS VALLENSIS, Canonicus, ac patritius Romanus, qui Tortellio huic sex Elegantiarum libros dicavit. Meminimus ejus hoc loco, non modò quia Herodotum, & Thucydidem, Latinè veterit: sed etiam quia fecerit libros IIII de rebus gestis à Ferdinando, Aragonum rege; qui cum Parisiis prodire, tum in Germania Tom. I Hispaniæ illustratæ. Sed, ut bene judicat Jovius, *opus hoc eo styli characterè perscripsit, ut ejus minimè videri possit, qui cæteris elegantiarum præ-*

cepta tradiderit. Plura de eo ibidem Jovius. Erasmus de eo sic in Ciceroniano: *Valla propius accedit ad curam & subtilitatem Quintilianæ, quàm ad illaboratam Ciceronis facilitatem; etsi cæteris* (Aretino, Poggio, aliis, de quibus proximè dixerat) *elimatior, puriorque.* De eodem ita Floridus Sabinus apologia adversus calumniatores linguæ Latinæ: *Laurentio Vallensi quemnam in hac arena præponamus, non video: nemo melius, constantiusque grassantem extinxit barbariem. Atque ut aliqui illum styli elegantia vicerint, qui tamen Latinam linguam æque juverit ad hæc tempora non existit.* Plura de eo legere ibidem poteris adversus viri insectatores. Ab rege Arragonum ejectum venisse Romanam ait Poggius secundâ in eum Investivâ. Idem a reprobrat ei, quod Neapoli ab hæreticæ pravitatis inquisitoribus igni fuerit adjudicatus: sed eum Regis misericordia liberatum, tum operâ doctissimi viri Vernandi Cordubensis. Et sanè à Francisco Philelpho etiam commonitus est satyra luculenta, ut nisi vitæ suæ satur sit, abstinere velit à perstringendis sacri ordinis viris, ac similibus scribendis, uti illa adversus Donationem Constantinam. Satyra ea existat Hecatoſtichorum lib. 11, sat. 1v. Obiit Romæ, ac sepultus in s. b. c. i. Joannis templo in Laterano, ubi ejusmodi legitur inscriptio b.

a fol 87.

b. & 93.

a.

b Apud
Fabriciū
in Roma
pag. 183.

Laurentio Valle, harum adium sacrarum canonico, Alphonſi regis, & Pontificis Max. secretario, Apostolicoque scriptori, qui sua atate omnes eloquentia superavit, Catharina mater filio pierrissimo posuit. Vixit annos L. Obiit anno MCCCCLXV Augusti Cal.

Laurens Valla jacet, Romana gloria linguæ;

Primus enim docuit qua decet arte loqui.

Ad hæc etiam tempora pertinet auctor incertus Chronici Patriarchalis, quod MSum apud Utinenses existat. Orditur à Christo nato, & pergit usque ad annum clcccclxxxvi. Quemadmodum indicio mihi syllabus Utinensium historicorum, Venetiis transmissus, ab Illustrissimo, & Amplissimo Dominico Molino.

BENEDICTUS MORANDUS refertur à Leandro Alberto inter illustres historicos Bononienses. Condidit pro Bononia sua opus adversus Senenses. Etiam adversus Laurentium Vallensem duas edidit investivas, quibus Valla respondit.

His etiam temporibus fuit BENEDICTUS DE ACCOLTIS, patria Aretinus. Natus fuit anno clcccxcv. Libros emisit iv de bello à Christianis contra barbaros gesto, pro Judæa, & sancto Christi sepulchro recuperando. Editi sunt in Germania à Roberto Wintero, ac iterum Florentiæ, anno clccxxi. At diversus ab hoc

hoc Benedictus de Accoltis, itidem Aretinus, sed archiepiscopus Ravennas: qui à Clemente VII anno 1523, Cardinalis est creatus tit. S. Eusebii; vir & ipse doctissimus, cujus luculentum elogium habes apud Liliū Gyraldum de poëtis sui temporis. Ac Leander Albertus in Italia sua cum ista scriberet (edidit autem opus hoc suum anno 1512) superesse etiam ait: atque addit, avum ei fuisse Petrum de Accoltis Aretinum, qui episcopus Anconitanus fuit, atque à papa Julio II, an. 1503 creatus est Cardinalis itidem tit. S. Eusebii. Hæc duos Benedictos Accoltos Aretinos temporibus differre satis indicant.

Tum etiam claruit ANDREAS DOMINICUS FLOCCUS Florentinus. Erat is discipulus Emanuelis Chrysoloræ, & inter eloquentes sui ævi viros numeratus fuit: ut est apud Raphaëlem Volaterranum lib. XXI Comment. Urban. Interque eos, qui Florentiam eruditione sua illustrarint, reponitur quoque à Leandro in descriptione Italiæ. Scripsit ad Brandem, Cardinalem Placentinum, libros duos de potestatibus Romanorum: qui sub Fenestellæ nomine excudi solent. Sed Andræ Dominici Florentini nomen præfert & MSus codex Oxonii in bibliotheca Lincolnensi: ut est in catalogo Thomæ Jameſii. Nimis severam censuram agit Thomas Dēmsterus paralipomenis in Rosini lib. III, cap. 11, ubi ait opusculum id esse æternis tenebris suo iudicio damnandum. Nam pro seculo, quo scriptor vixit, est libellus bonus. Atque utinam nunc quoque dereriores nulli prodirent libri. Plura de eo diximus lib. I, cap. 719.

JANNUTIUS MANETTUS, sive, ut eum Leander Albertus vocat, *Ianetus Manetus*, discipulus erat Emanuelis Chrysoloræ, condiscipulus Dominici Flocci. Senator fuit Florentinus. Equeſtri dignitate ornatus est à Nicolao V. Legationes varias ad reges, principesque, atque etiam Pontificem M. obiit. Vir erat trium linguarum peritus: ut qui ex Hebræo Psalterium, ex Græco Isaïogen Porphyrii, & Aristotelis categoriarum librum verterit. Multa etiam alia illi debemus: interque ea libros VI de illustribus longævus; de vita Nicolai V Pont. M. libros IV, qui Romæ in bibliotheca Vaticana, & Pisauri in serenissimi Ducis bibliotheca, adferuntur; historiam de rebus Genuensibus lib. I; laudationem Genuensium, quæ MSA Oxonii exstat in bibliotheca Collegii Novi; historiam Pistoriensium lib. III, quam edidit, cum Reipubl. Florentinæ nomine Pistorium gubernaret; vitam Alphonsi regis, quam

non absolvit. Item vitam Socratis, Senecæ, Plutarchi, Dantis, & Bocacii: quarum duæ primæ exstant Cæsena in bibliotheca Franciscana. De eo sic canit Ugolinus Verinus lib. 11 Florentiæ illustratæ:

*Est quoque JANNOCTI celeberrima fama trilinguis,
Plurima qui Hebræo de fonte volumina vertit*

In Latium, & nostris dedit hæc noscenda MANETUS.

Ubi pro *Iannocti*, uti Parisina habet editio, malim *Iannotti*, cum Italica sit *Giannotto*: unde verum nomen sit *Iannottus*, vel *Iannotius*: ut fortasse etiam apud Leandrum in Thuscianæ descriptione: ubi *Iannetus* vocatur, *Iannotus*, vel *Iannotius*, debeat reponi. Natus est Florentiæ anno clccccxvi, ix Kal. Jul. Obiit Neapoli anno clccccclix.

aPag. 70.
edit. Co
lom. an.
1567.

BARTHOLOMÆUS VERONENSIS, Abbas monasterii S. Nicolai de litore Venetiarum, congregationis S. Justinæ de Padua, claruit circa annum clccccxli. Hic locum meruit Chronico monasterii sui, ab ejus primordiis ad sua usque tempora perducti: quod in monasterii ejus archivis servatur.

Imperante Frederico III Austriaco, vixit quoque ille, qui in literas retulit vitam æqualis sui S. Bernardini Senensis, ordinis S. Francisci, quam habes apud Sutium ad xx Maji. Obiit autem Bernardinus anno clccccxliiv.

Etiam eodem imperatore, imprimis Nicolai v, Callisti III, Pii II, Pontificum temporibus, late nomen suum diffundebar FRANCISCUS CONTARENUS, Venetus, vir, ut natalium splendore, ita variâ admodum eruditione, ac præterea rebus gestis, maximus. Philosophiam in inclyta Patavinorum Academia, magnâ cum laude professus fuit. Etiam Venetiis missus est legatus ad Pium II Papam. Ac in diffidio Senensium cum Florentinis, Venetæ Reip. legatus, exercitum duxit in Hetruriam, ut opem Senensibus ferret; quorum libertas virtute ejus aliquamdiu strenuè est defensa. Quemadmodum plenius cognoscere licet ex libris tribus, quos ipse composuit de rebus adversus Florentinos, ac Ildibrandinum Ursinum, Comitem Perilianensem, à Senatu Veneto, rege Alphonso, & Senensibus in Hetruria præclatè gestis. Orditur inde, ubi Bartholomæus Facius desierat in commentariis suis de rebus gestis Alphonso, regis Neapolitani. Eaquæ est causâ, cur Joannes Michaël Brutus, cum priùs Facii illud volumen edidisset, postea etiam egregium hoc Contareni opus, propemodum jam

obl.

oblivione sepulcrum, publici juris fecerit. Plura de eo si voles, ad Elogia Contarera, quæ scripsit clariss. & doctissimus amicis noster, Balthasar Bonifacius, ac illustrissimo inscripsit, Dominico Molino, viro egregio de me, ac plurimis h. c. minibus eruditis, & merito, & merenti: quem verè Palladium Musarum, ac præsidium, & tutelam omnium doctrinæ dixeris.

JOANNES ANTONIUS CAMPANUS, quem mater rusticæ opere fessa, in agro sub lauro peperit, primùm ovibus pascedis à patre destinatus erat: postea, ædituo sacerdotis famulans; se Latinis exercuit literis, exinde pueri nobilis Neapoli pædagogus, postilla Perusinae scholæ præfectus fuit, atque ab iisdem civitate donatus: ac tandem Episcopus Aretinus in conventu Ratisponensicoram Frederico III, & principibus Germaniæ, oratione luculentâ suasit bellum adversus Turcas. Unde ætas ejus satis liquet. Uti & inde, quòd in funere Callisti Papæ III orationem habuit, quæ exstat: quodque à Pio III Episcopatus honorem est adeptus: ac à Paulo III datus, atque à Sixto IV in exilium ejectus est. Sub quo prope quadragenarius juxta Senas, sibi ob memoriam Pii III gratissimas, anno obiit MDCCCCLXXVI. Præter epistolas, (quarum aliquæ reperiuntur in volumine epistolico Jacobi Piccolominæi, Cardinalis Papiensis, ubi se simpliciter Campanum appellat: nec aliter à Piccolominæo vocatur in literis ad eum exaratis) præter, inquam, eas, & alia quædam, scripsit vitam Pii III Pontif. M. quæ ejus Papæ operibus præmittitur. Item composuit libros sex de vita, & rebus gestis Andree Brachii Perusini, fortissimi ducis. In quibus illud culpât Jovius, *quòd rerum gestarum fidem poetica adulatione corrupat*. Vide de eo Raphaëlem Volaterranum lib. XXI Anthropolog. Lilius Gyraldum dial. I. de poetis sui temporis, & Paullum Jovium in elogiis: quorum hic Interamnium fuisse episcopum ait; ille autem Prætutinatorum, sive Prætutianorum: nempe sedes episcopalis fuit Interamni Prætutianorum oppidi, quod vulgò à circumfluo Nare fluvio Terami, vel Terani vocatur.

Etiã hic locus fuerit PETRO CANDIDO DECEMBRIS qui, postulato regis Alphonsi, Latine vertit Appianum Alexandrinum. Quamquam, sive ob Græci exemplaris vitium, sive alia de causa, parum ei feliciter hoc negotium successerit: ut omnino jure Sigismundus Gelenius novam interpretationem fuerit aggressus. Felicius idem descripsit vitam Philippi, Vicecomitis Mediolanensis: in qua tamen ipsa quid jure requiratur, Jovius in Elogiis docebit.

bit. Papæ Nicolai v Magister breuium fuit: ut de eo auctor est Volaterranus. Exstat ad eum Philelphi epistola anno scripta c̄bccc̄xlv: ubi vocat Petrum Candidum Leucum Decembrem. Quod miror, cum *λδουδς* idem sit, ac *candidus*. Idem Philelphus epistolâ ad Georgium Platum anni c̄bccc̄cxl x ait, hunc Decembrem esse hominem naturâ maledicum, & inimicissimum bonis viris, & eruditibus omnibus. Nempe inter Philelphum & Candidum similtas intercessit. Opibus non mediocriter à Francisco Sfortia auctus, obiit Mediolani octogenarius.

Fuit iisdem temporibus HORATIUS ROMANUS, sive, ut MSus codex habet, *Oratius poëta*. Hic ille est qui precibus à Nicolao V pontifice exoratus primus Iliada Homeri transtulit Latine. Idem poëma condidit libris II, cui nomen Porcaria. Est id de conspiratione Stephani Porcarii, sive Porcii adversus Nicolaum v Pontificem. Quam conspirationem & Sabellicus describit Histor. Ven. lib. xxvii. Dedicavit hoc poëma ipsi pontifici Nicolao. Præfatio gemina est, prosa una est, altera ad pontificem versu elegiaco. Poëma ipsum sic incipit,

*Insidias patria qui struxit, & arma parenti,
Ipse parens refer, & sceleri si Roma nefando
Annuerit: tennes nam si fragor impulit auras,
Romulios iterum formidat curia raptus.
Tu potes obscuris fulgorem, & lumina cecis,
Incertisque fidem, levibus dare pondera rebus.*

Etiâ elegiam reliquit, cuius titulus *Venus aurea*. Item aliam ad Franciscum Sfortiam ducem Mediolanensem: quæ incipit,

*Dive virum lapsura Italis qui sceptrâ tueris,
Quo duce fulgorem Cæsaris orbis habet.*

Scriptor est non aspernandus plane: sed qui sordidi aliquantum trahat ab ævo quo vixit. MSO ejus codice usus sum ex bibliothecâ doctissimi, & amicissimi Viri, Arn. Buchellii J. C. Ultrajectini.

Tum quoque claruit GUARINUS, sive, ut aliis dicitur, *Varinus*, VERONENSIS. In Græcis auditor fuerat Emanuelis Chrysoloræ. Prius Venetiis, hinc Ferrariæ, (unde & FERRARIENSIS quibusdam nuncupatur) magno cum auditorum applausu humaniores literas docuit. Scripsit vitas Platonis & Aristotelis: quæ subjunguntur translationi vitarum Plutarchi editæ Basileæ ab Michæle Isengrinio anno c̄b̄c̄xl. In eodem opere habes vitas varias à Guarino Latine versas: puta Fabii, Marcelli, Philopœmenis, T. Quin-

Quintii Flaminii, Lylandri, Syllæ, C. Marii, Eumenis, Nicie, M. Crassi, Alexandri M. Dionis, M. Bruti, & Euagoræ. Item vertit Plutarchi parallela minora, quam versionem cum nonnullis Leonardi Aretini Ascensus excudit. Etiam æmulatione æqualis sui Gregorii Tiphernatis, (qui ea, quæ de Asia scripserat Strabo, Latinè verterat) ipse illa, quæ de Europa idem prodiderat, transfudit. Elogium ejus habes apud Leandrum in descriptione Veronæ. Eloquentissimum virum appellat Philelphus Epistola ad Flavium Blondum anni c10c ccccl. Poggio Florentino secundâ in Philelphum invectiva judicatur *vir doctissimus, atque humanissimus: cujus studia, & præstans doctrina, plurimum Italis profuerint.* Valla quoque, ut est apud eundem Poggium primâ in Vallam invectivâ, eum & Leonardum Aretinum sui temporis doctissimos ajebat. Obiit Ferraræ anno c10ccccx, die 14 Decemb. Viæ & de eo Ja. Philippum Bergom. lib. xv. ad an. c10ccccxix. Et Tritthemium in Catal. Filium virtutis paternæ æmulum reliquit: ut Jovius in Elogiis testatur.

BLONDUS FLAVIUS, Forojulienfis, Eugenii 14, plurimumque Pontificum Romanorum secretarius, scripsit Romæ triumphantis libros x; quod opus dedicavit Pio 11 Pontifici: adhæc Romæ instauratæ libros 111, quos inscripsit Eugenio 14: item Italia illustratæ lib. v11. Tum autem historiarum decades tres ab inclinato Romanorum imperio, hoc est anno cccc, usque ad annum Chr. c10ccccxl: non autem c10cccc, ut est apud Davidem Chytræum, Genebrardum, & Bellarminum. Agit enim postremo libro de schismate Felicis Antipapæ contra Eugenium, quod incidit in annum c10ccccxxix. Aliquot annis post demum commentarios suos edidisse, arguit, quod meminit mortis Callisti 111, qui anno obiit c10ccccclv, MSus exstat Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Oxonii in bibliotheca Balliolensi est MSus *Blundius de Cosmographia Italia.* Blondus, an alius, signetur, melius dicent, qui videre. Ad honorem Blondi non parum pertinet, quod scripta illius in epitomen contrahere dignatus sit Pius pontifex. Dictione est non admodum cultâ: ut etiam Volaterranus agnoscit: sed de antiquitate tamen, utcumque interdum aliquid humani patitur, sanè pro ætate, qua vixit, optimè meretur. De eo sic Jo. Gousselinus Commentariorum Pii 11 P. M. lib. xi. *Pridie nonas Junias hujus anni (signat annum c10ccccclv111) Blondus Flavius obiit, historiarum scriptor egregius, natione Forojulienfis; qui diu apud Pium 11.*

PP. secretarium Apostolicum gessit, & Eugenio IV Pont. Max. acceptissimus fuit. Ab Arcadio Honorioque Cesaribus (quo tempore inclinasse Romanum Imperium memorant) usque ad aetatem suam, universalem scripsit historiam, opus certe laboriosum, & utile; verum expolitore, emendatoreque dignum. Procul Blondus ab eloquentia prisca fuit: neque satis diligenter, quae scripsit, examinavit: non quam vera, sed quam multa scriberet, curam habuit. Siquis aliquando vir doctus, scribendi peritus, opera eius emendare atque ornare decreverit, haud parum utilitatis posteris adferet, & seipsum clarum efficiet, multarum aetatum gestis, quae propemodum sepulta sunt, in lucem redditis. Extant & alia Blondi opera non parvae utilitatis, quamvis caute legenda sunt, ne falsa pro veris accipias: in pluribus enim errasse deprehenditur. Scripsit Italiam illustratam, Romam instauratam, & eandem triumphantem: quam pauld ante obitum absolvit. Mortuus est Romae pauper, ut philosophum decuit. Patrimonium, quod habuit tenue, dotium caussa inter feminas divisit: masculis, praeter doctrinam, bonosque mores, nihil reliquit; id morienti sat fuit, ejus aetatis filios dimisisse, qui sibi ipsis consulere possent. Reprehenditur à Georgio Merula lib. x historiae Vicecomitum. Hac in parte, inquit, nescio indiligentia ne Blondum, an magis invidia arguam. De eodem ita Floridus Sabinus apologia adversus L. L. calumniatores: Blondi Flavii Forolivienensis hoc in negotio summum studium amplectimur, quamvis in scribendo non admodum elegans habeatur: nec desunt, qui ab eo veritatis fidem multis in locis requirant, alioqui non paucis etiam luteolentus fluere visus est. Romae obiit, Iovio teste, jam septuagenarius, (imò ultra, ut mox patebit) inque Capitolio juxta Deiparae templum sepultus est. Nempe in ara caeli ante introitum templi, ubi tale ejus epitaphium, ut est in Fabricii Roma: *Blondo Flavio Forolivienfi, historico celebri, multorum pontificum Romanorum secretario, Blondi quinque filii patri bene merenti unanimes posuere. Vixit annos LXXV. Obiit prid. Non. Junii, anno salutis Christianae MCCCCLXIII, Pio P. M. sibi, natisque favente. Quos reliquit quinque filios, omnes, ut Leander testatur, egregie fuere literis eruditi.*

Item tum clarescebat ALPHONSUS, Carthaginis in Hispania episcopus: quem genuerat antequam ecclesiastici ordinis pars factus esset, Paullus Burgenfis, cognomento de S. Maria, ex Judaeo Christianus, posteaque Episcopus Carthaginensis, ac tandem Burgenfis. Condidit *ἀνακτασιαστικῶν* rerum Hispanicarum, Romanorum imperatorum, summorum Pontificum, & regum Francicorum. De hoc opere ita Vasæus Chronici Hispaniae cap. IV: *Alphonsus à Carthagena, Episcopus Burgenfis, Paulli Burgenfis episcopi ex*

legiti-

legimus in armonia prius. Et in episcopatu successor, præter alia opera scripsit avaxepaλa iustorum regum Hispania, cum Roderico Toletano nuper impressam. Non ineptè hanc historiam scripsisse, iudicium est Alphonsi Garzia Matamori Hispalensis a. Prodiit in lucem typis Wecheliani Tom. I Hispaniæ illustrata.

a Lib. de Hispan. viris claris, atque Academiis, qui est T. 4. Hispan. illustrata.

ANTONINUS FLORENTINUS, in patria Urbe Archiepiscopus, qui in sanctorum numerum ab Adriano VI, anno CIOLXXIII relatus fuit, claruit imprimis sub Cosmo Medice, ac Reip. Florentinæ nomine legationes sæpe obiit ad Nicolaum V, Calixtum III, & Pium II: præter summam Theologiæ, Chronicon scripsit tripartitum: cujus archetypon Florentiæ in bibliotheca monasterii S. Marci adseruatur. Pars prima est ab orbe condito usque ad Constantinum M. & Sylvestrum P. M. altera inde usque ad Henricum VI, & Innocentium III, hoc est, an. CHIOLXXCVIII: tertia hinc usque ad Fredericum III, & Pium II, hoc est, an. CIOLCCCLIX: quo ipso, VI Non. Maji obiit, ætatis suæ septuagesimo. Vitam hujus Antonini scripsit F. Vincen-tius Mainardus Geminianensis, Procurator ordinis prædicatorum: qui anno claruit CIOLXXII. ut verba ista ostendunt: *Quid impedit, ne dicam, in Cosmianam domum pro uno præsulatu, pontificatus duos maximos redisse? Iam tum, cum tot religiosas ades, ac templa, à fundamentis excitabatur pronepotum tiaras præfagire: qui Leoni X, qui TIBI etiam, CLEMENS VII, ecclesias, Ecclesia principibus parabat. Exstat ea vita apud Surium quoque T. III ad III Maji. Carmine autem vitam ejus prodidit Ugolinus Verinus, Petri Criniti præceptor. Vide & de eò Franciscum Castell. lib. III de viris illustr. Ord. Prædicat. & Joannem Gobelinum in commentariis rerum memorabilium, quæ temporibus Pii III Pap. acciderunt.*

Tumulo ejus hi versiculi inscripti sunt:

Hic est ille tuus pastor, Florentia, pro quo

Non cessas mœstas spargere rore genas.

Patribus haut priscis pietate Antonius impar,

Qui scripsit quicquid litera sacra docet.

Gravis auctor vocatur ab Hieronymo Plato lib. III de bono status religiosi, cap. XXIV. In rebus tamen Mediolanensium haut fidei nimium tribuisse ei videtur Georgius Merula Alexandrinus. Nam id nisi est, quid attinebat in syllabo eorum, è quibus in sua Vicecomitum historia profecerit, hunc commemorare istum in modum *Antonino Archiepiscopo, quando varia non jactat. Cum*

alios simpliciter nominare sit contentus. Nempe eò spectavit, quòd Mediolanensium res non satis bonâ fide consignârit. Quo pertinent & verba illa libro septimo: *Parum verè Antoninus Archiepiscopus per factiones depugnatum scribit, & Gibellinos à Gradenico duce stesisse: contra verò Teupolos, atque Quirinos, adjunctis Guelphis, totis viribus, ut principatu illum deicerent, innixos esse. Nam si certamen aut ordinum, aut factionum, & non pro libertate patria fuisset, & quæ sequuntur.*

JOANNES HAGEN, sive DE INDAGINE, anno circiter cloccccxl, ipse annos natus xxv Ephordix Cartusianus monachus factus est. Prior fuit, tum prope Stetinum in domo Gratiæ Dei: tum prope Isenacum in Thuringia, in domo S. Elisabethæ. Longè plurima ingenii peperit monumenta: quæ non videntur visâ Arnoldo Bostio. Aded jejune de eo tractat de Viris illustribus Ord. Carthus. cap. xxviii. At accuratè recenset Theodorus Petreius in bibliotheca Cartusiana. Inter ea est Chronicon triplex. Primum ab orbe condito usque ad an. ccccclxxi. Alterum eo brevius. Tertium brevissimum. Obiit circa annum clocccclxxv, anno monachatus sui xxxv. Alius ab hoc est Joannes de Indagine, cujus chiromantia, physiognomia, & astrologia judiciaria existant. Nam ille opus suum anno clocclxxii dicavit Alberto, archiepiscopo Moguntino, & Cardinali Tir. S. Angeli.

AMBROSIIUS CONTARENUS, qui ab illustri Venetorum Rep. ad Ufincassanum, Persiæ regem, legatus fuit, scripsit itinerarium in Persiam. Eo complexus fuit, quæcunque memoratu digna contigissent à primo die Quadragesimæ anni clocclxxiii. quo Venetiis discessit, usque ad xxiv Febr. anni clocclxxxvii, quo Venetias est reversus. Ex Italico Latine vertit Jacobus Geuderus. Inter Persicæ verò historiæ scriptores Latinos reperitur.

Fuit & tum B. PLATINA, qui utrùm Baptistæ, an Bartholomæi prænomen habeat, non satis convenit: Baptistam vocat Jac. Bergomas in Suppl. Chr. & Albertus Leander in descriptione Lombardiæ Transpadanæ, item Floridus Sabinus apologia contra calumniatores L. L: at Bartholomæum appellat Raphaël Volaterranus lib. xxi, comm. Urb. item Arnoldus Bostius in illustribus Viris ordinis Carthusiani cap. xxi. Atque his planè fidem habemus, non quidem ob majorem dicentium auctoritatem:

Matrem: sed quia epistola ejus ad Jacobum Piccolominæum, Cardinalem Papiensem, sic inscribitur, Barth. Platina la Cardinali Papiensi. Ac Piccolominæi ad Platinam epistola (quæ Senæ exarata anno c1000cclxix) itidem habet, Barth. Platina. Patria fuit Cremonensis: atque, ut de eo Volaterranus scribit, cum F. Gonzaga Cardinale Manuam venit; deinde factus Xysti Pont. contubernalis, simul ab eo opibus auctus, edes sibi in Quirinali paravit: ubi & decessit sexagenarius. Cùm alia posteris prodidisse, tum libros tres de rebus urbis Mantuæ, & familia Gonzagæ, auctor est Conr. Gesnerus. Sed imprimis innotuit opere de vitis pontificum usque ad Paulum II: à quo (quod Volaterrano præteritum miror) in carcerem conjectus, & toris quatuor mensibus detentus fuit, cùm Pomponii Læti, aliorumque eruditorum causam (qui conjurasse adversus eum dicebantur) defendendam suscepisset. Opus verò suum dedicavit Xysto, seu Sisto IV, à quo præfectus erat bibliothecæ Vaticanæ. Ab hoc Sixto Pontifice, Pontificum XIV. historiam usque ad Pium V, Platinae adjecit Onuphrius Panuinus. Obiit Platina Romæ pestilentia anno c1000cclxxxii, uti idem Bergomas, & Massæus in Chronicis, testantur. Fuisse tum sexagenarium, præter Volaterranum etiam Leander tradit loco antè memorato. Ubi & eum ab eloquentia, & doctrina singulari, commendat. Volaterrani de eodem iudicium hujusmodi est, virum fuisse gravem, & procul mendacio, eoque admiratione digniorem, quod jam provectâ etate, ac tirocinio posito, quod totum militia prius tradiderat, literas didicit. Erasmus de eo sic scribit in Ciceroniano suo: In historia valiturus erat, si nactus fuisset argumentum felicius. In optimo cive, & panegyrico nonnihil accedit ad Ciceronis imaginem, sed tanto intervallo, ut hoc nomen non promereatur eruditorum calculis: alioqui vir doctus, facundus, & ni fallor, bonus. Floridi Sabini opere, quo ante dixi, tale iudicium est; Summorum pontificum vitam eleganter scripsisse, eoque immortalem sibi gloriam peperisse. Mirum autem, post Pontificum vitas de re culinaria scribere voluisse. Quod epigrammate quodam festivè ridet Actius Syncerus.

NICOLAUS PEROTTUS, natus Saxoferrati (quæ & Bartoli JC. patria fuit) archiepiscopus Sipontinus, vir Græcis Latinisque literis pereruditus; ut de eo judicat Leander, & monumenta ejus testantur, claruit anno c1000cclx. Disertissimum virum nominat Philelphus epistola ad Albertum Zancarium anni

clccccliii. Laudes Frederici III complexus fuit. Item postulato Nicolai Pontificis primos quinq̄ Polybii libros vertit Latine. Eam translationem excudit Aldus. Inimicitias unà cum Angelo Sabino exercuit adversus Domitium Calderinum; atque Angelum, cum adversus Calderinum scriberet, adjuvit. Ac Domitius quidem, cum in scriptis suis utrumque repræhendit, Perortum Fidentini, Angelum autem Brothei nomine designat: ut est apud Gyraldum dialogo de poëtis sui seculi. Quid vero in eo laudabile, quid culpandum sit, optimè dicit Casaubonus præfatione ad lectorem, quam Polybio suo de prioribus historici huius interpretibus præmisit. Inter alias culpas est, quod sæpe Livium describens dicat, quæ Polybius non dicit. Senex juxta Sentinum in villa, cui à securo otio Fugicuræ nomen dederat, curare ipse res desit humanas. Plura de eo Jacobus Bergomas lib. xv ad an. clccccliv, Raphaël Volaterranus Urbanorum Comm. lib. xxi, & Paullus Jovius in elogiis doctorum virorum.

FRANCISCUS PHILELPHUS Anconitanus, eques auratus, & poëta laureatus, Emanuelis Chrysoloræ gener, Palæologi imperatoris Constantinopolitani ad Pontificem, & Italos princeps, legatus. Gener fuit Emanuelis Chrysoloræ, ut ipse ait Philelphus hecatestichorum lib. ix. sat. viii, & epistola ad Nicolaum ann. clcccxxxviii. Nomen conjugis Theodora Chrysolorina: quæ decessit Mediolani anno clcccclxi: ut ipse scribit ad filium Joannem Marium. Latinas Græcasque literas docuit (ut Leander in Piceni descriptione ait) Bononiæ, Romæ, Mediolani, Florentiæ, Patavii, & Mantuæ. Bononiam venit anno clcccclxxviii, ac facultatem oratoriam & moralem philosophiam salario aureorum ccccl: quorum trecenti solvebantur ex ære publico: centū & quinquaginta ab Lodovico Alamando, Cardinale Alatenfi, Pontificis legato: ut ipse auctor est Philelphus epistola ad Jo. Aurispam. Florentiam ivit anno clcccclxxix, extremo mense Martio, ut indicat epistola ejus eo anno Florentiæ scripta ad Antonium Lusum Pontificis secretarium. Salarium hic ei aureorum quingentorum, ut liquet ex epistola ad Joannem Lamolam Mediolanum profectus anno clcccclxi mense Januario, ut ait epistola ad Bornium Salam: eo, ut refert ad Honorium Strozam, à duce inclito Philippo Maria vocatus erat, ac sub tribus etiam ducibus, qui postea rexere, eo in genere vitæ perseveravit. Præter duos conviviorum libros (quos etiam Ludovicus Vives ab historiæ, & antiquitatum,

atque

argueitem philosophiæ cognitione, impense laudat) reliquit Sfor-
 cianos libros, quibus *æquat dicta factis, & de rebus bellicis canit quodam-
 modo bellicum*: ut eo de opere ad Philelphum ipsum in episto-
 lis suis loquitur Jacobus Piccolominæus, cardinalis Papiensis. In
 iis scribendis verfabatur jam anno 1500, ut cognoscimus ex
 literis ad Xenophontem Tolium missis eo anno. Primum octo tan-
 tum fuere, quibus nonum adjecit postea. Eum anno edidisse 1500
 cognoscimus ex ejusdem Piccolominei alia ad hunc
 Philelphum epistola. Ipsius Sforcie jussu hoc opus scripsisse, Jo-
 vius auctor est in Sfortie elogio. Præterea in literas retulit vitam
 Nicolai Papæ v, ut Tritthemius ait; pro quo apud Gesnerum legas,
 S. Nicolai Pontificis: at apud Possëvinum *ἀναμνήσις* S. Nicolai. Trans-
 tulit quoque Xenophontis Cyropædiam: item Plutarchi Thesea,
 Othonem, & Galbam. Etiam postulato Gerardi Landriani, Car-
 dinalis Comensis, transtulisse videtur Philonem de vita Mosis; ut
 indicat epistola ab eo ad Landrianum hunc exarata Mediolani an.
 1500. Quæ præterea reliquerit, cognosces ex Chron. Suppl.
 Jac. Bergomatis lib. xv, & Tritthemio in Catal. Vide præterea de
 eo Volaterranum lib. xxi. Multa etiam de vita sua ipse refert Philel-
 phus epistolâ ad Piccolomineum, quæ incipit, *Posteaquam præstanti
 Archiepiscopo Mediolanensi*. Illud sanè ridiculû, quod de eo à Paulo Jo-
 vio proditum est. Cùm de modulo syllabæ contentio ei foret cum
 Timotheo Græculo: atq; ita covenisset, ut si vinceretur, pecuniâ ipse
 lueret errorem: sin vinceret adversarius, barbam sibi totam fineret
 recidi: victor usque adeò fuerit inexorabilis, ut barbam eâdem re-
 dimi pecuniâ minimè pareretur: sed misello Timotheo, non sine
 ludibrio, eam novaculâ abradi totam necesse foret. Tres ei testes
 fuisse, proditum est, ut ait Cælius Rodiginus Antiq. Lect. lib.
 xvi cap. xii. Exstant in eum tres invectivæ Poggii Florentii,
 quibus & genus, & mores mirè exagitat, ac perluadere conat-
 ur, fuisse nequissimum, & plurimis vitiis contraminatum. Lu-
 culentum Philelphi elogium exstat apud Alexandrum ab Alexan-
 dro. Quid etiam de eo senserit Erasmus, ex Ciceroniano ejus
 cognoscere potes. Eidem in vita B. Hieronymi operibus ejus
 præfixâ, dicitur *vir quidem eruditus, sed interdum plus satis Flav-
 70*. Floridus Sabinus hunc in modum de eo scribit apolo-
 gia in calumniatores Lingux Latinæ: *Franciscus Philelphus multa
 scripsit, ut orator, & poëta: de cujus epistolis, dialogis, & orationibus,
 aliisque soluta orationis monumentis, diversæ sunt doctorum sententia. Plu-
 rimi*

viri enim iudicium ei defuisse volunt: alii tumidum eum, plenumque, alicubi exitum, persepe aridum, jejunumque arbitrantur, licet sibi vel maxime placentem: doctus tamen fuit, & magna ausus. Florentiæ, vel, ut alii volunt, Bononiæ, non quidem nonagenarius, ut nonnulli prodidere; sed tamen octogenario major decessit. Nam natus fuit anno *clcccxcviii*, *viii* Kal. Sept. at obiit an. *clcccclxxxi*: ut etiam est apud Christianum Massæum Chronici sui lib. *lxxix*. Filium habuit vehementis ingenii grammaticum, Marium Philelphum, quem studiorum causa Constantinopolim misit pater: sed conquestus evasisse indoctiorem, quam venerat: ut cognoscimus ex epistola ad eum Constantinopolim scriptâ anno *clcccexli*. Idem Venerias honorificè vocatus ad docendum ibi Oratoriam, ac philosophiam, quod anno contigisse *clcccclx*, constat ex literis patris ad Petrum Eurychium. Postea, ut apud alios lego, Mantuam vocatus à Frederico Gonzaga, literarum ibi studia professus fuit, atque inibi reliquit aliquot ingenii sui monumenta: atque anno uno ante patrem terris excessit. Fallitur enim Jovius, qui post parentem diem suum obiisse a-
tratur. Filium huic rhythmis, ac cantilenis inclaruisse, à Paulo Langio refertur in Chronico Citizenfi. Etiam alterius filii, cui nomen Xenophonti, meminit epistolâ ad Franciscum Patricium, & alterâ ad Antonium Michaëlem: utrâque anni *clcccclxi*: item aliis ad alios eopse anno, & seqq. exaratis. Imò ternas ad ipsum Xenophontem literas habemus anni *clcccclxi*; binas anni *clcccclvi*, & alias deinceps missas. Meminit & filix Angelæ, ejusque desponsatæ. Habuit & alterum filium, nomine Cyrum, Lilio Gyraldo notum; ut apud eum est dialogo de poetis sui seculi. Uterque filius ei natus fuit ex Chrysoloræ, doctissimi hominis Græci, filiâ: ut ibidem legas. Ubi & reperies, quid de Philelphi patris *πνευματικῆς*, & filii Marii ingenio, judicârit.

ANTONIUS PANORMITA, Siculus, vir Philippo Mediolanensium principi gratissimus, publicè octingentis aureis annis docuit studia literarum. Postea, ut quoque est apud Raphaëlem Volaterranum, Alphonso regi epistolarum magister fuit: deque ejus dictis ac factis edidit libros *iv*. Eos verò Æneas Sylvius, qui iisdem temporibus vixit, commentariis illustravit. In quibus dicta, factaque Alphonfi memorabilia sigillatim comparat, cum Cæsari m, Principumque Germanorum, & aliorum

rum apophthegmatis. Utrumque opus, seorsim antea excusum
ad Romanos, atque emendatus in Germania a prodiit cura Mar- ^{a Hano-}
 quardi Freheri, V. Cl. Panormita hic à Bartholomæo Facio in- ^{nie ann.}
 tio lib. de humanæ vitæ felicitate *poëta*, atque *equus præclarus* no- ^{1611.}
 minatur: & mox, *clarus & singularis poëta*, & *jurisconsultus*. Ac
 paulò post ait Sigismundo Imp. laurea donatum corona, more
 majorum, quæ res usque ad id tempus contigisset nemini. Exstat
 ad eum Philelphi epistola anno scripta c̄lccc̄c̄xl, & alia anni c̄l-
 c̄ccc̄lvi. Elegantiarum pater vocatur à Joviano Pontano, qui
 & eleganti carmine mortui memoriam est profecutus. Vide &
 quæ de eo in elogiis suis retulit Jovius.

ÆNEAS SYLVIVS, Piccolominæus, qui postea vocatus
 est *Pius secundus*, patriâ Senensis, scripsit longè plurima, quæ re-
 centent Platina in ejus vita, & Jac. Phil. Bergomas lib. xv ad an-
 c̄lccc̄c̄cliv, ut alios mittam. Inter ea, quæ historiam spectant,
 est liber de rebus à se gestis. Item historiola de amoribus duorum,
 quos fictis nominibus Eurialum ac Lucretiam appellat. Eam pau-
 cis quoque refert is, quem dixi Jac. Bergomas ad an. c̄lccc̄c̄-
 xxxiv. Item Cosmographiam reliquit, in qua non modò situm
 locorum ob oculos ponit: sed etiam de regibus, ac principibus
 agit, qui in orbe claruerunt. Europam idem luculento depin-
 git commentario, atque in hac narrat res memorabiles sui æ-
 vi. Asiam quoque in pontificatu suo describere aggressus fuit,
 ut idem Bergomas refert: sed minorem solùm absolvit. De-
 scripsit quoque urbem Viennensem. Consignavit & acta conci-
 lii Basileensis: cujus singulis conventibus, adhuc clericus cere-
 moniarum, ut vocant, interfuerat. Ea in fasciculo rerum ex-
 petendarum primus edidit Orthuinus Gratius: dicavitque Joan-
 ni Helmando, nepoti ejus Helmandi, qui & ipse synodo il-
 li interfuerat; quem senem admodum à se visum idem Orthui-
 nus refert. Fecit etiam, ut Platina ait, *rerum sui temporis in*
Italia gestarum libros xii; quod opus nondum absolutum cum vita fi-
 nivit, *vetuitque publicari, nisi emendaretur*. Denique condidit quo-
 que Æneas (quâ præcipuè memorari hic debet) historiam Boemi-
 cam. Ea desinit in anno c̄lccc̄c̄lvi: quo ipso Romanus fuit
 Pontifex factus. Quibus autem gradibus eò pervenerit, vide a-
 pud ipsum epist. cci. In adolescentia biennium audivit Philel-
 phum; ut ipse ait Philelphus epistola ad Nicolaum Arcimboldum
 scriptâ anno c̄lccc̄c̄xxxi. Et commendat eum ab ingenii acri-

monia, dicendi lepore, ac moribus urbanis, & cultis. Floridi Sabini apologia adversus L. L. calumniatores, tale de eo, sed ad-
ulto, iudicium est: *In historia est nonnullis ex recentioribus ordine
postponendus, orator argutus, vehemens, candidus; poeta itidem non vul-
gari.* Obiit anno cloccccliv, anno lxxiii.

a *Al. Sa-
gundi-
nus.*
b *In vita
Celebini
Turcici
Imp.*

NICOLAUS SEGUNDINUS, seu Secundinus a, *Turca-
rum genealogiam à se Latino sermone conscriptam Pio Papa dicavit:* ut ait
Paullus Jovius b opere de vitis Turcicorum Impp. Ac meminit
quoque ipse Pius in Asia descriptione cap. xxix. ubi sic de eolo-
quitur: *Nicolaus Segundinus, multâ eruditione præditus, Græcas ac
Latinas literas apprime callens, de Turcis ad nos scribens, Asiaticos Scy-
thas illos esse fatetur.* Laudat & Jo. Cuspinianus, in Impp. Roma-
nis. Item libro de origine Turcorum. Quæ verba apponi me-
rentur: *Nicolaus Euboicus Sagundinus, qui ab aliis Segundinus dicitur,
vir Græcè ac Latine peritissimus, qui Florentia sub Eugenio quarto, ubi Græ-
corum causâ concilium agebatur, eruditissimè disputationes Græcorum in-
terpretabatur, ac illustre nomen fidi interpretis consecutus est; ad Æneam
Sylvium, Senensem tum præulem, libellum scripsit tersissimum de origine,
& familia Ottomannorum.*

LEODRISIUS CRIBRELLUS Francisco Philelpho, & Æ-
neæ Sylvio, æqualis fuit, ac tum prorsâ, tum vorsa oratione
claruit in Italia. Philelphi ad eum epistola scripta anno clocccc-
li. Sfortiæ, ac filii ejus Francisci historiam condidit, ut Paul-
lus Jovius testatur, in Sphortia elogio, cui *Leodrix* vocatur.
Ex Græco vertit epistolam B. Chrysothomi ad Cyriacum episco-
pum, exulem: ut ipse de se refert epistolâ ad Æneam Sylvium.
Meminit & ejus cum honore idem Æneas extremo capite unde-
quinaagesimo historiae de Europa. Exstat & ad eum Jacobi Pi-
colominæi, cardinalis Papiensis, epistola, qua epigramma ejus
commendat.

JACOBUS, cognomine quidem TICINENSIS, verum
patriâ Volaterranus, obscuro loco natus erat, sed virtutis ergo
à Papa Pio in Cardinalium ordinem allectus fuit. Hic præter epi-
stolarum libros, etiam suorum temporum commentarios edidit.
Atque, ut de eo judicat Leander in descriptione Italiae, *supra suavi-
tatem styli, haut vulgarem ostendit eruditionem, ut non minus juvet, quam
delectet.* Mirum autem, ut idem observat, non meminisse popula-
ris sui, Raphaëlis Volaterrani, cum mentionem faciat complu-
rium, qui eruditione non paullò essent inferiores.

Circa hæc tempora claruit & ANTONIUS TUDERTINUS, cui patria Tuder, Umbriæ oppidum. Hominem Latine, Græcæque doctissimum appellat Leander Albertus in Italia. Varia transtulit à Græco Latine, ut ibidem dicitur, interque ea vitas Plutarchi hæcæ, Pompeji, Timoleontis, Agidis, & Cleomenis. Meminit & Erasmus in Ciceroniano suo. Oxoniæ in bibliotheca Collegii Novi habes duos Tudertini hujusce codices MSos. Unum est consolatio ad monachum quendam de obitu Cardinalis. Alterum verò in laudem Florentiæ.

LUDOVICUS VICENTINUS erat vicarius generalis Ordinis Min. quem honorem Auximi in concilio sui ordinis consecutus fuit anno c̄ccccx1. Hic præterquam quòd Ordinis sui Constitutiones brevius constrinxit, & melius digessit, etiam ad Cardinalem Agriensem scripsit vitam S. Bernardini Senensis.

Isdem temporibus vivebat FRANCISCUS CASTILIONENSIS, presbyter, & canonicus S. Laurentii Urbis Florentinæ. Exstat ad eum epistola Marfilii Ficini. item supersunt literæ ejus à *μολέας*, & Jacobi Picolominæi, cardinalis Papiensis. Octennium, & ultra, vixit in ædibus B. Antonini, Florentini archiepiscopi. Cujus & vitam postea in literas retulit. Obiit autem B. Antoninus anno c̄ccccix. Quod inter alia ætatem Castilionii factis indicat. De hoc verba ejus sunt ista præfatione in vitam Antonini: *Vitam sanctissimi viri, Antonii, Florentini præfulis, qui hoc anno ex vita migravit, literis memoriaque mandare constitui. Quamquam enim plures sint alii docti viri in nostra civitate, quibus & doctrinâ, & ingenio facillè cedam; qui rem hanc possent sententiis, & amplitudine orationis illustrare: tamen quia apud eum virum fui & domi sue ultra octavum annum; gestaque ejus singula, aut bonam partem, propriis oculis vidi, auribusque hausî: ad me potius hoc onus officii, quàm ad quemvis alium, meritò deferri, ac pertinere, sum arbitratus.* Postea autem etiam consignavit martyrium Antoninianum, hoc est, Antonii de Ripolis Pedemontani, monachi Dominicani, qui B. Antonini, Florentini præfulis, discipulus fuit, Antonius iste de Ripolis: à Tunetanis captus, veritatem religionis Christianæ abnegârat: hinc quatuor menses in Mahometi fide permansit: exinde, cum nihil sani in Alcorano reperirer; & de recenti obitu præfulis quondam sui, B. Antonini, ejusque miraculis, cognosceret: pœnitudine ductus ad Christianam religionem tedit: cumque ab ea nullis barbari regis minis revocari se pateretur, lapidibus obrutus Christo spiritum commen-

davit. Atque hæc ex Constantini Cyprii, qui præsens adfuerat, & ore, & epistolâ, se hausisse, Castilionius profiteretur. Porro & illam Antonii seu Antonini archiepiscopi vitam, & descriptionem istam martyrii Antonii de Ripolis, operi suo de illustribus viris Ord. Præd. intexuit Leander Albertus. Archetypa autem reperiuntur in bibliotheca abbatiæ Florentinæ. Possëvinus auctor est, ibidem & alia ejusdem Castilionii archetypa superesse. Uti sermonis de vita S. Marci Papæ in qua de dignitate tractet S. Laurentii, & sanctorum reliquiis in eo adservatis. Adhæc vitas S. Vincentii, S. Petri Veronensis martyris, & S. Thomæ Aquinatis. Primum metuebam, ne de auctoribus trium vitarum falleretur, & falleret. Sanè in Leandri opere vita Vincentii est ab Jo. Antonio Flaminio; S. Petri vita à Joanne Garzone, uti & illa Thomæ Aquinatis. Parùm autem veritumile fiebat, Flaminium, & Garzonem, actum agere voluisse. Verùm postea in volumine epistolarum Jacobi Piccolominæi, Cardinalis Papiensis, reperi Francisci hujus Castilionai epistolam ad Piccolominæum, in qua se historiam S. Vincentii consignasse, ac Piccolomineo mittere, ipse ait. Vitam Castilionii hujus tradiderunt Orlandus Bonardus, Archiepiscopus Florentinus, & Christophorus, archipresbyter Bononiensis. Meminit & Antonius Benivenius libro de abditis morborum causis cap. LXXI ubi ait se sub præceptore Francisco Castilionensi religioso viro, literis Græcis operam dedisse. Etiam paullo post vocat virum doctum, & in philosophia fatis eruditum.

Anno MCCCCCLXVIII claruit RODERICUS SANTIUS DE AREVALO, utriusque juris, & artium professor, episcopus PALENTINUS, Hispanus; Henrici IV, Castellæ, & Legionis regi, capellanus, auditor, & consiliarius; Castri S. Angeli, quod est Romæ, Paulo II papæ Castellanus. Scripsit ingens volumen de rebus Hispanicis. Meminit Volaterranus quoque. Ac Vasæus in Hisp. Chron. cap. IV ait, vidiisse illud se in bibliotheca Colonica, cum ei præfesset: posteaque reperisse Vallissoleti in bibliotheca collegii Cardinalis Petri Gonfalis Mendozii. Primum in Italia excusum fuit: postea in Germania recusum est typis Wechelianiis Tomo III Hispaniæ illustratæ. Dispiciendum est, idemne, an alius sit, ALPHONSUS A PALENTIA, quem Latine res Hispanicas prodidisse, legas in catalogo virorum illustrium, qui adjungitur historiæ Joannis Castellæ. Sed Vasæus inibi agnoscit, nullius Palentini episcopi, cui nomen Alphonso fuerit, de rebus Hispanicis

opus in manus suas venisse: ac ne quidem se incidisse in scripto-
rem quemquam, qui ejus meminerit. Ut suspicio eorum non de
nihilò sit, qui eundem hunc, ac Rodericum de Palentia, arbitran-
tur. De hoc Roderico Palentino, atque infimal antiquioribus
duobus, Luca Tudensi, & Roderico Ximeno Tolerano, tale judi-
cium est Alphonfi Garfiæ Matamori Hispalensis, Rhetoris Com-
plutensis a, cum non ad voluptatem aurium, sed ad memoriam, & judi-
cium posteritatis scripsissent; cum à deliciis longissimè, tum ab ineptiis, &
mendacio, procul abfuisse.

a Libro
de doctis
viris, &
Acade-
miis Hi-
spania.

CAP. VIII.

Georgius Trapezuntius de Andrea Chii martyrio. Michaël
Carrariensis de vita patris sui Guidonis. Petrus Natalis,
sive Equilinus, de vitis Sanctorum. Alexandri Benedicti
diarium belli Carolini. Paullus Lulmius de vitis quatuor
sanctarum. Palladii Fusci historica, & geographica. Fran-
ciscus Diedus de S. Rocho. Georgii Merulae Alexandrini
Historia ducum Mediolanensium. Feus Belchamus de
vita B. Columbani. Iacobus Piccolominaeus de vitis ponti-
ficum, item de gestis sui temporis. Augustinus Patricius
de actibus in conventu Ratisponensi temporibus Papæ Paulli
II. Iosephi Barbari itinerarium geminum, ad Tanain
unum, atque alterum in Persiam. Iacobus Zenus de Pon-
tificum vitis. Guilielmi Parisiensis Nanceis, sive poëma
de clade Caroli Audacis. Ioannes Nicolaus Euboicus de
origine & gestis Turcarum. Christophorus Persona, Aga-
thæ, & Procopii interpres. Iacobus Poggius, seu Brandolinus,
de gestis Piponis Spani Florentini. Bernardus
Iustinianus de vita Laurentii Iustiniani patriarchæ: deque
origine Venetiarum, & corpore Marci euangelistæ Vene-
tiæ translato. Ambrosii Corani vitæ. Ioannes Matthias
de martyrio pueri à Iudeis necati. Ægidii de Roja anna-
les Flandrici. Octavius de Martinis Suesanus de vita S.
Bonaventuræ. Felix Petantius de ratione aggrediendi
Turcam: item de genealogiis Turcicis, Matthiæ Palme-

rii ad *Chronica Eusebii* post *Prosperum*, & *Matthæum*, appendix. *Iovianus Pontanus* de bello regis *Neapolitani* cum duce *Andegavensi*. *Alexandri* ab *Alexandro Diesgeniales*. *Annii Viterbiensis* scriptores suppositi. *Aurelius Brandolinus Lippus* de *Sanctis* compluribus. *Thomas Basinus* de *gestis sui temporis*. *Ioannes Dominicus Spazzarinus* de rebus *Patavinis*. *Alamannus Rinucinus*, *Philostrati* interpres. *Guilielmus Covrinus* de *obsidione Rhodi*. *Hieronymi Foroliviensis* fragmentorum *historicorum* collectio. *Franciscus Patavinus* de *vita S. Leopoldi*. *Baptistæ Fulgosi* libri *Memoralium* conscripti ad exemplum *Valerii Maximi*. *Salvus Cassetta* de *vita S. Vincentii Valentini*. *Antonii Geraldini* *Fasti*, aliaque *pœmata* *historica*. *Ioannis Margarini Gerundensis* *paralipomena Hispaniæ*. *Iulii Pomponii Latii* *compendium* *historiæ Romanæ* de *magistratibus* libellus, & de *antiquitatibus Romanis*. *Eundem* *videri* *Virgilii* *interpretem*, qui vocatur *Iulius Pomponius Sabinus*. *Bartholomæi Scælæ* *Historia Florentina*. *Iacobus Bracellus* de bello inter *Hispanos*, & *Genueses*. *Carolus Verardus* de *expugnatione Granatæ*, deque rebus *Baticis* *dialogi* *eiusdem*. *Bernardini Corii* *Chronicon Mediolanense*. *Antonii Galatei* *descriptio Iapygiæ*, & *Callipolis*, & *villæ Laurentii Vallæ*. *Nicolaus Dathus* de *vita Augustini Dathi*. *Ioannes Maria Politianus* de *B. Alberto Drepanensi*. *Ponticus Virunnius* de rebus *Britannicis* ex *Gaulfrido Monemuthensi*. *Philippus Callimachus* *Experiens* de *Tartaris* & *Persis* *adversus Turcas* *concitandis*: deque *Attila*, & *gestis Vladislai*. *Paullus Atavantius* de *origine Ord. Servorum B. Mariae*, & *B. Francisco Senensi*, & *Philippo Flor.* *Donati Bossii* *chronicon*, deque *episcopis Mediolanensibus* *liber*. *Hermolaus Barbarus* de *scribenda historia*. *Ioannes Antonius Pantheus*. *Donatus Acciaolus* de *vita Karoli*, & *vite* *ab eo* *ex Plutarcho* *tratatæ*. *Ioannes Simoneta* de

Francisci Sfortie gestis. T. Alexander Correfus. Bonifacius Simoneta de persecutionibus Christianorum, & vitis Pontificum. Vgolinus Verinus de illustratione urbis Florentinae, aliaque ejusdem poemata historica. Antonius Cornazanus de vita Bartholomaei Colonei. Hieronymi Albertucii Burselli, sive Bononiensis, Chronicon, variaque de monachis Ord. Praedic. Angeli Politiani translatio Herodiani, & liber de conjuratione Paccianae. Pacifici Maximi Asculani poemata historica.

HI in Italia, Sicilia, Gallia, Hispania, vixere, imperante Frederico III; pontificibus Ecclesiae Romanae, Eugenio IV, Nicolao V, Calisto III, & Pio II. Hoc est, primis XVI annis Frederici Imp. Proximis vero XXXVI ejusce imperatoris annis, cum eidem Ecclesiae praesiderent Paullus I, Sixtus IV, Innocentius VIII, & Alexander VI, terris illis claruere ii, quos deinceps referam.

Nec tamen dubitabo unum iis praemittere, qui, puto, minimè indignabitur, si, domicilii ratione, Italiae accenseatur. Est is **GEORGIUS TRAPEZUNTIUS**, vir in Creta natus; sed qui à Trapezunte, Cappadociae civitate, nomen sibi imposuerat, quia ad eam genus paternum referret. Natus fuit prid. Non. April. anno MCCCXCVI. At temporibus Eugenii Papae ejus nominis IV, Romam venit: atque ibi gymnasio praefectus annos multos Rhetoricam ac philosophiam docuit: posteaque à Nicolao V, Eugenii successore scriba Pontificius factus fuit. Multa hic è Graecis vertit, nec pauca ipse Latine scripsit; eaque inter etiam B. Andreae de Chio martyrium, quod passus est Constantinopoli an. MCCCCLXV, XXI die Maji; cujus ipsius anni mense Novembri Trapezuntius Constantinopolim se venisse ait, initio ejus vitae. Habes apud Surium Tom. III ad XXI Maji. Pro quo XXI perperam apud Surium est editum. *Vnum egregie doctum, deque re literaria pulchre meritum*, vocat eum Erasmus in Ciceroniano: sed addit absolutiorem hoc fuisse Theodororum Gazam; quod verissimum est. Cum hoc tamen magna similtas ei fuit: cujus causa inde promanavit, quod hic scripsisset in praefatione Historiae Aristotelis de animalibus sese in iis libris latine reddendis à nullo adjutum, nec cr. iis qui priores vertissent, certare velle, quos vincere nullum esse negotium. Id ægerimè tulit Trapezuntius, qui eos libros verterat prior, ac translatione

latione ea, multorum iudicio non exiguam laudem reportarat. Etiam similtas ei cum episcopo Alieriensi, cuius causam aperit in præfatione Straboni promissa. Exofus quoque Trapezuntio fuit Joannes de Regio Monte, quia is librorum Ptoleomæi *πρὸς μεγάλην περὶ γεωγραφίας* translationem, ac commentarios, à Trapezuntio factos reprehendisset iis libris, quibus Theonem Alexandrinum defendit. Hoc tam agrè latum, ut cum Regiomontanus Romam se contulisset, propterea à Trapezuntii filii veneno extinctus tradatur à nonnullis. Obiit Romæ anno **CIOCCCLXXXVI**, idque admodum senex, & literarum penitus oblitus: unde & solus per urbem, baculo nixus, incedere malebat; ut de eo scribit Raphaël Volateranus lib. **XXI**; qui & ante hanc immemoriã jam senem puer audierat docentem. Filium reliquit Andreã Trapezuntium, qui patris defensionem scripsit adversus Theodorum Gazam: ac præfationem ad Sixtum Pontificem præmisit translationi paternæ Ptolemaici operis de magna constructione. Ea in præfatione narrat, ut pater suus Roma ob æmulum invidiam concesserit Neapolim, comiterque habitus sit ab Alphonso, etiam publico ab eo cum liberis altus stipendio, sed morte præventum non potuisse perficere opus, quod sub manibus haberet. De oblivione verò profus tacet, quod dedisse honori Parentis credibile est. Andreæ filia nupsit Fausto Madalenæ, Romano poëtæ, qui Leoni pergratus erat, atque anno **CIOXXVI**, Roma ab exercitu Karoli v captâ, ac dirutâ, Jovio teste, periit. Atque hæc de homine Græco sed scriptore Latino: qui si ad Occidentis scriptores minùs pertinere videatur, at de iis scrupulus erit nullus, quos deinceps subnectam.

Qualis est MICHAEL CARRARIENSIS, filius insignis philosophi, ac medici, Guidonis Carrariensis. Descripsit is vitam patris sui. Quæ præterea in lucem emisit, Philippus Bergomas docebit ad annum **CIOCCCLXIX**.

PETRUS DE NATALIBUS, Episcopus Equilinus, circa annum **CIOCCCLXX** quasdam sanctorum historias edidit: in quibus brevitatis, atque item veritatis studiosior, ac omnino diligentior est, quàm Jacobus de Voragine: ut etiam iudicat Wicelius in Hagiologii sui præfatione. Interim Petrum hunc quoque *in aliquibus cum iudicio legi* debere, meritò censet Vassus in Chronico Hispan. sæp. v. Argentinae eum excudit Martinus Flach anno **CIOCLII**.

ALEXANDER BENEDICTUS Veronensis, Medicus & Philosophus, reliquit diarium belli Carolini. Vixit tempore belli Tarentensis, circa annum cIcccclxxiv: ut cognovi ex indice Veronensium scriptorum, ex Italia ad me transmissa cura clarissimi Pignorii.

PAULLUS LULMAS, seu Lulmius, Bergomensis, monachus Augustinianus, præter spirituale viridarium sponfarum Christi, editit & vitam, ac miracula beatæ Mariæ de Genua; item vitam B. Monica; adhæc vitam, ac miracula beatæ Magdalenæ de Como, & B. Helenæ de Utino, atque alia, quæ Jacobus Bergomas lib. xv Chronici, & Tritthemius in Cat. recenset. Obiit Cremonæ, anno cIcccclxxiv.

PALLADIUS FUSCUS, sive NIGER, Patavinus, claruit circa annum cIcccclxx. Luculentum ejus elogium habemus apud Antonium Sabellicum De linguæ Latinæ reparatione, ubi legas, *Nec est, ut Palladium Nigrum sileam, per quem proximis annis Romana in ea terra litera in antiquum sunt statum restituta.* Præter commentarios in Catullum, etiam reliquit quædam de bello Turcico: item fecit libros de Insulis: adhæc scripsit de situ & ora Illyrici: præterea collectanea rerum non vulgarium composuit ad imitationem Gellii. Justinopoli, quæ Istriæ civitas est, in cathedra docens, apoplexiâ correptus, ac domum à discipulis portatus, nec multò post mortuus est; ut apud Scardeonium legas lib. III classe x.

FRANCISCUS DIEDUS, nobilis patricius Venetus, philosophus, ac juris utriusque intelligens, præter epistolas, ac orationes, scripsit vitam S. Rochi Confessoris: cujus operis epitomen habes apud Haræum die xvi Aug. At opus ipsum integrum reperies in monumentis sanctorum Veronæ; quæ Venetiis sunt edita anno cIcclxvi. Cum laude hujus viri meminit Ioannes Baptista Pajarinus extremo lib. II historiæ Vicentinæ; ubi cum quædam de constanti Vicentinorum amore erga Venetum Senatam retulisset, subjungit ista: *unde & Franciscus Diedus, patricius Venetus, & eloquentissimus vir, in oratione, quam habuit de laudibus Bartholomæi Pajarini, Patavii anno cIcccclviii, id ipsum optime demonstravit.* Veronæ, ut Tritthemius ait, mortuus est, tempore Frederici III anno cIcccclxxxiii.

Fuit & tum GEORGIUS MERULA Alexandrinus, ab aquis Statiellis: unde & Statielatem se vocavit; ut ipse indicat lib. ix. Histor. Vicecomitum: & Hermolaus Barbarus in Plinio, Leander

latione ea, multorum iudicio non exiguam laudem reportarat. Etiam similtas ei cum episcopo Alieriensi, cujus causam aperit in præfatione Straboni promissa. Exosus quoque Trapezuntio fuit Joannes de Regio Monte, quia is librorum Ptolemaei *ἢ μεγάλης γεωγραφίας* translationem, ac commentarios, à Trapezuntio factos reprehendisset iis libris, quibus Theonem Alexandrinum defendit. Hoc tam ægrè latum, ut cùm Regiomontanum Romam se contulisset, propterea à Trapezuntii filii veneno extinctus tradatur à nonnullis. Obiit Romæ anno **CIOCCCLXXXVI**, idque admodum senex, & literarum penitus oblitus: unde & solus per urbem, baculo nixus, incedere malebat; ut de eo scribit Raphael Volateranus lib. **XXI**; qui & ante hanc immemoriã jam senem puer audierat docentem. Filium reliquit Andreã Trapezuntium, qui patris defensionem scripsit adversus Theodorum Gazam: ac præfationem ad Sixtum Pontificem præmisit translationi paternæ Ptolemaici operis de magna constructione. Ea in præfatione narrat, ut pater suus Roma ob æmulorum invidiam concesserit Neapolim, comiterque habitus sit ab Alphonsè, etiam publico ab eo cum liberis altus stipendio, sed morte præventum non potuisse perficere opus, quod sub manibus haberet. De oblivione verò prorsus tacet; quod dedisse honori Patris credibile est. Andreæ filia nupsit Fausto Madalena, Romano poëtæ, qui Leoni pergratus erat, atque anno **CIOXVII**, Roma ab exercitu Karoli v captâ, ac dirutâ, Jovio teste, periit. Atque hæc de homine Græco sed scriptore Latino: qui si ad Occidentis scriptores minùs pertinere videatur, at de iis scrupulus erit nullus, quos deinceps subnectam.

Qualis est MICHAEL CARRARIENSIS, filius insignis philosophi, ac medici, Guidonis Carrariensis. Descripsit is vitam patris sui. Quæ præterea in lucem emiseric, Philippus Bergomas docebit ad annum **CIOCCCLXIX**.

PETRUS DE NATALIBUS, Episcopus Equilinus, circa annum **CIOCCCLXX** quasdam sanctorum historias edidit: in quibus brevitatis, atque item veritatis studiosior, ac oranino diligentior est, quàm Jacobus de Voragine: ut etiam iudicat Wicelius in Hagiologii sui præfatione. Interim Petrum hunc quoque *in aliquibus eum iudicio legi debere*, meritò censet Vasæus in Chronico Hispan. cap. v. Argentinae eum excudit Matrinus Flach anno **CIOCLII**.

ALEXANDER BENEDICTUS Veronensis, Medicus & Philosophus, reliquit diarium belli Carolini. Vixit tempore belli Tarenensis, circa annum cDcccclxxxiv: ut cognovi ex indice Veronensium scriptorum, ex Italia ad me transmissio cura clarissimi Pignorii.

PAULUS LULMAS, seu Lulmius, Bergomensis, monachus Augustinianus, præter spirituale viridarium sponfarum Christi, edidit & vitam, ac miracula beatæ Mariæ de Genua; item vitam B. Monicæ; adhæc vitam, ac miracula beatæ Magdalenæ de Como, & B. Helenæ de Utino, atque alia, quæ Jacobus Bergomas lib. xv Chronici, & Tritthemius in Cat. recenset. Obiit Cremonæ, anno cDcccclxxxiv.

PALLADIUS FUSCUS, sive NIGER, Patavinus, claruit circa annum cDcccclxx. Luculentum ejus elogium habemus apud Antonium Sabellicum De linguæ Latinæ reparatione, ubi legas, *Nec est, ut Palladium Nigrum sileam, per quem proximis annis Romana in ea terra liera in antiquum sunt statum restituta.* Præter commentarios in Catullum, etiam reliquit quædam de bello Turcico: item fecit libros de Insulis; adhæc scripsit de situ & ora Illyrici: præterea collectanea rerum non vulgariæ composuit ad imitationem Gellii. Justinopoli, quæ Striæ civitas est, in cathedra docens, apoplexiâ correptus, ac domum à discipulis portatus, nec multò post mortuus est: ut apud Scardeonium legas lib. III classe x.

FRANCISCUS DIEDUS, nobilis patricius Venetus, philosophus, ac juris utriusque intelligens, præter epistolas, ac orationes, scripsit vitam S. Rochi Confessoris: cujus operis epitomen habes apud Haræum die xvi Aug. At opus ipsum integrum reperies in monumentis sanctorum Veronæ; quæ Venetiis sunt edita anno cDcblxvi. Cum laude hujus viri meminit Ioannes Baptista Pajarinus extremo lib. II historię Vicentinæ; ubi cum quædam de constanti Vicentinorum amore erga Venetum Senatam retulisset, subjungit ista: *unde & Franciscus Diedus, patricius Venetus, & eloquentissimus vir, in oratione, quam habuit de laudibus Bartholomæi Pajarin, Patavii anno cDcccclviii, id ipsum optimè demonstravit.* Veronæ, ut Tritthemius ait, mortuus est, tempore Frederici III anno cDcccclxxxiii.

Fuit & tum GEORGIUS MERULA Alexandrinus, ab aquis Statiellis: unde & Statielatem se vocavit; ut ipse indicat lib. ix. Histor. Vicecomitum: & Hermolaus Barbarus in Plinio, Leander

item in descriptione Lombardiæ Cispadanæ. Vir erat, & ingenio, & eruditione præstans, atque, ut Jovio, in elogio Galeotti Martii, vocatur, *Grammaticorum exactissimus*. Florido etiam Sabino apologia adversus calumniatores L.L. vocatur *vir doctissimus*, & *in scribendo maximè accuratus*. Quadraginta annis, partim Venetiis, partim Mediolani, docuit juventutem: multaque in literas retulit, quibus lucem adferret scriptoribus antiquis. Atque idem magnam rerum notitiam erat consecutus: iisque magis, quàm stylo, vacarat: ut de eo judicat Volaterranus lib. xxv. At Erasmus in Ciceroniano de eo sic scribit: *Georgium Merulam Alexandrinum esse, scio, an Græcus fuerit, nescio*, (ex Italica Alexandria fuisse, diximus jam) *vi. in reddendis Græcis splendidus, & elegans, ut cum veteribus multis conferri queat*. Præter philologica etiam libris decem, ad Ludovicum Sfortiam scripsit Antiquitates Vicecomitum, sive de gestis ducum Mediolanensium. Excusi sunt Romæ. Etiam ab Aldo impressa est Montis Ferrati descriptio, & conflagratio Vesuvi montis. Transtulit è Græco, quæ Dio de Trajano tradidit. Admodum senex, tonsillis fauces infestantibus, obiit Mediolani anno cccccxcv: non admodum dolente Politiano. Quippe in cujus centuriam miscellaneam se cohortes jactasset emissurum, quarum impetum non posset sustinere: uti è Politiani ipsius epistolis discimus. Fuit mirè malignus, ac magnus eorum obrectator, qui in eadem palæstra secum deludarent: quem admodum ex iis constat, quæ adversus Domitium Calderinum ad Martialem annotavit: item ex præfatione Cornelii Vitellii Corynthii præfixâ operi pro Plinio, & Calderino, adversus Merulam scripto: ubi inter alia refertur, ut nec præceptor Philolpho pepercerit; sed summa cum insolentia in eum, tamquam lenonem impurum, fuerit in vectus: quæ cum Philolphus legisset, bonus senex, jam octogenarius, tanto dolore affectus fuit, ut intra triduum vitam exhalârit. Merito igitur ab Ægidio Maserio Comment. in lib. vii Argonaut. in Valerii Flacci, illud *Nesciat, atque meus non oderit illa parentem* pro exemplo impetatis in præceptorem adducit hunc Merulam, quem vocat *inigratorum discipulorum principem, imo vilissimum vexillarium*: nec dubitat ibidem cum eo conferre discipulorum illos, à quibus Joannes Scotus est graphiis occisus. Intellegendus autem non Joannes Duns; qui vulgò *magister subtilis*: sed Joannes Irigena, deliciæ Caroli Calvi: de quo nos multa in ultimo Historia Pelagianæ. Hunc concitati ab aliis occidere discipuli, quia in dogmate de S. Eucharistia non sequeretur sententiam communem.

FEUS BELCHAMUS, five, ut aliis nuncupatur, *Belcharius*, Florentinus, anno clarui c̄cccc̄lxx, ac cum aliis sibi nomen paravit, tum vitâ B. Colubani, qui ordinem instituit Jesuatorum. Anno decessit c̄cccc̄lxx. xiv.

JACOBUS PICOLOMINEUS, Lucensis, præceptores in eloquentiâ, ac poësius studio, habuit adolescens Carolum, & Leonardum Aretinos. Temporibus Papæ Nicolai v Romam venit, ac secretarius factus est Cardinali Firmano. Mox ab obitu Nicolai v idem Callisto III Papæ à secretis adscitus fuit. Eodemque in honore eum apud se esse voluit Pius II, cum Callisto succederet. Biennio post præfectus à Pio est Ecclesiæ Papiensi: ac vigesimo post mense presbyter cardinalis est designatus Tit. S. Chrysoconi. At proximo ante obitum biennio titulo est ornatus ecclesiæ Tusculanæ. Atque hæc quidem partim de eo prodidit Jacobus Volaterranus a, Piccolominæi hujus secretarius, atque, ut loquuntur, protonotarius Apostolicus: partim ipse de se Piccolominæus refert lib. II commentariorum eorum, de quibus mox dicam. In literas retulit Pontificum vitas. Sed opus hoc Jacobus Volaterranus, quem antè laudavi, jam suo tempore, vel ab æmulis esse abolitum, vel alicubi, amicis ignaris, latitare, conqueritur. Item libris septem reliquit quinquennii historiam gesta sui temporis continentem. Eos commentarios, sanè luculentos, orditur exinde, ut Pius II expeditionem adversus Turcas parans, Anconam profectus sit. Delinit autem in obitu Joannis Carvagiali, Cardinalis S. Angeli. Præterea condidit grande epistolarum opus; quæ & elegantiæ nomine laudem merentur; & quodd multa adeo de rebus gravissimis tractent. Nec enim tam otii, quàm negotii causâ, illas conscripsit. Sunt eæ numero c̄ccclxxxii, quæ exaratae ab anno c̄cccc̄lxi usque ad anni c̄cccc̄lxxxix, v i Eid. Aug. post quod tempus vix ultra menssem supervixit. Et illud commentariorum, & hoc epistolarum opus, primus Mediolani Alexander Minucianus typis divulgavit an. c̄c̄lvi. Ad Vulsinensés profectus in S. Laurentii opp. decessit III Eid. Septemb. anno ætatis lvi. Romæ in æde Augustiniensium, ex Papæ, & cardinalium decreto, marmoreo conditus est sepulchro. Sed, quemadmodum ex testamento ejus, quod epistolarum volumini subjungitur, cognoscere est, optarat ipse sepeliri in æde S. Petri ad dexteram Pontificis Pii: à quo ut magnopere dilectus, ita summo honore affectus erat. Atque hujus animi sui testimonium reliquit: quod tabellæ marmoreæ juxta sepulcrum suum inscribi petierat. Est hoc istiusmodi:

a Praefatione quâ præmisit epistolis Picolom.

Luca ortu, Sena lege fuit mihi patria: nomen,

Dum vixi Iacobus: mens bona pro genere.

Papa Pius sedem Papiensem detulit: idem

Cardineo ornavit munere, gente, domo.

Quem colit vivens, non linguo mortuus. Hic sum,

Et prope sancta patris filius ossa cubo.

Vivite qui legitis, cœlestia quarite. nostra hæc

In cineres tandem gloria tota redit.

AUGUSTINUS PATRICIUS, Francisci Piccolominæi, Cardinalis Senensis, à Paulo secundo P.M. ad conventum Ratisponensem legati, secretarius, ea, quæ conventu illo acta sunt, concipit; opusque id Jacobo Piccolominæo, Cardinali Papiensi, dicavit Romæ anno cccccclxxi. Initium ejus est, *Post captam à Turcis Constantinopolim.* Pars illius inter epistolas Piccolominæi prodiit Mediolani anno cdcclvi. Augustinum hunc simiam Ciceronis ob studium ornandæ dictionis appellat Campanus epistolâ quadam inter eas Piccolominæi, quas diximus.

JOSEPHUS BARBARUS, patricius Venetus, fecit librum de itinere suo, quod anno cccccxxxvi instituit ad Tanaim; circa quæ loca annos moratus est sexdecim. Item de itinere suo in Persiam, cum anno cccccclxxi à Rep. Veneta legatus esset missus ad Asambejum, Persiæ regem. Transtulit hæc de Italico Latine Jacobus Genderus: ac Persicæ historiæ scriptoribus adjungitur. In quorum volumine a, tum in frontispicio, tum etiam in epigraphe hujus itinerarii, constanter JOSEPHUS nuncupatur. Vero tamen nomine dictus est *Iosaphat*, sive *Iosaphas*; prout semper eum nominat Callimachus Experiens in historiâ eorum, quæ à Venetis tentata fuere ad Tartaros ac Persas contra Turcos concitandos. Ex quo scriptore etiam discas, natum esse patre Antonio Barbaro, ac fuisse linguæ Persicæ gnarum. item alia, unde cognoscas ad legationem ejus pertinentia; qualia vel ex Callimacho, vel Josepho sive Iosaphato ipso, peti malo.

JACOBUS ZENUS, patricius Venetus, episcopus Patavinus, inter alia prodidit vitas summorum Pontificum. Ex quibus ea, quæ ad donationem Constantini, & curationem lepræ pertinent, petere jubet Hieronymus Pauli Cathalanus, canonicus Barcinonensis, Juris utriusque Doctor, & cubicularius Alexandri Sexti, in libello, qui inscribitur *Practica Cancellariæ Apostolicæ.* Jac. Bergomas lib. xv testis est, obiisse Zenum Patavii anno gratiæ cccccclxxvi. Mirum

a Editio
Franco-
furti an.
1601.

Mirum ejus auctoris à Scardeonio non factam esse mentionem in scriptoribus Patavinis. Nonnullis pro Zeno, Renuis, sed perpsram, appellatur.

His etiam temporibus, & aliquanto post, fuit **GUILLIELMUS PARISIENSIS**, Nanceidos auctor: unde non semel, historiæ causæ, versus aliquot adducit Mejerus, lib. xvii Annal. Flandriæ: qui & scriptorem hunc appellat a poëtastrum Parisiensem. Nanceis opus illud vocatur à Nancejo: est id præcipuum Lotharingiæ oppidum, celebre clade Burgundicâ anni cccccclxxiv, quam poëta hic describit.

Iisdem temporibus fuit **JOANNES NICOLAUS BUBOICUS**, Episcopus Saguntinus, qui anno cccccxcvi Neapoli edidit in lucem librum de origine, & rebus Turcarum. Excusit una cum Chalcondyla, & aliis rerum Turcicarum scriptoribus.

CHRISTOPHORUS PERSONA, qui & *Porfena* vocatus (ita post Gesnerum, & alios, nominat Robertus Constantinus in suo Nomenclatore) S. Balbinæ prior, Græcam linguam in Græcia didicit, exinde cum alia transtulit, tum Agathiam, & Procopium, historicos Græcos. Obiit pestilentia Romæ an. cccccclxxxvi: ut Jac. Bergomas in Chron. testatur.

JACOBUS BRACCIOLINUS, seu **BRANDOLINUS**, vel *Blandolimus*, nobilis oratoris Poggii Florentini filius præterquam quod historiam Florentinam à patre Latinè compositam, in Hetruscum convertit sermonem; etiam gesta Piponis Spani Florentini Latinè descripsit. Jacobus hic (ut de eo Jovius in elogio Poggii ait) *jam defuncto patre, ex Pactiano scelere strangulatus; in pratorii fenestra cum ceteris pendit*. Idem tradit Politianus in historia conjurationis Pactianæ: ubi *Jacob. in Poggium* appellat. Accidit hoc anno cccccclxxviii. Alius igitur ab hoc est, quem Leo x amavit. De quo sic in pontificis hujus vita idem Jovius lib. iv. b *Mirè quoque favit Poggio seni, Poggio historici filio, Moro nobili à gula intemperantia, Bandino equiti, Marianoque sannioni cucullato, facetissimus belluonibus, & in omni genere rent. an. popinalium deliciarum eruditissimis.*

BERNARDUS IUSTINIANUS, Leonardi antè memorati filius, patricius Venetus, qui Urbis suæ nomine, anno cccccclxxi ad Sixtum Pontificem legatus fuit, scripsit vitam patris sui Laurentii Justiniani, protopatriarchæ Veneti: qui anno decessit cccccclv. Ea tum operibus Laurentii hujus Basiliæ editis præfigitur: tum etiam apud Surium exstat in Sanctorum historia T. i. die vii Ian.

Item de origine Venetiarum egit : idque, ut Jovii quoque iudicium est, eleganter. Adhæc scripsit vitam Marci Evangelistæ, & de corpore ejus Venetias translato. Quin Gothicam etiam historiam, ac præclare quidem condidisse, autor est Iac. Bergomas in Suppl. Chron. quem vide ad annum c13ccclxxi. uti & Tritthemium in Catal.

AMBROSIUS CORANUS, qui aliis *Coriolatus*, Prior generalis ordinis Dominicani, varia edidit, & inter ea opus de vita, & laudibus B. Augustini : atque de viris illustribus ordinis S. Augustini : item de vita B. Christinæ Spoletanæ : adhæc de laudibus urbis Romæ. Obiit Romæ an. c13ccclxxxv.

JOANNES MATTHIAS TIBERINUS, liberalium artium, & medicinæ doctor, anno Chr. c13ccclxxv descripsit Tridenti martyrium Simonis, innocentissimi pueri, à Iudæis crudeliter necati. Habes apud Surium a. d. xxiv Mart.

ÆGIDIUS DE ROYA, Gallus, S. Theologiæ Parisiis professor, & abbas monasterii B. Mariæ de Regali Monte in Francia fuit : ac postquam monasterium illud sex annis rexisset, anno c13ccclxx Dunas in Flandriam profectus est ; ubi sub Ioanne, abbate Dunensi, Brandonis volumina, de quibus superius nobis dictum est, legit : iisque mirè adjutus, annales Belgicos concinnavit ; qui ab anno Chr. 13ccxci auspicientes, desinunt in an. c13ccclxxx, quo & obiit Ægidius. Hos, ex Dunensi Flandriæ abbacia, primus eruit, Andreas Scottus, publici autem juris fecit Franciscus Sweertius Antverpianus, qui eos Johanni à Leidis, & Reinero Snojo subjunxit. Cæterum hisce annalibus duo præstitit Ægidius. Nam & Brandonem in compendium redegit : & inde ubi Brando deserat exorsus, cætera est persecutus, nempe lxxv annos sequentes. Desierat enim Brando anno c13ccclxxix. Superfuit quidem usque ad annum c13ccclxxxviii. Sed non videtur extrema ætate par fuisse historico labori. Quippe qui jam anno c13ccclxxi clari fuisse nominis dicatur. Sanderus ait Ægidium addidisse Brandoni historiam annorum duodeviginti. Non dubium, quin designet tempora ab anno c13ccclxx, quo Dunas venit, usque ad annum c13ccclxxxviii, quo satis concessit. Sed etiam intermedios lxxi annos descripsisse, satis ex historia ejus apparet. Et Adrianus Dunensis, qui ejus discipulus fuit, clarè ait, in præfatione suâ, Ægidio præmissâ, *cum tempora, ubi Brando finem fecit, persecutum*. Sed non satis capio, quòd idem Adrianus testetur, magistrum suum obiisse anno c13ccclxxxviii, cum

cum Ægidius narret etiam historiam totius anni sequentis. Quare omnino putem aliqua ab alio esse Ægidio adjecta.

OCTAVIANUS DE MARTINIS SUESSANUS oratione quadam, quam coram Pontifice Sixto IV habuit in consistorio, complexus est vitam S. Bonaventuræ Cardinalis, & episcopi Albanensis. Exstat apud Surium Tom. IV ad XIII Jul.

FELIX PETANTIUS claruit anno cccccclxxx, ac deinceps. Ejus meminit Ioannes Cuspinianus in fine operis de Turcorum origine, religione, & tyrannide, his verbis: *Felici Petantii commentarium, quibus itineribus Turci sint aggrediendi, veluti corollarium subjungo. Quicum magna olim mihi fuit familiaritas, cum oratorero Cesaris Maximiliani Buda agerem. Hic enim, & ad Bajazethem secundum, & Zelymum, aliquoties ivit orator, & planè multa Turcorum novit, quæ oculis vidit.* Opusculi autem, quod deinceps subjungit, talis est inscriptio: *Felici Petantii, cancellarii Segnie, Quibus itineribus Turci sint aggrediendi, ad Vladislauum, Ungariæ & Boëmiæ regem.* Exstat quoque libellus hic inter scriptores rerum Hungaricarum. Præterea consignavit Petantius genealogias Turcicas: quo in libro retulit imperatorum Turcicorum liberos, dignitates, matrimonia. Fuit in bibliotheca Ioannis Cuspiniani: qui & Petantium inter eos reponit, ex quibus profecerit in suo de imperatoribus opere.

MATTHIAS PALMERIUS PISANUS ea, quæ Matthæus Palmerius Florentinus Prospero ad annum usque cccccclix adjecerat, continuavit usque ad an. cccccclxxxi: quo claruit. Vertit & historiam Aristææ de lxxii interpretibus. Atque eo nomine celebrat illum Gaspar Bruschius carmine ad Wolfangum comitem à Solm, episcopum Pataviensem. Attamen non pauca sunt, quæ interpres ille minùs fuerit affectus. Atque hoc in causa est, cur postea Matthias Garbitius, Græcæ linguæ in Tubingensi academia professor, denuo vertendi provinciam susceperit: sed demum post obitum viri tralatio ea prodiit, curâ Simonis Schardii I.C.

IOANNES IOVIUS PONTANUS Cereti in Umbriâ natus, parente à factiosis civibus interempto, Neapolim juvenis, & egenus, venit: atque ibi Antonio Panormite, regii scrinii magistro, gratus acceptusque fuit: eidemque mortuo in hoc munere, gratiâ ac favore Ferdinandi regis, successit. Literarum gloriâ florere cœpit circa annum cccccclx: obiit autem ætatis suæ lxxviii, Christi cclv, eopsè mense, quo papa Alexander vi decessit. Inter tam multa præclara etiam edidit libris sex historiam belli, quod Ferdinandus,

rex Neapolitanus, senior, contra Ioannem, Andegavensem ducem, gessit. Vir omnino summus fuit. Oratorem maximum, ac regium consiliarium appellat Felinus Sandeus extrema epitome de regibus Siciliæ, & Apuliæ ad Alexandrum v. i. Pont. M. Erasmus de eo in Ciceroniano sic scribit: *Non sum vel tam hebes, vel tam invidus, ut non fatear Pontanum multis egregiis ingenii dotibus virum fuisse summum. Ac me quoque rapit placido quodam orationis lapsu: verborum dulce quiddam resonantium amœno tinnitu demulcet aures, demum splendore quodam dignitas, ac majestas orationis.* Et paulò post vocatur, *vir extra controversiam in literis inter præcipuos numerandus.* Quid verò in eo requirat, ibidem legere potes. Doctissimum, & sapientissimum appellat Camerarius in Progymnasmatibus capite de Expositionibus, & descriptionibus. Sebastianus Foxius lib. i de Imitatione sive ratione styli a, *Lactantium, inquit, & Iovianum Pontanum ego maximè Ciceronianos puto.* Idem Foxius ejusdem operis lib. i i b, ait Italiam hoc Pontano centum proximis annis non habuisse doctiorem. Hęc ille jam ante annos xc. Nec invidia caruisse argumento est calumnia illa, quam prodit Mariangelus Accursius in diatribarum suarum defensione, cui *Testudo* nomen est. Ubi, ut ostendat, quanto pere maligni homines rodere soleant virose eximios, ait, sparsum à nonnullis fuisse, *Iovianum Pontanum quædam Ciceronis volumina in Casinatis montis non in celebri bibliotheca reperisse: quæ mox paululum, sed (quod necesse fuit) in deteriorem partem commutata, ut ab se composita, ediderit.* Miror quid tanto Viro in mentem venerit, ut etiam falsas inscriptiones obtruserit pro veris: quare Antonium Augustinum vide dialogo xi. Nempe ut ait ille, *Quisque suos patimur manes: nec quidquam undique beatum.* Judicium Gyraldi de Pontano reperies apud illum, dialogo priori de poetis sui ævi. De dictione autem ejus, & alia quædam de summo hoc viro, vide apud elegantissimum Floridum Sabinum lib. i i i Subsecivarum Lect. cap. vi ubi cum curâ istis, quæ Erasmus objecerat, respondet. Superstes etiamnum verba hęc monumento suo iussit inscribi: *Sum Ioannes Iovianus Pontanus, quem amaverunt bonæ Musæ, suspexerunt viri probi, honestaverunt Reges, Domini. Scis jam, quis sim, aut qui potius fuerim. Ego verò te, hospes, noscere in tenebris nequeo: sed te ipsam ut noscas, rogo. Vale.* Monumenta quæ uxori suæ Hadrianæ Saxonæ, item liberis suis statuit, apud Nathaneum Chytræum in itinerum delictis reperies inter inscriptiones Neapolitanas.

ALEXANDER AB ALEXANDRO, Jurisconsultus, Neapolitanus, reliquit Genialium dierum libros vi. Libros hosce multi-

plici

plici doctrina esse refertos, scriptorémque esse longè meliorem Philéiphno, iudicium est Floridi Sabini apologia adversus calumniatores L. L. Rectè sanè; sunt enim libri illi, promptuarium antiquitatis, veterisque historiæ, etsi nec pauca in eo sint ad verborum proprietatem, aliâque studia, pertinentia. Fuisse Joviani Pontanæ qualem, satis liquet ex primis operis verbis. Atque alibi indicat, se in adolescentiâ Philéiphum jam senem audiisse Tusculanas Ciceronis quæstiones enarrantem. Item refert, ætate suâ Nicolaum Perotum, & Domitium Calderinum, Martialis apophoreta magnâ contentione Romæ prælegisse juventuti. Item Georgii Trapezuntii, Theodori Gazæ, Hermolai Barbari, Raphaëlis Volaterrani, ac Paulli Cortesii, ut æqualium meminit. Unum autem hoc meritò in hisce præclaris commentariis improbari solet, quòd eorum, unde profecisset, dissimularet auctores. Sed huic vitio medicinam fecit doctissimus Tiraquellus, qui, digitum ad fontes intendens, unde quæque hausta essent, indicavit.

JO. ANNIUS Viterbienus natus est anno MDCCCXXXVI, v Jan. Ordinis fuit prædicatorum, sacri palatii magister, vir Latine, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, & Arabicè eruditus, atque in super totius antiquitatis studiosissimus; ut de eo tradit Leander in Italiâ suâ. Scripsit varia, quæ apud eundem Leandrum, uti & Gesnerum, ac Possevinum, legere potes. Inter alia autem reliquit XVI Antiquitatum libros: in quibus sunt Fabius Pictor de aureo seculo, Myrsilus Lesbios de Tyrrhenis, Catonis Origines, Sempronius de Italia, Archilochus de Temporibus, Metasthenes, (ita eum ineptè vocat, qui est Megasthenes) Philo, Berofus, Manetho: quæ omnia suis commentariis illustravit. Secuti hac parte eum Ioannes Nauclerus, Io. Driedo, Valerius Anselmus, Io. Lucidus, Michael Medina, Sixtus Senensis, alii. Imò, ut de nationibus cæteris taceam, nulla Hispanicæ gentis historia post Annium existit, quæ non & Berosi, & Annii fide nitatur. Verùm (quicquid Albertus Leander nugeatur, qui hoc, quod dicam, calumniam vocat) sunt scriptores isti conficti ab ipso Anno: ut monent Josephus Scaliger lib. v de emendatione temporum cap. de initio Merodachi, Genebrardus Chronologiæ lib. I. Melchior Canus lib. XI. Locor. comm. cap. VI. Benedictus Pererius in Daniele, Franciscus Ribera in Zachar. cap. I. num. XXV. Franciscus Suarez in part. III. Summ. S. Thomæ disp. I. Sect. I. Antonius Augustinus Antiquitatum (quas ex Hispanicis Latinas fecit And. Schottus) dialogo XI. Varterius censurâ in Pseu-
 H h h dobero-

doberosum, Possevinus lib. xvi bibliothecæ Selectæ, Torrentius præfatione, quam Joanni Becano præmisit, & imprimis ipse Becanus in Chronicorum exordio, itemque initio lib. i Hispanicorum, & Octavianus Ferrarius libro de Origine Romanorum. Imò Annium Viterbiensem in commentariis suis pleraque impudentissime confinxisse, jam ante seculum asseruit Petrus Crintus de Honestâ Discipl. lib. xxiv cap. xii. Etiam Raphaël Volaterranus lib. xiv Anthropologiæ in voce *Berosus*, negat se satis credere libello, qui sub hoc nomine divulgatus. Idem Sabellici iudicium est. Nec aperte minùs de Annianis istis auctoribus scribit Ludovicus Vives lib. v. de

a pag 507

tradendis disciplinis a. *Libellus*, inquit, *circumfertur Berosi Babylonii titulo: sed commentum est, quod indoctis & otiosis hominibus mirè adlubescit: cuiusmodi sunt Xenophontis æquivoca, tum Archilochi, Catonis, Sempronii, & Fabii Pictoris fragmenta, quæ eodem sunt libro ab Annio Viterbiensi conferruminata, commentisque reddita magis ridicula: non quin insint quadam in illis vera, (nam ab oqui frontem non haberet narratio) sed ipsum historiae corpus commentitium est; nec illius, cuius titulum mentitur. Manethon Ægyptius, & Metasthenes Persa ex Eusebio sunt desumpti. Atque idem iudicium fert commentariis in libros Augustini de Civitate Dei. Nec aliter Gaudentius Merula, de antiquitatibus Galliæ Cisalpinæ lib. i ii, cap. v. Qui & idem sensisse A'ciatum ostendit ex ejus ad se literis. Hos tam multos attuli propter Leandrum, qui, ut dixi, velut genuina Catonis, Sempronii, & aliorum, quibus tribuuntur ea, defendit in Italia sua, imprimis ubi Veronam describit. Atque ut res omnis apertior sit, quid prohibet adferre historiolum illam, quæ est apud Ant. Augustinum Dial. x. Antiquitatum Romanarum, Hispanarumque. Sic verò ille: *Mihi Latinus Latinus Viterbiensis, vir doctus, bonæque fidei, de Joanne Annio, Viterbiensi monacho, narrare jucundè solebat. Lapidem insculpendas curasse literas; quem vineæ insodi jusserat non procul à Viterbio. Cumque sodianda esset vinea, ad lapidem usque ut sodiando pervenirent jussit; narrans in libris se reperisse, templum ibi orbis terrarum antiquissimum latere. Terrâ jam effusa, primus qui lapidem invenit vinitor accurrit: paulatim detegi sarcophagum imperat. Hic stupens lapidis antiquitatem, & literas à se confictas admiratus, ad Urbis Senatores lætus confugit, & civitatis honori fore persuadet, in amplissimo publicè spectari loco. Viterbii enim urbis originem contineri, quæ bis mille annis Romana esset urbe, à Romulo conditâ, longè antiquior, utpote ab Isidæ, & Osiride condita. Fabulas hic suas, quibus abundabat, vendidit, factumque ut ille jusserat. Hæc ille. Obiit Annius Romæ, tempore pontificis Alexandri vi: cumque Petro Antonio, episcopo Signano, cive suo, in Minervæ fano situs est.**

AURELIUS BRANDOLINUS, cognomine LIPPUS, Florentinus, Ordinis Augustiniani monachus, floruit extremis Frederici III, ac primis Maximiliani primi temporibus. Cùm alia multa consignavit, tum historiam eorum, quæ narrantur in veteri Testamento, item multas sanctorum historias. Mortuus est Romæ anno cccccxcviii.

THOMAS BASINUS, Lexoviensis episcopus, circa annum vixit cccccclxxx. Ex ejus historia de Ludovico XI Gall. rege, & Carolo Burgundiæ duce, sæpius aliqua ad verbum, non dissimulato Thomæ nomine, exscribit Jac. Mejerus Annal. lib. xvii. Juris fuisse peritissimum, atque id in schola Lovaniensi fuisse professum, auctor est Rob. Gaguinus in histor. Francorum: quem vide ad annum cccccclxv.

JOANNES DOMINICUS SPAZZARINUS Patavinus, ac Reip. ejusdem à libellis, claruit anno cccccclxxx ac deinceps. Consignavit res Venetorum: quas ad sua usque tempora perduxit. Opus hoc ab elegantia, ac Sallustiana brevitate, commendat Scardeonius lib. iiii rerum Patavinarum: ubi & addit, cladem Patavinam anni cclv, cui ex muneris ratione interfuerat, ad eò accuratè ab eo describi, ut cæterorum faciliè exsuperet industriam. Obiit nonagenarius anno cclxix. Plura de eo Scardeonius supeditabit.

Fuit tum quoque ALAMANNUS RINUCINUS, qui historiam, vel mythistoriam potiùs Philostrati de Apollonio Tyaneo Latine vertit. Translationem eam castigavit, ac Baptistæ, Joannis Galeacii Mediolanensis comitis filio, dicavit Philippus Beroaldus. Etiam ad Græcum codicem emendavit, & notas ad oram addidit a Colon. edit. 1532. Gybertus Longolius Ultrajectinus. Inter eruditos viros, quos Florentia extulit, reponitur ab Alberto Leandro in descriptione Italiae. Laudat & Zenobius Acciolus Florentinus: civemque suum linguae utriusque studiosum vocat epistolâ ad Laurentium Medicem, quam translationi opusculi Eusebiani adversus Hieroclem præmissit.

Claruit iisdem temporibus GUILIELMUS COURINUS, qui perperam aliis *Coasinus*, vel *Coaversinus*, dicitur. Duacenus fuit, Equitum Rhodiorum procancellarius. Historiam scripsit de obsidione Rhodi, quæ anno contigit cccccclxxx. Item descripsit contentionem Bajazethæ, & Sifymi, fratrum duorum. Operis de Rhodia obsidione meminit Cuspinianus in volumine Hmpp. Ulmæ est excu-
sum.

sum. Ex Latina autem lingua in Germanicam transtulit Jo. Adolphus Argentinus. Prodiit ea versio Argentinæ, anno c150xiii.

ANNO c15ccclxxxiv vivebat HIERONYMUS FOROLIVENSIS Ord. Prædic. Qui præter sermones de Sanctis, etiam historica quædam fragmenta digessit, aliaque edidit opuscula, quæ Forojulii MSa supersunt in cœnobio ejusdem ordinis; teste Antonio Senensi. Meminit & Leander, tum lib. iv de viris illust. ord. prædic. ubi dicitur fuisse, *vir doctus, & orator clarissimus*: tum in Italia sua Romanulam describens; ubi Hieronymus hic vocatur *optimus theologus, nec peior historicus*.

FRANCISCUS PATAVINUS advocatus consistorialis, anno c15ccclxxxiv, xii Kal. Dec. in publico consistorio, præsentem non modò Innocentio viii, sed etiam imperatore Frederico iii, orationem habuit historicam de vitâ & moribus S. Leopoldi, Austriæ marchionis, & confessoris: quæ in Italiâ seorsim prodiit, ac apud Surium legitur T. v. d. xv Nov.

BAPTISTA FULGOSUS, (quem Volaterranus *Baptistum Fregosum*, Leander in descriptione Italiæ, *Bapt. Fregosum*, aliqui etiam *Campofulgosum* appellant) cum esset dux Genuensis, principatu à patruo suo dejectus fuit anno Chr. c15ccclxxxiii. Quò verò exilii dolorem levare, totum se studiis dedit, atque ad filium Petrum scripsit libros 1x. factorum, & dictorum memorabilium, opus eximium, ut Albertus Leander appellat. *In hoc scribendi genere ut egregiam navasse operam, ut exemplorum copia, & novitate, ceteros vicerit. Quingeri judicium est in Theatri sui Proscenii. Addit etiam ex Fulgosi fontibus uberrimis & Sabellicum, & Baptistam Egnatium agros suos irrigasse. Eundem Fulgosum ordinem, quem Valerius Maximus inicit, servavit: sed exemplis usus est non rarò quidem illorum, quæ Valerius seu sciens, seu insciens præterisset: imprimis verò eorum, quæ post ætatem ejus contigissent. Eum ex Italico Latine transtulit Camillus Gilinus Mediolanensis, vir doctissimus, ut Leandro vocatur; Francisci Sfortiæ ad Carolum v. Imp. legatus. Nisi quis credere malit, patris (nomen ei fuit Jacobo Gilino) esse hanc translationem; quam suspicionem Jovius a injecit. Meminit & Mejerus extremo lib. xlii, ubi ex Fulgoso refert ad verbum historiam de victoria, quam Gandenses reportarunt de Comite suo Ludovico Maleano.*

*a In elogio
Camilli
Gilini.*

SALVUS CASSETTA (qui Possentino perperam *Casseta*) Siculus Panormitanus, Ord. Prædic. Romæ anno c15ccclxxxv, v Id.

Jun.

JUN. SIXTO IV pontifice procurante, ex magistro sacri palatii factus est ordinis Præd. magister generalis. Ab eodem pontifice in Germaniam legatus est missus ad Fredericum III imp. ac Coloniae Agrippinae cum foret, iussit aperiri sepulcrum Alberti Magni, atque ex ejus corpore lacertum Romam tulit; qui in Bononiensi nunc templo adservatur. Conscripsit vitam S. Vincentii Valentini, qui ipse Ordinis prædicatorum fuit. Decessit Cassetta an. c13ccccc1xxxiii, xvii Kal. Oct. ut est apud Leandrum lib. i de vir. ill. ord. prædic.

ANTONIUS GERALDINUS, protonotarius sedis Romanae, superstes erat anno c13ccccc1xxxvi: eoque anno, nomine Ferdinandi Regis, & Elizabethæ, Hispaniæ reginæ, Romæ habuit orationem coram Innocentio VIII Pont. Max. Cum alia composuit, tum Fastos carmine elegiaco, in quibus tractat de martyrum, sanctorumque vitis. Item vario carminum genere egit de gestis Hispaniæ regum.

JOANNES MARGARINUS, Gerundensis episcopus, *ἑκατόμυρα* Hispaniæ complexus est libris decem, ab adventu Herculis in Hispaniam usque ad Theodosium seniore, & filios ejus, Arcadium, atque Honorium; quorum temporibus, Gotthi in Hispanias fuere ingressi. Sed in decimo non pauca desiderantur. *Παράλειπόμενα* inscripsit, non quia dicat antiquis indicta: sed quia referat præterita proximorum seculorum historicis. Dicavit hoc opus Ferdinando, & Isabellæ, Castellæ, & Aragoniæ regibus. In principe editione præteritum nomen auctoris, non item in alterâ, quam habemus Tom. i Hispaniæ illustratæ. Et sanè ex iis, qui episcopos enumerant Gerundenses, satis evidens est, Gerundensi illi episcopo, quem Ferdinandi Catholici tempore vixisse, & res ab eo gestas prodidisse, dicebamus, id nominis fuisse, quod antea posuimus.

JULIUS POMPONIUS LÆTUS iisdem temporibus claruit. Exiguæ eruditionis fuisse, ait Lud. Vives. At Angelus Politianus in Miscellaneis cap. lxxiii virum vocat antiquitatis, & literarum consultissimum. Atque idem Lili Gyraldi iudicium est in Historiâ poëtarum dial. iv: ubi de Statio Papinio est sermo. Florido Sabino in apologia adversus calumniatores L. L. dicitur in scribendo *infra neminem recentiorum purus, candidusque*. De eodem sic Erasmus in Ciceroniano: *Pomponius Lætus elegantia Romani sermonis contentus, nihil affectavit ultra*. Quibus verbis non ei Antiquitatum Romanorum peritiam

ritiam abnuat, sed aliarum laudum, quæ præter elegantiam sermonis exiguntur, ut quis inter Ciceronianos referatur. Sanè puræ erant dictionis amator, & historiæ veteris scrutator diligens. Neque hoc negat Vives: sed ait, totam ejus celebrem diligentiam, circa verba, & historias aliquot, tum saxa eruta, & monumenta diruta, consumtam esse. Idem erat linguæ Græcæ planè ignarus; Christianæ etiam religionis contemptor. Ac linguam quidem Græcam, ut Vives ait, propterea attingere ausus non fuit, nequâ peregrinitate Latinam contaminaret. Quod etiam refert Erasmus in vita B. Hieronymi. Romanæ autem vetustatis tantus erat admirator, ut, cum è salario discipulorum agellum, & domunculam, in Quirinali sibi parâset, atque ibidem, ut ipse vocabat, SODALITIUM LITERATORUM

a Verba
ipsa, quæ
in aditu
domus
Pöponius
adscribi
curârat,
hujusmo-
di sunt;
ut post-
modo ex
literis Pi-
gnorii,
ocularite-
stis, perce-
pi: POM.
PONI LÆ-
TI, ET
SODALI-
TATIS E-
SCULLI-
NALI.
Nempe
Esculi-
nâi ^{ἀρχαι}
ζῶν posuit
pro Esqui-
linæ.

(hoc in aditu adscriptum conspiciere erat a) constituisset: in ea natalem Urbis coleret, & Romulum: ut à Volaterrano quoque proditum est. Idem, quoties marmor aliquod effoderetur ex Urbis ruinis, illachrymabatur; ac, causam rogatus, addebat, *Admonitu meliorum temporum ploro*. Vergente tamen ætate, Christianam ei religionem curæ esse cœpisse, à quibusdam traditum est. Sed hoc utcumque est, mirum sanè ab animo suo impetrare potuisse, ut falsas inscriptiones obtrudere literatis vellet pro veris: quale testamentum illud, de quo V. Cl. Antonius Augustinus Romanarum & Hispanicarum Ar. iquitatum dial. xi. Cum Pontifex foret Pius II, Academiam Romanam nominis sui famâ ornabat. Quo tempore & Baptista Platina, & Philippus Gallimachus, ibidem claruere. Sed post obitum Pii apud Paullum II, (qui literis, & literatis, minùs favebat) exiguo in loco fuit. Et creditus ipse est unâ cum Platina in Pontificem conjurâsse: ac propterea, ut periculum evitaret, Venetias confugit. Cætera, quæ ad vitam ejus pertinent, petere licebit è discipulo ejus Sabellico, qui illius vitam descripsit. Aliqua etiam de eo Paullus Iovius in elogiis. Edidit, præter alia, compendium Historiæ Romanæ, ab interitu Gordiani usque ad Iustinum III, in quo Heraclii defecit imperium. Dicavit verò Francisco Borgiæ episcopo, & pontificalis ærarii præfecto. In hisce Cæsari-bus legas, quæ apud historicos non reperias. Ea vero hausit magnam partem ex panegyricis vet. Scripsit & librum de Mahomete. Item libellum de magistratibus Romanis; quem dicasse M. Pantagatho, indicat Sabellicus scholiis in Suetonii August. cap. xxxvi. Item signavit Antiquitates urbis Romæ: quamquam his memoriæ tantum causâ conscribilasse videtur; non, ut publici eas

juris faceret. Nec enim ea est dictionis puritas, quæ in aliis ejus scriptis elucet: usque aded ut B. Rhenanus penè arbitretur, alterius esse auctoris. Etiam ad Gasparem, Blondi filium, viram scripsit Statii poetæ, uti & patris ejus. Utramque Gyraldus Historiæ suæ de poetis inserit; sed ita ut, ubi erret, eum emendet. Plura Pomponii haberemus, nisi pleraque intercidissent direptione domus in seditione civili sub Pontifice Xysto. Aliqua tamen eorum non tam perire, quàm perditâ creduntur. Uti vita Quintiliani, & quorundam in eo capitum enarratio: item glossarium medicum: adhæc argumenta in epigrammata Martialis. Quæ omnia MSA, ac fortasse ipsius Læti manu exarata, supersunt in bibliotheca doctissimi ac amicissimi Pignorii. Non malè omnino de Crispo, & Livio, meritis est. Nam benè dicere non possum. Sanè quicquid penè adversus veterum eodd. fidem in Sallustio immutatum est, id Pomponio huic tribui debet. Septuagenarius decessit, cum frigidæ potu ventriculi calorem exstinxisset. Fuit aded egens, ut, morbo premente, necesse esset in Xenodochium deferri; cumque ibi vitâ excessisset, periculum fuerit, ne sepulturâ careret, nisi amicorum impensis elatus esset: quemadmodum Pierius Valerianus refert lib. II de infelicitate literatorum. Successit Pomponio huic in cathedra Romæ Augustus Baldus, seu Valdus, qui XI annis Latinas Græcæque literas docuit juventutem; nec multò post direptionem Urbis à milite Borboniano vitâ excessit, mœrore potissimum ob opes à Cæsarianis direptione eâ amissas: ut Scardeonius pluribus narrat.

JULIUS POMPONIUS SABINUS, Virgiliti interpretis, commentario in I Georg. meminit Itinerarii sui Scythici: ut est in epitome bibliothecæ Gesnerianæ editâ & adauctâ, à Simlero. Sed Pomponius Sabinus planè, judicio meo, idem est ac Pomponius Lætus, de quo dictum. Sanè examullim ei conveniunt, quæ in præfatione sua Daniel Cajetanus anno MDCCCCLXXXVI Cremonæ scribebat, *Adest, inquit, Pomponius Sabinus, vir nostri temporis doctissimus. Et mox, Sabinus hic unus est, qui in præclarissimâ Pii Pontificis II Academia optimas è situ literas in lucem cepit asserere. Item, Nec adhuc cessat notæ in as & marmor incisæ scrutari.* Addit etiam, multa in manibus habere, quæ propediem sint lucem visura. Unum objici posse video, Pomponium Lærum natum fuisse Amygdalariæ, magnæ Græciæ oppido: ut est apud Leandrum in Italiæ descriptione. Sed facilè ei occurritur. Nam quia è nobili quidem familia, sed illegitimè natus foret, *Sabinus* fortasse dici voluit, ut tegetet natales suos: quo modo

616 GERARDI IOANNIS VOSSI
modo & Pomponius dici maluit, quàm Petrus, etsi id nomen in sacro
baptismate accepisset.

BARTHOLOMÆUS SCALA natus est Florentiæ anno cD-
CCCCXXIV, atque anno ibidem obiit cDCCCCXCVII, ætatis LXXIII.
Philelphi ad eum epistolam habemus anni cDCCCCCLV, ut fuerit
tum annorum XXXI. Vexilliferatus honore insignis fuit, ut de eo
Paullus Jovius ait. *Vir erat doctus, ut potius Musarum alumnus, quàm in-
ter rotas molarum natus videretur*: quemadmodum de eo scribit Alber-
tus Leander in Italia sua: quo loco de Florentia tractat. De certa-
mine, quod ei cum longè majori viro, Angelo Politiano, erat, res
fatis nota est ex utriusque epistolis. Unde Erasmus in Ciceroniano;
*Scala sibi videbatur Tullianus, Politiano ne Latinus quidem videretur, adeo ut
ne sensum quidem communem illi tribuerit*. Condidit libris xx Historiam
Florentinam ab origine Urbis usque ad annum Chr. cDCCCCCL.
Sed morte præventus quinque tantum libris extremam manum im-
posuit. Incipit, *Fama est, & quidem pervulgata, à Fesulanis Florentiam
primum habuisse originem*. Signat hoc opus Ugolinus Verinus lib. I I
illustratæ Florentiæ:

*Scala quoque historias, & Lydia gesta Leonis
Explicat Hetrusci.*

Etiam literis commisit vitam Vitaliani Borromæi, quam Petro Me-
dici inscripsit. Adhæc orationem reliquit ad papam Innocentium
VIII. Habuit filiam Latinis Græcisque literis excultam, nomine
Alexandram: quæ nupsit celebri poëtæ, Michaëli Marullo, Tar-
chaniotæ, natione Græco, sed carmine Latino non minùs pollenti:
vivo sanè docto, sed de religione Christiana (ut Leander in Italia sua in-
quit) *hand sanè sentiente*: qui in Cæcina flumine per agrum Volater-
ranum in mare defluente submersus fuit. Exstant Politiani versus
Græci in laudem Alexandræ: item Alexandræ similes versus, qui-
bus Politiano respondit. Obiit Alexandra anno cDLDVI.

a An. 1530
b An. 1579
apud he-
redes An-
tonii Bla-
dii.

IACOBUS BRACELLUS Genuensis, vir eruditus, quinque li-
bris non ineleganter bellum descripsit, quod inter Hispanos, &
Genuenses, seculo suo gestum fuit. Hi Haganosæ a una cum VI li-
bris Pontani de bello Neapolitano prodierunt: posteaque b Ro-
mæ recus, atque à Bartholomeo Gorla dicari Ioanni Baptista Bar-
cellio, episcopo Sarzanæ, cujus Iacobus Bracellius proavus fuerat.
Orditur Bracellius ab anno cDCCCCXII, quo Ferdinandus alterius
Hispaniæ Rex, Siciliæ regnum fuit adeptus. Desinit in anno cD-
CCCCXLIV, quo Genuenses pacem fecere cum Alphonso rege, Ferdi-
nandi

nandi filio. Idem Bracellius reliquit librum de illustribus Genuensibus, ad Ludovicum Pisanum, qui ordinis erat Prædicatorii. Item oræ Ligusticæ descriptionem ad Blondum Flavium, qui Pontifici M. à secretis fuit. Atque utrumque hoc opus in Romana editione cum belli Hispaniensis libris prodiit. Habes & utrumque in Italiæ illustratæ scriptoribus viginti tribus: qui Andree Schorti cura in Germania prodierunt. Meminit Bracelli hujus inter illustres Genuenses Leander Albertus in Italia sua, ubi eum situm, locaque ditionis Genuensis descripsisse ait. Nempe respicit oræ Ligusticæ descriptionem antememoratam. Jovii in elogio Alphonfi tale de eo judicium est, cum bellorum Alphonfi *historiam non illepidè scripsisse*. Sed præclare imprimis de eo Bartholomæus Gorla in præfatione sua ad Sarzaniensem episcopum: *Equidem, inquit, probe novi quàm longè ab sim ab hac scribendi facultate: nec mihi tantum arrego, ut de tanta re meum judicium in medium adferre audeam: verum amen doctissimorum pariter & gravissimorum virorum testimonio niti si velim, contendere possim, auctorem hunc nostrum admirabili quadam laude ita se inter scriptores suorum temporum extulisse, ut post oppressam, atque vastatam à barbaris Italiam, eversamque usque eo eloquentiam, ut Latine desitum esset planè loqui, primum omnium istius generis scriptorem non modo jacentem excitasse; verum etiam obscuram penitus illustrasse, & in pristinum splendorem, quasi vindicasse videri possit. Sed hoc ex librorum ejus lectione clarius apparebit*. Hactenus ille.

CAROLUS VERARDUS, Cæsenas, cubicularius Pontificius, floruit sub Innocentio VIII, an. c. 1000 c. c. lxxxiv, & deinceps. Scripsit de expugnatione regni Granatæ. Idem historiam Baticam dialogis compluribus est complexus. Eos dicavit Raphaëli Riario, diacono cardinali S. Georgii.

BERNARDINUS CORIUS Mediolanensis, cum & patriæ suæ amans, & gloriæ propriæ avidus foret, rudi illâ quidem, & impolitâ dictione, attamen, ut potuit, magno sanè labore Chronica rerum Mediolanensium perscripsit: inque rebus sui temporis bonâ fide non solum voluit res consignare, sed etiam potuit; ut cui in aulâ versanti archiva secretiora paterent. Id opus, ut Jovius ait, à typographis illusum, spe lucri, sed magno rei familiaris damno, propriis excudi sumptibus curavit. Idem edidit Imperatorum vitas ab Jul. Cæsare, usque ad Fredericum Barbarossam. Ac vitas etiam poetarum, ac illustrium mulierum promisit: quas an emiserit, haut scio. Gesnerus ait, etiam historiam Cæsarum condidisse. Cum Galliano c. 1000 c. c. xcix, Mediolanum cepissent; casu, tum ducis Ludo-

vici Sfortiæ, prodicione capti (qui in Galliam est abductus, ubi & vitam finit) tum etiam Afcanii cardinalis, nondum quadragenarius decessit. De ætate quod dixi, ex eo liquet, quod anno **CLCCCCCLXXXV** (ut in præfat. ad Cardinalem Afcanium Sfortiam scribit ipse) tantum annorum fuerit xxv. Cæterum non me fugit Corium hunc Italicè scripsisse: attamen dicere haut possum, nihilne ejus vel Latine ab illo exaratum, vel ab interprete translatum superfit, propter quod Simlero memoretur. Neutrum si erit, præteriri debuit, quia de Latinis me scriptoribus acturum receperam.

Eadem ætate clarescebat **ANTONIUS GALATEUS**, qui natus fuit Galatinæ, Salentinorum oppido. Erat philosophus, medicus, atque idem poëta, & cosmographus; cujus tabulas à se visas laudat Ruffanus, & ex eo Leander in Italiâ suâ. Sanè quantus vir fuerit, scire possumus ex hendecasyllabis illis, quibus eum celebrat Jovianus Pontanus: item ex eo, quòd summus vir, Hermolaus Barbarus, dicârît illi paraphrasin Themistianam octo librorum *ἑξ ὀκτώ* *ἀποδόξας* Latine à se conversam, quam anno edidit **CLCCCCCLXXX**. Præter carmina Hetrusca, & quæstiones Physicas, etiam composuit commentarium de situ Japygiæ, opus, judicio Jovii, cum antiquis comparandum. Sanè eo magis meretur fidem, qui patria ei fuerit Iapygia, quæ eadem ac *Σαλαγία*, seu Sallentina. Nam Iapygiæ oppidum est Galatina, ubi se natum esse, ait ipse eo, quo dixi libello. In quo etiam refert, se prima literarum fundamenta hausisse Neriti, quòd & ipsum Iapygiæ est oppidum. Etiam refert ibi avum, & progenitores suos fuisse sacerdotes Græcos, Græcarum literarum, & Theologiæ minimè ignaros, sanctitate vitæ celebres. Item descriptionem edidit Calliopolis, urbis sitæ ad Summontium. Ad hæc villæ Laurentii Vallæ: quem libellum dicavit Accio Syncero Sannazario. Præterea reliquit epicedium, seu orationem in obitum Alphonfi regis. Laudationem etiam podagræ, festivum opusculum, jam podagricus, dolori leniendo conscripsit. Librum insuper composuit de optimo genere philosophandi, ex quo quedam adfert Ioannes Bernardinus Bonifacius, Oriæ Marchio epistola ad Voisium Gengium, patritium Venetum, qua ei Galatei Iapygiam dicat. Etiam cum Bellisarii Aquivivi, Neratinorum ducis, operibus conjungitur, & Galatei ad Bellisarium epistola, & Bellisarii ad eundem responsum.

Extremis temporibus Frederici III erat **NICOLAUS DATHUS** filius Augustini Dathi. Hic præter ea, quæ de studio eloquentiæ, & officio

officio scribæ, edolavit, etiam in literas retulit vitam patris sui Augustini, quæ operibus ejus præmittitur.

JOANNES MARIA POLITIANUS Carmelita, itidem claruit anno c16cccxix, ac scripsit vitam B. Alberti Drepanensis, & miracula ejusdem. Atque alia, quæ simul Venetiis edita fuere. Habes & eam Alberti vitam apud Surium ad VII Aug.

PONTICUS VIRUNNIUS, seu Virumnius, (qui Tritthemio *Virinius*) Tarvisinus, sub Ludovico Sfortia floruit anno c16cccxix. Varios poëtas commentariis illustravit; inque gratiam Badoeræ familiæ, claræ apud Venetos, atque à Britannis oriundæ, è decem Gaulfridi, Monumæthensis archidiaconi, ac post Asaphensis episcopi, libris, sex priores in compendium redegit a. Vide de eo Jac. Bergomatem lib. XVI, & Tritthemium in Catal. Quorum neutrum dicti operis meminisse miror.

a Excus
August.

1534 &
142. Hoi-
delb cum
Boda,
aliiſque.

PHILIPPUS CALLIMACHUS EXPERIENS Florentinus, odio Paulli II papæ (à quo in carcerem conjectus, & tormentis fuerat excruciat) concessit in terras, ut cum poëta dicam, alio calentes sole. Nam in Poloniam abiit; ubi à Casimiro rege Alberto filio præceptor datus, factusque Casimiro ipsi à secretis Moldavicæ cladis auctor est habitus, quasi suafisset ut nobilitas hosti ob contumaciam objiceretur. Idem his terris libellum exaravit de his, quæ à Venetiis acta sunt, quò Tartaros, & Persas, contra Turcas concitarent. Habes eum in Commentariis rerum Persicarum. Signavit etiam historiam de Attilâ, qui Bonfinii Hungariæ Historiæ adjungi solet. Item libros tres condidit de rebus ab Uladislao, Poloniæ, atque Hungariæ rege, gestis. Quem itidem reperies inter scriptores de rebus Hungaricis. Id opus non dubitat Iovius dicere adeò eleganter, atque exactè compositum esse, ut omnes, qui à Cornelio Tacito, per tot secula id scribendi genus attigerint, suo judicio superârît. Atque hæc quidem, de rebus Hungaricis scripsit pellectus munificentia Matthiæ Haniadis, Ungariæ regis. Alia quoque quæ ediderit, apud Tritthemium vide ad annum Chr. c16cccxix. Meminit ejus & Raphaël Volaterranus lib. VII: ubi Callimachum Geminianensem, familiarem suum, vocat, ac ingenii solertiâ, ex paupere divitem factum ait. Geminianensem verò appellat, quia ortus Sangeminiano, Hetruriæ oppido, quod Desiderius, ultimus in Italia Longobardorum regum, condidit. Tritthemius, uti & Funccius, & alii, vocant Florentinum, quia oppidum id, etsi antea in Senensium fuerit potestate, tum tamen Florentinæ ditionis erat. Vitam Cal-

limachi perstrinxit Cromerus lib. xxx rerum Polonicarum : cui magis credi debet, quàm Iovio : ut qui multa à vulgo potiùs haurire, quàm rerum gnaros consulere soleat. Sed & vide, quæ refert Gyraldus dial. i de poetis sui temporis, & Io. Michael Brutus, in vita, quam Callimachi de Uadislao historiæ præmisit. Obit Cracovie anno c13cccxvi, 1v Kal. Novembris.

Epitaphium ejus ejusmodi :

*Exuvias præter, pellemque, atque ossa Latini
Nil hic Callimachi terra Polona tegit.
Illa Borysthenides rapuere, tenentque Camæna,
Quarum primus amor, gloria prima fuit.
Hoc perfecturus, si copulæ longa fuisset,
Venissetque suo juxta propago toro,
Sarmatide è nympha; ne barbaræ terra videri
Posset, Romæ vel minus apta togæ.
Sed mors invidit: qua nil odiosus atque
Quæ feritas tacito non caret opprobrio?
Æneus est tumulus, mors ænea, & æneus ille
Qui legit hæc siccis tristia verba oculis.*

PAULLUS ATAVANTIUS FLORENTINUS, Ord. Serv. B. Mariæ, inter alia contexit dialogum de Origine Servorum; atque eum dicavit Petro Medici, Colini F. Archetypon ejus operis est in bibliotheca Medicæa. Etiam consignavit vitam B. Francisci Senensis, Ord. Serv. Item librum de laudibus Philipp: Florentini, instauratoris ordinis Servorum. Decessit anno Christi c13cccxix, ætatis suæ LXXX.

DONATUS BOSSIUS, civis Mediolanensis, edidit chronicon ab initio mundi usque ad sua tempora. Item de episcopis, & archiepiscopis Mediolanensibus usque ad annum c13ccclxxxix, quo vixit. Prodiit Mediolani anno c13cccxci. Meminit & Trithemii appendix.

CELSUS MAPHÆUS Veronensis, Canonicus regularis Lateranensis, edidit libellum de vita B. Tusculanæ anno c13ccclxxiv, cujus mihi indicium ex Veronensium scriptorum syllabo antehac etiam memorato.

HERMOLAUS BARBARUS, patricius Venetus, natus fuit anno c13cccliv, XXI Maji. Francisci Barbari, viri doctissimi, filius erat, Zachariæ Barbari nepos, ut quidem Philippus Bergomas scribit. Sed ab eo abit Volaterranus, qui Franciscum Barbarum ejus patrui

patrum fuisse ait: unde & alibi Hermolaum vocat Francisci necessarium. At non alterum tutius hac in re sequi possumus, quam Andream Brentium Patavinum. Ejus verba hæc sunt in epistolâ ad Zachariam Barbarum, quæ mihi Pignorius suggestit: *Nimirum in te omnia Francisci Barbari patris virtutum lumina elucescunt. cui certè multum Latina lingua debet, tot tantisque ab eo libris, partim compositis, partim conversis. à quo minime degenerat Hermolaus filius, te tanto patre non indignus.* Puto eundem esse Franciscum Barbarum ad quem exstat epistola Phililephi anno scripta *CLCCCCXXXVII*, & *CLCCCCXXXVII* semel, iterumque, & *CLCCCCXLI*, & *CLCCCCXLI*, & *CLCCCCXLIV*; quem & virum clarissimum vocat epistola scripta ad Victorium Feltrensem, ubi se Constantinopoli ad Barbarum hunc misisse ait Aristotelis Rhetorica ad Theodectem. Primùm Hermolaus legatus fuit Venetus, hinc patriarcha Aquilejensis, ac ut aliqui referunt (eosque inter Joannes Rioche Minorita in compendio historico) tandem factus est Ecclesiæ Romanæ Cardinalis.

Qua de re adscribam longiusculum Petri Bembi locum ex historiae ejus Venetæ libro primo: *Eo mortuo Innocentius Patriarchatum (sic enim appellant) Aquileensem, quem is multos annos obtinuerat, Hermolao Barbaro, legato apud se Veneto attribuit. quod ubi civitas intellexit, tamen si Hermolaus ad Senatum scripserat, coactum se à Pontifice vestem senatoriam mutavisse: quoniam tamen sacerdotiis cooptari cives Veneti, qui legati Romæ essent, leges prohibebantur, graviter tulit ausum illum contra patrias leges facere. Auxit ejus rei magnopere invidiam quod antea ex Hermolai literis, quas ad Senatum de Bardi morte dederat, more institutoque majorum comitiis senatoriis præjudicium patres fecerant, cujus ipsi civis nomen ad id adipiscendum sacerdotium Innocentio commendarent: itaque deceptos in eo sese ac propè delusos querebantur. Erat omnino Hermolai propter ejus summam in literarum, atque optimarum artium studiis præstantiam, magnum apud exteras nationes nomen, apud suos quidem certè maximum: nam ad doctrine singularem opinionem etiam viâ perpetuam innocentiâ adjunxerat: simul is multum patris opibus, & gratia, qui summo proximum in civitate magistratum gererat, multum clientelis necessitudinibus, propinquitatibusque pollebat quibus tamen in rebus satis sibi præsidii non habuit, cum pluris à patribus una legum charitas, majestasque, quam ullorum civium omnibus aucta nominibus dignitas, atque claritas feret. Decemviri enim literas ad eum severe scriptas dederunt morâ omni excusationeque sublata, sacerdotium repudiaret: id si non faceret, patrem magistratu remoturos, & bona ejus publicaturos præ se tulerunt. At pater perspectâ civitatis voluntate, omnibus tentatis rebus, cum jam eam flecti & le-*

vire posse diffideret, aegritudine animi est mortuus. Filius non multò post Roma, editis Plinianis castigationibus, immensi prope laboris opere, privatus plebejo morbo perit. Eum vita finem Hermolaus habuit, omnium ex sua civitate, qui ante illuminati essent, Latinorum & Græcorum literis plane doctissimus. Ab anno ætatis duo vigesimo scribere orsus fuit: cumque alia multa edidit, quæ doctorem manibus versantur: tum etiam Plinii Veronenfis (non Novocomensis, uti apud Jovium est) Historiam Naturalem accuratè castigavit. Idem librum reliquit de conscribendâ historiâ, quem dicavit M. Antonio Sabellico, historiographo. Alia etiam inedita hæcenus parabat, quæ cujusmodi fuerint, cognoscere est ex præfatione ejus Castigationum in Melam. Proprietatis vocabulorum in utraque linguâ curiosus erat, moribus castissimis, adeoque à fastu alienus, ut sæpe, sicubi dubitatio oborta esset, proximos, ac familiares consuleret, atque aded à quovis discere paratus esset: quemadmodum de eo Volaterranus testatur. Erasmi in Ciceroniano tale de eo judicium est. Vocat verè magnam, ac divinum hominem, sed in dicendo Ciceroni dissimilimum, & ipso, pene Fabio, Plinioque elaboratiorem, cujus eloquentiæ nomibil offecerit philosophiæ studium. Petrus Bembus lib. VI, epistola ad Danielelem Barbarum (qui fratris filius erat) vocat Hermolaum doctissimum, præstantissimumque omnibus in disciplinis virum, sanctissimumque hominem. Vide & laudationem ejus apud eundem Bembum initio libri de culice: quo Barbarum hunc, & Pomponium Lætum (cujus Barbarus fuerat sectator) colloquentes inducit. Sepultus est Romæ ad S. Mariam de populo: ubi talis inscriptio legitur:

*Barbariem Hermoleos Latio qui depulit omnem,
Barbarus hic situs est; utraque lingua gemit.
Urbs Venetum vitam, mortem dedit incluta Roma;
Non potuit nasci clarius, atque mori.*

Obiit XII Kal. Jun. anno Chr. ccccxcxii, ætatis suæ xxxix. Volaterranus ait decessisse mœrore, quod à Senatu Veneto missus orator, præter auctoritatem Senatus sui, ab Innocentio factus esset patriarcha Aquilejensis. Sed aliter Petrus Crinitus lib. I. de hon. disc. cap. VII. ubi pestilentiam Romæ extinctum refert: ac Pici Mirandulæ officium erga morbo hoc affectum exponit. Atque idem etiam legas apud Jovium in elogiis. Mirum sanè hæc fugisse Volaterranum, qui nescio quæ de magnopere mœrentis contumaciâ, atque exilio, φλαπεῖ. Uti & illud in eo reprehendit,

dit, quod Plinium castigandum susceperit, opus, ut ait, impar dignitati, & vitæ suæ instituto. Utinam sic à multis ejus dignitatis, atque instituti, peccaretur. Et sanè cogitare debuerat Volaterranus, jam antequam ad Episcopatum proventus esset, parata majori ex parte habuisse, quæ ad istud opus pertinerent. Neque propterea Episcopale munus, quod seu volens, seu invitus susceperat, neglexit. Aliud sanè inter cætera arguunt conciones ejus, quæ Patavii MSSæ exstant apud Eremitas. Aliquantò postquam ista exarasset, in manus meas venit elegans opusculum Joannis Pierii Valeriani, quo agit de literatorum infelicitate. Id unà cum aliis non paucis scriptoribus, qui proximis hisce annis in Venetorum ditione prodissent, illustrissimus Dominicus Molinus, ut munificè, ita percommode transmisserat. Eo quippe in libello inter alia, quæ de tristi doctorum virorum exitu paucis cognita exponit, etiam offendi, quæ verissima esse docerent, tam illa, quæ de exilio ac mœrore Hermolai prodiderat Volaterranus; quàm quæ de pestilentia morbo Crinitus, & Jovius, retulissent. Hunc quippe in modum Pierius eo in opusculo rem narrat: *Hermolauus Barbarus, Venetus Senator optimus, vir, quod omnes fatentur, ætate suâ literatissimus, eo ipso tempore, quo aliquam studiis suis quietem se adsecutum arbitrabatur; dum Romæ apud Alexandrum Sextum, Pontificem Maximum, Venetæ nobilitatis nomine Oratorem agit; summisque vigiliis intermortuam bonarum litterarum, neque non & disciplinarum gloriam suscitavit; ob susceptum, inconsulto Senatu suo, Aquilegense sacerdotium exul factus, & de possessione ejectus, vitam inopem aliquamdiu traxit Alexandri Pontificis summi sportulâ quodammodo sustentatus: paucis verò post mensibus pestilentia contactus, desertus ab omnibus, infelicissimo mortis genere oppressus est; quique laudatione, & eloquentiâ suâ innumeros atatis sue homines illustraverat, & funere, & honore sepulchri ita defraudatus est, ut ubi sepultus, quove hominis cadaver conjectum fuerit, ignoretur.*

Hermolao Barbaro à secretis fuit JOANNES ANTONIUS PANTHEUS, Veronensis, qui de Pliniorum patria scripsit, ac tridui confabulationes de thermis Calderianis; quod opus Vincentiæ primum anno MDCCCCLXXXVIIII prodit, posteaque cum scriptoribus aliis de balneis Venetiis est recusus anno MDCLIII. Libros ejusdem de urbe Verona citat Torellus Sarayna. Sed eos videre nondum contigit: nec Italicè, an Latinè eos scripserit, scio.

Circa idem tempus florebat DONATUS ACCIAIOLUS (qui

(qui Leandro Alberto ACCIEVOLUS) Neri filius, ab antiqua stirpe Florentinus; vir in Rep. occupatissimus, nec tamen studiorum veterum planè desertor. Nam, præter alia, Plutarchi Hannibalem, Scipionem, Alcibiadem, ac Demetrium, convertit. Ipseque composuit vitam Karoli Magni. De hoc, quæ adfert, hausit ex Eginhardo, genero Karoli Magni: de quo dictum nobis libro superiori. Hoc Donati opus de vita Karoli cum Plutarchi vitis conjungi solet: unde, (ut etiam monitum nobis, cum de Turpino superius ageremus) spissus ille error obortus est Wicelio in *Hagiologio a*, ut scriberet, se Karoli vitam ex Plutarcho desumpsisse; cum satis constet, Karolum annis amplius sexcentis vixisse post Plutarchum. Exstat Philelphi epistola anni MDCCCCLII ad Donatum Aetiolum. Puto eundem. Quanti eum fecerit Jacobus Piccolominæus, cardinalis Papiensis, ex ejus ad Donatum hunc epistolis compluribus satis liquet. Præclarum quoque ejus elogium est apud Ugolinum Verinum, Donati æqualem, lib. II Florentiæ illustratæ; tibi sic canit:

a Fol. 178

b Acciaole.

*Quis scripto, quis te, Donate, disertior ore,
Acciaole b fuit? quamquam tua clara propago est,
Tu tamen huic veros cumulasti laudis honores.*

Meminit & in Ciceroniano suo Erasmus. Fuit Donatus hic auditor Joannis Argyropoli Byzantini. Imò commentaria illa in Nicomachia Aristotelis multi arbitrantur non ipsius esse Acciaoli; sed prælectiones esse Argyropoli; ab Acciaolo autem descriptas, inque lucem emissas. Nihil tale tamen de eo Volaterranus. Qui inter alia: Donati, inquit, stylo nil dulcius optatur; *cujus & lenitas, & ornatus, mores ejus suavissimos refert. Et mox: In hoc præter lucras, & vitæ castitas, & justitia laudatur. Decessit in legatione, patrimonio filius non amplexo ob abstinentiam relicto. Filie vero ob ejus in Remp. merita, hanc alicui, quam Pauli Emiliæ, aut Aristidis, ere publico nupservit. Apud Paulum Iovium legere est, ut, cum ad opem à Gallis aduersus Xylum Pontificem poscendam profectus esset; Mediolani in itinere mortuus sit; atque inde Florentiam relatus, in Carthusiano ibidem templo fuerit sepultus. Contigit id anno MDCCCCLXXII, mense Aug. III. Est in obitum ejus hujusmodi Politiani carmen: quod & Florentia in Carthusiano legitur:*

*Donatus nomen, patria est Florentia, gens mihi
Acciaola domus, clarus eram eloquio.*

Francorum ad regem patriæ duci nator abirem,

In ducis anguigeri mœnibus occubui.

Sic vitam impendi patriæ, quæ me inde relatum

Inter majorum nunc cineres sepelit.

Etiâ Campani in laudem ejus versiculos reperies in Gentilis Urbinatis literis: quæ leguntur inter epistolas Jacobi Piccolominai, Cardinalis antè memorati.

IOANNES SIMONETA, Calaber, scripsit de rebus gestis Francisci Sphortiae, Mediolanensium ducis, libros xxxi. Eos verò dicavit nepoti Francisci hujus, Joanni Galeatio Mariae Sphortiae, duci Mediolanensi. Quàm bonâ autem fide ea scripserit, ipse in præfatione indicat verbis istis: *Hoc ipsum bellum, & re maximum, & memoriâ dignissimum, cui, dum gereretur, assiduè interfui, paullo diligentius scribere opera pretium duxi. Equidem omnia in commentarios, & eo ordine, quo gerebantur indies singula, celeri stylo deprompsi: si minus eleganter, minusque ornatè; at verâ, & incorruptâ fide. Nihil non à me scriptum est, quod vel non ipse viderim, & contemplatus fuerim; vel à locupletissimis testibus auctoribusque, vel etiâ ab ipso Francisco, dum ille de se modestissimè loquens aliquando præteritorum temporum pericula, resque per omnem fortunam, non tam ab se, quam ab aliis, gestas recenseret, acceperim: quod aliis laud quaquam contigit; si qui forsasse reperiantur earundem rerum scriptores, etiâ expeditores. Etiâ ad operis calcem, & argumentum plenius indicatur, & similiter ad fidem pertinentia afferuntur. Verba ea sunt: *Is commentarius ab primo Alphonsi in Italiam adventu, & ab quarto & vicesimo supra quadringentesimum & millesimum anno à natali Christiano, ad sextum sexagesimum usque annum, non dèvi Francisci Sphortiae solum, sed omnium Italicorum populorum, regum, & reipublicarum facta domi forisque continentur; tantâ fide, religione, literis prædita, ut nihil gratia atque adulacioni datum esse constet: quæ ceteriora habenda sunt, quod, qui scripsit, rebus serè omnibus interfuit. Ea nunc, regnante Joanne Galeatio vi, Mediolani ducis auspiciis, & jussu illustrissimi Ludovici Sphortiae, Antonius Sarotus impresit Mediolani, ix Kal. Octobres ccccclxxxvi. Simonetam hunc Franciscus Philelphus epistolâ, quam ad eum scripsit anno ccccclxxxix, vocat *ducalem secretarium*: commentarios verò ejus *disertissimos* appellat. Insignis historicus nuncupatur à Iovio in elogio Francisci Sphortiae. Operæ autem est scire, quam pro tali opera gratiam retulerit. Galeatio à conjuratis occiso acerba in eum, ac fratrem Cicnum, quæstione fuit inquisitum: ac fratri quidem præcisæ cervices: Ioannes autem post tormenta quomodocumque evasit: idque, ut Iovius ait, *valido apud ty-***

namum pudore, ne videretur ingratus sublatus, qui patrem, semina virtutis principem, ne unquam interiret, beneficio literarum immortalalem effecisset. Ex memorato Simonetæ opere luculentam ~~de rebus~~ de expeditione Papæ Pii adducit Mejerus in annal. Fland. a. an. c. 1300. c. lxxiii. a.

a Pag 233
c. 234.

T. ALEXANDER CORTESIUS carmine epico panxit laudes bellicas Matthiæ Corvini, Hungariæ regis. Iungitur Hungariæ Bonfinii historiæ. De eo sic Janus Duza pater præfat. altera annualium Batavicornum, quos carmine reliquit: *Post quos aliquot seculis interjectis natus Alexander Cortesius, vel hoc ipso commendandus, quod intermissam res gestas versibus scribendi consuetudinem nova laude reparavit, in illius regis virtutibus celebrandis, cujus magnitudo maximorum Poëtarum vires facile exhaustire potuerit.*

BONIFACIUS SIMONETA abbas fuit monasterii Cornu; quod Placentini tractus oppidum est: Patruus ejus fuit Joannes Simonera, is quem Sfortiæ gesta edidisse, proximè diximus. Bonifacius hic posteris transmisit persecutionum Christianarum, & pontificum historiam: sed eam non continuo filo tractavit; verum in epistolarum sex libros novo invento discerpfit; multaque iis ad rerum naturam pertinentia admiscuit: scriptor non exiguæ lectionis, sed qui, quantum videre possum, nihil habeat cæteris indictum, ut carere eo tutò possit historiæ studiosus. Vixit anno c. 1300. c. xc. ut vel argumento est prima epistola, quæ est ad Karolum viii, Galliarum regem.

Circa annum c. 1300. c. xc. claruit HUGOLINUS, seu Ugolinus VERINUS. Præceptorem suum vocat Christophorum Landinum a.

b Lib. 2.
illustrata
Florætiæ.

*Quo, Landine tuas percurram carmine laudes,
Præceptor venerande?*

At discipulum habet Petrum Crinitum:

*Discipulique mei Criniti carmina Petri
Æternum vivent.*

Pater fuit Michaëlis Verini, optimi, & castissimi adolescentuli; qui, relictis distichis piis, anno ætatis suæ xvii obiit. Notus de eo Politiani versiculus,

Ne se pollueret, maluit ille mori.

Et pater ipse Ugolinus Michaëlem deplorat his versibus:

*Quid referam nati Michaëlis funus acerbum?
Exstat opus, prohibetque pudor narrare, quid ille
Scripserit. Ingenii testes sua disticha restant,*

Qua sensa ostendunt angustiis grandia gyris.

PANXIT UGOLINUS libros tres de illustratione Florentiæ: unde ver-
sus eos exscripsimus. Primo eorum agit de laudibus veteris Floren-
tiæ. Altero exponit insignes civitatis viros, & res ejus gestas. Ter-
tius tractat de genealogia illustrium urbis familiarum. Hoc poëma
primùm Lutetiæ typis Rob. Stephani junioris prodit anno cIoIo-
LXXXVIIII: idque è bibliotheca Germani Audeberti Aurelii: qui
& aliquot MSi codicis lacunas supplevit, & depravata, aut vetusta-
te exesa, restituit. Conscripsit & Carliados opus, quod erat de Ca-
rolo Magno. Iidem heroico metro consignavit vitam B. Antonini
Florentini. Adhæc descripsit carmine expugnationem Granatæ,
& laudationem Philippi Benitæ, & opus de rebus cœlestibus, atque
alia. De excessu Ugolini ita refert is, qui poëmatibus quædam de
vita ejus præmisit: *Ceterùm Verimum hunc, annos cum peregisset LXXV,
aut plures, perhibent fato sanctum anno salutis cIoCCCCXC: qua tempestate
Leo x urbem Florentiam ingressus est: cum ibi jam antea, adhuc juvenis, ta-
lem hunc virum sibi habuisset præcipuum ad linguam Latinam ducem, atque ma-
gistrum.* Quibus non possum penitè assentiri. Nam Ugolinus lib.
II Florentiæ suæ, deplorat obitum discipuli sui Criniti, quem de-
cessisse ait undecimâ trieteride: hoc est anno trigesimo primo, vel
alterutro eorum, qui proximi consequuntur. Atqui Crinitus libros
suos de Honestâ disciplina Florentiæ edidit anno cIoIoIV: ut ex
præfatione auctoris constat ad Bernardinum Caraffam Neapolita-
num, episcopum Antiochensem. Non dubium igitur, quin postea
Ugolinus super fuerit.

ANTONIUS CORNAZANUS, Placentinus claruit anno
cIoCCCCXC. Carmine comprehendit vitam, & obitum beatæ virgi-
nis Deiparæ: prosâ autem vitam Bartholomæi Colonei, imperato-
ris Venetorum. Vide Jacobum Bergomatem in Suppl. Chron. lib.
xvi. & Tritthemium in catal. ut juniores mittam. Uterque illorum
Cornazanum Ferrariensem facit: uti & Simlerus. Sed Leander
in Italia ^a recenset eum inter viros eruditos Placentiâ ortos: ubi &
illud addit, Latinis ac vernaculis carminibus excelluisse. Omnem
autem dubitationem tollit editio vetus an. cIoCCCCXXII: quæ apud
Pignorium, & alios, adhuc invenitur. Titulus ejus hujusmodi est: *Ad
serenissimum Venetorum dominum, ejusque civitatis principem clarissimum, de
fide & vita Christi, Antonii Cornazani, Placentini vatis, liber incipit.*

^a In de-
scriptione
Lombar-
dia Cisp.
pag. 379.
edit. Co-
lon.

HIERONYMUS ALBERTUCIUS BURSELLUS, qui & à
patriâ Hieronymus de Bononia appellatur, Ordinis Præd. circa idem

tempus Chronicon condidit ab origine mundi, usque ad annum c13ccccxci. Item confecit annales conventus Dominicani Bononien-
sis ab instauratione vitæ regularis ad sua usque tempora. Præterea
posteris profuit signando annales Fratrum Ord. Dominic. Et tabu-
las duas, unam de magistris generalibus Ord. Domin. alteram de
ejusdem ordinis illustribus viris. Obiit pleuritide Bononiæ anno
c13ccccxcvii, vii Kalend. Decemb. Vide Leandrum Albertum de
illustribus viris Ord. Præd. lib. iv: qui & ejus meminit in Italia sua,
ubi Romanulam describit.

ANGELUS BASSUS, qui notior altero nomine POLITIA-
NI: quomodo vocatus à Monte Politiano, Hieruriæ oppido; ubi
an. c13cccclii prid. Idus Quinctiles natus erat. In Græcis discipulus
fuit Andronici Theffalonicensis: qui peritiâ ejus linguæ proximus
à Gaza erat, & judicio aliquorum, etiam præstabat; ceteri Latinâ mul-
tùm cederet. Instituit liberos Cosmi Medicis; eosque inter Joannis
Medicis, qui Pontificatum adeptus vocabatur Leo x. De politie
styli ejus res notior est, & vivente etiamnum erat, quàm ut dicere de
eo quicquam sit opus. c sedulò operam dabat, ne hac parte glo-
riam partam amitteret. Unde de eo sic Volaterranus lib. xx i: *Mibi
solebat epistolas, cum Græcas, tum Latinas, scribere: sed sermone vernaculo plu-
res: quod frequenter faciebat occupatus, ne nasus aliquis stylo offensus irripi-
ditato, præjudicatus jam: de eo opinioni officeret.* Fuit sacerdos, & canonicus
Florentinus, ac illustris viri Laurentii Medicis alumnus, Joannis
Pici Mirandulani studiorum socius individuis. I. Latinas Græcæque
litteras annis xi Florentiæ docuit: ac, præter alia, Herodian histo-
riam luculentè vertit, ceteri æmuli sperierint, laborem eum fuisse Gre-
gorii Tiphernatis. Quæ de re ita Jovius in elogio Tiphernatis: *Fa-
mâ quoque fertur, Herodian historiam ejus ingenio, laboreq; fuisse translata: quasi
eas morienti subtraxerit Politianus, vir in literario negotio sæpe convictus fuit.
Sed vix credibile videtur, ut vir in omni dicendi facultate opulentissimus idem, at-
que promptissimus, ex alieni ingenii labore famam probro & calumniæ redundantem
quæsisse voluerit.* Idem Politianus condidit brevem historiam, seu com-
mentarium de conjuratione Jacobi Pacci, equestris ordinis viri, &
aliorum ejusdem familiæ, & quorundam è Salviatorum gente, ad-
versus Laurentium, & Julianum, & universam domum Medicam.
Hanc historiam Latinè ornatissimeque perscripisse, etiam Pauli Jo-
vii in doctorum virorum elogiis judicium est. Pluraque de ejus
virtutibus, & vitiis, apud eundem Jovium vide. Aliaque aliorum de
eo videre possis in opere nostro de Poëtis Latinis, & apud Bartholum

Adversariorum lib. XLVII. cap. v. & displiceat, quod Petrus Bem-
 cum pene initio disertationis de imitatione vocat doctum & inge-
 niosum, sed non multum prudentem. Nolim tamen de eo conten-
 dere, quod candori ejus non multum tribuit Guilhelmus Budęus An-
 nor. in Pandectas; ubi sic scribit: *Plutarchus in eo libro, quem de Ho-* a Pag. 182
mero composuit: qui liber nondum Latinus ex professo factus est, licet Politianus; edit Rob.
vir ille quidem excellentis doctrina, sed animi non satis ingenii, ex eo libro rerum Steph.
summas ad verbum transcribens, quasque flores praecepens, non erubuit id opus,
pro suo edere, in quo nullam, praeterquam transcribendi, ac vertendi operam nova-
verat. Decessit Florentiae VIII Kal. Octobr. XL solium, ut est apud Vo-
 laterranum; non, ut est apud eundem Jovium, annos natus XLIII.
 Fuit id Christi anno, non MDIX, ut complures, eosque inter Eberus
 in Fastis, & Elias Reusnerus in diario historico, tradunt; sed MD-
 cccxciv, eoque quo decessere Hermolaus Barbarus Venetus, & Io-
 annes Picus Mirandulanus: ut de tribus his testatur ille, qui b Mat- b In edit.
 thiam Palmerium continuavit. Quod si ejus testimonium haut suffi-
 cit, at omnem scrupulum eximet Marsilius Ficinus, epistola ad Ger-
 manum de Ganai, ubi cum de obitu Joannis Pici Mirandulani egis-
 set, subjungit, *ut nota sit tibi reliqua literarum jactura hoc auctumno Florentiae*
facta; Angelus Politianus noster, Latina, Graecaq; lingua doctissimus Septembri
proximo ante Pici obitum migravit e vita quadragesimo etatis anno. At Picus
 decessit an. MDcxciv, ut inter omnes convenit. Praeter alios, Pe-
 trus Crenatus ei epitaphium scripsit: in quo ista legas:

Fovit benigno me sinu Flora, & illic
In fata cessi, Parthenopeos reges
Cum Gallica arma irruerent minabunda,
Tu vale, & hoc sis merui memor nostri.

Sed haecne, vel Politiano sunt digna, vel Politiani discipulo, Cri-
 nito? Quid enim apertius est, quam *suad' ortus* istos praeter metri le-
 gem, ita claudicare, ut plura in metro vicia sint, quam versus? Quod
 non retuliffem, nisi versiculi illi, & in duodecimo Epistolarum Po-
 litiani libro (qui ferè adoptivis Epistolis constat) adferrentur, &
 Jovius eos tanti duxisset, ut in doctorum eos elogii referret. Vulgo
 fertur, obiisse Politianum, saedi amoris impatientia capite in parie-
 tem illiso. Sed id fabulam esse a malevolis confictam, ait Pierius Va-
 lerianus lib. II c de literatorum infelicitate. Censet autem, deces- c Pag. 70,
 sisse moerore, eò quod inclinare jam videret fortunam Petri Medi- 71.
 ces, quem literis imbuerat.

PACIFICUS MAXIMUS patriam ASCULANAM, praeter inve-
 K k k k 3 ctivam

ctivam in Ang. Politianum, etiam carmine condidit libros duos de Lucretia, quæ vim passâ à Tarquinio manus sibi attulit: item libros totidem de Virginia à patre Virginio interempta, cum eam Appius Claudius stupro destinasset. Dicavit autem Angelo Colorio Æfinati. Adhæc fecit carmine libros septem de bello Cyri, regis Persarum, de bello Syllæ & Martii libros x i, de bello servili Spartacio lib. v i, atque alia: quæ partim anno c l i j, partim circa hoc tempus, in lucem prodierunt. Ordine equestri natus fuit, ac viginti lustris vixit; ut Camillus Damianus refert in epitaphio ejus, quod subijcitur Lucretiæ, ac Virginianæ, in poematis editione Fanensi anni c l o l o v i: unde & ante id tempus decessisse Pacificum cognoscimus.

C A P. IX.

Thomæ Scrope, seu Brandley, compendium historicam; aliaque. Variorum vitæ, atque acta, auctore Ioanne Lydgate. Thomæ Walsinghami hypodigma Neustriæ, Polychronici auctarium, & de Henrico v i liber. Ioannis Stouvi acta concilii Basileensis. Nicolai Bungei, ut vocat, adunationes Chronicorum. Ioannes Whet hampstedus, seu Frumentarius, de S. Amphibalo, viris illustribus, terra sancta, & gestis suis. Ioannes Blacuejus de mundi ætatibus. Rogerius Albanus de progenie regum Britannicorum. Anonymus de vita regis Henrici v. Ioannis Amundisham de vita Ioannis Frumentarii. Thadæi excerpta de aliquot sanctorum vitis. Ioannis Caprave Chronicon, & alia. Nicolai Montacutii reges Angliæ, scala temporum, episcopi Angliæ, pontifices Romani. Thomas Gascoigne de vita B. Hieronymi. Ioannes Chaundeler de gestis, ac laudibus variorum. Guilielmus Botonerus de antiquitatibus Anglicanis, & actis Ioannis Fastolphi. Ioannis Hardinge Chronicon & Scotiæ chronographia, deque jure regum Angliæ in Scotiam. Roberti Balæi opera varia. Ioannis Phree cosmographia, & translatio Xenophontis, ac Diodori. Ioannes Stonus. Nicolaus Kenton de vita Cyrilli. Guilielmi Grencei
hagio-

hagiologium Carmeliticum. Thomas Wigenbale de rebus monasterii Dieramenfis, & miraculis matris virginis. Gualterus Hunte, seu Venantius, de gestis concilii Florentii, ac plura ejusdem scriptoris. Guilhelmi Elphinstoni Chronicon de rebus Scoticis. David Morganius de antiquitatibus Cambriæ. Thomæ Rudburne geminum Chronicon: atque idem de rebus cœnobii Hidensis. Guilhelmi Caxtoni Chronicon, aliaque. Georgii Ripley vitæ, & liber de doloribus Maria, quas ea, patiente Christo, perpeffa est. Ioannes Rossus.

Venio nunc, si ita cum poëta loqui licet,

Ad penitus toto divisos orbe Britannos.

Apud hos, temporibus Frederici III, Angliæ imperium tenuit, primum quidem Henricus VI, usque ad annum cccccxxi: hinc Eduardus IV, usque ad annum cccccxxxiii: tum Richardus III bienio: ac deinceps Henricus VII.

Horum omnium temporibus vixit THOMAS SCROPE, aliàs BRANDLEY, nobilis Anglus, prius Carmelita in monasterio Horwicensi: exinde, consensu papæ Eugenii IV, Dromorienfis in Hiberniâ episcopus, & ad Rhodienses legatus. Hic non tantum ex Latino Anglicè vertit Philippi Riboti Catalani librum de gestis Carmelitici ordinis: sed Latine quoque composuit compendium Historiarum, & juris libros IX. item librum de sectarum introitu in Angliam, & alium de profectione suâ ad Rhodios. Propè centenarius obiit anno cccccxci.

Venio ad alios minùs longævos, quantum quidem ex iis constat, quæ veteres de iis prodiderunt. Anno cccccxi sub Henrico VI jam sexagenarius vixit JOANNES LYDGATE Anglus, Buriensis cœnobii monachus ad sancti Eadmundi. Scripsit vitas S. Eadmundi regis, S. Ethelstani, S. Fremundi principis, S. Mariæ, (quæ MSa Oxonii est in bibliotheca publica) B. Albani martyris: adhæc acta Guidonis Warwicensis: librum de Guidone, & Colbrando, & alia, quæ Balæus recenset. Etiam ex Ioanne Bocacio, & aliis, transtulit libros IX de casibus virorum illustrium: item de bello Thebano, de capta Troja, atque alia.

Claruit eodem tempore THOMAS WALSHINGHAM Norfolciensis, monachus ad S. Albani, Anglorum protomartyris. Hic regi suo dedicavit historiam suam, quam Græco nomine *Hypodigma Neustria*

Neustria inscripsit, eo quòd regionis hujus res gestas ostendat, atque enarret. Incipit eam à Rollone, primo duce Normannorum, eorumque irruptione in Britanniam, quæ contigit circa annum Chr. MCCCXCVII: ac perducit usque ad annum sextum Henrici V: qui Christi est MCCCCXVII. Præterea Chronicon edolavit de rebus Anglicis: quod ab Henrico III, in quo Matthæi Parisii historia desit, perducit usque ad annum XI Henrici V, Christi MCCCCXXII. Hic auctor MSus quidem Cantabrigiæ est in Collegio S. Benedicti: at anno MBLXXIV in lucem protractus fuit à Matthæo Parkero, Archiepiscopo Cantuariensi. Præter hæc autem etiam Polychronici, ab Ranulpho, Cestrensi monacho, concinnati, auctarium reliquit; quod incipit ab an. MCCCCXLII, ac terminatur an. MCCCCXVII. Denique & acta composuit Henrici VI, Britanniaë, Galliaëque regis; cujus temporibus vivebat.

Ejusdem regis ætate, circa annum MCCCCXL erat JOANNES STOVVS, monachus Benedictinus Nordvici ad S. Servatorem, & Theologiaë doctor Oxoniensis: Interfuit concilio Basileensi: interque alia, ejus Acta perscripsit. Meminit Robertus Talbotus, atque ex eo Balæus Centur. XI.

Item tum vixit NICOLAUS BUNGEY, patriâ Nordovigijs, sub Londinensi episcopo clericus, eidemque à sacellis. Contextuit opus, quod *Adunationes Chronicorum* inscripsit. Mentio ejus est apud Nicolaum Brigamum, atque exinde apud Balæum cent. XI. Item apud Guilielmum Botonerium, & ex hoc apud Pitæum in Ætate XV.

JOANNES WHETHAMPSTEDUS, qui & FRUMENTARIUS, Anglus, sub eodem rege claruit circa annum MCCCCXL, ac in Papiensi, & Senensi conciliis, tempore Martini V Pont. Rom. orationem habuit. Idem multa scripsit, atque inter hæc, historiam B. Amphibali, librum de viris illustribus, & de situ terræ sanctæ, item de rebus à se gestis. Vitam etiam S. Albani vertit.

JOANNES BLACHEJUS, vel BLAKENEY, Norfolcensis, circa annum MCCCCXLVII vivebat: ac cum aliis nomen invenit, tum opere de mundi ætatibus.

Circa idem tempus fuit ROGERIUS ALBANUS, Anglus, Hartfordiensis ex oppido S. Albani, Carmelita. Præter compendium historiaë Biblicæ opus reliquit, quo progeniem regum Britanniaë complexus est.

Anonymus Anglus conscripsit vitam regis Henrici V, camque
Henri-

Henrico VI regi dedicavit. Idem est, qui T. Livium Anglicè trans-
tulit. Meminit Pitæus.

IOANNES AMUNDISHAM, Anglus, ad fanum Albani mona-
chus, floruit sub Henrico VI ejus nominis Anglorum rege, anno Chr.
c̄cccci. Scripsit acta abbatis Ioannis Frumentarii : quem & vivum
magnificè, & mortuum pari affectu est persecutus.

Anno Christi c̄ccccvii, THADÆUS, qui aliis Tatheus,
abbas Scotorum Ratisbonæ, postulato Conradi, præpositi in Il-
minster, excerptit ex Chronicis Scotorum fragmentum de S. Ki-
liano, S. Virgilio, S. Lullo, atque aliis : quod repræsentat Canisius
Tom. IV Antiq. Lect. Dispiciendum autem, an non idem sit Tha-
dæus Romanus, qui res Frederici I carmine scripsit ; ac à Cuspinia-
no in opere de imperatoribus refertur inter eos, quorum operâ sit
usus. Sanè ætas convenit.

IOANNES CAPRAVE, vel *Capgrave*, Anglus Cantianus, mo-
nachus Augustinianus, & Theologiæ doctor Oxoniensis, ac tandem
Ordinis sui provincialis, vir longè doctissimus, præter commenta-
rios in Scripturam, cum alia consignavit, tum de nobilibus Henricis,
catalogum sanctorum Angliæ, de illustribus viris Augustinianis, &
vitam Humfredi, Glocestriæ ducis, Mæcenatis sui : item Chronicon,
quod MSum superest Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Obiit
Lynnæ, Nordovoliæ oppido, anno c̄ccccxiv, cum Richardus
III Angliæ regnum invasisset.

NICOLAUS MONTACUTIUS, quem aliqui Monacutium
dicunt, Anglus, claruit sub rege Anglorum Henrico VI, ac scripsit
opus de regibus Anglorum : item scalam temporum à nato Christo,
adhæc de episcopis Anglorum, item de Pontificibus Romanis. Hæc
omnia MSA habentur in bibliothecâ Hetonenfis collegii à prædicto
rege constituti : postrema autem duo MSA etiam supersunt in bi-
bliothecâ baronis Lumlejani.

THOMAS GASCOIGNE, nobilis Anglus, doctor Theologus,
& Academiæ Oxoniensis cancellarius, claruit circa an. c̄ccccxix :
nec modò plurimorum librorum thesauro bibliothecas ditavit, sed
ipse etiam aliqua composuit, & inter alia vitam B. Hieronymi Stri-
donensis, cujus summus erat amator, & admirator.

IOANNES CHAUNDELER, sive CANDELARIUS, An-
glus, Fontanensis seu Wellensis Ecclesiæ Cancellarius, floruit anno
c̄ccccxix : ac præter alia edidit gesta Guilhelmi Wickamii : item li-
brum de laudibus Thomæ Beckingtoni, Bathoniensis & Wellen-
sis epi-

sis episcopi, quo familiariter fuerat usus. Item laudes Bathonię, ac Wellię; atque alia. Ejus scriptorum archetypi supersunt in bibliotheca Fontanensi, iique auro, ac minio, & serico villosa, insignes.

GUILIELMUS BOTONERUS, nobilis Anglus, Bristolien-sis, equestris dignitatis, idem mathematicus, & historicus, & medicus, annorum erat XLV, anno c̄l̄ccc̄cl̄x; quo inter Henricum, & Eduardum reges, acre bellum erat. Scripsit antiquitates Anglicas: & acta Joannis Fastolphi. Falli puto Brianum Twinum lib. II. de Antiquitate Academia Oxoniensis; ubi Balæo eundem esse ait Guil. Botonerum, & Guil. Worcestrium: de quo postea dicitur. De Botonero quidem agit ille: sed de Worcestrio apud eum silentium est.

JOANNES HARDINGE, Anglus, primùm adversus Scotos militavit, postea Chronicon condidit. A fictio Bruto exorditur. Ac usq; ad regem Henricum IV refert, quæ ab aliis jam tradita erant. Sed LXI annis, quos adiecit, narrat res suæ ætatis, magnâque parte sibi visas. Præterea edidit brevem chronographiam Scotiae. Item librum, quo exsequitur, ut Scotiae reges se regibus Angliæ submiserint. Vide, quæ de hoc Balæus adfert Cent. VII. cap. xxx. Floruit jam senex sub Eduardo IV, anno c̄l̄ccc̄cl̄xi.

ROBERTUS BALÆUS senior, Jurisconsultus, sub eodem Eduardo claruit anno c̄l̄ccc̄cl̄xii, ac reliquit Alphabetum sanctorum Angliæ, gesta regis Eduardi III, Chronicon urbis Londinensis, ac instrumenta libertatis ejus urbis, deque ejus præfectis, & consulibus.

Eodem regnante, anno c̄l̄ccc̄cl̄xv, vivebat **JOANNES PHREAS**, seu *Phreus*, Londinensis. Hic Cosmographiam composuit: cujus MSum exemplar affervatur Oxonii in Collegio Balliolensi. Idem Xenophontis aliqua, ac Diodori Siculi partem, aliâq; vertit Latine. Papa Paulus II usque adeò capiebatur translatione sibi dicatâ, ut eum designaret episcopum Bathoniensem. Sed Phreas, priusquam inauguraretur, è vita excessit, an. c̄l̄ccc̄cl̄xv. Veneno à competitoro extinctum fuisse, suspicio erat.

Iisdem temporibus in prærio erat **IOANNES STONUS**, vel **STONÆUS**, Anglus monachus ordinis S. Benedicti, apud Cantabrigienses (Cantuarenses scribit Pitseus) ac præter Decreta quædam, & sententias Patrum speculativas de fide, spe, charitate, etiam grande opus condidit de obitibus, & aliis memorabilibus
sui ce-

fui cœnobii. Quod volumen in lucem emisit anno Christi cœcccc-
LXVII, monachatus sui quinquagesimo. Opera ejus omnia MSA
Cantabrigiæ adservantur in collegio S. Benedicti.

Tum quoque erat aliquo in honore ejusdem Anglicæ gentis scri-
ptor NICOLAUS KENTON, sive, ut Sixto Senensi vocatur,
Chetton, Carmelita, & doctor Theologus: qui vitam compo-
suit Cyrilli, ejus puto, qui episcopus fuit Alexandrinus. Item
alia reliquit, quæ Balæus recenset. Obiit sub Eduardo IV, anno
cœccccLXVIII.

GUILHELMUS GRENEUS, seu *Vivetus*, sub Eduardo IV,
Angliæ rege, vitam agitavit: cumque monachus foret B. Ma-
riæ de monte Carmeli, *Carmelitarum hagiologium* potissimum con-
textuit.

THOMAS WIGENHALE, Præmonstratensis, natione Anglus,
claruit sub rege suo Eduardo IV, anno cœccccLXX, ac historiam fecit
monasterii sui, quod Dierami apud Nordovolcas fuerat. Et quia
cœnobium illud dicatum erat B. Mariæ, etiam librum edidit de mi-
raculis B. Virginis Mariæ.

Eodem tempore floruit GUALTHERUS HUNTE, qui & VE-
NANTIUS vocabatur. Anglus erat, ac professione Carmelita. Quan-
tinominis fuerit, argumento erit, quod universæ Angliæ nomine
missus fuerit ad synodum, quæ Ferrariæ primùm, ac post Florentiæ
habebatur: ubi Græcos Latinosque disputantes audivit. Descripsit,
quæ utrobique acta essent. Etiam Comestorem idem in compendium
redegit, ac duodecim chronicorum excerpta (non exceptiones, ut
pro eo Gesnerus, & ex hoc Possevinus ait) edidit: item epitomen
fecit historiarum: longæque plura commentatus est de controver-
sis Theologicis. Obiit decrepitâ etate, an. Christi cœccccLXXVIII,
temporibus Eduardi IV. Meminit ejus & Petrus Lucius in biblio-
thecâ Carmelitarum.

GUILIELMUS ELPHINSTON, Scotus genere, & doctrinâ
illustris, episcopus Aberdonensis, regni Scotici cancellarius, & re-
gii signaculi custos, claruit anno Chr. cœccccLXXX, temporibus re-
gis Jacobi III. Præter conciliorum statuta, etiam Scotorum chro-
nicon reliquit: in quo præ aliis, imò usque ad eò, ut majorem iis hi-
storîe suæ partem debeat, duos hosce sequitur, Veremundum, fani
B. Andree archidiaconum, & Ioannem à Campobello: ut agnoscat
ipse, ac præterea auctor est nobis Hector Boëthius in historîe suæ
Scoticæ præfatione.

DAVID MORGANIUS, ex Cambria oriundus, innotuit sub Eduardo IV Anglię rege anno c13ccccclxxx. Prodidit antiquitates Cambrię: item claruit ejusdem regionis descriptione, in qua præcipuè patriam suam Morganiam illustrat.

THOMAS RUDBURNE, Anglus, aliüs à Rudburno, Menevensi episcopo, de quo superius dictum, quippe monachus Wintoniensis, geminum Chronicon de rebus gentis suę exaravit: unum majus; alterum, quod breviarium Chronicorum vocavit. Item consignavit res cœnobii Hidenfis. Floruit anno c13ccccclxxx, regnante Eduardo IV. Eum testem adveiat, atque etiam visum sibi ait, Joannes Rossas; de quo postea dicam.

GUILHELMUS CAXTONUS Anglus, præterquam quòd varia historicorum opera ex Gallica, vel Latina lingua, Anglicè transtulerit, etiam ipse Anglicè composuit plurima, quorum nonnulla à Latinis scriptoribus sunt translata. Edidit Chronicon libris VII, quod *Fructus Temporum* inscripsit. In eo à gigantibus auspiciatur; quos primos Angliam incoluisse autumat. Progreditur autem usque ad annum XXIIV Eduardi quarti; hoc est, annum Christi c13ccccclxxxIIII. Etiam historiam contexit Arturi regis, item vitam Eduardi Confessoris, adhæc Britannię totius descriptionem. Idem continuavit appendicem, quam Joannes Trevisa Polychronico addiderat. Hujus Caxtoni Chronicon in opere suo Latine transtulit Joannes Scotus; sed resectis, quæ improbaretur. Nec enim pauca sunt, ubi judicium requirat. Unde historię suę Scotticę lib. IV cap. III, cum narrasset, ut Joannes rex à monacho quodam cœnobii Swynesheid, hoc est, capitis porcini, veneno esset sublarus, subjungit hæc verba: *Caxtonum, Anglum historicum, in hac parte ad litteram imitor: solum linguam nostram Britannicam in Latinam interpreter.* Idem cap. XIII: *Circa hanc materiam Caxtonus historicus Anglus sic recitat. Ac postquam majorem capitis ejus partem ex Caxtono descripsisset, addit: Ecce Caxtoni Angli historiam, quam de lingua Anglicana in Latinam convertimus. Non solum improbabilia, sed sibi hanc coherentia, vir iste cudit. Omnium enim probabilitate vacat, ut duos reges, superiorem, & inferiorem, si subiectum Scoti eligerent, peterent, aut caperent.* Item cap. XXI: *Ecce, quoniam paciores gestas illius temporis Anglus historicus, quem sequimur, recitat, paucis verbis improbabilibus à me resectis, & reprobatis.* Item lib. V. cap. XVII: *Postea in vectivam in Robertum, & Davidem Brites Caxtonus sacit, quot verba, tot mendacia assumens. Caxtonum hunc Simlerus, uti &, qui eum sequi solet, Possévinus, vixisse aubi-*

tratur anno c. lxxxviii. Sed falli eos, satis arguunt, quæ diximus. Quamquam verò Anglus foret, tamen magnam ætatis partem, puta annis xxx, in Flandria egit apud Margaritam, Burgundiæ ducem, regis sui Eduardi sororem.

GEORGIUS RIPLAY, Anglus, prius Bridlingtonæ Canonicus regularis, ac postea in fano S. Botulphi Carmelita, præter compendium alchymie (quod MSam superest in bibliotheca baronis Lumleji) aliaque multa, etiam literis commisit vitam Botulphi abbatis, item vitam Ioannis Bridlingtoni, adhæc historiam, ut vocat, compassionis Mariæ, & quædam alia, quæ suggeret Balæus. Vivere desit sub rege Henrico VII, anno c. lccccxc.

IOANNES ROVVE, aliàs ROSSUS, Anglus Warwicensis, scripsit antiquitates Warwicensis, & Chronicon Warwicense, item de comitibus Warwicensibus. Adhæc de Academicis Britannicis, à quo diversus non videtur liber, qui de regibus inscribitur; ut observat Brianus Twynus lib. 1 a apolog. Academiæ Oxoniensis; atque idem lib. 11 b ostendere nititur. Historia Ioannis Rous MSa exstat Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti: ut est apud Th. James.

CAP. X.

Maximiliani Cæsaris commentarii de gestis suis. Nicolaus Simonius de vitis variorum, ac ejusdem historia Carmelitica. Philippi Wielani historia Flandriæ, Brabantiæ, & Cameracensium Principum ac Episcoporum. Iacobus Reimolanus de vita S. Ioachim. Iacobi Wampbelingi epitome rerum Germanicarum, ac liber de vita Dietheri. Egidii Aurifabri Carmelitæ historia Brabantæ, ac Chronicon sui ordinis. Rodolphus Langius de Hierosolymis, & obsidione Novisionensium. Folkeri Simonii Chronicon Frisiæ. Sebastiani Brant vitæ, Chronicon, alia. Arnoldus Bosstius de illustribus Carmelitis, & Cartusensibus. Conradus Celtæ Procuçius de situ Germaniæ, & vita S. Sebaldi. Ioannis Gerbrandi de Leidis Chronicon Hollandiæ, & Zelandiæ: item abbates Egmondani, & historia Carmelitica. Philippus Comminæus de gestis Ludovici XI, & Karoli VIII.

Andreas abbas de vita S. Odonis. Ioannis Reuchlini epitome historica. Pauli Langii Chronicon Citizense. Matthæi, Vdalrici filii, annales sui generis. Anonymus, qui reliquit Speculum exemplorum ex diversis libris in unum collectum. Ioannis Trittenhamii catalogus scriptorum Ecclesiasticorum, Germanicorum, Benedictinorum, chronicon Hirsaugiense, & Spanheimense, Francica, Bavarica, vite, itinerarium. Ioannes Mauburnus de viris illustribus sui ordinis. Erasmus Vitellius de victoria Sigismundi regis. Ioannis Naucleri Chronicon. Anonymus de vita S. Cuneæ. Alberti Krantzii historia Ecclesiastica, Saxonica, Vandalica, Septentrionalis. Iacobus Drieschus de vita S. Remberti Episcopi Bremensis, & S. Ausgani Hamburgensis. Guilhelmus Hermannus Hollandus sive Guilhelmus à Gauda, de Bello Olandiæ & Gelriæ, & alia ejusdem. Anselmus monachus de terra Sancta. Zachariæ Benedicti carmen de vita S. Brunonis. Henrici Bebelii obuscula varia de Germania, atque Imperatore. Henrici Thaboritæ historia à Christo usque ad sua tempora. Eligius Houcarius de vitis SS. Leolini Martyris, & Bertulphi confessoris. Erasmus Stella de antiquitatib. Borussiæ. Ioannis Marii Belgæ scripta varia. Felix Manilius de vita S. Gebhardi. Petrus Bloemvænna, domo Leidensis, de vita S. Brunonis. Conradus Vecerius de gestis Henrici VII, ac geminâ seditione Sicilia. Idsardi Gravii Chronicon Frisiæ. Francisci Irenici descriptio Germaniæ. Hieronymus Balbus de coronatione. Iacobi Manlii Chronicon Constantiense. Ioannes Cuspinianus de Romanis consulibus, & imperatoribus: ejusdemque Austria, item alia. Conradus Peutingerus de migrationibus gentiû. Ioannes Cincinnius de vita B. Ludgeri. Beatus Rhenanus de vita Ioannis Geileri, & alia ejusdem. Ioannis Placentii catalogus Episcoporum Tongarorum & Trajectensium. Matthæus à Michau de utraque Sarmatia. Gerardi Novioma-gi Batavica, atque alia. Ioannis Aventini annales

rum. Guilhelmi ab Heda Chronicon, & genealogia Caroli v.

SUPERsunt tempora Cæsaris Augusti MAXIMILIANI AUSTRIACI; qui parenti suo Frederico III successit anno MDCCCXCIV; atque imperavit annos XXV. Hic non modò res magnas gessit; sed eorum etiam commentarios scripsit: quod omnibus esse notum, ait Simon Schardius, L.L. doctor, epistolâ eâ, quam Theodorico à Niem præmisit. Sed quâ linguâ id fecerit, non addit. Uti nec Joannes Bertelius, abbas Epternacensis in historia Luxemburgensi, qui contentus est dicere, eum Julii Cæsaris exemplo res à se gestas descripsisse. Aggressum scribere ait Reinerus Reinneccius præfat. Tom. prioris de Familiis. Temporibus ejus varii variis locis illuxere historici. In iis digerendis ordinem illum sequemur, quem in temporibus Friderici III institimus. Auspicabimur igitur à Germanis, & iis nationibus, quas Germanis antè jungebamus.

NICOLAUS SIMONIS, Hollandus, Carmelita, & Provincialis sui Ordinis, in pretio erat extremis temporibus Frederici III Imp. ac sub Maximiliano Imp. Inclaruit disputatione quadam, quæ Venetiis præditi anno MDCCCCLXXXVII: item commentario in Decretalia, quæ Mediolani excusa anno MDLIV. Alia quoque ejusdem compluria Tritthemius adfert, atque ex eo Gesnerus. Historica sunt ista: Chronicon temporum, vita B. Annæ, vita B. Cyrilli, vitæ sanctorum patrum, de sacris mulieribus liber, item historia ordinis Carmelitici. Decessit senex Harlemi anno Chr. MDLXI.

Etiam extremis temporibus Frederici, ac omni eo tempore, quo Maximilianus rexit, claruit PHILIPPUS WIELANUS vir nobilis, Landeghemii Toparcha. Idem Consiliarius Parlamenti Mechliniensi factus an. MDCCCCLXXVI. Postea similem in Flandria dignitatem obtinuit. Ibidem consilii præses est factus, an. MDCCCCLXXXVIII. Hinc translatus iterum Machliniam in concilium, seu Parlamentum magnum à Philippo Castellæ rege institutum anno MDLIV, ubi magister fuit libellorum supplicum. Eoque in munere decessit anno MDLXIX. Cumque tantas dignitates sustinuerit, tamen in multa nihilo segniùs studia vacabat: sed legebat, & studebat in multam noctem: ac antelucanas operas antevertebat. Inter alia Historiam Flandriæ Latine condidit. Item Historiam Brabantia, ac Cameracensium Principum, ac Episcoporum. Hujus scriptoris lectio multum profuit Mejero, Ondegeersio, Marchantio, rerum Flandricarum

RUM scriptoribus. Meminit Mejerus in vita Margarete Moleanae ad an. c1666. lxxxv, atque alibi non semel. Plura de eo vide apud Sanderum lib. III de Gandavensibus scriptoribus.

JACOBUS REIMOLANUS Flander, Gandavensis cœnobii Carmelita, idem mathematicus, rhetor, & poëta, vitam S. Joachim: item odas de eodem, atque alia edidit. Laudatur à Gaguino, Tritthemio, & Iudoco Badio. Obiit Romæ c1618.

JACOBUS WIMPHELINGUS Sletstadiensis, presbyter Ecclesie Spirensis, longè plurima literis mandavit. Inter ea autem est episcopi imperatorum, ac rerum in Germania gestarum. Item vita Dietheri, archiepiscopi Moguntini. Poëmata ejus laudat Lilius Gyraldus dialogo secundo de poëtis sui temporis. Floruit apud Nemetes circa annum c1666. lxxv. Vide de eo Paullum Langium in Chronico Citizenfi. a.

ÆGIDIUS AURIFABER Bruxellensis, monachus ordinis Carmelitani, Theologiæ Doctor Lovaniensis, ecclesiastes mirè disertus, præter alia condidit Historiam Brabantiae: & Chronicon sui ordinis. Magno loco habebatur ab imperatore Maximiliano. Decessit Bruxellis an. c1616.

RODULPHUS LANGIUS, Westphalus, Mönasteriensis ecclesie Canonicus, vivebat an. c1666. lxxv, ac, præter alia, ad Hermannum Langium, ejusdem Ecclesie decanum, duos composuit libros de urbe Hierosolymæ: item exaravit librum de obsidione Nusiensis, seu Novisionensis civitatis. Non defugit eum referre inter temporis sui poëtas Gyraldus dialogo II.

ÆQUALISHIS FOLKERUS SIMONIS, Frisius, primùm Sneconæ scholæ rector, deinde urbis ibidem consul. Latine Frisie chronicon condidit: cujus meminit Supplementum Germanicum ad Vorperum de Rynsina Geest ad an. c1696. Vide Suffridum Petri de script. Fris. dec. sect. VIII.

SEBASTIANUS BRANT sive **AITIO**, Argentinenfis, in literas retulit vitam SS. Onuphrii, & Bernardi, multaque in laudem variorum sanctorum composuit. item de captivitate egit regis Maximiliani. adhæc Chronicon condidit Germaniæ, imprimis Alatiæ, & urbis Argentoratensis, pluraque alia. Orator, poëta, utriusque juris doctor, Cæsaris consiliarius, & Argentinenfis urbis archicancellarius fuit: ut de eo refert Paulus Langius in Chronico Citizenfi b. Mentionem ejus facit quoque Gyraldus inter poëtas sui temporis, o pere antè memorato.

ARNOLDUS BOSTIUS, sive BOSCHUS, vel BOSCIUS a ^a *Iacobo Marcha-*
 ut aliis vocatur, Carmelita cœnobii Gandavenfis, claruit anno ^{Marcha-}
 clōb, ac præter alia, quæ Jac. Bergomas. & alii, recensent, etiam ^{tio lib. i.}
 innotuit libro de illustribus sui ordinis viris b. item libris duobus ^{rerum}
 de claris viris Cartusienfis. Cum honore ejus meminit Ludovi- ^{Flandri-}
 cus Guicciardinus in descriptione urbis Gandavenfis. Robertus ^{carum in}
 Gaguinus dicavit ei præma suum de Conceptione B. Mariæ con- ^{descri-}
 tra Vincentium de Castronovo Ord. Præd. Mentionem & facit ^{ptione}
 Erasmus in epistolis. Fuit amicissimus Joanni Tritthemio, cujus ^{Ganda-}
 & literæ ad eum complures scriptæ. Obiit Gandavi anno clōccc- ^{vi.}
 cxix prid. Non. April. ^b *Colonia*
^{primum}
^{prodiit.}
^{an. 1609.}
^{curâ}
^{Theodori}
^{Petreji.}

CONRADUS CELTES PROTUCIUS, quem Joannes Ca-
 mers, in epitaphio ejus, *rhetora, & historicum* appellat, in pretio erat
 temporibus Frederici Imp. à quo suafu Frederici, Saxonix ducis,
 laureâ poëticâ est ornatus, anno ætatis xxxi i. Primus autem Ger-
 manorum hoc titulo decoratus fuit. Atque eo nomine Cæsari Fre-
 derico gratias ipse agit, od. i. lib. i. Sed præcipuè claruit regnante
 Frederici filio, Maximiliano Imp. Meminit Conradi hujus inter
 temporis sui poëtas Lilius Gyraldus dial. i i. Natus fuit honestâ
 apud Francos familiâ Suinforti ad Mænum haut longè ab Herbi-
 poli, Kal. Febr. anni clōcccclix: quo ipso Maximilianus Cæsar
 natus, sequentibus Idibus Martiis. Heidelbergæ auditor fuit Ro-
 dolphi Agricola, aliorumque in aliis Germaniæ Academiis. Item
 in Italia, Patavii quidem audiit Jo. Calpurnium Brixientem, Fer-
 rariæ Guarinum, Bononiæ Philippum Beroaldum, Florentiæ Mar-
 filium Ficinum, Venetiis Antonium Sabellicum, Romæ Pompo-
 nium Lætum. Cætera ad vitam ejus pertinentia perscriptit Sodal-
 litium literarium Rhenanum, cujus de vita ejus libellus præmittitur
 poëtæ hujus odarum libris Argentorati excusis anno clōclxxiii.
 Inter alia historiam reliquit de situ Norimbergæ, de situ & mori-
 bus Germaniæ, de silva Hercinia, & vita S. Sebaldi: unde ipse sic
 fere a canit *ôd. x i lib. i i i.*

*Nam longâ bene lucubratione
 Descripsi Herciniæ vagos recessus,
 Urbem cum populo, illiusque mares,
 Artes, mœnia, porticus, & aedæ
 Privatas, superisque dedicatas,
 Et quib. publicus usus interesset.*

Ac paullo pôtit:

c *Vnam*
alteram-
que so-
eularis nō
citra
causam
mutavi-
mus.

*Divus quin etiam fuit Sebaldu
Noſtrū carminibus polo locatus.*

Pro tanto labore conqueritur ſe exiguum præmium reportaffe.
Ait enim :

*Bis denos mihi Noricus Senatus
Parvi ponderis aureos dicavit,
Quos miſſos meritis meis receps.*

Quid in cauſa fuerit, inſcriptio ejus odæ indicat, quæ habet : *Ad Senatum Noricum, cum octo aureos pro hiftoriâ ſcriptâ decreviſſet, ſuggeſtione Scribæ, quem Veſpillonis epigrammate notaverat.* Nempe actuarium urbis in carmine quodam perſtrinxerat: qui iratus hanc ei gratiam apud Senatum Noribergentem rependit. Præterea Celtes heroico verſu exorſus eſt Theodericeida: quod poëma fuiſſet de Theoderico, Gothorum rege, ac rebus Germaniæ. Obiit annos natus XLIX. dies tres: anno Chr. cclxxv, 11 Non. Febr. Situs eſt Viennæ in æde B. Stephani.

Etiam ſub Mæmiliano imper. claruit JOANNES GERBRANDI DE LEIDIS, Carmelitani conventus in Harlemenſi cœnobio Prior. Is vivet Chronicorum de Comitibus Hollandiæ & Zelandiæ libris xxxii: qui V. Cl. Franciſci Sueertii Antverpienſis beneficio ante quadriennium in lucem prodire. Etiam condidit hiftoriam abbatum Egmondanorum: item Carmelitani ordinis hiftoriam Eccleſiaſticam lib. x. In Chronico paſſim ſequitur Joannem de Beka, sæpe etiam ad verbum exſcribit.

PHILIPPUS COMINÆUS ex illuſtri Cominæa apud Flandros gente natus, eques aurei velleris, dominus Ruſcurii, vir formæ elegantis, ſtaturæ proceræ, octennium vixit in aulâ Caroli Audacis, Burgundiæ ducis, atque Principi ſuo per familiaris fuit. Sed pretio corruptus, transfugit à domino ſuo, ad Ludovicum XI, Franciæ regem: ut eſt apud Jac. Mejerum Balliolanum libro XVI Annal. Flandr. unde & ab eodem sæpius, ut transfuga, & proditor, inſeſſitur. Ludovico interim gratiſſimus erat: cujus & reſgeſta celebravit, orſus ab anno Chriſti ccccclxiv. Etiam prodidit reſgeſta filii ejus, Karoli VIII. Eſt autem non uno loco Mejerus dicat, in pluribus falli: tamen hiftoricus eſt verax, ac prudens: cujus præclarum eiogium vide apud Juſtum Lipſium, notis in 1. Polit. ſuorum: & Scævola Sammarthanum lib. 11 operis, quo elogia Gallorum doctrinâ illuſtrium perſcripſit. Hic tantus vir cavere non potuit, quo minùs, mortuo rege Ludovico, perfidiæ

perfidia accusatus in carcerem conjiceretur: ubi triennium detentus fuit. Ipse etiam pro se capitis causam dicere cogeatur. Nec enim inveniebatur, qui patrocinium ejus suscipere auderet. Tandem tamen innocens est repertus. Obiit in Pictonibus anno Chr. c1519, xvi Kal. Novemb. ætatis LXI II. Reliquit filiam unicam, Joannam, quæ nupsit Renato, Pentebriæ in Britannia comiti: eoque ex matrimonio nati complures: unde est, quod hodieque multæ illustres familiæ in Galliâ originem maternam à Cominæo ducant. Philippi Cominæi & uxoris ejus imaginem expressam habes Lutetiæ in sacello à Philippo ipso exstructo in templo S. Augustini ad Sequanam: ubi & filia ejus Joanna sepulta est. Cujus tale epitaphium ibidem legitur:

*Quingentis annis bis septem & mille peractis
In lucem quartam post idus Martius ibat,
Ostavamque parens Phœbus properabat ad horam,
Communia occubuit generosa à stirpe Ioanna,
Penthebria Comitissæ Britanni sponsa Renati,
Atque Argentorij domino prognata Philippo,
Chambeaque Helena, mens hic in pace quiescat.*

Scriptis Cominæus Gallicè: nec enim Latinè sciebat: sed Latinè loquentem fecit Jo. Sleidanus; qui & vitam adjecit, ita uti eam à domestico Cominæi, Matthæo Atrebate, viro probò, atque erudito, acceperat. Vide &, quæ de Cominæo refert Jacobus Marchantius lib. 1 commentariorum de Flandria capite eo, quo de oppido Cominio tractat. Item Miræus in elogiis Belgicis.

ANDREAS, abbas monasterii S. Michaëlis extra Bambergam, quatuor libris comprehendit vitam S. Odonis seu Othonis, qui Evangelium primus Pomeranis prædicavit. Fuit Andreas is monasterii sui abbas xxxvi; eumque honorem adeptus est anno Chr. c13ccclxxxiiii. Libris de vita Othonis finem imposuit anno c13cccccix; ut ad calcem codicis MSi erat additum. Primumque eos libros Gretzerus in Divis Bambergensibus publicavit.

Maximiliani etiam ætate effulsit JOANNES REUCHLINUS, sive CAPNIO: quod nomen, ex Germanico factum Græcum, Hermolaus ei Barbarus imposuerat, cum à Maximiliano imperatore Romam missus esset. Natus est Phorcemii anno c13cccliv, v Kal. Januar. In gratiam Philippi, principis Palatini, epitomen historicam contexit: in qua res Assyrias, ac Persicas, ex Herodoto, & Thucydide, expressit: Græcas verò, cum ex iisdem adnexit,

tum ex aliis, qui postea florere, uti & res Romanas. Præcipua ejus laus est, quòd Hebrææ linguæ studium in Germania suscitavit: quo nomine quàm multa variaque pertulerit, non est hujus loci enarrare. Obiit an. c̄l̄oxxi, prid. Kal. Sextil. anno ætatis lxxv. Α'π̄θ̄ωσιν ejus habes in Colloquiis Erasmi. Cætera ex vita ejus petantur, quam apud Melchiorum Adamum Silesium reperies, in opere de literatis Germaniæ viris.

Tum quoque claruit PAULLUS LANGIUS, monachus, ac presbyter Germanus, Zwiccvii id Voitlandia natus. Anno c̄l̄cccclxxxvii ingressus est monasterium ordinis Benedictini, Bozau, juxta Zizam. Nominis sui famam extendit Chronico Citizenis, quo præcipuè Ecclesiæ Citizenensis primordia, præfules, ac res gestas, exponit, ab anno c̄l̄cccclxviii, usque ad annum c̄l̄oxxv: quo ipso eum Joannes Tritthemius, abbas cœnobii B. Jacobi Herbipolensis, ad monasteria Germaniæ miserat, ut undecunque conquiret, describeret, atque ad se transmitteret, quæ ad historiam rerum Germanicarum illustrandam, aut catalogum scriptorum Ecclesiæ augendum, pertinerent. Chronicon isthoc Langii edidit Pistorius in Tomis historicorum Germaniæ.

MATTHÆUS UDALRICI filius, Germanus, Marechalculus de Bappenheim, Jurisconsultus, & Canonicus Augustensis, condidit annales sui generis: ex quibus se Wolphangus Lazius, quæ de nobili Marechalcorum stemmate adfert, hausisse profiteatur lib. viii a de gentium migratione, qui est de Suevis. Idem Matthæus ex Chronicis Australibus excerpta dedit, ab anno c̄l̄ccccli, usque ad annum c̄l̄cccxxvi: & ex Chronicis Augustensibus, ab anno c̄l̄ccccxxiii, usque ad annum c̄l̄ccv: & ex Chronicis Elwangenensis monasterii, ab anno c̄l̄oxxv, usque ad annum c̄l̄cccclxxvi. Hæc omnia primus edidit Marquardus Freherus in volumine eo, quo aliquot antè ineditos rerum Germanicarum scriptores complexus fuit.

Eodem tempore agebat is, qui reliquit *Speculum exemplorum ex diversis libris in unum laboriosè collectum*. Constat libris, sive, ut auctor maluit vocare, distinctionibus decem. Novem primis retinet verba auctorum, quos exscripsit. In decima suis utitur verbis, ubi non tam refert, quæ hauserat è libris, quàm aliorum acceperat relatu. Prodiit Argentinæ anno c̄l̄cccxcv.

JOANNES TRITTENHEMIUS, priùs abbas Spanheimensis, post abbas Wircebigenensis ad S. Jacobum, natus fuit Kal. Febr.

Febr. an. c̄l̄cccc̄clxxi in pago Tritthenheim ad Mosellam. Præter alia catalogum contexit de illustribus Ecclesiæ scriptoribus: in quo cum nongentos & septuaginta auctores complexum fuisse, quorum & opera, & conditionem sciret, à Genebrardo proditum est. Item librum reliquit de illustribus Germaniæ viris. Et alium de illustribus viris ordinis S. Benedicti. Præterea condidit Chronicon monasterii Hirsaugiensis; quod incipit ab anno 1000 & desinit anno c̄l̄cccc̄lxx. Sed hocce annales anno c̄l̄lxxiv ad incudem revocavit, atque ita adauxit, ut duo magna sint volumina, & quadruplum conficiant primæ editionis: quæ sola hætenus prodiit. Ex hoc opere MSo Marquardus Freherus a seorsim edidit vitam Frederici Palatini, primi ejus nominis, cognomento Victoriosi. Quemadmodum & ex eodem opere additiones ac notas ad vitam hanc adjecit. Utinam totum opus aliquando videat lucem. 1602.

Item composuit Chronicon monasterii Spanheimensis ad annum c̄l̄olii: ex quo fragmentum de Laurishamensis cœnobii alium in statum conversione sub Frederico II Imp. factâ, unâ cum scriptoribus aliquot rerum Germanicarum, primus divulgavit Marquardus Freherus. Sed postea idem in volumine operum Tritthemii chronicon hoc integrum edidit. Orditur illud ab an. Chr. c̄l̄xliv. ac perducit usque ad an. c̄l̄olxi. Extrema ab alio sunt, qui aliqua adjecit de anno c̄l̄lxxvi, anno vii ultra Tritthemii excessum. Et sanè pleraque etiâ, quæ ad vitam Tritthemii in opere eo pertinent, alium habere auctorem, satis est evidens. Adhæc tomos tres condidit de origine, gestis, & regibus Francorum, ab anno Christi c̄ccxxxii, usque ad xxi Maximiliani: itidem eorundem episcoporum. Adhæc egit de ducibus & episcopis Francorum: item de successione ducum Baviaræ, & comitum Palatinorum, ac Spanheimensium ad Philippum Palatinum Principem Electorem, cujus & jussu id opus conscripsit. In catalogo operum, qui ejus polygraphiæ præmittitur, dicitur & scripsisse de Origine, Regibus ac Ducibus Bavarorum, simul & comitum Palatinorum, & Spanheimensium libros iv ad Joannem Comitem Palatinum, & in Spanheim apud Symeren residentem. Sed ipse Tritthemius epist. li. ad Rogerium Sicambrum, ubi opera sua recenset, non meminit hujus operis. Nempe in eo deceptus is, qui catalogum texuit polygraphiæ præmissam, quod historia hæc de successione ducum Baviaræ primum prodierit Francofurti anno c̄l̄xliv cum præfatione ad Joannem Comitem Palatinum, & in Spanheim. Hanc

ille Tritthemii esse præfationem putavit, sed falsò, cum editor loquatur de historia hac tanquam aliena, & præfatio scripta sit anno ∞ DLXIX, annis xxx post obitum Tritthemii. Scripsit præterea Tritthemius etiam de vitâ S. Maximi, episcopi Moguntini, quæ ab eo exarata jussu Alberti, episcopi Moguntini. Idem exposuit vitam S. Hirminæ, filiæ Dagoberti regis, & primæ abbatissæ in horreo Trevirensi: item miracula S. matris Annæ, & miracula S. Mariæ apud Dittelbach præstitis: adhæc vitam Rabani Mauri libris III, & translationem ejusdem ex urbe Moguntina in Saxoniam. Insuper vitam S. Maximi, episcopi Trevirensis: quæ est in Suriana collectione T. VI d. XVI 11 Nov. Imò & vitas sanctorum in compendium redegit postulato Joachimi, principis Electoris. Adhæc posteris transmisit libris duobus itinerarium vitæ suæ ad fratrem suum, Jacobum Tritthemium. *Accuratus & diligens scriptor* vocatur Hieronymo Plato lib. II, de bono status religiosi cap. XXI.

JOANNES MAUBURNUS, qui aliis Maulbornus, & Maubenus, sed perperam à patria *Ioannes de Bruxellis*, canonicus regularis Ord. Aug. claruit anno ∞ LIO, atque primum vixit in cœnobio Montis S. Agnetis Trajectensis diœcesis. Exinde egit in Gallis, ac regalis abbatissæ B. Severini juxta castrum Nantonis collapsam restituit disciplinam. Hinc in Livriacensi monasterio, ubi itidem in pejus omnia abierant, constituit canonicos regularis observationis: ac cum aliquandiu apud eos abbatis munere functus esset, decessit. Dum viveret *Ioannes Temporalis* voluit nominari. Ac, præter Rosetum spiritualium exercitationum, etiam librum composuit de sui Ordinis illustribus viris.

ERASMUS VITELLIUS librum reliquit de victoria Sigismundi, regis Poloniæ, adversus Turcas: cumque Maximiliano Imp. I dicavit.

JOANNES NAUCLERUS, nobilis Suevus, fuit filius Joannis Vergæ, vulgo *Vergehaus*, quod nautam notat; unde Nauclerus Græcâ appellatione vocatus: quomodo discipulus ejus Joannes Reuchlinus ab Hermolao Barbaro Græco nomine dictus Capnio, & Philippus, cujus familia à nigro solo vocatur, Græcum Melanchthonis nomen à Reuchlino accepit, & retinuit. Cum juris studio Theologiam conjunxerat, ac novâ ab Wirtembergensi Comite Academiâ Tubingæ erectâ, primus ejus rector fuit, anno ∞ LXXXVII. Scripsit Chronicon ab initio mundi usque ad annum ∞ LIO. Sed priusquam ederetur, Philippus Melanchthon (ut in vita

eius Camerarius a testatur) partim disponendo, partim augendo, partim a Pag. 16.
etiam retexendo id præstitit, ut lectio libri istius à plurimis expeteretur, &
fructu volupiateq; non careret. Chronico huic Naucleri appendicem
xiv annorum addidit *Nicolaus Baselius*, Monachus Hirsangienfis.

Etiam ineunte seculo decimosexto, vixit scriptor vitæ S. Cu-
neræ; quæ claruit circa annum cccclxi; atque una fuit ex socia-
bus S. Ursulæ; ac circiter ccl post obitum annis à S. Willibrordo
translata, in diœcesi quiescit Ultrajectinâ. Compendium aucto-
rum ejus apud Haræum habes in epitome Sanctorum xii Jun.

ALBERTUS KRANTZIUS Hamburgi Theologia profes-
sor, & ejus Collegii decanus fuit. Unde nonnullis *Albertus Ham-
burgensis* vocatur: ut Mejero in annal. Fland. an. cldclx. Scripsit
Metropolim, sive historiam Ecclesiasticam de Ecclesiis Caroli M.
ætate constitutis, vel instauratis: item historiam Saxoniam lib.
xiii; historiam Vandalicam lib. xiv, & Chronicon aliarum rerum
Septentrionalium, puta Daniæ, Sueciæ, Norwegiæ. Orditur à Ka-
roli M. temporibus, ac progreditur usque ad annum cldlv.
Obiit vii Eid. Decembris anni cldxvii. Eoque corrigendus
Zuingerus, cum ait, claruisse anno cldxxx. Præclare etiam de eo
judicat Gerardus Geldenaurius Noviomagus præfatione in Ger-
maniæ illustratæ scriptores: *Vnus fere Albertus Crantzius semper mi- b Edit.*
hi visus est præ aliis historicis nomine dignus: quem sui temporis res gestas Marpur-
verè, liberè, & ad posteritatis utilitatem, scripsisse adparet. Diligentiam *gensis an.*
Krantzii commendat Georgius Fabricius lib. i Saxonix suæ. Vide *1542.*
& quæ de eo Pantaleo notavit Part. ii. illustrium Germaniæ scri-
ptorum.

Alberto Kranzio æqualis fuit JACOBUS DRIESCHUS,
ut cuius dedicavit Vitam S. Remberti, Episcopi Bremensis, & S.
Aufgani Hamburgensis: quas vitas edidit Mejerus. Fuit Flander,
rector Guilielmitarum Brugensium: Chronicon Flandriæ reliquit:
ex quo quiddam Mejerus refert lib. v. Annal. ad an. cldxxxviii.
Aliquibus *Jacobus Dieffhus* vocatur: sed perperam, ut puto.

Eodem imperante Maximiliano, cum filius ejus Philippus, ductâ
Joannâ, Ferdinandi, & Isabellæ Arragoniæ, & Castiliæ regum filiâ,
in Hispania ageret, vixit GUILHELMUS HERMANNUS HOL-
LANDUS, sive, ut scribit ipse, Olandus Gaudanus. Canonicus B.
Augustini. Aliis vocatur GUILHELMUS A GAUDA. Hic
descripsit *Olandiæ Gelricque bellum.* Ita enim librum inscripsit. Est
id bellum, (cujus ipse spectator fuit) Hollandis illatum à Carolo,
Gelricæ

Gelricæ duce anno Christi 1614, ac sequenti. In præfatione sic scribit: *Animi, causæque rerum penes principes sunt. Ea quæ palam nostris objecta sunt oculis, ut nemo aspicere, itidem narrare prohibet nemo. Hac præfatus fuero, quòd aliquando totam Olandiæ Historiã edere constitui. Nunc ea tantum exponam, quæ jam à Carolo Gelrico aliquot annis gesta fuerunt.* Fato præventus videtur, quò minus & universæ Hollandiæ historiã ederet in lucem. Historiã belli illius Gelrici subjunxit *Elegiam Wesopicam*: qua Fortuna Wesopica loquens inducitur: ac deinde Amsterdamum respondet. Prodiere ea Amsterdami adhuc vivo Carolo duce; quæ causã fuit, cur nihil ausus fuerit de belli ejus causis: ac fortasse Comitem Philippum, & Hollandos, putavit ab omni culpa immunes. Idem scripsit & Hymnos de bello Gelrico. Ejusdem odorum sylvæ jam anno 1600 Parisiis prodierant. Etiam reliquit Historiã vitæ, ac passionis B. Hieronis, carmine panxit Heroico. Sed & carmine descripsit Historiã B. Bavonis: ut auctor est Erasmus, cujus in studiis multos annos contubernalis fuit. Idem de eo sic scribit ad Nicolaum Wernerum cænobii præfectum: *Guilhelmum anima mea partem, quæso ut tua pietas foveat. Ejus nomen in hac Parisiensi Academia adoratur, colitur, & merito. Dignus autem ille est quem universus orbis miretur, amerque: est inter notos, doctrina singularis, præter invidiam nihil reportat.* De hoc scriptore hujusmodi judicium est Hadriani Junii Bataviæ suæ cap. xvi. *Dedit Gauda Guilhelmum Hermannum, infelici saculo non infelicem scriptorem, ac poetam, luxu ante diem ereptum: quem laude sua fraudandum non duxi, quòd ut summis admiratio, ita inferioribus merita laus debeatur.*

ANSELMUS, monachus Franciscanus, iisdem temporibus descripsit terram sanctam. Habes apud Canisium Antiqu. Lect. T. vi. Professorem vitæ hanc indicant verba auctoris: *In choro, inquit, prædicte Ecclesiæ est sepulchrum beatæ virginis Mariæ, adinstar sepulchri, ubi FRATRES MINORES DE OBSERVANTIA quilibet sabbatho legunt Missam nocte de assumptione gloriose virginis Mariæ. Ad hanc Ecclesiã Christiani accessum non habent liberum, nisi pro questu. Nam Maurus custodit illum locum in die, & intronittit ibi neminem, nisi accepto pretio: soli FRATRES NOSTRI habent accessum liberum, & ingressum.* Alibi quoque similiter loquitur. Etatem autem arguunt ista in eodem libello: *Ibique ad x passus pedum, ut credo, fuit lapis positus pro charactere, ubi Petrus abscidit auriculam servo principis. Adhuc illum lapidem vidi, quando in terram sanctam veni anno 1614 versus sinem anni*

passi. & postquam recessi de Ierusalem anno Dom. 1186 III versus finem anni, capite percussus ille, & absconditus à Saracenis, extra projectus demonstratur. Ut Polonum fuisse suspicer, & fortasse Cracoviensem, facit, quod alicubi sic loquatur: Habendo respectum ad Dominicam passionem, videbimus primum ductum à Caipha ad domum Pilati: & est distantia ad novem stadia: id est, quantum distat à sancto Bernhardino Cracovia, usque ad Ecclesiam S. Spiritus; tantum distat domus Pilati à domo Caipha.

ZACHARIAS BENEDICTUS, natione Italus, patriâ Vicentinus, in Cartusia B. Andreae prope Venetias monachus vixit anno 1186 VII. Carmine hic heroico panxit vitam B. Brunonis. Ea subjicitur operibus Brunonis in veteri editione, quam Ascensus exhibuit.

Maximiliano quoque imperante, magno in pretio erat HENRICUS BEBELIUS Justingensis. Est autem Justinga Sueviæ pagus. Anno 1186 cccxvii Tubingæ cœpit profiteri literas humaniores. Librum edidit de amplitudine, ac potentia imperii Germanici. Item alium de laude, antiquitate, imperio, victoriis, rebusque gestis veterum Germanorum. Adhæc orationem ad Maximilianum I, de ejus ac Germaniæ laudibus. Item libellum, quo ostendit, Germanos esse indigenas. Iridem alium de Imperatoris, & imperii Germanici præ aliis excellentia. Item alium, quo docet, Imperatori jure optimo tribui posse Christianissimi cognomen. Quos omnes etiam in Politicis suis imperialibus comparere jussit Melchior Goldastus. Præterea idem opuscula fecit de magistratibus Romanorum, de pagis Suevorum, & flumine Neccaro, de prodicione ducis Mediolani, de mendaciis quorundam historicorum, aliaque. Vide de eo plura apud Schardium Tom. I scriptorum Germaniæ, Crusium in annalibus Suevicis, Gesnerum in bibliotheca, &c.

HENRICUS THABORITA, Frisius, (cui Thaboritæ nomen datum à Thabor, monasterio Frisæ juxta Sneecam) historiam ingentem collegit ex variis à nato Christo usque ad annum 1186 VII: quo vivebat. Vide de eo Suffridum Petri.

ELIGIUS HOUARIUS Gandavensis studiis operam dedit Parisiis in collegio montis acuti, cum ei præesset Natalis Beda, æ anno 1186 IV eruditionis lauream consecutus ab Ludovico Coronello Hispano. Exinde Gandavi moderator ludi fuit, ac hypodascalum habuit Georgium Cassandrum, ut ait Sanderus. Elegia-

co carmine descripsit *vitae* S. S. Levini martyris, & Bertulphi Confessoris. Poëma in Coletam virginem. Uti & dialogum Charitis, & Gandæ; cum Carolus v electus esset imperator.

a *Editi*
Basil. a
pud Fro-
ben. ann
1518.

ERASMUS STELLA LIBANOTHANUS, præter ea, quæ de gemmis signavit, etiam de antiquitatibus Borussiæ, duos libros reliquit a: quos Frederico, Saxonie duci, dedicavit. Illorum prior tractat de veteribus incolis, eorum propagatione, & incremento, nominibus, moribus. Alter exponit reges antiquos, ac eorum successionem in Borussia. Sequi autem se ait annales Borussie, item Jorlandem de Gothis, Helmoldum de Sclavis, nec non Albertum Magnum, qui Borussia peragravit, atque alios. Hoc Stellâ dictante, Joannes Garzo, de quo inferius dicemus, conscripsit annales suos Misnenses: ut ait Georgius Fabricius lib. vi originum Saxonicarum. Non pauca in iis reperias junioribus indicta: cujus causam ibidem exponit Fabricius. Verba ejus adferre non pigebit: *Eam rem latè prosequitur Ioannes Garzon Bononiensis, qui, Erasmo Stellâ dictante, scripsit historiam Misnensem. Cum autem Annal's Misnenses, & Turingici, rei minuerint tantùm, nec narrationem integrè exponant: lectorem ad Garzonem, seu Stellam, remittimus; qui fortasse meliores libros invenerunt. Nam bello civili, & proximo tumultu rustico, nondum fuerunt incensa ac vastata, cum in Turingia, et in Misnia, cœnobiorum bibliotheca.*

JOANNES MARIUS Belga historicus fuit Ludovici XII, Galliarum regis, uti & postea Margaretæ Austriacæ, quæ pro Carolo v Belgicam gubernavit. Hic de scematum & conciliorum Ecclesiæ universalis differentia historiam confecit. Opus est tripartitum, Gallicè quidem ab auctore conscriptum, sed Latine versum ab Simone Schardio J. C. atque una cum Theodorici à Niem quatuor libris editum. Idem Marius historiam de Venetis consignavit: cujus meminit ipse libri ante memorati part. i. cap. i. Edidit & alia, sed Gallicè: ut illustrationes Gallie: sacram professionem Christianorum Principum ad terram sanctam, librum de principe Sophy, & alia.

FELIX MANILIUS anno Dom. 1501 libris duobus tradidit vitam S. Gebharti, secundi Constantiensis episcopi, conditoris monasterii, quod dictum olim basilica S. Georgii; nunc autem *Petri-domus*, seu *Peters-husen* appellatur. Primus ex chartis MSSis editit Henr. Canisius T. vi Antiquæ Lect.

PETRUS BLOMENVENNA, qui & à patria dicitur LEI-

BRUNSIUS, (perperam enim duos ex uno fabricat Possevinus) Colonienfem Carthusi ingressus est an. **1600**. **1631**. Annis **31** fuit Prior, ac Visitator provinciae Rhenensis. Præter commentarios in quinque Moſis libros etiam literis commiſit vitam S. Brunonis, ordinis ſui fundatoris. Obiit anno **1636**, ætatis **66**. Vide de eo ſuſe loquentem Theodorum Petrejum in bibliotheca Carthuf. Inter illuſtres Germaniæ inferioris viros reponitur quoque à Gerardo Geldenhaurio Noviomago in Hiſtoriâ Baravorum.

CONRADUS VECERIUS, Maximiliano imp. à ſecretis, libellum reliquit de rebus geſtis Henrici VII Imp: qui anno **1603**, ac proximo quinquennio, imperium tenuit. Habes cum alibi, tum in hiſtoricis Germaniæ, quos edidit Urſiſius. Idem Vecerius condidit hiſtoriam de duabus ſeditionibus Siciliæ, quæ ortæ fuere anno **1637**.

IDSARDUS GRAVIUS, Friſius, ſacerdos, inclauit Chronico ſuo Friſiæ, ab anno **1613**, perducto uſque ad annum **1634**, quo vixit. Inſiſtit imprimis veſtigiiſ Joannis Becani Ultrajectini: ſed ita ut, ubi deſinit Becanus, cum ſuppleat ad modum illum, quo Eutropium ſupplevit Paullus Diaconus. Vide de eo Suffridum Petri in ſcript. Friſ. Dec. IX cap. VI I.

Maximiliano imperante, etiam clareſcebat **FRANCISCUS IRENICUS**, Ertelingiacenſis; qui libris XII Germaniæ deſcriptionem edidit. Primùm Haganoæ prodiit in lucem.

HIERONYMUS BALBUS floruit ætate Maximiliani, & aliquanto poſt. Fuit epiſcopus Gorienſis ſeu Gurenſis in Carinthia; qui unus eſt ex IX ſuffraganeis archiepiſcopi Juvavenſis, ſeu Saliburgenſis. Carolo V in Maximiliani locum imperatoriam ad dignitatem evecto, elegans opuſculum, maximaque ex parte hiſtoricum, fecit *De coronatione*; quod Carolo ipſi dicavit. Etiam de rebus Turcicis ad Clementem VI ſcripſit, item opus de civili & bellica fortitudine, atque alia Romæ edita. Ejuſdem vaticinium de ſucceſſibus Caroli V eventuris prodiit Argentorati a.

Tempore Maximiliani imp. etiam claruit **JACOBUS MANTIUS**, Brigantinus doctoꝝ; qui nomen ſibi peperit Chronico epiſcopatus Conſtantiensis. Abſolvit illud Brigantiæ anno **1619**, die XIX Aug. Quo ipſo anno Maximilianus imp. è terriſ exceſſit. Chronicon hoc, cum appendice uſque ad annum **1661**, cumque illuſtris Episcoporum familiis, in lucem primus edidit Jo. Piſtorius.

a Anno
1624 ty-
tu Riche-
lianus.

Nec prætereundus nobis JOANNES CUSPINIANUS Suein-
furtenfis, poëta, ac medicus, & orator Maximiliani Augufti,
idemque follers antiquitatis indagator. Hic de Confulibus Roma-
nis, atque item de Cæfaribus & imperatoribus, insignem commen-
tarium condidit. Auftriam quoque descripsit, quo in opere expo-
nit omnes ejus marchiones, duces, archiduces, & res præclare ab
iis ad ſua uſque tempora geſtas. Exiſtat & liber ejus de Turcorum
origine, religione, & in Chriſtianos tyrannide. Item oratio, ejus
ad principes imperii Germano Romani: quæ eos non ſolum ad-
hortatur ad bellum adverſus Turcas capeſſendum: ſed etiam de-
ſcribit conflictum Hungaricum, quo periit rex Ludovicus. item
viam, qua Turca Solemet Albâ Græcâ Budam uſque pervenerit, &
quàm præclaris doribus ornata ſit Hungaria. Vitam Cuſpiniani
expoſuit Nicolaus Gerbelius J. C. quæ cum Cæſaribus Cuſpiniani
conjungitur.

CONRADUS PEUTINGERUS Auſtitanus J. V. D. epitom-
en edidit de migrationibus gentium. Etiam ſermonibus convi-
valibus multa exponit, quæ pertinent ad Germaniæ antiquitates.
De hoc ita Nicolaus Baſelius in appendice Naucleri, quam ad an-
num c151xiv perduxit: *Conradus Peutingerus Auſtitanus, antiquita-
tis amantiffimus, hiftoriis veterum Germanorum lumen adhibuit: ceterum
magnificentiâ eâ in literis verſatur, ut quaſi patronum communem ipſe ſibi
Muſæ Gratiæque delegiſſe videantur.* Inclaruit & chartâ provinciâli,
& Celte in veteri bibliothecâ repertâ, ſed à Peutingero poſtea ſe-
dulo abſervatâ Auſtitiæ Vindelicorum, quæ, edente & explicante
M. Velfero, in lucem ante annos xxxv, prodiit Venetiis: Meminit
Peutingerianæ hujus chartæ jam olim B. Rhenanus lib. I rerum
Germanic. Jac. Spigelius ei anno c153xx dedicavit epigrammata
Sapidi: ubi Peutingerum vocat conſiliarium Karoli v imperatoris.

JOANNES CINCINNIIUS Lippienſis præſbyter ex variis
anno c151xcv collegit vitam B. Ludgeri, cujus ſacrum corpus in
Werthinenſi monaſterio apud Ruram flumen requieſcit: atque
hunc ſuum laborem monachus B. Ludgeri in Werthina dedica-
vit. In præfatione verò antè ſe ſcripſiſſe ait quatuor iſtos: Othel-
grinum, Ludgeri diſcipulum, Alfridum, tertium Monaſterii
epiſcopum; Uſingum, Werthinenſem monachum, virum multæ
& eruditionis, & elegantiæ, & quartum quendam ſub abbate Ber-
nardo, qui ſtylo ſcripſerit rhythmico. Colonia anno c151xcv pri-
mum prodiit, typis Quentelianis.

BEATUS RHEMANUS, filius Antonii Bildii, (qui postquam Rhenaco Selestadium immigrarat, à patria Rhenaco pro Bildio Rhenanus vocari cepit) Selestadii natus fuit anno cccccxxxv. Vitam ejus finis, nec ineleganter, descripsit Joannes Sturmus. Ei verbò in temporibus Maximiliani locum dedimus, quia novennio toto ante obitum ejusce imperatoris, anno puta cclxxx, natus ipse annos xxv, vitam edidit Joannis Geileri, Theologi Argentoratensis. Deinceps quoque sub eodem imperatore, sed imprimis sub Carolo v. ut alios scriptores, eosque inter Tertullianum, & Pliniam; ita & Historicos complures, partim primus edidit, partim castigavit, & illustravit notis. Quales Livius, Vellejus Paterculus, Tacitus: Anno cclxxxvi emisit luculentos illos rerum Germanicarum commentarios. Obiit Argentorati xiv Kal. Jun. anno cclxxvii, ætatis lxxii.

Etiam tum fuit **JOANNES PLACENTIUS Trudonensis** Dominicanus cœnobii Trajectensis ad Mosam. Scripsit catalogum episcoporum Tongrensiùm, sive ut ipse vocat, Tongarorum, & Trajectensiùm. Incipit à B. Materno, qui Apostolorum temporibus vixit. Et desinit in Erardo à Marca, qui antistes creatus anno cclxvi. Cujus laudes quia adhuc superstes sit, negat se velle perscribere, ne videatur adulari. Multa in hoc scriptore fabulosa, sed imprimis culpam meretur, quod nullam temporum rationem habuit: sed ea passim confundit. Ut in ipso operis ingressu. Sic enim incipit, *Divus Maternus Longobardus, patre comite prognatus primo Trevirensium, deinde Colonienfium, postremo Tungarorum fuit antistes. Successit quippe clarissimis viris Euchario, & Valerio: quos, ut fidei symmyllas habuit, ita emulâ utrumque virtute, non dubitavit exprimere, Sed inusitata, planeq; inusitata de hoc narrant historia. Factum anno nati Servatoris lxxi, dum Romæ Simo Petrus Apostolorum Petrus hos tres in Gallias penitiores delegasset &c.* At quis tam ignarus historiæ Romanæ, ut non temporibus Apostoli Petri, sed postquam deserat Occidentis imperium, idque opera Narsetis, Longobardos sciat in Italiam venisse. Hujuscemodi in temporibus errores multi in Placentio occurrunt. Condidit & carmen heroicum in porcorum laudem: cujus literæ singulæ à literâ P. incipiunt. Item dialogos edidit duos: equitem clericum, & Luciani aulicum carmine Phaleucio.

Extremis ejusdem imperatoris annis vivebat **MATTHIAS** Michou, artium, & medicinæ doctor, canonicus Cracoviensis. Hic libros reliquit duos, quorum prior est de Sarmatia A-

a Al. 1542
ut Nashâ
Chytraus
in itinere
deliciis.

b Al.
Matthias de
Micho-
vin.

fiatica, alter de Europæa. Eos quando scripserit, indicant hæc verba lib. I. cap. ultimo: *Postquam Occas, insignis servus & miles magni Cham, habens xxx filios, occisus est; filii seseferunt à capitali borda Zavalhensium, & juxta castrum Sarai degere cæperunt, ante hunc annum Christi millesimum quingentesimum decimumseptimum.* Prodiere Lutiæ a cum aliquot aliis, qui descripserunt novum orbem. Idem ad Sigismundum, Poloniæ regem, Chronica scripsit Polonorum, quæ à gentis origine perducit usque ad annum 1304.

GERARDUS NOVIOMAGUS, Gerardi Geldenhaurii filius, Cæsari Carolo v à sacris erat. Patavorum historiam confarcinavit: quam edidit quidem demum an. 1302: sed in præfatione ad Nicolaum Buscoducensem refert, eam se composuisse aliquot annis antè; idque adjutore Conrado Vecerio Lucemburgensi, qui Carolo v à secretis fuit. Item præfac. in rerum Germanicarum scriptores, quæ exarata est anno 1301, ait, ea se de Bataviâ congestisse ante annos xxx. Et diu his meditandis fuisse intentum, indicio sunt literæ Petri Montani de urbis Noviomagi antiquitate exaratae anno 1304 ad Gerardum hunc Noviomagum. In historia ejus Batavicâ etiam habes epistolam de civitatibus infra Coloniâ Agrippinam. Scriptæ illæ sunt ad Thomam Zegerum, Mathematices professorem in academia Marpurgensi apud Hessos. Alia quoque ad Bataviâ pertinentia ab eodem auctore supersunt: quæ reperies in Batavia illustrata, sive variis illis de Batavia scriptoribus à V. Cl. Petro Scriverio editis. Ubi & epistola est hujus Gerardi Noviomagi de Zelandiâ situ: item catalogus, & historia episcoporum Trajectensium ab eadem manu. Sed, quam non tam scripserit, quàm è linguâ vernaculâ Latinam fecerit: ut est in primâ editione b. Idem ex Joannis Marii Belgæ libro 11 illustrationum Gallicarum, & Trojanarum, Latinè ea transtulit, quæ ille de miranda regum Germaniæ antiquitate prodiderat. Scribit idem in præfatione opusculorum illustratæ Germaniæ Marpurgi editorum d, ut in familiâ Philippi à Burgundiâ multis annis vixerit. Addit hinc de eodem, *Voluit ille per me notari, siquid in sui ditione, aut in finitimis regionibus, memoratu dignum actum esset: sed eâ conditione, ut singulis mensibus, quæ annotarâram, ipsi & à consiliis prælegerem: quod cum facerem, admonebant, siquid perperam, siquid parum consideratè scriptum audissent, id mutarem.* Philippus ille à Burgundiâ quem dixi, filius fuit Philippi Boni, frater Caroli Audacis, ac Davidi fratris in Episcopatu Ultrajectino successit, atque anno obiit 1304. Hujus

a Anno
1532.

b *Exstant in opere historia-rum Batavica edito anno 1541.*
c *Marpurgi procurator anno 1542.*
d *Habes in opere Historiarum Batavica edito, ac paullo ante memorato.*

episco-

episcopi vitam fide optima idem Noviomagus consignavit: eam vero dicavit Margaritæ Austriacæ, Belgicæ Gubernatrici: cujus Philippus ille erat avunculus magnus. Excudit Egenolphus Argentorati anno 1579. In Epistola ad Margaritam promittit vii historiarum suæ ætatis libros, quos jam se ad incudem revocasse refert, ac sub Margaritæ auspiciis in publicum ait prodituros. Inque memorato ante de Philippi episcopi vita libello, remittit lectorem partim ad epistolam, qualem ad Paludanum scripserat, partim ad librum primum historiarum sui temporis. Etiam commemorat ut Philippus episcopus, historicos Latinos, quotquot extarent, se prælectore, attentissime audierit. Vitæ isti subjecit versiculos scriptos honori Maximiliani imperat. atque addit imperatoreos ita placuisse, ut propterea auctorem poetica dignum laurea pronunciarit: actum id Thenis, Brabanticæ oppido, anno 1577. Obiit Marpurgi, ubi juxta eum conditur Andreas Hypeus: ut inscriptio testatur.

JOANNES AVENTINUS, Bojus, Aventinii, sive Abusinæ, anno 1527, natus fuit: ac cum alia multa, tum annales Bojorum libris vii reliquit: quos ex authenticis codd. restituit, & auxit, Nicolaus Cisnerus. Terminatur ejus historia anno 1577. Atque obiit anno sequenti, annos natus LXVII. Quod verò ejus meminimus nihilominus, id inde est, quia extremis Maximiliani temporibus jam cœperat historiam suam scribere auspiciis & liberalitate fruens Guilielmi & Ludovici, Bavaricæ ducum, qui patri suo Alberto successerant anno 1577. Unde error dilucet Genebrardi, atque eum sequentis Gualterii, cum hunc scriptorem claruisse tradunt anno 1577. Nam toto pòst seculo demum natus fuit: ut vidimus. Cæterum lib. IV a etiam publicata à se historię Utinensium meminit. Alia quoque compluribus suggeret Gesnerus. Quam malè de eo sentiat Baronius, liquebit ex T. IX. ad annum 1577. Vitam Aventini scripsere Henricus Pantaleo extremâ parte secundâ de illustribus Germanicæ vitis, & Hieronymus Ziglerus, cujus de eo commentatio præmittitur Aventino ipsi.

Fortasse & aliquis locus hîc sit GUILHELMO AB HEDÆ, ut, qui Maximiliani primi legatus fuerit, & Philippi Hispaniarum regis à secretis. Fortasse obitat, quòd Chronicor Hollandicæ, & Episcoporum Ultrajectinorum anno demum 1577 cœperit: nempe secundo anno imperii Caroli v, in cujus anno quinto Chron-

nicon suum terminat. Reliquit & genealogiam Caroli ex familia Habsburgica, fabulis refertam. Natus est in pago Alphen, juxta Leidam: præpositus fuit Arnhemienſis in Gelria: postea decanus Ultrajectinus ad S. Joannem. Anno cldxxxvi obiit Antverpiæ, ubi & canonicus fuit. *Accuratissima diligentia scriptor* vocatur à Jano Duza Annalium Batavicornum præfatione posteriore, quæ est de poëtica & historia societate.

CAP. XI.

Hieronymi Paulli Barchinonensis commentationes variae, Vitæ Plutarchi ab Dario Tiberto redactæ in compendium. Baptiste Ferrariensis historia Florida, Chronicon, alia. Aelius Antonius Nebrissensis de gestis Ferdinandi, atque Isabellæ: item de bello Novariensi. Antonii Bonfinii historia Hungarica, & de Græcis translata. Bartholomeus Fontius. Laurentius Burellus de viris illustribus ordinis Carmelitici. Galeotus Martius Narniensis de jocose dictis, ac factis, Matthiæ Corvini. Ioannes Franciscus Picus de vita atque obitu Ioannis Pici Mirandulani. Felini Sanderi epitome de regibus Siciliæ & Apuliæ. Sigismundus de Fulgineo. Asiæ descriptio à Gregorio Tiphernate ex Strabone versa. Bernardus Rucellarius. Ioannes Stella de vitis Pontificum. Ioannes Pinus de vita Catharina Senensis, & Philippi Beroaldi. Ioannes Carolus Florentinus de vitis illustrium virorum ordinis Dominicani. Iacobi Philippi Bergomati Supplementum Chronicon, deque claris mulieribus liber. Robertus Gaguinus de gestis Francorum. Petrus Iacobus Montefalchius. Baptiste Spagnoli Mantuani poemata historica. Petrus Marcellus de vitis Principum & gestis Venetorum. Hieronymus Athestinus de gestis Athestinarum: atque opus de origine Patavina. Ioannis Lazardi Cælestini epitome historiae universalis. Marinus Sanutus de Venetis magistratibus, ac principum vitis, deque bello Gallico. Augustini Ticinensis Chronicon, ac Vitæ. Michael Ri-

tius Neapolitanus de regibus Franciæ, Hispaniæ, Hierosolymæ, Neapolis, Sicilia, Hungariæ. Philippi Beroaldi Mythica. Alberti Castellani Chronicon, ac catalogi doctorum, & sanctorum.

VENIO ad Italos, Gallos, Hispanos. Ex his, primis Maximiliani temporibus, eruditionis suæ pretium tulit **HIERONYMUS PAULI** Barcinonensis, qui præerat emendationi literarum Pontificis M. Vir antiquitatis peritissimus vocatur libro 1 ab auctore a T. 3. indicis rerum, quas Arragoniæ reges gessere. Edidit Ecclesiæ omnium Provinciale; quod MSum adseruatur non longè à Patavio in bibliotheca Monasterii S. Mariæ de Pratales, Ord. S. Bened. *scripsit de rebus Hisp.* Idem de fluminibus, & montibus Hispaniæ, librum edidit. Eum dicavit Roderico, episcopo Portuensi, cardinali Valentino, Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario; qui postea factus est Pontifex Romanus, & nuncupatus Alexander VI. Idem, cùm Barcinone ageret anno MCCCXCI, Ferdinando II, Castellæ & Arragoniæ rege, commentariolum edidit de urbe Barcinonensi. Utrumque hoc Hieronymi opusculum existat Tom. II scriptorum, qui Hispaniam illustrarunt.

Æqualis huic erat **DARIUS TIBERTUS**, poëta, & eques Casenas. Hic anno MCCCXCII concinnavit epitomen vitarum Plutarchi: quæ Ferrariæ primùm prodijt anno MDI: sed vitiiis multis inquinata. Postea autem accuratius exiit ex Oporini castigatione.

BAPTISTA FERRARIENSIS cognomento Panætius, Carmelita, & Theologiæ professor, atque idem à secretis consiliis Herculis primi, Ferrariæ ducis II, vir Latinè Græcèque eruditus; ac, ut de eo Paulus Langius in Citizenensi Chronico testatur, historicus peritissimus, inter alia scripsit historiam à Christi nativitate ad sua usque tempora, quam Floridam inscripsit. Adhæc de ruina imperii Romani. Item Chronicon Ferrariensium. Insuper de monte Sina. Item vitam Machthildis. Meminit omnium Tritthemius. Sed editane sint, non fat scio. Sed sermonum ejus libri Bononiæ editi à Benedicto, & Baptistæ Mantuano dicati, anno MDLVI. Floruit circa annum MCCCXIV.

ÆLIUS ANTONIUS NEBRISSENSIS, inter literatos ingenti in pretio stetit anno MCCCXCIV, ac deinceps. Quid mirum? Hic ille est, qui bonas literas primus in Hispania excitavit.

Idem ex Grammatico, & Rhetore regio, factus est Historiographus regius. Reliquit decades duas de rebus gestis à Ferdinando Catholico & Isabella, seu Elisabetha, vel, ut ipse mavult declinare, Elisabe conjuge. Edolabat hoc opus Compluti anno 1519. Atque habes id Tom. I illustratæ Hispaniæ. Sed ex priori decade, culpâ plagiariorum, tres postremi libri; ex posteriori, pars quarti, & sex sequentes, perierunt. Præterea condidit libros duos de bello Novariensi: qui subjunguntur decadam volumini antè memorato. Historiam ejus tanto viro dignam censet Vassæus in Chronico suo Hispaniensi cap. IV. Variæ omnino eruditionis vir erat; eoque illum nomine etiam Erasinus laudat in Ciceroniano suo. Præclarum quoque de eo judicium est Alphonfi Garfæ Matamori Hispanensis; sed ita, ut in dictione illius historicâ non nihil requirat. Sicenim scribit libro de eruditis Hispaniæ viris, atque Academiis ejusdem: *Hoc toto tempore, quod longissimum à Bœthio fuisse videmus, altissimas egerat barbaria radices, & nemo ex tot hominum millibus fuit, qui immane hoc, & ferale monstrum, aut domi privatis studiis auderet conscire, aut à finibus Hispania pellendum tentaret, donec tandem, post multa sacula, natus est felicissimis fati, in Batica, Antonius Nebrissensis; qui literis, ac disciplinis omnibus, quibus eo tempore florebat Italia; tanquam ex longâ siti avidissimè haustis, atrox, quoad vixit, & crudele bellum cum barbaris gessit. Quod si propter insitas, inveteratasque mentibus hominum persuasio- nes, conscire omnino non potuit: magnâ certe ex parte fregit, ac debilitavit. Hic quidem fuit magnus Hispaniæ Aristarchus, præclarus orator, multa & varia lectio: sed historiam, quam de gestis à Ferdinando, augustissimo rege, conscripsit, tenui, ac defecto quidem stylo, parumque diligenter est prosecutus; sive quòd magni viri sit (ut ait Cicero) historiam conscribere; sive quòd Ferdinandi Pulgaris, (quod negare equidem non possum) in sermone Hispano eloquentissimi, interpretem (ut fama est) perfunctoriè egerit. Oppressit eum (ut Paullus Jovius ait) repentina paralysis, cum ad septuagesimum septimum ætatis annum pervenisset, tanto quidem corporis ingenique vigore, ut nihil de studiorum labore omnino remitteret; & ut naturâ mulierosus, ad supremum usque diem Venereis uteretur. Obiit anno 1512. Moriens opera sua castiganda testamento reliquit Ario Barbosa, Lusitano, Politiani discipulo, qui primus literas Græcas in Hispaniam intulit, ac bonas literas viginti annis Salamanticæ publicè docuit: ut est apud Gyraldum dialogo priori de poëtis sui temporis.*

ANTONIUS BONFINIUS Asculanus, præter Hermogenum,

nom. etiam Philostratum & Herodianum, Latine vertit. Matthiæ Corvini, Hungariæ regis, impulsu, confecit Hungaricarum rerum commentarios. Sunt ii decadem iv cum dimidia: ac pertingunt usque ad annum cccccxcv. Sed diu fuit, quòd tres tantum decades exsistere: quarum summam MICHAEL RITIVS complexus est duobus libellis, qui de rebus Ungaricis inscribuntur: ut postea dicemus. Ac tres quidem decades, quas dixi, ex Budensis exemplari: *αινεσιφω*, sed mendosè descriptos, multisque in locis à se restitutos, anno cldxlvi, in lucem emisit Martinus Brennerus Bistriciensis Transylvanus. Anno autem cldlxviii eisdem ex collatione codd. MSorum emendatiores cum decade quarta, & quintæ dimidio publici juris fecit Joannes Sambucus Tirnaviensis. E cujus bibliotheca postea etiam Symposion Beatrix prodiit, seu dialogorum de virginitate & fide conjugali libri iii: quibus multa ad laudem Matthiæ Corvini, & reginæ Beatrix. Simul ex iis quanto in loco apud eos fuerit Bonfinius satis elucet. Sambuci in dialogorum præfatione tale de Bonfinio judicium est, ingenio ad omnes res arduas, & laudabiles excelluisse: styloque uti idoneo non ad historiam minùs, quàm philosophiam, vel orationes.

Bonfinium sequatur BARTHOLOMÆUS FONTIVS, ejusdem regis Corvini familiaris, & augendæ ejus bibliothecæ, de qua multa adeo Brassicanus præfatione in Salvianum, studiosissimus. Reliquit vitam Pauli Chiacceti, quæ ante annos paucos a cum aliis ejus opusculis in lucem prodiit.

a Fran-
cosurti
an. 1621.

LAURENTIVS BURELLVS Divionensis, monachus Carmelita, eodem vivebat tempore: multaque, & prosâ, & carmine, pangebatur: inter hæc Heliaden, hoc est, opus in laudem Heliæ, Carmelitarum, ut appellatur, patriarchæ. Ad hæc librum composuit de viris illustribus sui ordinis.

GALEOTVS MARTIVS Narniæ genitus fuit: unde à Francisco Bellafino, opusculo, quod ante annos xc de Bergamo scripsit, b dicitur Galeotus Narnensis. Ibidem eum virum eruditissimum appellat. Primùm in Italia Bononiæ bonas literas docuit; hinc in Pannoniæ privatis scholis idem egit. Post Matthiæ Corvini, Hungariæ regis, domesticus factus, atque epistolarum magister: idemque, ut videtur, præfuit studiis filii ejus, Joannis Corvini. Præfectus etiam fuit bibliothecæ Budensi. Acriùs in eum stylum strinxit Franciscus Philippus: sed Joa. Pannonio, Quinque-eccliarum episcopo, carissimus erat, jam ab eo tempore, quo in Italia eadem

b Prodiit
Venetus
an. 1532.

a In elo-
giis do-
ctorum
virorum.

studia sequebantur. Exstant Galeoti hujus, cum alia, tum liber de jocosè dictis, ac factis Regis Matthiæ Corvini; quem filio ejus Joanni consecravit. Invenies eum in volumine illorum, qui de Hungariæ rebus commentati sunt. Leander in Italia sua vocat excellentem oratorem, & philosophum: sed hoc in eo culpatur, quòd, dum plura, quàm par est, scire laborat, à fide Orthodoxa in quibusdam declinavit. Nempe (ut Pauli Jovii a de eo verba retineam) scripsit etiam, & malo quidem infortuno, quedam in sacra, moralique philosophia. Nam ex ea lectione, cum omnibus gentibus integre, & puriter, veluti ex justa natura lege, viventibus, aternos celestis aura fructus paratos diceret: à cucullatis sacerdotibus accusatus, damnatusque est. Sed eum periculo celeriter exemit Xystus pontifex, qui in minori fortuna ejus fuerat auditor, non sine gravi tamen contumelia. Nam in foro Veneto ad geminas columnas ad tribunal perductus est, ut, impetrata venia, se falsa scripsisse fateretur. Sed accidit, ut id judicium exortus in turba risus everteret, falso ac repentino Galeoti dictorio excitatus. Nam cum fortè non ignobilis Venerus, è turba proximus, strigosà proceritate, & impudica uxoris probro insignis, traductum ludibrio præpinguem porcum appellasset: exemplo Galeotus, renidentique ore, Pinguis, ait, porcus, quàm macer hircus, esse malo. Erat enim Galeotus usque ad eò tumentis abdomine, ut cum sub vasto obesi corporis pondere, vel prægrandia jumenta fatiscerent, vberè curuli veberetur: ac demum senex, ad montem Annianum circa Ateste, arvinà suffocatus interiret. Apud Scardeonium lib. 1. rerum Patavin. class. x. quo loco de nepote hujus, Stephano Galeoto, tractat, legas, Galeotum à ruina suffocatum interiisse. Sed omnino rescribendum arvina: uti est apud Jovium, quem se exscribere Scardeonius fatebitur. Quomodo autem arvina, & grave ventris pondus, exitio ei fuerit, aliter aliquanto narrat Joannes Pierius Valerianus lib. 1 deliteratorum infelicitate; ubi sic loquitur: Galeotus Narniensis, suis clarior lucubrationibus, & magnorum principum familiaritate magis celebris, quàm ut nostro possit clarescere testimonio; cum à Francorum rege Ludovico ejus nominis undecimo accersitus ex Pannoniis, ubi Matthiæ Regis liberalitate deliciabatur, Lugdunum ad salutandum Gallum regem se conferret: fortè illi factus ex itinere ante urbis portas obviam, dum magnà viri corporis habitudine, pinguedineque, & obesi ventris mole gravis, ab equo se demittere ad terram vellet, id scilicet honoris Principi habiturus, suo ipsius tractus pondere ita corruit, ut ad viso terræ capite, statim expiravit.

Iisdem temporibus in admiratione erat JOANNES FRANCISCUS PICUS. Luculentè is descripsit vitam, atque obitum patrii

patruī sui, verè sui seculi Phœnicis, Joannis Pici, Mirandulæ & Concordiæ principis, qui Florentiæ anno obiit cccccxciv. Etiam historiam sistorum temporum universalem consignasse. Gesnerus, atque ex eo Possevinus refert. Quæ necdum lucem aspexit, sive quia opus illud nondum perfecisset: sive quòd in eo liberius quædam dicerentur, quàm illorum temporum ratio sineret.

FELINUS SANDERUS Ferrariensis Jurisconsultus, atque (ut Michaële Ferino Mediolanensi epistola ad ipsum Felinum vocatur) Rotæ auditor, utriusque Referendanus Palatinus clarissimus, de regibus Sicilia & Apuliæ, & in his nominatim de Alphonso rege Arragonum epitomen scripsit ad Alexandrum vi Pont. Max. Quæ cum sæculum & amplius latuisset, in lucem protracta est beneficio Marquardi Freheri *a.* Est autem nihil aliud quàm centones ex Pandulpho Hostiario, Ottone Frisingensi, Antonino, Pio II, Blondo, Poggio, Platina, Matthæo Palmerio, Bernardo Justiniano, Leonardo Aretino, Philippo Bergomate. Quorum & nomina excerptis singulis subjungit.

a Hanovia prodiit VVechelam.

Ejusdem temporibus fuit SIGISMUNDUS DE FULGINEO. Ex quo aliqua adducit Felinus epitomes suæ cap. xxxix, atque addit, *ut ex historia moderni clarissimi historici Sigismundi de Fulgineo videri potest.* Quæ ætatem clarè docent.

GREGORIUS TIPHERNAS, etsi medicinam profiteretur, plus tamen honoris politiciorū literaturā consecutus est: teste Gyrardo dialogo i. de poëtis sui temporis. Ubi & judicium fert de poëmatis ejus. Sanè, ut Leander ait, magno patriæ suo Tipherno fuit ornamento, vir Latinè Græcèque doctissimus: uti arguunt, quæ Latinè vertit, præcipuè Asia Strabonis. Præceptor fuit civis sui, Lælii Tiphernatis: qui Philonem Judæum transtulit Latinè.

BERNARDUS RUCELLARIUS iisdem vivebat temporibus. Inter eruditos Florentinos reponitur ab Alberto Leandro in descriptione Italiæ: atque insignis historicus ibidem vocatur.

JOANNES STELLA, sacerdos Venetus, monumentum reliquit de vita ac moribus summorum pontificum: quod perduxit usque ad Julium ii; id est, annum cldciii. Interim, ut ipse in præfatione ad Antonium Surianum, patriarcham Venetum, agnoscit, multa de industria prætermisit, præsertim novissimis temporibus, eò quòd sine nota quorundam committi literis non possent.

JOANNES PINUS Tholosanus, Rivorum Episcopus, floruit

anno c1010, ac præter librum de vita aulica, vitam scripsit Catharinæ Senensis. Item vitam Philippi Beroaldi. Utraque Bononiæ prodiit, anno c1010v. Etiam ejus quædam de laudibus Codri Urcei unâ cum Codri operibus edita sunt. De eodem sic Erasmus in Ciceroniano suo: *Possit Ioannes Pinus inter hujus laudis (de Ciceronianæ dictionis laude loquitur) competitores numerari, nisi & hunc negotiorum tumultus, & ecclesiastica dignitas à studiis avulsissent. Olim certè præclarum sui specimen dedit, cùm Musarum sacra coleret. Nunc episcopum audio factum. Fieri potest, ut plus accesserit eruditionis, quàm dignitatis.*

JOANNES CAROLUS Florentinus Ord. Præd. signavit vitas illustrium aliquot sui ordinis virorum. Nempe Joannis Dominici, qui, ex ejusce ordinis monacho Rom. Eccl. Cardinalis factus à Gregorio XII, ac episcopus Raguzæus, Budæ apud Hungaros obiit. Item vitam edidit Simonis Saltarelli Florentini, qui antiſtes erat Orivetii, ac monachus Ord. Præd. Utramque habes lib. III operis, ab Alberto Leandro editi, de viris illustr. Ord. Præd. Item ab eodem auctore profectam vitam Aldobrandini Cavalcantis Florentini, episcopi Urbevetani, eodem lib. invenies. Uti & vitam Angeli Acciaoli, seu Accievoli, qui Florentinæ ecclesiæ episcopus fuit anno c1000cxl. Etiam lib. v habes ab eodem exaratam vitam B. Joannis Salernitani, socii S. Dominici. Hunc Vitarum auctorem libro I vltali elogio ornat: *Adest cum Ioanne Carolo Florentino, viro usquequaque erudito, portante vitas plurium patrum priorum cænobii Florentini elegantissimo stylo descriptas. Certè scriptor accuratus, & floridus fuit.* Itidem in Italia, quo loco agit de iis, qui patriam Florentiam scribendo illustrarint, *candido jucundoque stylo usum testatur.* Decessit in urbe patria anno c1010v.

JACOBUS PHILIPPUS Bergomas, qui Paulo Langio in Chronico Citizenſi *Jacobus de Pergama* dicitur, fuit ex nobili Forreſtorum familia, quæ hodièque Bergomi floret & Comitibus titulo, & Soldii dominio gaudet. Ipse erat ordinis eremitarum; scripsit Chronicon, quod Supplementum supplementi inſcripsit; atque incipit ab orbe condito, & desinit, non in anno c1000000xxxvi, ut est apud Possëvinum; sed in priori quidem Bergomatis hujus editione Brixienſi, in anno terminatur c1000000cclxxxv; in alterâ autem Venetâ, anno c1010111. Videri possit eo in opere nonnihil adjutus ab Ambrosio Calepino, qui de Venetiis agens sic scripsit, *De hujus civitatis laude quoniam apud Iacobi Philippi Chronica à nobis Latè congestum est, duximus omitrendum.* Nisi hoc voluit potius, Bergamo-

matris Chronico quædam à se adjecta, quæ lucem nondum viderint. Annus is, quem dixi, cIoIoIII, Philippi hujus natalis erat lxxix; ut ipse ait in fine Chronici sui. Unde liquet, annorum tantummodo xvii fuisse, cum monachus fieret. Nam alibi ait, adolescentibus, quos Joannes Rochus conventui suo Bergomeni aggregaverat, Christoque mancipârat, anno se cIcccccl. fuisse sociarum. Præterea verò librum edidit de claris mulieribus Christianis; quem dicavit Beatrici Arragoniæ, Hunnorum, & Boëmorum reginæ. Eo de opere tale est judicium Wicelii in præfatione Hagiologii, nihil dicere aliis indictum; sed pauldò cultius narrare, quàm barbari priorum seculorum soleant; multumque adlaborare, ut & opus, & operam suam, reginæ probet Beatrici. Vir est multæ lectionis, & judicii non vulgaris: sed qui in rebus antiquis sæpe codicum vitio, quibus usus fuit, nomina immutat. Latinitatis autem non satis erat gnarus: usque adedò, ut num præter principem, an principem dicat, nihil pensi habeat. Cujusmodi apud eum plurima occurrunt.

ROBERTUS GAGUINUS (qui Tritthemio *Rupertus*) natus est in vico Callina, qui est in Artesiæ finibus ad Lisam fluvium: ut omnino erret Guicciardinus, qui Duacensem esse putavit. Quamquam & eum secutus Miræus in elogiis Belgicis, & Sanderus lib. III de scriptoribus Flandriæ. Puer ingressus est monasterium Prævinense, non longè ab Mino-villa, ac factus est cænobita S. Trinitatis. Inde Lutetiam, studiorum gratiâ, profectus fuit; ubi vixit apud sodales, quos appellant Maturinos. Ibidem titulum accepit Doctoris utriusque juris. Ac tandem factus ordinis sui minister. Tantaque prudentiæ ejus fama erat, ut regum nomine sæpius missus sit legatus in Italiam, Germaniam, Britanniam. Ludovicus xi præfecit eum bibliothecæ reginæ, ac ingentem pecuniæ vim tribuit, ut libris eam variis locupletaret. Magni quoque illum Erasmus fecit: si judicium faciendum, ex ejus epistola ad Gaguinum scripta, quæ ejus historiæ subjungitur. Imò Paullus Malleolus dicavit ei notas suas in Terentium, ac Faustus Andrelinus eidem inscripsit Octavii Cleophili poëma de cœtu poëtarum. Edidit ipse varia, quæ Tritthemius indicabit: uti & Ferreolus Locrius in Chronico Belgico. Memoratur autem hoc loco propter libros xi a de gestis Francorum: quibus historiam complectitur annorum cIo-cc, ac pertingit usque ad annum cIoIo. Esti verò communi multorum historicorum vitio laboret, ut in rebus patriis, & imprimis

a Sanderus xlii
ait lib. edidisse. n. ti & S. vveertius.
Primum cum prodidit libri erant x. Sed lib. undecimus accessit editione Parisiensi in. 1511.

mis suorum temporum, affectui aliquantum indulgeat; quo nomine de eo conqueritur Ludovicus Vives: non tamen audiendus est Jacobus Mejerus Balliolanus libro xvii rerum Flandricarum; ubi scriptorem frivolum appellat. Sed gravius illud, quod universè de historicis Gallicis addat, *Res suas Galli non majori solent scribere fide, quam gerere.* Nempe nimius patriæ amicus fecit, ut, dum suos à Francis historicis accusatos purgare nititur, minùs rectè de præstantissimâ, sed inimicâ, Francorum gente judicaret. Unde etiam est, quod idem paulò antè Ludovicum, Galliæ regem, non dubitet diabolicum omnium discordiarum fatorem nuncupare. Nec tamen in rebus externis nimium Gaguino tribuendum videretur.

a Nisi ve-
rius Na-
thã Chy-
traus in-
itinerum
deliciis,
& S. v-
derº, qui
eum xi
Kal. Ian.
hoc est
xii Maji
dicunt
obiisse.
b Eos in-
ter Mi-
raus in
elogiis
Belgicis,
& San-
derus lib.
3. de
scripr.
Flandr.
item
Svveer-
tius in A-
thonis
Belgi-
cis. Item
Nathan
Chytraº
in itinerũ
deliciis.

De quo ita Jovius in elogiis: *De fide (in rebus Gallicis) illi viderint, quorum inter est incorruptam rerum memoriam ad posteros tra- mittere. Nam in his, quæ ad Italiam pertinent hujus tempestatis, usque adè insolenter, & pingui stylo, cacutire solet, ut, qui nulla orationis ornamenta in eo conspiciunt, passim ejus imprudentiam stomachentur.* Dicitur & Chronicon sui ordinis fecisse. Jussu quoque Karoli viii, Galliarum regis, Julium Cæsarem cum Anto. Hirtio, item gesta Caroli magni vertit Gallicè. De stylo ejus sic Erasmus in Ciceroniano suo: *Robertus Gaguinus ita pridem habitus fuit magni nominis, dictio- ne tamen, quam scriptis vendibilior. No. Verùm tuo seculo, nunc vix inter Latine loquentes reciperetur.* Obiit Lutetiæ xxii Jul. a anno, non c1010i, ut aliqui tradidere b, sed sequenti: ut est in Chronicis Ferreoli Locry. Faustus Andrelinus (quem ex Italia in Galliam adduxerat ad regem Carolum viii) hujusmodi epitaphium conscripsit:

*Illustris Gallo nituit qui splendor in orbe,
Hic sua Robertus membra Gaguinus habet.
Si tanto non sava viro Libitina pepercit,
Quid sperent docti cætera turba chori?*

Etiam anno c1000cxvii claruit PETRUS JACOBUS MONTAFALCHIUS: qui tum opas reliquit de Vicentinis: tum etiam de cognominibus Deorum egit: atque item de sacris celebratibus. Habet eum scriptorem Pignorius.


BAPTISTA SPAGNOLUS MANTUANUS, 17 Kal. Maji anno vel c1000cxliv, vel potiùs quadriennio post, è gente honesta, sed, ut Jovius in Elogiis ait, damnato fuit coitu natus, quod tamen negat Petrus Lucius Belga in Carmelitana bibliotheca. Oracinis Carmelitarum Prior generalis ut vocant. Fuit autem creatus

Pomæ generalis anno 1610. Sed exinde anno quarto, ut iavirum honorem susceperat, ita sponte deposuit, partim quod impari se oneri putaret, partim ut melius sacris studiis vacaret. Carmen scripsit de capta Granata, regnoque toto Mauris erepto à rege Ferdinando, & Elizabeth regina: quod anno contigit 1609. Item carmine est vitam Ludovici Morbicii complexus. Ad hæc carmine tradidit vitas Dionysii Areopagitæ, Basilii, Georgii, Agathæ, Catharinæ, Lucie, Apolloniae, atque aliorum sanctitatis nomine celeberrimum. Nempe ex parte præstitit, quod promittit lib.

II Carm.

*Si tranquilla quies, & tristis us otia curis
Libera me sinerent sanctos invisere fontes,
Et totos Heliconæ dies consumere circum:
Prima salutaris repetens exordia Christi,
Ad suprema meum venisset tempora carmen:
Atque, tentassem majori singula versu
Texere, & annales melioribus edere chartis.*

Ut vero de iis quæ prosa scripsit taceam, quàm multa scripserit carmine, argumento est, quod versus reliquerit supra quinquagies quinquies milenos. Valde eum epistolis suis celebrant Jovianus Pontanus, Picus Mirandula, & Philippus Beroaldus. Obiit Mantuæ temporibus Leonis x, anno Christi 1536, ætatis suæ vel 77, vel potius 87. Et si Jovius octogenario majorem fuisse dicat. Sed planè fallitur. Natus enim anno 1449, temporibus Nicolai v Pontif. ut ipse de se scripsit in vitæ epitome. Obiit autem anno Chr. 1536, quarto anno Leonis x, 21 Kal. Aprilis, festo cœnæ dominicæ. Idem Jovius & illud ait, *Fredericum principem marmoream effigiem ei cum laurea possidisse: que in arca lapidea juxta Virgilio Maronis simulacrum, præfectò. si non ridentur, comparatione, conspicitur.* Hoc judicium satis concoquere non potest Carmelitanus Petrus Lucius Belga. Qui Baptistam utpote Christianum, gentili poetæ etiam præferri putat oportere. Sed non religionem nunc spectamus verum ætatem, poeticam. In qui præfectò quid Carmelita hic ad Maronem? Attamen (ut de eo scribit Lilius Gyalæus b) juvenis laudabilior poetæ fuit. Cum vero ei desedit calor ille, & fervor juvenilis, tanquam amnis sine obice extra ripas sordide defluens, coerceri non potuit. Vix enim ea legere possimus, quæ longè illi ætate præfectus carmina scripsit. Nempe, ut ibidem inquit, Est ferè natura comparatum, ut, qui nimis judicio valent, & nimio plus sibi placentis



a Carme-
litæ be-
libro.

b Dialo-
gus de poe-
tâ, p. 100.
c. 1.

eos indies deflorescere, & senes flaccescere, videamus. nam & his indies aliquid semper ingenium desereret. Et fanè versus ejus scabiosos esse, atque ita ruri natos, ut nihil sapiant urbanum, etiam Cæsaris Scaligeri iudicium est in sexto Poëtices.

PETRUS MARCELLUS, Antonii filius circa hæc quoque tempora claruit. Reliquit librum de vitis principum & gestis Venetorum. Eam à primo principe producit usque ad Augustium Barbadicum LXXIV quarti Ducis mortem: quæ in annum incidit 1511. Ætas hujus scriptoris exinde colligitur, quòd de Leonar- do Laureano (is Barbadico successit) hunc in modum scribat: *Ob- cujus singularem sapientiam, maximum in Reip. benegerende studium, æ- quabilem in omnes justitiam, egregiam liberalitatem, eximiam denique viæ sanctimoniam, omnia prospera Republica eventura ab omnibus speranda sunt. Quem utinam immortalis Deus, pro Reip. commodo fortunet, & quam diu- turnum esse velit. Si qua deinceps memoratone digna contingent: si in vidis erimus libenti animo subjungemus a.*

a Habet
eum in
Chroni-
co Chro-
nicorum.

Iisdem temporibus, ac deinceps, flor. HIERONYMUS AT- HESTINUS, Patavinus sacerdos. Carmen condidit de gestis Atheftinorum; quòd Venetiis prodit anno 1517. Præterea reliquit historiam brevem de Origine urbis Patavinæ. Sed sententiam ejus hac de re improbat Scardeonius in rebus Patavinis; ubi plura de hoc Atheftino. Obiit Patavii circa an. 1533.

FR. JOANNES LAZIARDUS COELESTINUS conscrip- sit Historiæ universalis epitomen, jam olim typis Joannis Praten- sii editam, procurante Emondo Le Feure: ut omnino ejus mirer non meminisse vel Gesnerum, vel Simlerum, vel Posslevinum. Præfa- tionis initium est, *Quæ in terris gignuntur, &c.* Opus autem ipsum sic incipit, *Deum esse, universi pulchritudo, atque dispositio, testatur.* Magnam operis sui partem exscribit ad verbum ex Gallo quodam au- ctore Breviarii historici, de quo superius diximus. Sed mirificus ille, penè dixerim, stupor hominis, quòd ne illa quidem verba im- mutarit: *Sigismundus imperator anno presentis 1533, cum inimicis fidei Christiane conflixit, &c.* quæ apud hunc legas cap. CCLXIII. Ille breviarii auctor ita scribere potuit, quia tum vivebat: Laziardus non potuit, cum historiata producat usque ad annum 1511; quo Alexandro VI Pius III successit, ac postquam diebus XVI pontifi- catum administrasset, naturæ concessit. Quæ verò sequuntur usque ad annum V Francisci I, Galliarum regis (qui Christi est 1519) addita sunt ab HUBERTO VELLEIO Sabatensi.

MARINUS SANUTUS junior, Leonardi filius, patricius Venerus, cui Aldus Manutius opera Politiani à se edita dicavit, scripsit librum de magistratibus Venetis, ab urbe condita, usque ad sua tempora. Item de vitis principum Venetorum, adhæc de bello Gallico. Ingeniosè & eruditè scripsisse ait ibidem Aldus. Etiam cum honore ejus meminit Franciscus Modestus Ariminensis Veneriados suæ libro x: ubi eum, qui accuratè vetera novaque omnia imperii Veneti requirat, Marini hujus ad scripta remittit: ut quibus fusè tradantur omnia, quæ ipse vellicatim ac strictim exponat. Vide & de eo Bergomatem Chronicorum lib. xvi.

AUGUSTINUS, TICINENSIS Canonicus, congregationis Lateranensis, vixit anno 1515, & deinceps. Posteris reliquit ingens Chronicon, vitam B. Monicæ, Elucidarium Christianarum religionum, in quo ubertim agit de ordine Augustinianorum, deque B. Augustini vita, moribus, doctrinâ, aliisque. Item regulam sanctissimi patris Augustini: in qua & vita S. Guarini, Episcopi Præestini, & cardinalis. Est is liber in monasterio Canonicorum regularium Bononiæ. Guarini autem vitam habes apud Surium T. vi r a. d. vi Febr. Cuncta Augustini hujus, Chronico excepto, prodire Brixia, anno 1513 x i.

MICHAEL RITIUS Neapolitanus, Jurisconsultus, & Ludovico XII, Galliarum regi, à consiliis, edidit Romæ anno 1515 v libros tres de regibus Francorum; eosque Guidoni, regni Cancellario, dedicavit. Idem libros tres fecit de regibus Hispaniæ; quos perducit usque ad Philippum, Caroli v parentem. Adhæc composuit librum unum de regibus Hierosolymorum. Deque regibus Neapolis, & Sicilia, lib. iv. Item de regibus Hungariæ lib. i r: qui cum Bonfinii historia conjunguntur. Stylus purus est, ac tersus; ut in epistola operi præmissa judicat Janus Parrhasius, ac Vassus in Chron. Hisp. cap. iv.

PHILIPPUS BEROALDUS natus fuit Bononiæ anno 1511, Id. Nov. Inclaruit Frederici, & Maximiliani temporibus. Mythicas historias duas, unam de Gisippo, & Tito, alteram de Galeo Cymone, è Joanne Bocacio Latine transtulit, ac Mino Roscio, Senatori Bononiensi, dicavit. Prodiere Basileæ cum aliis Beroaldi opusculis anno 1513 i r. Fuit è summis sui seculi viris, lectionis penè infinitæ; sed in quo subinde judicium desideres. Indignus tamen, qui *maximè garrulus, & verbosissimus interpres* dicatur à Florido apologia adversus L. L. calumniatores. Sepultus Bononiæ, ubi ta-

hæc ei inscriptio: *Philippo Beroaldo seniori, civi Bononiensi, viro omnium quos ætas sua vult eruditissimo, atque eloquentissimo, eidemque humaniores literas Parma, Lutetie, atque in patria summa cum ingenii laude, atque audientium admiratione professo, Phil. & Vinc. filii heredes ex ipsius testam. P. P. Vixit annos LII. M. VIIII. Obiit anno MDLIV.* Ex filiis hæc Philippus poëta fuit patre melior; ut Lili Gyraldi iudicium est priori dialogo de sui seculi poëtis. Et Erasmus in Ciceroniano suo eum patrem dixisset *hominem de literarum studio præclarè meritum, juniorem, tamen (ut inquit) in Ciceronianorum catalogum citius receperit, quamquam is per pauca misit in literas.* Sanè filius non tantus erat sectator reconditorum verborum: unde ipse in phaleuciis, quos epistolis Plinii à parente suo emendatis subjunxit, ita ait:

--- -- *Et aut sequaris istos,*

Qui portenta vomunt reconditorum

Verborum: magis qui videntur esse

Docti inter sciolos: apud disertos

Nihil insulsius est, ineptiusque.

Non dubito autem, quin imprimis taxet Joannem Baptistam Pium Bononiensem: cui tamen hac parte præerat senior Beroaldus. Vide quæ de utroque hoc, Beroaldo, inquam, ac Pio, annotavit elegantissimus scriptor Floridus Sabinus Lectionum Subficivarum libro III cap. IX, & XIX. Vitam etiam, atque obitum junioris Beroaldi, paucis complexus est Pierius Valerianus libro I de infelicitate literatorum. De juniore etiam apud Paullum Jovium lib. III a devota Leonis X, legas ab hoc pontifice præfectum fuisse bibliothecæ Vaticanæ, inq; scribendis odis Horatiana jucunditate præcelluisse.

ALBERTUS CASTELLANUS, Venetus, Ord. Prædic. anno vixit MDL, ac inter alia Chronicon condidit: præterea catalogum fecit illustrium sui ordinis virorum. Idem catalogum Sanctorum Petri de Natalibus recensuit, ac purgavit.

CAP. XII.

Marcii Antonii Sabellici Enneades, exempla, res Venetæ, ælia. Iocundi Veronensis Inscriptiones veteres. Petri Martyris decades de novo orbe. Aloysius Cadamustus de terris novis. Americus Vesputius Florentinus de navigationibus suis. Franciscus Albertinus de mirabilibus Romæ, ac laudibus Florentiæ, & Sæonæ. Raphaëlis Volaterrani commenta-

mentarii urbani. Petrus Crinitus de honesta disciplina, & illustribus poetis, grammaticis, historicis. Pandulphi Colletti compendium rerum Neapolitanarum. Franciscus Delbentus de familiis Veronensibus. Bartholomæus i. anchinus de vita Philippi Beroaldi. Roberti Gouletti compendium de sex aetatibus. Ludovicus Vartomannus de peregrinatione sua in Aegypto, ac variis regionibus Orientis. Paulus Emilius de gestis Francorum. Ioannis Leonis descriptio Africae. Franciscus Ferrariensis de vita B. O-sanna Mantuanae. Sylvester Prieras de beatâ Virgine Deiparâ, & B. Magdalenâ. Franciscus Puteanus de vita S. Brunonis. Nicolai Leonici Varia historia. Matthæus Bandelius de vita Vincentii Bandelli, & aliorum. Marcellus Palonius de clade Ravennati. Marcus Antonius Michaël de urbe Bergamo. Desiderius Spretus de Ravenna. Andreas Assaratus. Ioannes Baptista Egnatius de Caesaribus Romanis. Polydori Virgilii historia Anglicana. Richardi Bartholini Austriados libri. Ambrosius Leo de urbe Nola. Sebastianus Flaminius de vita Ambrosii Senensis. Leander Albertus de viris illustribus. Antonius Majus de spiritibus, qui in Garda apparuerant. Andreas Fulvius de antiquitatibus Urbis. Augustini Iustiniani historia Genuensis. Stephanus Niger. Valerandus Varanus. Nicolaus Canussinus. Io. Antonii Flaminii Vitæ. Item Vitæ Ioannis Garzonis. Aymarus Rivallius de Iure Civili & Periticio. Iulianus Hasartus. Io. Maria Catanæi poëma de expeditione ad bellum sacrum. Zacharias Zachius de memorabilibus statuis, aliisque rebus antiquis. Benedictinus Burdorius Patavinus de insulis.

Iisdem Maximiliani temporibus vivebat MARCUS ANTONIUS SABELLICUS, qui Coccius in sepulcrali monumento nominatur. Huic suum de scribendæ historiæ præceptis commentarium Hermolaus Barbarus dedicavit. A Jovio quidem fabri ferrarii filius; ab aliis autem natus dicitur è nobili Coccejorum familia.

a *Ad vicum Varronis in via Valeria narum, lego in syllabo Vricensium historicorū.*
 b *Hocopus cum Vrimipublice doceret, scripsit, ut est in syllabo historicorum Vrinensium.*
 c *Lib. 2. epist.*
 d *Bemb. initio Histor. Venet.*
 e *Bembus lib. 4. ep. 4. ad Be-roaldum, & alia eodē lib. ad Alexandrū Cribellū.*
 In syllabo V. *rensū historicorum dicitur scripsisse usq; ad annū 1513. Sed perperā. Nā Bem-bus epi-*

familiā. *Æquicolas a ortu suo nobilitasse, ait Leander in Italia sua. Pomponii Læti, & Domitii Veronensis, fuit discipulus: bonarumque literarum apud Venetos professor. Maximè celebratur historiā Enneadum XI ab orbe condito usque ad annum 1050; post quem annum triennio superfuit, teste Leandro. Item composuit exemplorum libros decem. Adhæc de situ Venetiarum fecit lib. 111: deque Venetis magistratibus lib. 1. Propter quæ à Venetis ei salarium diu præbitum publicè fuit. His adde, quæ commentatus est de vetustate b Aquileiæ, de Vicentiæ ortu & vetustate, de Italiæ tumultu, & quædam alia, tomo uno, Venetiis olim comprehensā, atque à Leandro in Italia sua, ubi Æquicolas describit, & à Jacobo Philippo Bergomate recensita Supplem. Chron. lib. xv: ubi luculentum ejus elogium reperies. De eodem, & Nauclero ita scribit Ludovicus Vives lib. v. de tradendis disciplinis: Principio legendus aliquis, qui ab ultimis temporibus ad nostram memoriam, aut ei proxima, historiam tenore uno contexat, ut summā quædam proponantur omnia. Is sit sanè, vel Nauclerus, vel hoc copiosior, & purior, & diligentior, adde etiam doctior. Antonius Sabellicus. Idem lib. 111 de trad. disc. dixerat: Marcus Antonius Sabellicus fuit quidem plenus; sed turbulentus quandoque, ac similis ei auctori, ex quo res desumit; ut colorem videatur mutare cum solo, per quod omnino tanquam fluvius occurrit. Erasmus benignius in Ciceroniano suo: Antonium Sabellicum agnosco natura facundum, nec artis expertem, nec infeliciter rhetoricatur interdum. In historia sat splendide versatus, sed in hac tantum, quæ suum dicendi genus desiderat. Etiam Bem-bus, sed in epistolâ c ad ipsum scripta, vocat, doctissimum, eloquentissimum, optimè de Rep. meritum: atque addit, Septem historiarum enneadibus quas nuper edidisti, uberrimum fructum propositum vidæ laudis, & gloriæ sempiterna. Florido Sabino apologia adversus L. L. calumniatores vocatur *fervidæ* cuiusdam uberisque eloquentiæ scriptor. Multus verò est Sabellicus in rebus Venetis. Inde autem, ubi dicitur Sabellicus, res Venetas ordiendi ex S. C. cura fuerat demandata Andree Naugerio: ut Leander ait in Venetiarum descriptione. Sed, eo in legatione Gallica vitâ functo, decemvirorum Venetorum postulato præstitit hoc Petrus Bem-bus d; qui libros XI historię Venetæ reliquit. Quatuor suos epigrammatum libellos Sabellico dicavit Domicus Palladius Soranus. Obiit Sabellicus xiv Kal. Mar-tij anni 1506. Jovius ait, prope septuagenarium decembris morbo Gallico, quem vulgivagâ Venere contraxisset. Atque eodem*

sola gemina anni 1506. de morte ejus agit.

dem pertinent, quæ Pierius Valerianus refert lib. I *opusculi* sæ a pag. 18.
 pius memorati, quod de infelicitate literatorum inscribitur. Funebri oratione profecutus eum fuit Baptista Egnatius: quem admodum auctor est Petrus Bembus lib. IV, epist. IV; quæ est ad Philippum Beroaldum juniorem. Vitam ejus consignavit Petrus Georgius Chalcedonius.

Fuit eodem tempore **JOCUNDUS VERONENSIS**, qui bis mille amplius inscriptiones veteres in unum corpus redegit. Politiano Miscellan. cap. LXXV I I dicitur, *vir unus titulorum, monumentorumque veterum supra mortales ceteros, non diligentissimus solum, sed etiam sine controversia peritissimus*. Budæo in libb. de asse antiquariorum diligentissimus. Debemus ei editionem accuratorem Casatis: uti & Vitruvii, & Frontini.

PETRUS MARTYR ab Angleria Mediolanensis, Ferdinandi & Isabellæ, Hispaniæ regum, à consiliis, in posteritatis notitiam pervenit libris xxx de navigatione Oceani, & terris suo tempore repertis. Hæc, ut ipse libro II testatur, in literas referebat anno 1492. Regionum fuisse liberorum magistrum, prodidit Vasæus in Chronico Hispaniæ cap. IV. Idem addit, quædam in ejus decibus culpari, quasi minus convenientia cum Ecclesia Romana. Magnopere vereor, ne confundat duos Petros Martyres; quorum prior Mediolanensis, alter non paullo junior, Florentinus fuit. Sane de priori nec suspicionem ejusmodi in elogio ejus injicit Paullus Jovius; qui id neutiquam præterisset: ut qui nec tacendum putarit; qualis de jam sene Fabio Stapulensi, in religionis negotio, suspicio fuerit concepta.

ALOYSIUS CADAMUSTUS, patritius Venetus, vivebat anno 1494. Hic consignavit navigationem ad terras Novas: quæ Latine exstat beneficio Archangeli Madrignani.

Hic etiam locum sibi jure suo vindicat **AMERICUS VESPUTIUS** Florentinus: qui quatuor suas navigationes (postrema earum finem habuit anno 1498) literarum monumentis ad posteros transmisit. Opus hoc dicitur Renato, Sicilia regi, Lotharingiæ duci.

FRANCISCUS ALBERTINUS Florentinus claruit anno 1500, ac deinceps. Fuit unus è capellanis cardinalis Tit. S. Sabine. Reliquit opusculum de mirabilibus novæ & veteris Romæ: in cujus præfatione refert, prius se de stationibus, & reliquis urbis, ad Imperatorem Maximilianum scripsisse: atque eâ se occasione à cardini-

cardinale Galeoto monitum esse, ut Mirabilia Romæ, quæ imper-
fecta, & fabulis referta forent, corrigeret: hunc laborem proce-
ra Galeoto destinatum fuisse: sed, illo defuncto, se Julio Pontifici Max. eum dedicare. Idem opusculo huic ad eundem Julium
adjecit tractatum brevem de laudibus civitatum Florentiæ, & Sa-
onæ: quem Romæ ille quidē concinnabat anno 1619; attamen nec-
dum vidi vetustiore editionem eâ, quam Jacobus Mazochius Ro-
mæ procurabat anno 1635, quo annum jam tertium Leo X ubi
erat episcopus. Atque idem opus celebrat Onuphrius Panvinus a
inter eorum scripta, qui Romam describere. Dicitur b idem au-
tiorum epitaphiorum opusculum divulgasse.

a Præfa-
tione cõ-
mentã-
riorum
de Rep.
Rom.
b Simile-
vius.

RAPHAEL VOLATERRANUS vir multæ erat, doctrine,
& industriæ: sed qui tamen non satis magnam Græcæ linguæ noti-
tiam fuerit adeptus: quod multa adeò perperam ab eo versâ osten-
dunt: ut omnino aberret Jovius, cum ab eo Procopium de bello
Persico & Vandalico sincerè potiùs, quàm splendide, conversum ait
Præterea condidit Urbanorum commentariorum libros xxxvii:
quos Julio Pontifici inscripsit, atque urbanos vocat, quia in Ur-
be Roma conscripsit. Ex mille copiosius utriusque linguæ auctori-
bus eos se concessisse, ipse ait. Tribus verò tomis distinxit, quo-
rum primus geographiam veterem continet: alter anthropolo-
giam, sive viros illustres: tertius philologiam, sive artium rudimen-
ta. Itaque in præfatione ad Julium, opus hoc *περὶ ἀρχαίων* appellat,
quasi quo omnia comprehendantur. Distinebatur in componen-
da anthropologiâ anno 1619. Cæterum parùm magnificè Jovius
hoc de opere judicavit. Quippe ait, *quæ de principibus etiam sive scrip-
psit, tanquam timido ore carpeim enarrata, rerum superiorum aut dubie
fidè elevare ostendereq; ea omnino certâ veritatis luce carere, quæ inter adu-
lationem, & metum, nec presentis, nec futura spe laudis, intempestivè pu-
blicantur.* Imò nec primam, alteramque commentariorum istorum
partem magno habuit loco. Siquidem dicit, *disciplinæ omnes in acer-
vum coniecisse, utili potiùs in alienâ desidia, quàm ad explicatâ doctrinâ de-
cus nobili opere. non multo enim cum sale, & sine ornamento Latine or-
tionis, cuncta adstricto ordine ita digessisse, ut alibi querenda legendibus in-
dicare videatur.* De eodem ita Floridus Sabinus apologia adversus
L. L. calumniatores. *Bona eruditorum pars ei desert mediocrem erudi-
tionem, cum nihil, quàm aliena, hinc inde in sua immensa volumina trans-
tulert: in Græcis vertendis vel pueriliter per sepe lapsus.* Ex eo tamen ple-
raq; sua desumpsit Rayisius Textor. Nempè hujusmodi scriptores
magis

magis rivos fecerant, quam fontes. Videtur autem idem esse Raphael ille Regius, cujus commentarii extant in Fabium Quintilianum. Sane Ulyssi Aldrovando Raphael Regius Volaterranus dicitur lib. 1. de Quadrupedibus bifidicis.

Petrus Crinitus Florentinus, præter libros de honesta disciplina, etiam scripsit vitas poetarum Latinorum: in quorum epilogo pollicetur simile opus de grammaticis, & poetis: ac brevi illud in lucem ait proditurum. Etiam in historicis idem fecisse, colligi inde potest, quod in antiquis Sallustii edita vita ejusce scriptoris desumpta esse dicitur ex Criniti de historicis opere. Sed opus istud hodie non extat. Fortasse est inter inedita, quæ Ferrariz apud Estenses principes asservari ait Gesnerus. Idem Gesnerus Tom. 11. bibliothecæ Tit. vi 1 par. vi ait eum exarasse vitam F. Fulgentii. Quam nondum vidi. Politiano præceptore defuncto, nobiles adolescentes e. udiebat: sed ita ut familiaribus aliquanto cum ita versaretur. Ha res, ut Joyius narrat, mortificans præbuit. Nam post conam, cum jocose rixatur, cantharo frigida a petulanti convivâ persusus, obtiguit; doloreque contumeliæ in ætate decessit. Obitum ejus deplorat Ugolinus Verinus quò præceptore usus erat. Sic enim inquit ille lib. 11. illustratæ Florentiz:

*Discipulique mei Criniti carmina Petrus
Esse videntur. Mox autem de eo subjicit:
Ab nimium ante diem undecimâ trieteride raptus.*

Sed Lilius Gyraldus haut admodum præclare de eo sensit. Hunc enim in modum loquitur lib. 1. de poetis sui sæculi: *Reliquit & varii generis versus Petrus Crinitus Florentinus, non illepidos quidem; sed certè tales, quales sunt, quæ solutâ oratione reliquit. Multa is ubique polliceri videtur, quæ non adeo præstat: omnisque Criniti oratio, non ut aures, ita animum implet. Prope enim dixerim, nuga canora.* Eruditionem ejus amplecti se ait, Erasmus in Ciceroniano. Sed reconditam ei tribuisse, non arbitror. Nihil enim in eo non mediocre, multa etiam infra mediocritatem.

PANDULPHUS COLLENTIUS, Pisarenfis Jurisconsultus, & eques, Ferrariensium ducis ad Maximilianum Imp. legatus, præterquam quòd Plinium adversus Leonicum defendit; præter item libellum de vipera, qui Venetiis prodiit anno 1513; ac præter dialogum facetum capitis, & pilei; aliaque nonnulla; etiam Latine constrinxit compendio historiam Neapolitanam. Idem libris 31. historiam ejusdem populi persecutus est, sed Italicè in gratiam

a *Execu-
dit Basi-
lea Perna
an. 1572.
b Pag.
443. edit.
Col.*

Herculis Atestini, Ferrasiensium ducis: Latine autem transtulit Joannes Nicolaus Scupanus Rhærus a. Præclarum hujus Pandulphi elogium habemus apud Politianum lib. vi. in epistola ad ipsum Pandulphum missa: item apud Liliū Gyraldum dial. 11. de poetis sui temporis. Meminit & Leander in Italia b, ubi virum appellat Latinis, & Græcis literis pereruditum: atque inter alia etiam scripsisse ait de inventione machinæ bellicæ, quam bombardam vocant. A Joanne Stortia Pisauriensium tyranno, ut Jovius ait, in carcerem est conjectus, atque ibidem strangulatus, vir ejusmodi morte indignus. Atque idem a Pierio Valeriano traditum est lib. vi. de delictorum infelicitate. Ac puro non alium signari ab Ugolino Verino cum lib. 11. Florentiæ illustratæ ait:

Si non eloqui gravitate Coluccius omnes

Exsuperat: cusus, seu fulmina, dicta tyrannus

Bebriacus timuit. tantum terroris habebant.

c *Pag. 79.*

FRANCISCUS DE EBENUS Veronensis J. C. admodam Chronicorum reliquit opus de familiis Veronensibus circa annum 1561, ac superesse adhuc MSum, lego in indiculo mihi transmissio Venetiis ab illustrissimo Dominico Molino.

BARTHOLOMÆUS BIANCHINUS: iisdem temporibus vixit. Debemus huic vitam Philippi Beroldi, qui Bononiæ decessit anno 1510. Item vitam Codri Urcii, quæ & ipsa Bononiæ prodit, ac postea Basileæ.

ROBERTUS GOULLETTUS, Gallus, Theologus Parisiensis, præter alia, de quibus Possevinus, compendio explicuit sex mundi ætates; quas perduxit usque ad annum 1511.

LUDOVICUS VARTOMANNUS, Bolonienfis, Patricius Romanus. Maximiliani temporibus navigavit in Æthiopiā, Ægyptum, Arabiam, Persidem, Syriam, Indiā intra & extra Gangem: atque hanc peregrinationem suā sex libris complexus est: quos Latine transtulit Archangelus Madrignanus.

His etiam temporibus in Galliis ætatis cursum sub Ludovico XII & Franciscō I, agebat PAULLUS ÆMILIUS Veronensis, Parisinus in æde Deiparæ Canonicus. Magnum is sibi nomen paravit opere inclyto de rebus gestis Francorum: cui annos xxx impendit dicitur d. Ac libros quidem novem perfecit: decimum, morte præventus, reliquit imperfectum. Sed eum propinquus illius, Daniel Zavarissus Veronensis, ex schedis dispersis, multâque liturâ obductis, collegit, ac digessit, uti nunc legitur. Desinit

d *Reins-
rum Res-
meciuss.*

Æmilius

Emilius in anno quinto Karli VII, qui Christi est. cccc. lxxviii. Laconicam ei brevitatem tribuit Paullus Jovius. In historia tamen belli facti, duce gesti Godofrido Bullionio, luculentius se diffundere, mediamque ait viam insistere. Sed quicquid de ceterorum Laconismo dicat Jovius, omnino scriptor est elegans, ad disertus. Meliori quoque fide historiam scribere, quam Gaguinus fecit, qui adfectus suos miscuit, etiam Ludovici Vivis sententia est. Erasmi etiam de eo hujusmodi est judicium in Ciceroniano suo: *Paullus Emilius & reconditam eruditionem, & diligentiam, & vitam sanctitatem, & summam in historia fidem exosculor. Tullianam dictionem nec affectavit, nec habet.* Sed præclarum imprimis elogium ejus vide apud Justum Lipsium, notis in lib. I Polit. cap. 1x. ubi inter alia ita censet, si vel leviter, eaque pauca refingantur, vitum fore supra omnem nostri ævi notitiam, & planè ad præscam laudem. At Claudi Verderii a judicium non moramur, qui ut olim Herodotus Plutarchum, ita Emilius ipse maligni animi reum agit. Et quo argumento? nempe quia vulgata illa de oleo ad reges inungendos cælitus demisso, deque liliis, præterire maluerit, quàm ut sententiam de eo suam apponere in simul cogeretur. Obiit cccc. lxxix, III Non. Quintil. Ac sepultus Lutetiæ in æde B. Virginis, cujus Canonicum fuisse dicebamus.

a In cen-
sione au-
ctorum.

JOANNES LEO Granatensis, patriâ ab regibus Hispaniarum Ferdinando & Elisabeth occupatâ, in Mauritaniâ profugit: unde & Afer habitus. Itaque facete narrat lib. I de Africa cap. ult. ut instar aviculæ amphibie, quæ, cum inter aves tributum exigeretur ab avium rege, se feciperet in aquas: cum posceretur idem ab aquarico, se reciperet in aëra: sic ubi malè audiunt Afri, se Granatensem profiteri; ubi Granatensibus maledicunt, profiteri Afrum. Porro in Africa Fessæ operam Arabicæ linguæ dedit. Hinc partim sponte, partim principum nomine sapius legationis munere fungens, cum bonam partem Europæ, & minorem Asiam, tum omnem prope Africam illustravit; ejus situm, intervalla, loci & incolarum naturam, observavit, & Arabicè conscripsit. Cujus operis *αὐτογραφον* fuisse intelligo apud V. Cl. Joannem Vincentium Pinellum. Tandem juxta insulam Zerbi captus à piratis, Leoni x donatus est; qui cum ob egregiam eruditionem honestè admodum habuit; & cum, Mahumedicâ religione desertâ, fieret Christianus, ei in baptismo à se nomen imposuit Joannis Leonis: nempe quia idem ante papatum *Joannes Medicus*, & postea *Leo x* vocatus fuit. Cum verò

Romæ linguam didicisset Italicam; descriptionem Africae, quam Arabicè composuerat, Italicè vertit. Sed anno demum c101xxvi, ut ipse extremo opere scribit, *Hæc, inquit, sunt, quæ memos. inda, & cognitione digna ego Ioannes Leo in Africa tum vidi; tum observavi, quam penitus omni ex parte circumdedi: & quidquid in ea memoratu dignum obtigit, ut vidi, ita diligenter in scripta retuli, & quæ non vidi, à viris fide dignissimis, qui ea conspexerant, mihi ad plenum declaranda procuravi, ac deinde occasionem nactus has meas vigilias in unum volumen redegi.* Subjicit deinde, *Roma MDXXVI. v Idus Mart.* Eam autem descriptionem postea Latine transtulit Joannes Florianus. Scriptorem sibi non infidum videri ait Libertus Fromundus. Meteorologicorum lib. v. cap. III. Art. II. Mirum autem non meminisse ejus Jul. Cæsarem Scaligerum in opere subtilitatum adversus Cardanum: ubi tam multa invenias ex hoc scriptore hausta. Factum nollem. Grati enim animi est agnoscere per quem profeceris. Alius ab hoc est Joannes Leo, in montibus natus Mutinensibus, cognomento Poëtinus, quia poëticam præcipuè excoleret: de quo plura Lilius Gyraldus priori de sui temporis poëtis dialogo.

FRANCISCUS FERRARIENSIS, Ord. Prædic. Generalis magister quadragesimus, claruit an. c1010. Prius docuit in Bononiensi gymnasio. Præter ea, quæ in Aristotelem, & B. Thomam, commentatus fuit; etiam descripsit vitam B. Osannæ Mantuanæ ejusdem Ordinis: quæ in sex libros distincta est, ac Mediolani prodidit anno c101xxiii. Luculentum hujus viri elogium habemus apud Leandrum Albertum lib. IV a de viris illustribus Ord. Prædic. Obiit anno c101xxviii.

SYLVESTER DE PIERIO, sive *Prieras*, Bononiensis, Ordinis fratrum Præd. claruit anno c1010, ac deinceps vitam ejus paucis persequitur Leander Albertus lib. IV de viris illust. ord. præd. atque inter alia docet, reliquisse libellum historiæ B. Virginis, & alterum historiæ B. Magdalenz, item dialogum de eadem.

Etiam sub Maximiliano imp. floruit FRANCISCUS PUTEANUS, sive de Puteo, Lugdunensis Gallus, J. C. primùm Gratianopolitani episcopi in spiritualibus vicarius, hinc Carthusianus, ac denique hujus ordinis Generalis. Præterquam quòd auream nexuit Catenam in psalmos Davidicos, etiam literis commisit vitam S. Brunonis, Carthusianorum patriarchæ: sed eam fusiùs postea prosecutus fuit Petrus Blomevenne, Carthusiæ Coloniens. Prior. Ex utroque autem unam concinnavit Laurentius Surius Tom. v. die VI Octobr.

Etiam

Etiam Maximilianæ temporibus, ac deinceps imprimis, longè lateque nominis sui radios spargebat NICOLAUS LEONICUS THOMÆUS, vir Latine Græcæque eruditus; quodque abunde dialogi, aliæque ejus scripta, testantur, puri sermonis amator, & bene peritus interiorum literarum, pariterque Platonice, & Peripateticæ gnarus philosophiæ; quam florentissimè annos multos docuit Patavii. Inter alia quoque reliquit Variæ historiæ libros tres: quos, ut ipse ait, juvenis admodum multiplici cùm Græcorum, tum Latinorum lectione confecerat, seposueratque. Cæterum demum eos anno 1531 in lucem emiit: nempe, (quemadmodum ibidem ait) ut quando maturioris ætatis pleraque jam à se de omnimoda philosophiâ excissent opera, ex academicorum, peripateticorumq; fontibus hausta: hæc quoque juvenilia studia suâ aliquando mercede non defraudarentur. Pleraque è Pausania desummissè observat Zuingerus in Theatri sui prosceniis. Erasmi tale de eo judicium in Ciceroniano suo: *Leonicus in aditu philosophiæ, præsertim Platonicæ, semper religiosè versatus, ad Platonis ac Ciceronis dialogos effingendos sese composuit, & præstat eloquentia tantum, quantum fas est hodie à tali philosopho requirere. Ciceronianus appellari nec ipse cupiat, ni fallor: adhuc enim superest vir non minus integris moribus, quam eruditione recondita.*

Circa annum 1510. vivebat MATTHÆUS BANDELLUS è Castro novo Ord. Prædicatorum. Hic cùm alia multa in lucem emiit; tum Egesippi historiam Italicè vertit; Plutarchi vitas in compendium redegit; vitam patris sui, Vincentii Bandelli, & aliorum aliquot illustrium virorum, in literas tulit: quemadmodum testatur Leander Albertus vicorum illustr. ord. præd. lib. 1. v. ubi & eum à dictionis elegantia, & præclaris animi dotibus, egregiè commendat. Præcipuè tamen laudem meruisse ait oratione eâ, quâ anno 1511 Senatui populoque Firmano gratias egit. Oratione istâ originem civitatis, atque ejus res gestas narrat: idque fuse aded, atque eleganter, ut Firmani ejus exemplum in archiva sua quamprimum æternæ memoriæ ergo retulerint.

Vixit tum quoque MARCELLUS PALONIUS, qui carmine epico duos libros fecit de clade Ravennati à Gallis acceptâ anno partæ salutis 1511. Prodiere ii Romæ anno sequenti. De auctore, atque opere, ita scribit Hieronymus Rubeus Historiæ Ravennatis libro octavo: *Ejus etiam Marcellus Palonius meminit, patris sui Romanus, qui & prælio interfuit, & per illos dies, unâ cum Trojolo Sabello, apud quem militaverat, Ravenna fuit, & elegantissimo carmine cla-*

dem hanc *Ravennatem* descripsit.

MARCUS ANTONIUS MICHAEL, patricius Venetus, & generis, & non contemnenda eruditionis ergo, anno 1506, ac deinceps, in honore fuit. Patrem habuit Victorem, urbis Bergomensis præfectum. Anno 1506 historiam agri, & urbis Bergomatis, stylo suo depinxit. Eam descriptionem suo ejusdem argumenti libro subjunxit Franciscus Bellafinus, auctore penè invito, qui suppressere illam deçrèrat; ut ipse Bellafinus in præfatione agnoscit. Prodiit utrumque opusculum Venetiis anno 1531, annis circiter xv, ex quo suum jam Michaël papyro commiserat.

DESIDERIUS SPRETUS Ravennas iisdem temporibus innotuit: de quo sic Albertus Leander in Italia sua: *Genuit etiam urbs hæc (Ravenna) Desiderium Spretum, æqualem nostrorum temporum, non insulsum scriptorem: uti ex libris ejus de amplitudine, deque vastatione, & instauratione urbis Ravennæ patet.*

ANDREAS ASSARACUS carmine elegiaco dialogi formâ comprehendit res gestas à novissimis temporibus Francisci Sfortiæ, usque ad Franciscum, Francorum regem, Mediolani ducem. Prodiit Mediolani. an. 1506.

JO. BAPTISTA EGNATIUS, sacerdos Venetus, & in patria bonarum literarum professor, Cæsarum historiam signavit, à C. Cæsare, usque ad Maximilianum I, quo imperante vixit. Scripsit quoque tractatum exiguum de origine Turcarum, qui impressus cum aliis Turcicarum rerum scriptoribus apud Joannem Oporinum an. 1556. Pervenit ad magnam senectutem. Nam refert Gesnerus eum se Venetiis vidisse an. 1543. Plura de illo si voles, adi omnino Sebastianum Corradum in præfatione præmissâ *Quæsturæ suæ, sive operi de vitâ Ciceronis, & aliis eò spectantibus.*

POLYDORUS VIRGILIUS Urbinas egit de rerum inventoribus libris VII: quos primùm edidit an. 1500: ut præfatio Urbini scripta arguit. Ac anno 1525 Londini librum de prodigiis emisit in lucem. Edidit postea quoque historiam Anglicanam lib. xxvi: quam Henrico VIII dedicavit anno 1533. Fidem ejus in dubium vocat Paulus Jovius. *Objeçtat enim, quod Scotis, & Gallis, sæpe reclamantibus, alieno potius arbitrio, quam suo, intexuisse multa in gratiam gentis existimetur: quodque in recensendis minorum ducum nominibus, tanquam gloriæ avidis, nimium indulserit.* Sed neque

neque Anglorum doctioribus suam satis operam comproba-
vit. Verba adferam Viri Cl. Henrici Savilii præfat. in rerum An-
glicarum scriptores ad Elisabetham, Angliæ reginam: Polydorus, ut
sunt Italus, & in rebus nostris hospes, & quod caput: neque in Rep. ver-
satus: nec magna aliquis, vel iudicii, vel ingenii: pauca ex multis delibans, &
falsa plerumque pro veris amplexus, historiam nobis reliquit, cum cætera
mendosam, cum exuliter sanè, & jejune conscriptam. Postea historiam An-
glicanam ex Angliis potius scriptoribus petere juber: imprimis Gui-
helmo Malmesburiensi: item Huntindoniensi, Houedeno, & alijs.
Fuit Polydorus Romani pontificis in Anglia quæstor, & Wellensis
archidiaconus: ut ipse lib. v. historię suæ testatur. Corollarium se-
quentium regum adscribit Polydoro Georgius Lilius. Plurimos Po-
lydo hujus errores detegit Jo. Lelandus in declaratione antiqua-
rum dictionum, quæ occurrerent in genethliaco illustrissimi prin-
cipis. Adverdi sunt de Armorie, & Armorica regione a, de Mona
insula b, &c.

a Pag. 2.

2. b.

b Pag. 3.

3. b.

RICARDUS BARTHOLINUS PERUSINUS reliquit Au-
striados libros XII. Id poëma decennio elaboravit. Agit autem
de bello Norico: sive ducum Baviaræ, & principum Palatinorum.
Dicitur id Maximiliano Imp. Primus edidit Joachimus Vadianus
Helvetius anno MDLXXV. Scholiis verò illustravit Jacobus Spige-
lius Solestadiensis. Recusum est nuper cum aliis aliquot rerum
Germanicarum scriptoribus curâ V. Cl. Justi Reuberi. Judicium
tale de eo est Jani Douzæ: ut minus suffecerit operi, cui se parem credidit,
laudandus tamen vel hoc ipso, quod officium suum in gloriosissimo principe de-
cantando requiri passus non fuerit.

c Præfat.

secunda

annaliū

Batavi-

corum

quos car-

mine

scripsit.

Anno MDLXXVII, ac deinceps, non exiguæ eruditionis nomen
reputavit AMBROSIIUS LEO NOLANUS, vir Latine Græ-
cæque doctissimus, philosophus idem, ac medicus insignis. Hic
præter ea, quæ a Simlæro memorantur, reliquit libros tres de No-
la non incuriosè perscriptos: quorum sæpius meminit Leander
Albertus in descriptione Italiæ, imprimis quo loco agit de Nola.

Eodem tempore ad nominis honorem contendebat SEBA-
STIANUS FLAMINIUS Forocornelienfis, artium professor.
Edidit vitam B. Ambrosii Senensis Ord. Præd. Quam habes inter
vitas illustrium Dominicanorum à Leandro Alberto Bononiæ edi-
tas anno MDLXXVI.

Anno Chr. MDLXXVI non parvis passibus ad nominis claritatem
gradabatur LEANDER ALBERTUS Bononiensis, Ord. Præd.
auctor

auctor librorum vi de viris illustribus sui ordinis. Quasdam tamen vitas inserit exaratas à Joanne Flaminio, Sebastiano Flaminio, Joanne Garzone, Nicolao Bagnatorio, Francisco Castilionensi, Joanne Caroli, & alio, qui literis istis B. M. O. R. designatur. Opus hoc Bononiæ prodiit c1517. Quod addo, nequis existimet, perperam eum à nobis referri ad tempora Maximiliani. Postea tamen longè plura edidit. Quæ ex Gesnero, & Possævino, peti malo. Sanè multis postmodo annis intentum fuisse cudendis ingenii sui monumentis, arguit illud, quòd Italiæ descriptionem suam Henrico II, Galliarum regi, dicarit anno c1511: atque aded ephemeridas etiam ab Lodovici, Galliæ regis, adventu producat usque ad an. c1511. Est hoc opus illud, quod Ephemerides Latinas appellat Leander in Italiâ suâ; quo loco decimam quartam Italiæ regionem Romanulam, seu, ut vulgus appellat, Romandiolam, orationem suâ penicillo depingit. Nullo verò sibi majus conciliavit nomen quàm Italia sua opere magnæ industriæ: in quo nihil æquè dolet, quàm quòd passus sit sibi imponi ab Annio Viterbensis, de quo alibi dicimus. Aded multa ex ejus nugis insercit commentariis, quæ si refecarentur, melius se opus hoc haberet.

ANTONIUS MAJUS Brixienfis, Veronæ anno c1511, historiolum parvi, ut ego quidem censeo, mementi conscripsit de spiritibus, qui apparuerant in Garda, Veronensis diocesis villa. Ea, cum epistola quadam philologica ejusdem auctoris, prodiit Brixie anno c1517.

ANDREAS FULVIUS PRÆNESTINUS, edidit illustrium virorum, & mulierum, imagines Romæ è numismatis à Jacobo Mazochio expressas anno c1517, temporibus nempe Leonis X: quibus accessio facta est sub Clemente VII, atque iterum sub Paulo III. Hoc de opere judicium Antonii Augustini vide dial. XI. Idem Fulvius etiam antiquitates urbis Romæ libris v complexus est: quod opus, cum aliis ejusce libellis, itidem Romæ, sed anno demum c1517, à M. Valerio Dorico excusum fuit. Meminit quoque Onuphrius Panuinus præfat. in commentarios suos de Rep. Rom. Patrum, inquit, memoriâ Andreas Fulvius multis libris carmine, & solutâ, oratione Urbem celebravit.

Tum quoque Italiam, atque aded orbem terrarum, implere nominis sui famâ cœpit AUGUSTINUS JUSTINIANUS. Patriâ is Gennensis erat, Ordinis Præd. ut est apud Leandrum in descriptione Italiæ; Nebiensis in Corsica episcopus; vit πολύγλωττος; quippe

quippe Latinè, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, & Arabicè, doctus; præclarè que imprimis de Ecclesiâ meritis psalterio octaplo; quod Leonis X dicavit anno 1516. Idem Italicè scribere aggressus fuit historiam Genuensium: sed parùm ad eam rem idoneus, præcipitate editionis (ut Jovius ait) male audiendo poenas dedit. Etiam insulam Corsicam descripsit, inque tabulam redegit: ut ipse in Genuensî historia tradit. Eumque in Italiâ suâ exscribit Leander, de Corsicâ tractans. Interfuit Romæ concilio Lateranensî; quod anno celebrari cepit 1514, ac desiit anno 1517. Anno 1533 Genuâ in Corsicam solvit, ad Ecclesiam suam profecturus: nec ex eo tempore unquam visus est. Utrùm tempestate obrutus fuerit: an in prædonum manus venerit, non constat.

Tum etiam claruit STEPHANUS NIGER, qui Philostrati heroica Latinè vertit, ac dialogum conscripsit, quo complexus est, quicquid memorabile de Græciæ rebus Pausanias prodidisset. Opus id anno 1517 dedicavit Joanni Grolierio; qui Francisco I, Galliarum regi & Mediolanensium duci, à secretis erat, & Insubriû quæstor primarius. De Stephano ita Pierius Valerianus lib. 11 de infelicitate eruditorum: *His tertium addemus, Stephanum Nigrum Cremonensem, Græcarum literarum studio nobilem; quas Mediolani per annos multos docuerat. Incidit is in eam temporum calamitatem, quâ nulla multis abbinè annis illi arbi arumnotior accidit. Eâ enim ab Hispanis oppressa, bono cuique viro illic esse miserrimum fuit. Nam in summa gladiatorum impunitate, omnia sine legibus, sine judiciis, sine jure, sine fide, relicta erant diræptionibus, & incendiis. Tam misero igitur tempore, & salariis, & alia omni Minervali mercede defraudatus, ad extremam redactus est paupertatem. Eâ temporum perturbatione, cum turbulentis tot, tantisque rebus urgeretur; neque ullâ ex parte allevationem ullam speraret; in lacrymis, & sordibus infelicissimè defecit.*

VALERANDUS VARANIUS Gallus, anno 1517 emisit in lucem libros IV versu heroico scriptos de gestu Ioannæ virginis France, egregiæ bellatricis. Ita enim habet in scripripio. Dicavit opus suum Georgio Ambasiano, Rothomagensi archiepiscopo. Inter alia præfatione ad eum scribit. *Sane & in hanc usque diem superstites sunt plusculi, qui virginem viderunt inter viros agentem. Obiit enim Rothomagi 1500, cum urbi & toti pene provinciæ præessent Angli. Elapsis subinde quatuor & viginti annis Cal. xtus 111, Romanus Pontifex Rhemensis Archiepiscopum, Parisiensem, & Constantiensem Episcopos designat iudices: qui priori lite (qua puella auctoribus Anglis damnata est) di-*

ligenter recensita, & fideliter ultro citroque discussa; tandem innocentem, & probam virginem fuisse definiunt. Si quempiam delectet plenius historiam nosse: ex cœnobio S. Victoris librum repetat: quem aiquot dies mutuatus sum: ubi abunde, & ex fori iudiciarii ordine, omnia, quæ transcripsi digeruntur. Pro temporibus illis non ineleganter scripsit, magisque laudem, quàm culpam meretur. Initium poëmatis apponam, gustus ergo:

Ordior augusta titulos & gesta puella,

Quæ sexus egressa modum longæva diremit

Prælia, & ambiguas lites: dum freta potenti

Robore, Brutiadas Gallis exegit ab oris.

Lex nisi constituat non succensere clientem

In dominas: vestram sacra Liberbrides ausim

Accusare moram. Semperne indicta manebit

Nympha, cothurnata cui debent carmina Musæ?

Pierus, Eurotas, Helicon, Asopus, & omnis

Aoniæ tractus, Phœbei numinis olim

Deliciæ stagnant Agarenis hospita porcis,

Tandem istinc migrate Deæ. Iam Pallas Athenis

Cessit, & in Francâ regnat celeberrima gente &c.

Mirum non meminisse hujus scriptoris Gesnerum, aut Simlerum. Prodiit tamen non semel: primum Lutetiæ anno c1636, cura Joannis de Porta: qua editione usus sum beneficio doctissimi & amicissimi Arn. Buchellii J. C. iterum eadem in urbe ex officina Stephani anno c1639.

NICOLAUS CANUSSINUS Civalensis res patrias uno est complexus volumine: quod *De patriæ restitutione* inscripsit. Estque quasi apologeticus adversus Sabellicum. Scribebat Canussinus circa annum c1636. Superest MSus. Multaque ac imprimis fabulam de vidu Luitprandi regis, mutuatus ex eo est Joannes Candidus Utinensis J. C. in suis *de Aquileja* commentariis, quos perduxit, usque ad annum c1639. Atque horum indicium debeo Utinensium historicorum Syllabo, quem illustrissimus Dominicus Molinus, ut non humanitate minus, quàm dignitate præcellit, Venetiis ad me transmisit.

JO. ANTONIUS FLAMINIUS Forocorneliensis, parens summi viri, M. Antonii Flamini, anno c1636 signavit vitam Alberti Magni; eamque dicarum ivit Leandro Alberto Bononiensi. Item tum prodidit vitam B. Vincentii Valentini Ord. Præd. quam misit Francisco Bentivolo, Bononiensis Ecclesiæ canonico. Ad hæc

in literas misit vitam B. Jacobi Veneti Ord. Præd. quæ dicata Fr. Mattheo Bandello Ord. ejusdem. Item vitam B. Mauritii Pannoniæ, quam nomini sacrauit Andree, Bentivoli Comitis. Insuper vitam B. Venturini Bergomensis, Dominicanus: quæ dicata Vincentio Vincentino, Theologo itidem Prædic. Ord. Ac denique B. Jacobi Alemanni, Ord. Præd. quæ missa ad Thomam Cospium Bonon. Ord. ejusdem. Reperies autem has vitas in opere Leandri de illustribus sui Ordinis viris. Qui & extremo libro v auctor est, illam Jacobi Alemanni vitam expressisse ex æquali suo Ambrosio Sonciate, qui eam prius Italicè descripserat. Præterea, ut idem Leander lib. iv hujus operis testatur, composuit Flaminius historiam de Imp. Romanis. Ut nihil dicam de duobus Sylvarum libris, & tribus epigrammatum libellis, Bononiæ excusis anno c1510xv: item tragœdiâ, quæ *Priamus* dicitur, ac tribus libris de harmonica instructione, & epistolarum acervo. Omnium horum ibidem meminit Leander, ac luculentas Flamini laudes adjungit. Uti & in sua Italiae descriptione facit non uno in loco. Quo in opere, Lombardiana Transpadanam describens, ait, eum & posteris prodidisse vitam B. Joannis Boni, ex ordine Eremitarum: in quo ei præverat *Franciscus Sylvius, Ferrariensis monachus, ac postea magister sodalitatis predicatorum*. Idem Leander, quo loco nobis Romanulæ situm ob oculos ponit, Bononiæ eum ait diu ludum habuisse, atque inibi decessisse anno c1510xxxvi: ac sepultum esse in porticu B. Dominici: hujusmodi autem inscriptionem esse monumenti: *Ioannis Antonii Forocornelien- sis, viri de utraque lingua B. M. ossa.*

JOANNES GARZO, seu Garzonius, Bononiensis, memoratur Leandro in Romanulæ descriptione, atque alibi: imò, quo loco Latium nobis depingit, eum præceptorem suum appellat. Hic in literas retulit vitam S. Dominici: eamque dicavit Vincentio Bandello Theologo, ac postea generali magistro xxxvi. Item vitam B. Petri Veronensis, martyris, quam dedicavit Fr. Jo. Torphanio Bonon. Ord. Prædic. Adhæc vitam B. Thomæ Aquinatis: quam misit ad Leandrum Albertum Bononiensem. Habes in Leandri opere de illustribus viris Ord. Præd. Idem composuit libros duos de rebus Saxoniz Turingiz, Libonotriz, Misnia: & Lusatia: ad Fredericum Saxoniz ducem. Opus hoc, cum præfatione Erasmi Stellæ, Basileæ à Frobenio excusum fuit anno c1510xviii. E- jusdem Bononiensem historiam in Italia sua Leander laudat: ubi Romanulam describit. Item agens de Bononia, refert illum inter

a Vi &
Basil. a-
pud VVe-
sbeme-
rum an.
1541.

urbis ejus illustres historicos, atque etiam ab elegantia cum styli commendat. Sepultus est in Italiâ Bononiæ, in templo B. Domitici *a*: uti & Flaminius is, de quo proximè dictum.

a Leander in Româ nula.

Extremis etiam Maximilianî temporibus ac deinceps claruit **ARMARUS RIVALLIUS** Allobrox, seu Delphinensis, Jurisconsultus eruditus & eloquens. Qui libris *v* condidit historiam Juris civilis: atque iis librû singularem addidit de historia Juris Pontificii. Hosce libros in præfatione ait scriptos, dum Italiam peragraret. Ac libro *v* indicat, se *xxv* annorum fuisse cùm eos ederet. Sic enim scribit: *Dum Jurisconsulti istius (Papiniani) opera cogitabundus perspicio, exemplo Casaris apud magni Alexandri imaginem ingemisco, quasi ingenui qualitatem pertæsus: quod in ætate qua jam Papinianus magnam, ut ejus vite brevitæ docet, suorum librorum partem conscripserat, nihil in juris disciplina memorabile egerim. Annum enim quintum & vigesimum ago, & consultores nullos adhuc admisit, prob dolor: nec responsis humanam societatem juvi.* Filius fuit Guigonis Rivallii Jurisconsulti: ut ipse indicat extremo lib. *v*, ubi & meminit librorum suorum de Orthographia, quos à se scriptos ait in adolescentia. Dicavit historiam suam Antonio de Praet, Galliæ Cancellario. Primum Lutetiæ *b*, post se-mel *c*, iterumque *d*, ac recognita, Moguntiæ prodit.

b Charactere Gallico, sed non apposto anno.

c Ann.

1533.

d Anno

1539.

Fuit tum quoque **IULIANUS HASARTUS**, Hannonius, Augiensis Carmelita, varia edidit, quædam etiam ad Baptistam Mantuanum Carmelitam. Hic autem memoratur propter Chronica Hannoniæ, Flandriæ, Zelandiæ, Hollandiæ, Frisiæ, Brabantiæ, Geltriæ, aliarumque partium inferioris Germaniæ. Decessit Augiæ anno *clxxxv*.

JOANNES MARIA CATANÆUS Novariæ natus fuisse dicitur à Leandro in Lombardiæ Transpadanæ descriptione. Hic præter eruditos in Plinii epistolas, & panegyricum, commentarios (qui primùm Mediolani prodierit anno *clxxvi*) etiam *versu* heroico Christianorum expeditionem ad bellum sacrum panxit: ut ibidem Leander ait. De eodem Lilius Gyraldus dialogo priori de sui temporis poetis: *Nonnihil & Io. Mar. Catanæus in poetica facultate promovit, id quod planè ejus Genua declarat, & ingens illa quidem, quam diu parturit, Gothofredi & Boëmontis expeditio, quæ Christi sepulcrum e barbarorum manibus assertum est.*

ZACHARIAS ZACHIUS, magni nominis statuarius, ut arguunt opera ejus, tum Romæ, tum Bononiæ, non modò artis hujus intelligens, sed etiam historiæ, & rerum antiquarum peritus admodum

modum fuit, ac quæ in patria urbe, puta Volaterris, memorabilia forent, literis signavit: velut statuas, numismata, aquas medicinas, & alia, quæ ex eo se haurire Albertus Leander in descriptione Italiae facit. Atque addit, filium reliquisse Joannem, & arti statuariae, & bonis literis deditum: eum Bononiæ studiis vacasse, sed Romæ decessisse paucos ante annos, quàm ista à se scriberentur.

BENEDICTUS BURDONIUS PATAVINUS (ut de eo Leander ait) *maximus geographus, & cosmographus, figuram Italiae pictæ meliori formâ restituit, & insuper libros insularum apud paucos latitantes promittit in lucem. Obiit anno 1531.* Sed hæc Italicè scripsit.

CAP. XIII.

Humphredus Gilbertus de navigatione in Catajam, atque itineraria ejusdem. Roberti Balei junioris annales ordinis Carmelitici. Roberti Fabiani Chronicon, & alia ejusdem. Henrici Bradshavi Chronicon, & de vita Werburgæ liber. Galvini Duglassii aureæ narrationes, item res Scoticæ. Thomas Morus de vita Richardi III, & Eduardi v. Ioannès Majoris Scoti historia majoris Britanniae. Hectoris Boëthii historia Scotica.

MAximiliano moderante imperium Romanum, in Anglia regnavit, priùs quidem Henricus VII, usque ad annum 1509: exinde autem Henricus VIII.

Sub Henrico VII ætatem egit HUMFREDUS GILBERTUS, Anglus, atque opus de navigatione ad terram Catajam, & itineraria multa conscripsit. Eoque magis fidem meretur, quòd iussu, & sumptibus regis, quem diximus, in terras ignotas iter suum suscepit.

Æqualis eidem erat ROBERTUS BALE, seu BALÆUS JUNIOR, Nordovolgus, seu Nordwicensis monachus, Ordinis B. Mariæ Semper-virginis Prior. Hic præter historiam Eliæ prophetæ, & Officium B. Simonis Angli, etiam reliquit Ordinis sui Carmelitici annales. Decessit Burnhamiæ anno 1509.

ROBERTUS FABIAN, Londinensis, alter ex patriæ urbis consulis seu tribunis, magno labore ex variis Chronicon condidit: quòd incipit à commentitio illo Bruto, Britannorum, ut ajunt, rege: desinit autem in Henrico II. Vocat ipse *historiarum concordantias*.

dantias. Præterea historiam prodidit, quæ orditur à Ricardo I, à quo Londinum privilegiis multis ornatum auctumque fuit: ac terminatur in Henrico VI I, qui anno cccccxlxxv regnum est adeptus. Denique & hujus Henrici VII tempora breviter constrinxit. Etiam edidit catalogum brevem regum Anglicorum. Item annales Londinensium, & librum de ejusdem Urbis prætoribus. Obiit Londini anno cIdIxii, regnante Henrico VII.

HENRICO BRADSHAUS, Anglus, & ad D. Werburgam monachus Benedictinus, varia partim Latinè, partim metro Anglicano composuit. In his librum de antiquitate, & magnificentia urbis Cestriæ: item Chronicon, & vitam Werburgæ virginis. Possesevum perperam vocat Henricum Brundshaw. Valde etiam fallitur, cum anno cccccxlii, vel circiter, scripsisse eam vitam arbitratur. Nam anno obiit cIdIxiii, ut ex Balæo constat cent. xiv. Meminit & Arnoldus Wion in ligno Vitæ.

Nec prætereundus nobis GALVINUS DUGLIASSIUS, qui aliis est GAVINUS DOUGLAS, Scotus: qui ob familiæ splendorem, doctrinamque, in pretio fuit anno cIdIx, rerum Scotticarum potiente Jacobo IV: ad quem & Scotticis metris quædam perscripsit. Edidit præterea aureas narrationes, item de rebus Scotticis libros, atque alia, ut Balæus indicat. De hoc ita Polydorus Virgilius lib. IIII historiæ Anglicæ, *Nuper Gavinus Douglas, Dunkeldensis episcopus, homo Scotus, virque summâ nobilitate, & virtute, nescio ob quam causam in Angliam profectus, ubi audivit, dedisse me jampridem ad historiam scribendam, nos convenit aruicitiâ fecimus. Postea multis precibus rogavit, ne historiam, recens à quodam suo Scoto divulgatam: sequerer in rebus Scotticis explicandis: pollicitusque est, se intra paucos dies missurum commentariolum de his neutiquam negligendum. Id quod & fecit. Primum, in eo erat origo ejus gentis pervetusta hujusmodi, &c.* Et aliquantò post: *Verum non licuit diu uti frui amico; qui eo ipso anno, qui fuit Salutis humane MDXXI, Londini postilentia absumptus est.* Qui annus erat nonus Jacobi V, Scotorum regis.

THOMAS MORUS, Anglus, circa annum cIdIxiii, quo tempore erat vicecomes civitatis Londinensis, consignavit historiam Richardi III, Angliæ Regis; quæ in operibus ejus Lovanii editis reperitur. Sed ut fusè persequitur, quibus sceleribus ille ad regnum pervenerit: ita quomodo id gesserit, non exponit. Nempe omnino opus est imperfectum: ac nec eâ parte, quàm habemus ultimam manum accepit. Elegantiâ quidem Latini sermonis ab

difficile viri operibus longè vincitur. Sed Anglicano sermone ab eodem quam elegantissimè exarata integrè in volumine, quod Anglica ejus opera continet, invenitur. Vitam præterea Eduardi v scripsit, teste Balæo. Britannorum doctissimum vocat Scævola Sammarthanus in elogiis & Gallorum virâ illustriam. Præclare etiam de eo judicat Lilius Gyraldus dialogo priori de poetis sui temporis. Et profectò vir omnino eruditus fuit; quicquid in suo Antimoro dicat Germanus Brixius. Objectat quidem non pauca, quæ eum fugerint, pleraque sanè minuta. Sed quis ea non condonet lubens viro omni penè vitâ publicis muneribus distento, & tandem per varios gradus ad cancellarii munus evecto? Unde sic de eo Erasmus in Ciceroniano suo: *Fateor ingenium felicissimè natum, & quod nihil non potuisset efficere, si totum his studiis vacare licuisset. Ceterum illo puero vix tenuis odor literaturæ melioris demigravit in Angliam, deinde parentum auctoritas ad leges ejus gentis discendas, quibus nihil illiteratus adægit, mox in causis agendis exercitatus, hinc ad Reip. munia vocatus: vix succisvis horis respicere potuit ad eloquentiæ studia. Tandem in regiam pertractus & regni regionumque negotiorum undis immersus magis amare potest studia quam colere, &c.* Hic dum regis sui Henrici VI I I consiliis adversari non dubitat: in carcerem conjectus, & postquam in proposito persisteret, securi percussus fuit, anno 1500XXXV, regis sui XXVI I.

Extremis Maximiliani temporibus, regnante in Anglia Henricovi I I, in Scotia Jacobo V, claruit JOANNES MAJOR HADINGTONENSIS, Scotus. Primùm Cantabrigiæ, post Parisiis, studiis operam navavit. Cumque Theologus Parisiensis foret; in gymnasio Montis-acuti composuit, & regi Jacobo V dicavit, Historiam majoris Britanniæ; ac sub eodem rege in patriam reversus, senex decessit. Desinit in Henrici VI I I, Angliæ regis, connubio cum filia Ferdinandi, Arragonensis regis; quæ priùs conjux fuerat fratris ejus Arturi. Edidit eum Parisiis Ascensius. Pluscula de illo Balæus centuria XIV. Meminit & Georgius Buchananus Hist. Scoticæ lib. VI, in vita regis Kennethi, ejus nominis tertii. Etiam hic Joannes Major Caxtoni, Chronographi Angli, historiam ex lingua Anglicana convertit Latinè: ut ipse refert lib. IV histor. Scoticæ cap. XI I I. Quod quo pacto præstiterit, cognoscere est ex iis, quæ de Caxtono superius diximus.

НЕСТОР ВОЕТНИУС, Deidonanus Scotus, doctor Aberdonensis gymnasi, anno 1500CCXCV I I, eodem, quo Erasmus, tempore,

pore, Lutetiæ Parisiorum studiis operam dedit, atque alter altero etiam familiariter usus fuit: ut Erasmus in Epistolis agnoscit. Extremis autem Maximiliani temporibus scribebar historiam Scoticam lib. xv i: sed demum imperante Karolo v edidit. Hoc opus postea continuavit Joannes Ferrerius Pedemontanus. Præterea Boëthius catalogum regum Scoticorum divulgavit. Adhæc regnum Scoticum descripsit. Etiam Aberdonensium pontificum vitas tradidit. Vir fuit, ut de eo censet Buchananus extremo libro i i rerum Scoticarum, non solum artium liberalium cognitione, supra, quam illa ferebant tempora, insignis: sed etiam humanitate, & comitate singulari præditus. Paullus quoque Jovius de eodem, Scotorum, inquit, historiam diligenter perscripsit, passim veteris chorographia memor, & moderate libertatis nusquam oblitus: ita ut magnopere miremur; extare de remotis ab orbe nostro Hebridum, & Orcadam insulis, mille amplius annorum memoriam; cùm in Italia altrice ingeniorum, tot seculis post ejectos Gothos, scriptores omnino defuerint. Sed fabulas multas historiae iminiscuit: eoque nomine exagitatus est epigrammatis aliquot aculeatis, quæ Lelandus refert. At ere etiam satis de eo, uti & de Polydoro Virgilio, judicavit Humfredus Lhuyd Cambro-Britannus in commentarioli Britannicæ descriptionis fragmento, quod Abrahamo Ortelio dicavit a. Nam, ut de Polydoro conqueritur, quod nominis Britannici gloriam non solum obfuscare; sed etiam Britannos ipsos mendacissimis suis calumniis infamare, totis viribus conetur: ita Hectorem Boëthium culpatur, quod, dum Scotos suos è tenebris eruit, quicquid unquam, aut Romani, aut Britanni, laude dignum in hac insula gessere, hoc totum illis attribuat, in; altissimus scriptor. Verum Humfredus, ut culpandi Boëthium sanè habuit causam, ita in eo non satis tenuit modum.

a Prodiit
Colon.
1572.

LIBRI TERTII
 PARS ALTERA;

Quæ est

DE HISTORICIS

incertæ ætatis.



ACTENUS in eo operam insumsi, ut secundum temporis seriem referrem scriptores rerum gestarum, quorum ætas, vel nota vulgo, vel à doctissimis jam pridem hominibus observata, vel recens à nobis eruta esset. Inq; his ipsis eam instiri viam, ut non contentus exponere majorum gentium historicos, comites his dederim, quos putarem, quomodo cumque in historicorum grege tueri nomen suum posse. Imò etiam affectas hinc videre est minutos aliquos, qui profecto longius etiam ab historicæ rei principibus, quam à diis consentibus distare ii olim credebantur, quos patellarios dixere. Neque in eo peccasse mihi vel minimum videor. Siquidem ita semper animus fuit meus, ut ubique veritas grata esset, & accepta: eoque, ut eos imprimis æstimo, qui & multa, & eleganter, de rebus antiquis prodiderunt; ita nec eos aspernari soleo, qui minora, ut potuere, modò sciri ea ullo modo interesset, in literas retulissent. Quod consilium meum optimo me cuique probaturum penitus confido. Quare istis, ut in tantis occupationibus licuit, enarratis, ad cætera nunc transeo. Jamdudum enim oculos in me coniectare, similemque à me deposcere operam videntur historicorum alii; quorum ætas, vel in obscuro adhuc latet; vel non satis, à me quidem, sit animadvertenda. Quod tamen non ita accipi velim, quasi de nullis eorum, quos afferre est animus, constare possit, quo seculo vixerint. Perpauci enim sunt, quorum ætas tantis sit tenebris involuta, ut seculum ipsum nesciatur. Sed eò seorsum hos exponere visum est, quia non exactè possem definire, quorum ætate & ipsi ætatem egissent. Nec

pore, Lutetiæ Parisiorum studiis operam dedit, atque alter altero etiam familiariter usus fuit: ut Erasmus in Epistolis agnoscit. Extremis autem Maximiliani temporibus scribebat historiam Scotticam lib. xvi: sed demum imperante Karolo v edidit. Hoc opus postea continuavit Joannes Ferrerius Pedemontanus. Præterea Boëthius catalogum regum Scoticorum divulgavit. Ad hæc regnum Scotticum descripsit. Etiam Aberdonensium pontificum vitas tradidit. Vir fuit, ut de eo censet Buchanaanus extremo libro 11 rerum Scotticarum, *non solum artium liberalium cognitione, supra, quam illa ferebant tempora, insignis: sed etiam humanitate, & comitate singulari præditus.* Paullus quoque Jovius de eodem, *Scotorum, inquit, historiam diligenter perscripsit, passim veteris chorographiæ memor, & moderata libertatis nusquam oblitus: ita ut magnopere miremur; extare de remotis ab orbe nostro Hebridum, & Orcadum insulis, mille amplius annorum memoriam; cum in Italia altrice ingeniorum, tot seculis post ejectos Gothos, scriptores omnino defuerint.* Sed fabulas multas historiæ immiscuit: eoque nomine exagritatus est epigrammatis aliquot aculeatis, quæ Lelandus refert. Asperere etiam satis de eo, uti & de Polydoro Virgilio, judicavit Humfredus Lhuyd Cambro-Britannus in commentarioli Britannicæ descriptionis fragmento, quod Abrahamo Ortelio dicavit a. Nam, ut de Polydoro conqueritur, *quod in nomine Britannici gloriam non solum obfuscare; sed etiam Britannos ipsos mendacissimis suis calumniis infamare, totis viribus conetur: ita Hectorem Boëthium culpat, quod, dum Scotos suos è tenebris eruit, quicquid unquam, aut Romani, aut Britanni, laude dignum in hac insula gessere, hoc totum illis attribuat, insulsißimus scriptor.* Verum Humfredus, ut culpandi Boëthium sanè habuit causam, ita in eo non satis tenuit modum.

a Prodiit
Colon.
1572.

LIBRI TERTII

PARS ALTERA;

Quæ est

DE HISTORICIS

incertæ ætatis.



ACTENUS in eo operam insumsi, ut secundum temporis seriem referrem scriptores rerum gestarum, quorum ætas, vel nota vulgo, vel à doctissimis jam pridem hominibus observata, vel recens à nobis eruta esset. Inq; his ipsis eam institui viam, ut non contentus exponere majorum gentium historicos, comites iis dederim, quos putarem,

quomodocumque in historicorum grege tueri nomen suum posse. Imò etiam asseclas hic videre est minutos aliquos, qui profecto longius etiam abessent ab historicæ rei principibus, quàm à diis consentibus distare ii olim credebantur, quos patellarios dixere. Neque in eo peccasse mihi vel minimùm videor. Siquidem ita semper animus fuit meus, ut ubique veritas grata esset, & accepta: eoque, ut eos imprimis æstimo, qui & multa, & eleganter, de rebus antiquis prodiderunt; ita nec eos aspernari soleo, qui minora, ut potuere, modò sciri ea ullo modo interesset, in literas retulissent. Quod consilium meum optimo me cuique probaturum penitus confido. Quare istis, ut in tantis occupationibus licuit, enarratis, ad cætera nunc transeo. Jamdudum enim oculos in me conjectare, similemque à me deposcere operam videntur historicorum alii; quorum ætas, vel in obscuro adhuc latet; vel non satis, à me quidem, sit animadvertenda. Quod tamen non ita accipi velim, quasi de nullis eorum, quos asserre est animus, constare possit, quo seculo vixerint. Perpauci enim sunt, quorum ætas tantis sit tenebris involuta, ut seculum ipsum nesciatur. Sed ed seorsum hos exponere visum est, quia non exactè possem definire, quorum ætate & ipsi ætatem egissent. Nec

aliò enim me spectâsse, res ipsa, non loquitur, sed clamat. Nam quomodo magnopere falli aliquis in tempore ejus possit, quem, ut Romanæ gentis scriptorem, Varro ipse advocârît? Aut qui toto seculo aberret quisquam in illo, à quo Tranquillus alicujus ex Augustis vitam fuisse signatam, testis sit? Aut quo pacto ullus magnopere decipiatur in eo, qui laudetur à Spartiano, Vopisco, vel alio, qui Diocletiani ætate vixerit; modò eum sciat literarum monumentis vitam Imperatoris prodidisse, qui non toto seculo præcesserit? Quod cum de illis dico; idem de posterioris ævi scriptoribus; seu virorum principum, seu doctrinâ, aut sanctimoniâ præcellentium, facta signarint; intelligi volo. Neque enim antiquior eo fuerit quisquam, cujus vitam narrat: neque junior illo, qui ex fonte ejus aliqua se in agellos suos derivâsse agnoscit. Sed enim non desunt, de quibus asseri ne illud quidem possit, hocne, an altero, vel tertio post seculo, vixerint. Equidem non illud penitus inficias iero. Attamen, si qui sunt istiusmodi, saltem, ut cum poëta sic dicam,

Occurrunt vari nantes in gurgite vasto.

Ac ne tales quidem præterire omnino visum fuit; partim quia nihilominus in nonnullis eorum fides clarè elucet; partim quia in iis etiam, quorum nobis suspecta est fides, non nesciremus, aliud aliis videri, quibus nihil præscribere volumus operâ hâc nostrâ. Sed de isto satis verborum fecimus. Tandem, atque id juxta literarum seriem, in medium prodeant, quorum de ætate nihil nos certi habere agnoscerimus.

a Al. Ablabius.

ABLAVIUS a Gothorum historiam composuit. Jornandes de rebus Geticis cap. iv: *Ablavius, descriptor Gothorum gentis egregius, verisimiliter adtestatur historiam.* Et cap. xiv. *Ablavius enim historicus refert, quia ibi super limbum Ponti, ubi eos dominus in Scythia commanere; pars eorum, qui Orientalem plagam tenebant, eis, que præerat Ostrogotha (incertum, utrum ab ipsius nomine, an à loco orientali) dicti sunt Ostrogothæ. Item cap. xxiii. Nam prædicta gens, (Ablavio historico referente) juxta Moticas paludes habitans in locis stagnantibus, quas Græci Ἰννα vocant, Herali nominati sunt.* Video Ablabium Gothum etiam laudari ab Antonio Sabellico lib. ii de vetustate Aquilejæ. Ubi quædam ex eo refert quæ apud Jornandem leguntur libro de rebus Geticis. Credo quia verisimile est hausisse illum ex Ablavio. Video & à Pantaleone recenseri inter auctores, quibus usus sit in scribendâ priori parte operis de illust. Germaniæ viris. Puto tamen, alienâ fide citare. Meminit & Raphael Volaterranus lib. x i i i Anthropol. ubi Ravennæ sit

educat-

Antiquum. Sed quem sequatur auctorem, non addit.

M. ACTORIUS NASO memoratur Suetonio lib. I cap. IX: *Idem Cæsar, sed & M. Actorius Naso, auctores sunt, conspirasse eum etiam cum Cr. Pisone adolescente: cui ob suspicionem urbanae conjurationis provincia Hispania ultro extraordinem data sit: pactumque, ut simul foris ille, ipse Roma, ad res novas confurgerent, per Lambranos, & Transpadanos: destitutum utriusque consilium morte Pisonis. Idem intelligendus cap. LII ejusdem libri: Dilexit & reginas, inter quas Eunoën Mauram, Bogudis uxorem: maritumq; ejus plurima, & immensa, tribuit; ut Naso scripsit. Sulpicior Julii Cæsaris temporibus vixisse, vel summum Augusti ac Tiberii. Nec abnuo, quo minus apud Junium Phylargyrium, notis in Virg. Eclog. III, ubi exponitur ænigma de cælo tres ulnas patienti, ac vulgò legitur, *Oleus Naso*, reponatur, *Actorius Naso*: quemadmodum & ibidem pro, *cælum Mantuanum*, planè puto legendum, *Cælum Mantuanum*: eaque emendatio satis firmatur illis, quæ Servius ad eundem poëtæ locum annotavit.*

ÆGIDIUS LEODICENSIS in ducatu Leodicensi vallis aureæ, Cisterciensis ordinis monachus fuit. Historiam reliquit Episcoporum Tungrensiū, Trajectensiū & Leodicensiū, à S. Martino primo Tungrensiū episcopo, usque ad annum CI CCI. Ex hac lucem vidit vita & Martyrium S. Alberti, Cardinalis, & episcopi Leodicensis, editore Auberto Miræo.

ÆMILIUS PARTHENIANUS, (pro quo *Paternianus* perperam est apud Simlerum, & Populierium) de iis, qui tyrannidem affectassent, historiam reliquit. Auctor Vulcatius Gallicanus in vitâ Avidii Cassii: *De hoc multa gravia contra militum licentiam facta inveniuntur apud Æmilium Parthenianum, qui affectatores tyrannidis jam inde à veteribus historie tradidit. Cùm autem inter alios egerit de Avidio Cassio, qui Antonini philosophi temporibus fuit; hoc esse antiquior non potest: cumq; à Vulcatio Gallicano, qui Diocletiani tempore claruit, testis laudetur; eo haut juniorem esse consequitur. Sed cum inter Antoninum hunc, & Diocletianum, seculum intersit; sub quo Cæsare floruerit, haut facile dixerim.*

ÆMILIUS SURA scripsit de annis populi Romani: ut legere est apud Vellesum Paterculum lib. I cap. VI: ubi nobile hoc fragmentum eo ex opere laudatur: *Assyrii principes omnium gentium verum potius sunt. deinde Medi, postea Persæ, deinde Macedones. exinde duobus regibus, Philippo, & Antiocho, qui à Macedonibus oriundi erant, haut multo post Carthaginem subactam, de victis, summa imperii ad populum Romanum pervenit.*

Quamquam viris doctis magis placet, esse hæc verba ex glossemate: Nec enim solere ajunt Vellejum in epitome suâ adducere aliorum verba. Quasi non semel facere possis, quod sæpius nolis. Aut quasi statuerere queas, quid alibi quispiam in historia fecerit, cuius melior pars deperit. Nec verum est, quod ajunt, verba illa nihil facere ad præsens institutum. Nam eò adducuntur, ut cognoscatur Assyrii populi vetustas, de quo dictum erat. Eoque & retinere hæc verba jubet Joseph. Scaliger lib. I I I Canonum Isagogicorum. Nec solum non furcillare hunc locum; sed neque mutare nomen ausim autoris, præter omnium codicum fidem: etsi sciam, suspicari aliquos, legendum, non *Ænilius Sura*; sed *Mavilius*, aut *Manlius Sura*; quia Plinio in indice laudatur inter eos, è quibus profecit lib. VII, X, XVII, XVIII, & XIX.

ÆTHICUS ISTER, sive is potius est **JULIUS** orator, Cassiodoro etiam memoratus, cui in vetustis codd. tribuitur, cosmographiâ suâ nunc qualecumque nomen habet. In eâ se gemina orbis descriptio offert. Sed posterior, quæ aliquam multis & ipsa paginis constat, eadem est, ac illa Orosii lib. I cap. I I. sive Æthico ea sit affuta ab aliquo: sive Æthicus ab Orosio mutuatus sit: sive Orosius ex Æthico descripserit. Scriptor est junior Constantino: nam meminit Constantinopolis. At antiquior est Frodoardo, qui Æthicum hunc laudat lib. I Historiæ Rhemenfis Ecclesiæ cap. I. Vixit autem Flodoardus an. DCCCCLX. Caspar Barthius lib. XLV Adversariorum cap. XII I, conjectat, æqualem fuisse Symmachi, & Rutilii Nummatiani; qui Theodosiano ævo vixere. Unde autem hanc capiat conjecturam, ibidem legere potes. Sed quid Flodoardum dico, cum memoretur Rhabano Mauro, qui seculo toto Flodoardum antecessit. Locus est in libello de inventione linguarum. *Luce enim Æthici philosophi, cosmographi natione Scytica, nobili profapia invenimus, quos venerabilis Hieronymus presbyter ad nos usque cum suis dictis explanando, perduxit. Quæ si vera, Rhabanus antiquior sit B. Hieronymo: ut non Orosium Æthicus, sed Æthicum Orosius exscripsisse sit dicendus. Ut cum illud est, saltem non Rhabanum modo, sed Isidorum etiam præcesserit: qui claruit anno sexcentesimo, trigesimo. Quippe ejus meminit lib. XIV Originum cap. V, & lib. XIX cap. X.* Utrobique enim pro *Historia*, *Hister* scribendum, ut res clamat, & observatum doctissimo Martino Opitio in notis ad Antonini rhytmos Teutonicos de S. Annone a, Colonienfi Archiepiscopo. Quod si Græcè scripsit Hieronymus vertit; ut ait Rabanus Maurus: dis-

a Pag. 28,
 & 29.
 editionis
 Danti.
 scana.

spicien-

sciendum æquus sit ex tribus illis Iſtris; de quibus loquimur in
 Hiſtoriarum Græcorum Hiſtoria. Proſa ſcripſiſſe certum eſt: ut
 neſciam, quid in montem venerit Antonio Poſſevino, quando lib.
 xvii. Æthicum hunc, ob libellum de Coſmographia inter poëtas
 reſert lib. xvii. *Selectæ Bibliothecæ*. Mirum verò hanc Coſmogra-
 phiam eſſe tributam Julio Cæſari. Sanè Albertus Magnus id facit,
 eumque ſecutus Valerius Faventius, Academicus Venetus libro de
 montium origine a; ubi ſic ſcribit, *Hic mons, ut reſert Albertus, eſt*
Atlas, quoniam eſt in meridie: ſicut in Coſmographia Iulii Cæſaris habetur.
 Multa in Æthico hoc legas admodum inepta: ut cum Rhenum cen-
 ſet alicubi Bicornium proprio nomine dici, alibi autem Ararim;
 aliaque id genus æquè ridicula. Quædam tamen librariortum po-
 tius culpæ adſcribenda videntur. Admodum enim corrupte editus
 eſt. Sed eum ex antiquiſſimis ſchedis (credo Codicibus bibliothecæ
 Thuanæ, & P. Danielis) auctiorem, & emendatiorem, quàm ha-
 ctenus prodiit, pollicetur ingens illud literarum columen, Clau-
 dius Salmaſius, in ſuis ad Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores commentariis:
 quos verè dixeris *κλέος Αμαλθείας*.

*a Venetiis
 excuſus
 an. 1561.
 fol. 15. a.*

ALBERTUS monachus de vitis Pontificum egit: atque à Cu-
 ſpiniano inter eos recenſetur, è quibus imperatores Romanos de-
 ſcribens profecit. Meminere etiam Geſnerus, & Poſſevinus. Vide
 autem, aliunde ſi ab Alberto monacho, & abbate Stadienſi, ac po-
 ſtea monacho ordinis minorum: qui Chronicon ſcripſit ab initio
 orbis ad ſua uſque tempora; uti dictum lib. i. cap. lix.

ALBERTUS BIBIUS Patavinus opus multiplicis hiſtoriæ
 condidit, ac imprimis de noviffima origine Marchiæ Tarviſinæ, cui
 olim nomen Venetiæ fuit. Meminit Scardeonius in ſecundo rerum
 Patavinarum: ſed addit, nondum ſe in ſcripta ejus incidiffe; nec
 ſatis, an adhuc exſtent, ſcire.

ALBERTUS A BONSTETTEN, ut Simlerus in Geſneri ap-
 pendice reſtatur, reliquit vitam Nicolai Tollentini, ordinis Eremiti-
 tici, qui complures annos cibi expertus vixiſſe creditur, atque anno
 obiit c. lxxxvi, iv. Id. Sept. inque ſanctorum numerum relatus
 eſt anno c. lxxxclvi. Hujus Nicolai vita reperitur apud Surium
 a. d. x. Sept. Sed nomen auctoris non exponitur: eoque, num ea ſit
 Alberti à Bonſtetten, an alterius, non facile dixerim.

ALBERTUS S. REMIGII, monachus in diœceſi Rhemenſi,
 inter nobiles Galliarum hiſtoriographos reſertur ab auctore inedi-
 to Hierarchiæ ſubcœleſtis lib. iv. cap. ix. Niſi locus eſt corruptus,
 legem

legendumque, *Reperitur S. Remigii*: qui descripsit bella gesta in terra sancta, ac temporibus Henrici v claruit anno dco lxxx. Ea conjectura nostra si displicet, ut ait ille, *cicam non interduim.*

ALPHIUS AVITUS (alius ab Avito, poeta Christiano) circa Severi tempora, vel aliquanto post, vixisse videtur. Scripsit carmine vitas virorum excellentium. Meminit Terentianus Maurus, æqualis ejus, ut hæc verba ostendunt:

*Vt pridem Avitus Alphius
Libros poeta plusculos,
Vfus dimetro perpeti,
Conscripsit Excellentium.*

Inter alia retulit, ut *Furius Camillus, vir sanctus, & sapiens, Faliscus, cum obfiderentur, ludi-magistrum, urbis proditorem, cum his, quos adduxerat, pueris, vincitum ultro remisit*: ut verba retineam *Flori a.* Aviti ea de re sunt ista:

a Lib. I.
cap. 12.

*Tum literator creditus
Ludo Phaliscum, liberos
Causatus in campi patens,
Extraq; muri ducere;
Spaciando paullatim trahit
Hostilis ad valli latus.*

Alios quoque ejusdem versus, tum idem adducit, tum Priscianus rei Grammaticæ lib. VIII, XII, & XVIII. Propterea consignavit historiam belli Karthaginensis. Uti indicat Festus in *Mamertini*. Partem verborum adducere contentus ero: *Messanensibus auxilio venerunt ultro, eosque ab eo liberarunt provinciales: quod ob meritum eorum, ut gratiam ferrent, & in suum corpus, communionemque agrorum, invitarunt eos, & nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod, consecutus in sortem duodecim deorum nominibus, Mamers fortè exierat, qui linguâ Oschorum Mars significatur. Cujus historię auctor est Alfius libro primo belli Carthaginensis.*

AMBROSIUS MEDIOLANENSIS fecit prolixum admodum Chronicon Ord. Prædicat. idque *maximis vigiliis laboribusque*: ut de eo ait Leander Albertus lib. IV de viris Illust. Ord. Præd. Qui ex ejus scriptoris fontibus se agellos suos colligasse, ibidem fatetur. Atque etiam Baptista Fulgosus inter eos reponit, quos in Collectaneis suis sequitur auctores.

ANDREAS HORNUS, Anglus, Claudiocestrensis, civitatis Claudiocestriæ chronicon reliquit: quemadmodum Guilielmus

Botonerus tradidit in Anglicarum antiquitatum opere: & ex eo Baleus, atque ex utroque Pitiscus. Sed de ætate scriptoris necdum constat.

ANDREAS MARCHIANENSIS, monachus Flander Ord. Bened. atque ut Sanderus ait, Prior, posteros studuit demereri libris tribus de origine & gestis Francorum: qui M^oi Tornaci existare dicuntur apud S. Martinum. Etiam in Marchianensi, atque Hemnacensi, juxta Duacum monasteriis superesse MSum ex Valerio prodit idem Sanderus. Sæpius eos laudat Mejerus in Annalibus Flandriæ. Dicavit opus suum Petro, Atrebatensi episcopo. Atque hinc, nisi plures ejus nominis fuissent, non difficile esset statuere de ætate auctoris, etiam opere necdum viso.

ANGRADUS monachus scripsit vitam S. Asberti a, Episcopi Rhotomagensis, qui anno vixit DCCLXXXV, ut ea in vita legitur. Dedicavit illam Hilberto, abbati Fontanellensi: unde alius fortasse de ætate certi aliquid dispiciet. Habes apud Surium T. I. a. d. IX Februarii. *a Demochari est Auberius.*

ANNIUS FOECIALIS inter annalium scriptores refertur à Ludovico Dorleans initio notarum in Taciti Annales. Sanè cum Pisone Annalium scriptore, eum conjungit Plinius lib. xxxiv, cap. vi, ubi quiddam ex eo refert de statua Clæliæ.

ANTONINI AUGUSTI itinerarium hodie existat. Dubium, utrum Antonini Pii, an philosophi, vel alius; quando & aliquot, qui consecuti imperatores, boni omnis causâ, Antonini nomen adsumere. Sanè Hieronymus Surita Cæsaraugustanus referebat ad Antoninum, Severi Cæs. filium, propter ea, quæ de Britannia locis hoc in opere leguntur. In plerisque libris est *Antonii*. Nempe *Antonius*, & *Antoninus*, uti Constantius, & Constantinus non raro confunduntur. Sed longe aliter alii. Sanè in syllabo scriptorum qui subjicitur Cæsari Orlando de urbe Senensi legas auctore libelli, qui itinerarium Antonini inscribitur, vixisse anno Chr. cccxxxv i. Josias Simlerus præfatione, quam Æthici itinerario præfixit, arbitratur, Æthici, & Anton. Augusti itinerarium, unius esse hominis opus. Nempe eò, quòd ex Æthico citet Frodoardus, quæ in Antonino leguntur. Eadem mens est ejus, qui suppresso nomine dissertationem edidit de regionibus suburbicanis, b, cap. iv. Sed impossibile fortasse Flodoardo, quòd Æthicus & Antoninus soleant conjungi. Quamquam nec video cur absurdè opinemur, operis ejus auctorem esse Antoninum Æthicum, vel Æthicum Antoninum: aut

cur dicere non liceat, alterum alterius opus opere suo esse complexum? ut nempe pars Æthici sit Antoninus: uti opinio est Barthii lib. XLV cap. VIII. Vide &, quæ superius de Æthico diximus. Itinerarium Antonini MSum exstat Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti.

ANTONIUS JULIANUS Judaicam videtur historiam consignasse. Minutius Felix in Octavio: *Scripta Iudeorum relege, vel, si Romanis magis gaudes, ut transeamus veteres, Flavii Iosephi, vel Antonii Iuliani, de Iudeis requirere. Iam scies; nequitia sua hanc eos meruisse fortunam: nec quicquam accidisse: quod non sit his, si in contumacia perseverarent, ante predictum.*

ANTONIUS PACINUS, Anglus, vitam Marii conscripsit: quæ MSA Oxonii superest in Collegio S. Mariæ Magdalenaë.

ARCHANGELUS NEAPOLITANUS, monachus S. Trinitatis Cavæ, sive, ut alio nomine dicitur, S. Justinæ de Padua, componere aggressus fuit historiam monasterii Cavenfis: sed absolute non potuit. Liber is MSus in Cavenfi monasterio adfervatur.

ARLOTTUS DE RAYNONE Vicentinus vir genere, virtute, doctrinaque præstans, scripto consignavit, quæ Vicentini adversus Patavinos fortiter egissent. Illustris de eo locus est, apud Joannem Baptistam Pajarinum in ipso Vicentinæ historiæ ingressu. Verba ejus mihi suppeditavit V. CL. Felix Ofius, Oratoriæ in Patavino Gymnasio interpretis disertissimus. Atque eo justius apponi hic merentur, quia & alios historicos commemorat, quorum opera in scribenda historia usus sit. Verba quidem Pajarini sunt ista: *Secutus enim sum in hoc episculo brevi Magistrum Coperium, antiquissimum rerum Vicentinarum scriptorem, Ferratum Vicentinum, Beneventum Campesanum: Pulicem de Custozza, Magistrum Leoninum de Porta S. Petri, & Antonium de Godis, omnes hujus civitatis (Vicentiæ) antiquitatum scriptores. Antonius enim de Godis anno M, usque ad MCCCXIII, Vicentinarum antiquitates scripsit: & Arlotum de Raynone, virum, & nobilitate sanguinis, opibus, ingenio, & quadam dicendi inmatâ eloquentiâ clarum. Qui cum Vicentini populi res contra Patavos fortiter, strenuèque gestas soluta oratione, & elegantii stylo scripsisset; fidem constantiamque populi Vicentini erga Cesarem, & suorum civium virtutem mirum in modum laudasset; odio, & rancore Gibelinae partis ab iisdem ex S. C. in exilium missus est, & magna ejus historia pars combusta, capitalisque pœna, & legentibus, & scribentibus imposta est. Finis enim de præstantioribus nostræ urbis familiis ortus. Patavi vero Guelfam, 17-*

causis Gibulnanis forebant partem. Insuper & Pajarorum, & Veronensium, & Marti, & Felici, nostrorum civium, qui libertatem nostræ urbis disturbant, Chronicæ vidi, & multa memoratu digna ab eis excerpti. Hæc Pajarinus: qui postremo, ut vidimus, loco etiam MARIUM & FELICEM VICETINOS commemorat, atque utrumque eorum Chronicon Vicetinum scripserit testatur. Sed utrum Latina id, an patria præliterint lingua, dicero non habeo.

ARLUNUS BERNARDINUS, qui aliis *Bernardinus Arlunus*, reliquit historiarum sectiones tres, ab origine urbis Mediolanensis, ad sua usque tempora. Hoc opus habuit, cumque præfatione Antonii Majoragii se editurum promiserat Oporinus. Sed necdum prodiisse arbitror. Meminit Gesnerus in biblioth. & ex eo, cum Rob. Constantinus in suo scriptorum Nomenclatore, tum Zuingerus in Theatro suo.

AUGUSTINUS EUCADIUS stylo suo depinxit vitam VIIII Imperatorum: item Danubium fluvium. MSus exstat in bibliotheca Cæsarea.

AURELIUS VERUS reliquit vitam Alexandri Severi: ut post eum vixisse liqueat. Memoratur autem Lampridio, qui Diocletiani ætate claruit, ut eo junior esse haut possit. Verba Lampridii sunt ista in vitâ Alexandri Severi: *Neque, inquit, in vitâ ejus id exposuit Fabius Marcellinus, neque Aurelius Verus, neque Statius Valens, qui omnem ejus vitam in literas miserunt.*

B.

BARNABAS CELSANUS VICETINUS librum condidit de viris illustribus Vicetinis. Laudant eum Joannes baptista Pajarinus in Georgio Corbetta: ut ex Felice Ofio accipi.

BARTHOLOMÆUS NEOCASTRENSIS Siculus poemata condidit versibus hexametris, quod libris constat xv. Id *Messana* inscribitur. De hoc sic Hieronymus Surita ad Antonium Augustinum a: *Propius nihil, quam ut his Normannicarum rerum scriptoribus, Bartholomæi Neocastrensis Siculi, vetusti scriptoris, poeticum opus, cui Messana nomen indidit, & xv libris hexametris versibus composuit, adnecterem: tamen si non aliquo sagacis, aut bonæ mentis instinctu, aut artificiosâ constructione; sed enormi, & pingui contextu, de rebus à Petro, Aragonie rege, in Sicilia, adversus Carolum, ejus nominis primum Sicilia regem, opus id fuerit constitutum. Ad id mihi profus persuasum est, verborum jacturam tolerabilem esse, cognitionis vero rerum, causarum, & eventorum, inestimabilem.* Suspicio, vixisse tem-

poribus Rudolphi imperatoris, circa annum c^lo^cc^lxxvii. nempe ut æqualis fuerit Petri Magni, III ejus nominis Aragoniæ regis, & Caroli I, Ludovici IX, Francorum regis, filii, utriusque Siciliae regis. Interim, opere necdum viso, nihil certi sponderim.

BERCHARIVS presbyter quæ literarum monumentis signârit, ostendit auctor vitæ S. Paulli Virdunensis, quæ apud Surium est a. d. viii Febr. In ea hæc legas: *Bercharius, rogatus à Dadone, Virdunensi episcopo, omnium superiorum antistitum ejus ecclesie nomina, & res gestas, quantum nôsse potuit, virâ brevitate conscripsit.* Exinde ex eo *et nulus* recitatur, ut ostendat, Paullum Virdunensem fuisse fratrem B. Germani, episcopi Parisiensis.

BERNARDUS abbas, ut est in libris quibusdam; ut in aliis, *Abertus monachus*; conscripsit vitam S. Glodesindis virginis; quæ temporibus effulsit Childerici, Francorum regis, circa an. l^occxv. Exitur apud Surium T. iv die Jul. xxv. Fortasse est hic Bernardus Guidonis, qui vixit anno c^lo^ccc, ut suprà dictum.

BERNARDUS *Noricus*, monachus in Chremsmunster, reliquit historiam de rebus Bojorum; cuius meminit Aventinus.

BERNARDUS, cognoimento Sapiens, natione Anglus, opus condidit de Urbe Hierusalem, & locis vicinis. Quod MSum extat Oxonii in Collegio Lincolnensi.

BRUTIUS historicus memoratur B. Hieronymo in Chronico Eusebiano ad an. m^occxii: *Scribit Brutius plurimes Christianorum sub Domitiano secisse martyrium: inter quos & Flavianum Domitiam, Flavii Clementis ex sorore neptem, in insulam Pontiam relegatam, quoni un se Christianam testata sit.* Brutii hujus ætas satis fit aperta, si fuit is Brutius *Præfens*, qui cum Imperatore Antonino Pio consul fuit an. Christi cxxxix; atque iterum cum M. Antonio Rufino annis xiv post. Etiam eo anno Antoninus philosophus excessit, eique successit Commodus, consules erant Brutius *Præfens*, & S. Quinctilius Condianus. Sed credo is filius prioris. Uter verò, an alius ex eaple gente, difficile est dictu. Præsertim quando in veteribus inscriptionibus etiam L. Brutius Celer, & L. Brutius Primitivus, qui à Brutio *Præfente* diversi, memorentur. Eoque (ut ab Scaliger) ad Eusebium est observatum) apud Sex. Rufum, & P. Victorem in II Regione Urbis, rescribendum *Domus Brutiiana Præfentis*; nempe ut ab aliis Brutius distinguatur. Vulgo ibi editum, *Præfentis* voce trajecta: *Domus Brutiiana. Summum choragium. Prætura præfentissima.*

C.

CARMINIUS memoratur libro de Italia. Macrobius lib. v. Saturn. cap. XIX: *Sed Carmini curiosissimi, & docti, verba ponam; qui in libro de Italia secundo sic ait: PRIUS itaque & Tuscos aeneo vomere uti, cum conderentur urbes, solitos, in Tageticis eorum sacris invenio; & in Sabinis ex arcibus, quibus sacerdotes tonderentur.* Fortasse idem est, qui De Elocutionibus egit. Servius in illud v Æn.

Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus.

Diximus supra, antiquum hoc esse. Carminius tamen dicit (qui de Elocutionibus scripsit) per naturam vitiosam esse hanc elocutionem: & sive utramque palmam, sive utrasque palmas, dixerimus, esse in aliquo usurpationem. Meminit quoque idem in VI Æn.

CICARDI Abbatis Chronicon MSum est in bibliotheca monasterii S. Galli in Helvetia.

COGITOSUS nomen sibi peperit libro de miraculis S. Brigidæ, virginis Scotæ. Edidit Canisius T. v Antiquæ Lect. Nominat ipse se in fine operis his verbis: *Orate pro me Cogitoso, nepote culpabili.* Unde quidam suspicantur, ipsius Brigidæ nepotem fuisse. Quod si est, de ætate ejus obscurum non erit. Nam obiit Brigida temporibus Jutini senioris anno DCXXIII. Sed fortasse, ob adolescentiam luxuriosè transactam, culpabilem se nepotem vocat: uti Horatius dixit *discinctum nepotem*: à qua notione apud Senecam, & Terullianum, *nepotari* dicuntur, qui sua inutiliter profundunt. Quicquid est, valde antiquum esse scriptorem, ex non uno loco cognoscitur.

CONRADUS, Sereni montis prope Halim Saxonizæ presbyter, reliquit Chronica: item librum de fundatione Lauterbergi: & alium de primis Marchionibus Misnensibus. Cum autem hic de Lauterbergii fundatione scripserit: suspicor eundem esse, qui Georgio Fabricio lib. IV originum Saxonicarum vocatur CONRADUS LAUTERBERGIUS: ubi ex Conrado hoc collectum esse Chronicon Veterocellense ait.

CORNELIUS BOCCCHUS inter Romanos scriptores refertur à Plinio in indice eorum, è quibus aliqua transtulerit in XVI librum Histor. Natural. Meminit autem ejusce libri cap. XL: *Et in Hispania Sagunti ajunt (esse) templum Dianæ à Zacyntho advectæ cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Trojæ, ut auctor est Bocchus; infraq; oppidum ipsum id haberi.* Idem lib. XXXVII cap. VII. *Massilia quoque importari*

(carbunculos) *Bocchus*, & *Olyssipone*, scripsit, magno labore, ob ægillam sole adustis fatibus. Et libri eiusdem cap. ix. *Bocchus* auctor est, & in Hispania reperit as (hyacinthos) quo in loco crystallum dicit ad libramentum aqua, puteis defosus, inde rutam; & *crisolithum XII* pondo à se visam. Solinus cap. vi: *Polymnestor*, Milesius puer, cum à matre locatus esset ad capravos pastus, ludicro leporem consecutus est: & ob id statim productus à gregis domino, Olympiade sexta, & quadragesima, ut *Bocchus* auctor est, victor in stadio meruit coronam. Idem cap. viii. *Bocchus* absolvit, Gallorum veterum propaginem Umbros esse. Et paulò post: Delphicam autem Sibyllam ante Trojana bella vaticinatum, *Bocchus* autumat: *cujus plurimos versus operi suo Homerum inseruisse, manifestat.*

CORNELIUS VALERIANUS quoque aliquem hic locum sibi deposcere videtur. Plinius lib. x cap. ii, *Cornelius Valerianus phoenicem devolasse in Ægyptum tradit.* Et lib. xiv cap. i. *Villas, & domos, ambri singularum (vitium) palantibus, ac sequacibus loris quoque, memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius existimavit.*

COSCONIUS etiam putatur signasse quædam de rebus Romanis, propter illud Solini cap. vii. *Inter omnes perspicue convenit, à nutrice Cajeia, Cajetam; ab uxore Lavinia, Lavinium esse nuncupatum: quod post Troje excidium, sicut Cosconius perhibet, quarto anno constructum est.* Grammaticum fuisse, colligo ex Varrone, qui lib. v de L. L. ait, *Cosconium* scribere, verba primigenia esse ad mille. De sermone Romano loquitur. Idem Varro eopse libro *Actiones* ejus citat. Sic enim ait: *Hoc idem Cosconius in Actionibus scribit, prætorem accensum solum tum esse jubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam esse tertiam; itemque meridiem, & horam nonam. &c.* Etiam *Cosconius* infelix epigrammatum poëta fuit ævo *Martialis*: qui de eo loquitur lib. ii epigr. lxxvii. Nisi fictitium id nomen est, quando *Martiali*, ut ipse ait, mos fuit a,

Parcere personis, dicere de vitiis.

a lib. 10.
epig. 33.
b Apud
Canis. T.
2 antiq.
lett.
c Vel dis-
tingue
sic, Frisingensis
colis eccle-
siæ epi-
scopo,
ut puto;
rectè scri-
ptis & c.

CYRINUS, Frisingensis episcopus, aliquam doctrinæ & industriæ laudem adeptus est vitæ S. Emmerammi, Ratisbonensis episcopi; qui martyrium subiit anno 1000. Habes apud Sur. T. v. d. xxi Sept. Sed perperam *Surius* vocat episcopum Ratisbonensem: quem, ut puto, resellunt verba ista *Arnoldi Comitis* epistola b ad *Purchardum* abbatem: *Gestus patroni nostri, Emmerammi martiris, dudum à quodam, qui se Cyrinum, & Haredem nominat, Frisingensis ecclesiæ episcopo, ut puto c rectè scriptis, ante nos autem majorum negligentia depravatis.* Vixit *Arnoldus* ille anno c10x. Unde liquet, quam antiquus hic

hic sit Cyrinus: quippe quem jam majorum suorum ætate depravatum fuisse dicat Arnoldus Comes. Cùm autem Arnoldus prædicet, veram eam, à quodam, qui se Cyrinum nominat, exaratum fuisse: plane suspicor, illum aliud nomen habuisse: eò magis, quia in catalogo Frisingensium episcoporum neminem reperio, cui nomen fuerit Cyrino. Dixerit aliquis, hoc firmare Surii conjecturam, qui Ratisponensem episcopum facit. Sed nec in Ratisponensibus est hujus nominis quisquam.

CYRILLUS de miraculis Hieronymi est in Benedictino Cantabrigiensium collegio: teste Thom. James. Verùm quid si potius sit dictus sit Cyrinus; ut sit idem ac is de quo proximè dictum.

D.

Hic quoque aliquem sibi locum postulare videtur DARES PHRYGIUS, vel potius suppositivus scriptor, qui sub hoc nomine circumfertur. Is ex Græco à Cornelio Nepote translatus est: si epistolæ nugaci credimus, quæ præmittitur. Scio Æliani ætate etiamnum existuisse Phrygiam Daretis Iliadem. Nam id satis liquet ex ejus lib. XI Var. Hist. cap. II. Sed non dubito, quin longè alius fuerit Græcus ille. Nam quem nos Latine habemus, satis prodit, se exiguæ, & doctrinæ, & judicii, fuisse. Planè autem arbitror, esse commentum hominis, qui non tam verterit, quàm scripserit Latine: imò qui haut admodum Latine sciverit, ut omnino in Glandorpio a judicium desiderem; cùm translationem eam Nepotis esse credidit. Majoris, & eruditionis, & elegantiæ, est Dictys Cretensis: de quo postea dicemus. Dares Phrygius cum alibi MSus exstat, tum Cantabrigiæ in bibliotheca Cajana, & Oxonii in Collegio omnium animarum. a In Ono-
masica
Romano.

DIONYSIUS, Cassinensis monachus, in literas misit vitam S. Ligidani, abbatis, ordinis S. Benedicti, in monasterio S. Cæcilie, quod est in agro Setino: ubi obiit anno CLCIX. Dionysii eum librum, sed mendis obsitum, legisse se ait Baronius T. XII Annal. ad an. memoratum.

DOMITIUS quoque inter veteris historiæ auctores nomen meruit. Ex primo ejus libro geminum fragmentum, utrumque ad Æneæ in Italiam adventum, novæque urbis in Italia creationem pertinens, adducit auctor de origine gentis Romanæ. Apud A. Gellium lib. XVII cap. VII fit mentio Domicii, hominis docti, celebrisque in urbe Roma grammatici: cui cognomentum Insani factum erat, quoniam erat

natus à intratibilibus; & morosior. Is vixit temporibus Hadriani Cæsaris. Sed idemne, an alius sit, non arbitror constare.

• Videndam & , an C. DRUSUS hic mereatur locum. De quo Suetonius in Augusto cap. xcv: *Infans adhuc (Augustus) ut scriptum apud C. Drisum exstat, repositus respere in cuius à nutricula, loco plano, postea à luce non comparuit: & diu quæsitus, tandem in altissima turri reperiens est, jacens contra Solis exortum.* Suspicio, Augusti, aut Tiberii, οὐχ ἄρα ποτε fuisse.

E.

CN. EGNATIUS VERINUS refertur inter auctores, quos secutus est scriptor de origine gentis Romanæ: quemadmodum ex lemmate cognoscitur. Sed semel duntaxat in opere ipso nominatur, his verbis: *Contra Egnatius libro primo, in ea contentione, non modo Remum non esse occisum; sed etiam ulterius à Romulo vixisse tradit.* Alius ab eo est Egnatius poëta: unde Virgilium quædam mutuatum fuisse, Macrobius ostendit libro vi Saturnalium. Alius quoque M. EGNATIUS CALVINUS; qui & ipse quædam scripsit. Plinius lib. x cap. XLVIII: *Visam in Alpibus ab se peculiarem Ægypti ibin, M. Egnatius Calvinus, præfectus earum refert.*

C. EPIDIUS multa ostenta prodigiaque planè fidem excedentia consignavit. Plinius lib. xvii cap. xxv. *Qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scietur; apud nos vero C. Epidii commentarii, in quibus arbores locuta quoque reperiuntur.* Non video, cur assentire ei oporteat, qui Cornelium Epicadum eundem putat; de quo Suetonius in illustribus Grammaticis. Nam & Epidiam gentem fuisse Romæ, certum est vel ex Epidio Marullo, Tribuno pl. de quo Suetonius in Julio cap. LXXIX: item ex Græcis Plutarch. in Cæs. Appianus lib. II. belli civ. Dio lib. XLIV.

EUSTOCHIUS transtulit è Græco vitam S. Pelagiæ, quam in literas miserat Jacobus, diaconus Nonni episcopi, qui Pelagiam, meretricio quæstu viventem, convertit. Si Nicephorum audimus lib. xxiv cap. xxx, imò & martyrologium Romanum, Nonnus ille Edeffanus fuit episcopus. Quod si est, Chalcedonenfis synodi tempore vixit: in qua & de illius, cum Ibæ, Edeffano episcopo, successisset, causâ actum fuit; quemadmodum cognoscere est ex scil. VIII. Sed de interpretis ætate non liquet.

FABIUS MARCELLINUS, ut post Alexandrum, ita ante Diocletianum, vixit. Multum in studiis versatus fuit: nec parum laudis adeptus est Alexandri Mamei vitâ. Pleuraque hæc cognoscere est ex Lampridii loco in vitâ Alexandri Severi: *Neque, inquit, in vitâ ejus id exposuit Fabius Marcellinus, neque Aurelius Verus, neque Scipio Valens, qui omnem ejus vitam in literas miserunt.* De stylo, ac fide ejus, sic Vopiscus in Probo: *Mihi, inquit, id mirum fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitaret viros, in vitâ principum; & temporibus asserendis: sed Marium Maximum; Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargiliam Martialem, Iulium Capitolinum; Aelium Lampridium, ceterosque, qui hac, & talia, non tam disertè, quam verè, memoria tradiderunt.* Videor autem hujus ætatem quodammodo esse affectus. Nam existat Tarracone inscriptio vetus hujusmodi: *Q. Hed. L. F. Pol. Rufi Lolliano Gentiano auguri cos. prof. Asia censorio prov. Lug. imp. Vesp. comiti Severi & Antonini Augg. rev. leg. xx G. prov. H. C. item censit. H. C. x viro ist. jud. Puteolano sup. veteranor. quest. candid. prat. candid. leg. xviii primig. trib. leg. vii G. P. F. iii viro. A. A. A. F. F. P. H. C. FABIVS MARCELLINVS.* Si idem hic est Fabius Marcellinus, ac ille, qui vitam scripsit Alexandri Severi: de ætate non sit, quòd ambigamus. Nam ille, de quo antiquus lapis, temporibus erat Severi, & Antonini Caracallæ: ut monumentum ipsum loquitur. Quo tempore qui fuit, scripsisse etiam possit vitam Alexandri Severi: cum inter Severi, & Alexandri obitum, anni tantum sint xxiv. Si tamen eundem esse minus placet; filium fuisse, liceat suspicari.

FALCIVS vitam exaravit B. Pharonis, Episcopi Meldensis: ut ab Hieronymo Rubeco traditum est Historiæ Ravennatis lib. ii. Surius T. v. ad Oct. xxviii expressit ex MSSis codd. Pharonis hujus vitam *De Pharonis*. Sed videtur Falcini nomen in MSSis istis abfuisse. Saltem non meminit ejus Surius.

PAVIVS presbyter quòd non aspernando inter scriptores Ecclesiasticos loco sit; facit opus ejus de vita S. Severini, abbatis Aganensis: qui ut in vita ejus extrêmâ dicitur, diem suum obiit, circa annum lxxii. Habes apud Sur. ad d. xi Febr.

FLAVIANVS quoque aliquò inter eruditos pretio fuit, ob librum de vestigiis Philosophorum: quem celebrat Saresberiensis lib. i. de Nugis Curial. cap. xxvi. Quiddam & inde refert lib. viii.

cap. XI, & XII: Videtur autem eo opere philosophorum dicta factaque proposuisse. Alius est à Flaviano illo, qui Parisiensis ecclesie episcopus fuit circa annum ccccxl.

FLORENTIUS abbas nonnihil laudis affectus est opusculo de vitâ S. Jodoci, Britonum regis filii, & confessoris: quod ex MSo codice Guilhelmitarum Brugensium expressit Surius Tom. VI die XIII Dec.

FRETELLUS, archidiaconus Antiochenus, vixit temporibus belli Sacri. Sed annum exactè dicere non possum. Descripsit terram sanctam. Estque inter eos, quos sequi se profitetur Christianus Adrichomius in theatro terræ Sanctæ.

FRETULPHUS antiquissimus est Bojorum historicus. Ei Aventinus principem inter illos tribuit locum, quos sequitur in historia Bojorum.

FULBERTUS Gemeticensis monachus, qui se *Fulbertum peccatorum* vocat, laudis aliquid ponidet labore suo de vitâ B. Aichadri, abbatis Gemeticensis. Expressit eam vitam Surius T. V die XV Sept. MSus autem codex est Oxonii in bibliotheca Bodlejana.

G.

GALEFREDUS, vel GODEFREDUS DE FRONTIBUS, qui aliis DE FONTIBUS, ex ordine B. Francisci monachus Anglus, cognomento (ut Arnoldus Wion tradit) *doctor venerandus*, vel etiam, *guardianus*, sive *custos Parisiensis*, varios in genii fructus peperit, & inter eos librum *De infantia S. Eadmundi*: qui Ca. Brigiæ MSus exstat in bibliotheca publica: ubi *Galsfridus de Fontibus* vocatur.

GEORGIUS Germanus, monachus, & abbas Altaichensis in Bavaria, memoratur Chronico monasterii sui; quod ibidem dicitur MSum adservari.

GEORGIUS A TENSERA Brugensis, reliquit historiam Atrebatensem: ex qua multa se accepisse agnoscit Mejerus. Eundem auctorem laudat Ferreolus Locrius in Chronico Belgico ad ann. c10clxxxix. c10ccxxii, & proximo, item c10ccclii. Etiam ab Sandero reponitur inter Brugenses eos, qui eruditione nomen sibi pararint.

GERARDUS DE RIEDESORDIA reliquit opus de expeditione Asiatica, sub Frederico I, & II, susceptâ à militibus Templi. Viennæ exstitit, prius in bibliotheca Wolphangi Lazii; & exinde in Viennensi Cæsaris bibliotheca.

GILBERTUS Chronicon scripsit de gestis imperatorum ac pontificum, ac à Martino Polono in præfatione inter eos reponitur, e quibus sua desumerit. Quis ille sit adhuc disquiro.

GOSWINUS BOSSUTUS, monachus, & cantor Villariensis monasterii, quod secundo lapide ab oppido Gemblaco abest, memoriam sui ad posteros propagavit libris duobus de vita Arnulphi Cornibantii, laici sive conversi Villariensis: quam se MSam habere, ait Aubertus Miræus in Chronico Cisterciensi. Ac Possévinus, uti & Sweertius eidem tribuunt vitam Abundi, monachi Villariensis. Puto eandem esse Abundi vitam, quam in Villariensi monasterio MSam superesse, ait idem Miræus. Vixere Cornibautius, & Abundus, an. clocexx, & deinceps. Obiit enim Cornibautius anno clocxxxviii prid. Kal. Jul. An *συγγρον* iis fuerit Bossutus, facilius fortasse dictu foret, si in publicum scriptor is prodisset.

GREGORIUS SONDEREITER Germanus vitam Constantini imperatoris ab Eusebio proditam reddidit Latine carmine heroico. Ea MSa existit in Cæsaris bibliotheca Viennensi.

GUIBERTUS, seu Wibertus, Anglus, Somersætenensis, monachus Benedictinus, & postea abbas Bristolensis, præter sermones etiam historiam sui temporis condidit. Vide, quæ de eo Lelandus, & exinde Balæus refert Cent. x.

GUILHELMUS, sive, ut inscriptio habet, Fl. Guilielmus, libros reliquit de vita B. Mariæ; in quibus illa de partu, & obstetricibus, apocrypha esse, etiam Delrii iudicium est. Exstat nunc Græcii in Styria; inventumque primum in monasterio de Olivo, quod est Sylvæ majoris in tractu Burdigalensi: ut est apud Possévinum.

GUILHELMUS, monachus S. Dionysii juxta Parisios, Ord. B. Benedicti, præter epistolas ad diversos, etiam conscripsit tres historiarum libros: propter quos inter nobiles Galliæ historiographos refertur ab inedito auctore hierarchiæ subcœlestis lib. iv cap. ix.

GUILHELMUS monachus *historiam* condidit *novellam*, quæ MSa Cantabrigiæ in bibliotheca publica existat, teste Th. James.

GUILHELMUS AREMORICUS presbyter rededit in compendium Rigoldi annales de gestis Philippi Augusti. Ex compendio hoc quædam adducit Mejerus in annal. Fland. ad an. clocclxxx, & clocxcix. Prosâ autem scripsisse, satis liquet ex verbis, quæ adducit. Sed idem carmine heroico panxit libros xii Philippidos,

a In corpore historiarum Francie, qui Francofurti typis haereditum VVechele editi sunt

sive de gestis Philippi Augusti. Hi ex bibliothecâ Petri Pithœi primum in Germaniâ a prodriere anno cDcIxxvi. Ubi vocatur *Guillelmus Brito Armoricus*. De eodem ita Janus Douza præfatione altera annalium Batavicorum, (eorum, quos carmine conscripsit) cum egisset de Guntheri libr. s. x: *Quem non elocutionis cultu, neque apta numerorum compositione, sed librorum numero supergressus Guillelmus Armoricus in Philippi, Francorum regis, laudibus ingenii magis, quàm materia vitio attenuandus*. De hoc quoque Barthius Advers. lib. xliii. cap. vii, fuisse poetam suo ævo longè doctissimum: cui si demas ea, quæ seculi vitio aliter perferre non potuit, admirabilem poetam videas.

GUILIELMUS SHEPESHEVED, ut idem testatur, condidit annales de Crokeſden: qui MSi asservantur in privata bibliotheca Lumlejana.

GUILHELMUS WORCESTRIUS, Anglus, reliquit *Itinerarium de notabilibus Bristolii*. Item librum *De civitatibus, monasteriis, abbatibus, deque longitudine, & latitudine eorum, & de rebus aliis memorabilibus*. Utrumque opus MSum asservatur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Worcesterium hunc fuisse ex scholasticis Aulæ Cervinæ in Academia Oxoniensi, ait Brianus Twyne lib. i. de antiquitate Academiae Oxoniensis; ubi ex eo doctissimorum scholæ illius virorum catalogum texit. Sed quod ibidem ait Twynæus, Guilielmum Botonerum eundem esse Balæo, ac Guilielmum Worcesterium; id facillè refellitur, cum eorum nihil tribuat Botonero, quæ Worcesterio adjudicantur.

H.

HARTMANNUS miles annales condidit: quorum meminit Joannes Stumphius in commentariis rerum Helveticarum.

HASMONIUS monachus de abbreviatione historiarum MSum asservatur Cantabrigiæ in bibliotheca domus S. Petri.

HEGESIPPUS, cujus libros quinque habemus de bello Judæico, & Hierosolymorum excidio, Latinus mihi scriptor videtur, non è Græco versus. Nam Græcè si unquam fuisset, aliquis Græcorum ejus meminisset. Quare, quòd à B. Ambrosio translatum dicunt; id totum est commentitium. Imò auctor is sexcentis, & fortasse amplius, annis Ambrosio junior fuit. Meminit Hegeſippi hujus Saresberiensis lib. vi de nugis Curial. cap. xviii, & lib. viii cap. xviii. At cap. xix intelligendus est Hegeſippus vetus; qui quinque ecclesiasticorum actuum libros temporibus Marci Antonini edidit.

Adit. Hos duos Hegefippos vulgò confundi videas. Etiam à viro doctiffimo, Francisco Feu-ardentio, notis in B. Irenæi lib. I cap. III: quo loco testem producere se velle ait, qui ante Irenæum fcripferit: atque adducit locum ex ejus, quem habemus, Hegefippi lib. I cap. III. Video tamen Barthium in longè alia fententia effe. Judicat ille geminum effe Egefippum, atque à vero Ambrofio translatum: fed quemadmodum Eutropio, & Diacono contigit, ut multa ei infererint Landolphus Sagax, atque alii: ita etiam aliquos Egefippo, veteri proboque fcriptori, inferuiffe, atque inculcasse Rufini Josephum, ubi poffent: atque inde Hegefippum evafiffe paulo magis verficolorem. Vide Barthium Animadverf. lib. XLVI, cap. IV. Sed faciliùs Barthio affentirem, fi, uti Eutropium habemus & Diaconum sine Sagacis farturis: ita & alicubi codices exftarent Hegefippi, absque istis quæ ex Rufino infera. Atque ut ante dixi; si Hegefippus hoc argumentum Græce tractasset, veterum aliquis e, us operis feciffet mentionem. Barthio verò in hac opinione præviffè videtur Lilius Gyraldus de poëtarum historia Dialogo VII; ubi pag. 275 sic fcribit: *Quod qua nunc circumferuntur Hegefippi historia, parum mihi legitima videntur, cum loca commemoret præter alia, quæ post Egefippum iis nominibus nuncupata fuere: tametsi forte id D. Ambrosio adfcribi poffet: qui ejus historia interpres fuiffe traditur.* Plura de Hegefippo hoc diximus lib. II de histor. Græc. cap. XIV. MSus exstat in bibliotheca publica Cantabrigiensi.

HEPIDAMNUS, nisi *Hepidannus* malis, memoratur libris duobus de vita S. Wiboradæ virginis; qui MSi in Helvetia exstant in bibliotheca monasterii S. Galli.

HERIMBERTUS quidam composuit libros de rebus à Karolo M. gestis: ut Gesnerus auctor est in bibliotheca sua. Sed metuo, ne is, quem signat, sit Eginhardus, Karoli M. gener ac cancellarius; à quo vitam focieri fcriptam fuiffe, superius diximus.

HERMANNUS MINORITA Chronicon condidit: quo MSo se usum is profitetur, qui abbati Urspergenfi paralipomena adjecit.

HOSTILIUS in existimatione non exiguà olim fuit annalibus carmine contextis: ex quorum primo est versus iste citatus Prisciano in sexto:

Sape greges pecunum ex hibernis pastubus pulsi.

Dubium, idémne, an alius, sit Hostilius mimographus: de quo Tertullianus in Apologetico cap. xv: *Dispicite Lentulorum, &*

Hoftiliorum venustates, utrum mimas, an Deos vestros, in jocis & strepibus rideatis.

HUGO abbas, dictus FARSITUS, (ut Henricus de Gandavo cap. xxxvi ait) scripsit miracula multa a beata Virgine, quae faciebat in Ecclesia ejusdem gloriosa Virgine Suestonia.

HUGO MATISCONUS Anglus, opere de gestis clarorum militum, memoriam sui propagavit. In Londinensi quadam bibliotheca MSum servari, auctor est Pitseus.

I.

JACOBUS ROMANUS industriâ suâ peperit varia monumenta: uti de victoriis, de petitionibus, de virtutibus & vitiiis ^{a Fol. 149.} regum Romanorum, atque aliis. Testis horum Leander lib. iv a de vir. illustr. ord. præd.

JOANNES ALDARUS, Anglus, chartis commisit, inque regia collocavit bibliotheca, laborem suum de Scotis, & Hibernis. Ætatem Balæus quoque, & Pitseus, ignorant.

JOANNES Anglicus, fortasse Cambro-britannus, ingenii & pietatis suæ monumentum esse voluit opus à se conditum de vitis sanctorum Wallensium: quod MSum adservatur in bibliotheca Gualteri Copi. Arbitror idem volumen signari à Briano Twyno ^{b pag. 287} lib. III de antiquit. Acad. Oxon. b ubi quiddam de S. Frideswida refert ex Joa. Anglici lib. xvii part. II Historiæ aureæ.

JOANNES BROMPTONUS, Anglus, monachus ordinis Cisterciensis, ac tandem abbas Jornalensis, non segniter in studiis versatus est. Sed ex multiplici labore solum superesse videtur Chronicon id, quod est Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Principium tale, *Postquam contigit Britones.*

JOANNES CREMONENSIS, Italus, sacerdos, inque bonis scriptoribus bene versatus, gloriam adeptus est sui temporis chronico: ut ex Conrado à Lichtenau, & Jo. Nauclero, refert Simlerus in epitome bibliothecæ. Videndum, idemne sit JOANNES DE PERSICO CREMONENSIS, Ord. Erem. cujus historia Scholastica, sive Ecclesiastica, exstat MSA in Cremonensi bibliotheca monasterii S. Augustini.

JOANNES, diaconus S. Januarii, in literas retulit certamen B. martyris, Sossii diaconi, ac Januarii, episcopi Beneventani, & sociorum ejus. Habes apud Surium T. vii ad xxiii Sept. Auctor is interfuit translationi corporis S. Sossii; ut indicat ipse cap. xvi. *Th. lib. 2*

Et in eodem confestim elogio animatus abbas ipse accessit me Ioanem, s. n. t. i.
Lanani diaconum, & Algernum primicerium, &c.

Etiam JOANNES FLASBORIENSIS quædam ad historiam pertinentia signando nomen habet, teste Nauclero, & exinde Simlero: sed utrum exister, ignoro. Neque Possevinus de eo quicquam habet comperti.

JOANNES FLETUS, Anglus, monachus ordinis Benedictini, & in cœnobio Westmonasteriensi, quod in suburbio est Londinensi, presbyter, præter homilias, etiam chronicon reliquit de fundatione, & progressu monasterii Westmonasteriensi. Meminit Nicolaus Brigamus in Memorabilium rerum venationibus, atque ex eo Lelandus Cent. XI.

JOANNES HAGUSTALDENSIS PRIOR, historia sua complexus est, quæ per aliquod tempus evenere post Henricum I Angliæ regem. Baleo, & Pitseo præteritur. MSus ejus operis codex est Cantabrigiæ, in bibliotheca Collegii S. Benedicti: ut est apud Th. James.

JOANNES LOVANIENSIS Carthusiani ordinis monachus prope Antverpiam Chronicon condidit summorum Pontificum. Valde id laudat Bostius in Illustribus Viris Carthusianis cap. XXIV, item Petrejus in bibliotheca Carthusiana. Alia etiam scripsisse ait Suror lib. II Vitæ Carthus. tract. III cap. VII a. Sed quando vix-^{a P. 571} rit nullus horum trium prodidit.

JOANNES PARIS, seu *Parisus*, Anglus, peperit quædam non aspèranda ingenii monumenta. Uti historiam universalem, seu memoriale historiarum: item flores historiarum. Prius opus MSum adservatur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti: alterum autem MSum superest in bibliotheca Gualteri Copi. Prius sic incipit, *In exordio rerum*. Atque annotata hæc in Cantabrigiensi MSo, teste Th. James: Hic liber quamvis in principio differat à libro qui Memoriale Historiarum dicitur, tamen in fine habentur eadem verba, & sic fere in medio processum omnia consimilia: quamvis hic liber habeat XXII folia plura.

JOANNES PERUSINUS, monachus, descripsit Terram sanctam, omniumque locorum ejus indicem condidit. Qui liber MSus existit in bibl. Grataroli.

JOANNES SMOUTIUS scripsit de miraculis & rebus in Ecclesia S. Donatiani quæ Brugis est. Meminit Mejerus lib. II Annal. ubi cum retulisset de muliere cæca, nomine Ermergardi, Frisia, quæ

visum receperat, subiungit: *Hæc ex codice quodam Magistri Ioannis Smoutii, Sacellani Divi Donatiani Brugensis. Sanderò in scriptoribus Flandricis, uti & in Belgicis Sweertio, pro Smoutio Smorittus vocatur: perperam, ut puto.*

JOANNES, subdiaconus Ecclesiæ Romanæ, in codd. MSSis interpres dicitur libri v r, qui est de Vitis PP. & ad stipulatur Sigebertus in catalogo cap. cxvii, his verbis: *Ioannes subdiaconus transfudit de Græco in Latinum de vita, & doctrina patrum, librum unum.* Poterat idem videri ac Joannes diaconus, qui laborem subiit confarcinandi vitam Gregorii Papæ: ut idem Sigebertus ait cap. cxiii. Sed obstat, quòd, hoc si esset, Sigebertus eos non distinxisset; nec prius egisset de diacono Joanne, quàm subdiacono, nisi illum præcessisse credidisset.

JOANNES WALLINGFORDUS Anglus, præter alia, edidit *Coronica brevia regum Angliæ*: quæ MSA adservantur in bibliotheca baronis Lumlejani.

JOCELINUS DE FURNES Britannus inter historicos etiam refertur à Joanne Stouo, ac Nicolao Fizherberto. Condidit opus de Britonum episcopis.

ISIDORUS, PACENSIS episcopus, creditur auctor chronici Hispaniæ: quâ de re apponam iudicium Vafæi Chronici sui cap. iv: *Isidorus, Pacensis episcopus, etiam scripsit Chronicon Hispaniæ: cuius si est Chronicon illud, quod ejus titulo prænotatum vidi; portentum potius dixerim, quàm chronicon; adeò prodigiòsè scribit, & Gothicè potius, quàm Latine. Certè mihi, tanquam in novo quodam & inaudito idiomate, desudandum fuit, ut intelligerem.* Unde error eorum refellitur, qui arbitrantur, hunc illum esse Isidorum, qui collegit epistolas pontificum, & canones conciliorum; atque huic collectioni suæ libellum de ratione celebrandi concilia præmisit. Is Isidorus in libris aliquibus *Mercatoris* habet cognomentum: in aliis autem vocatur *Peccator*: idque veritè, ut Baronio visum notis in Martyrol. ad iv April. Solent enim antiqui sæpius *peccatoris* nomen nomini suo modestiæ causâ adungere: ut diximus lib. ii cap. xxv.

Is o monachus librum composuit de virtutibus, ac miraculis S. Othmari: qui MSus reperitur in biblioth. monasterii S. Galli in Helvetia.

JULIUS OBSEQUENS libro de prodigiis inclaruit. Ex eo solum superest pars illa, quæ est à consulatu L. Scipionis, & C. Lælii, usque ad P. Fabii, & Q. Ælii consulatum; hoc est annum urbis

SECRETUM. Ex argumento, quod tractavit, gentilem fuisse suspi-
 cor, vixisseque minimum ante Honorii tempora, quibus Paulus
 Orosius vixit. Sebastianus tamen Conradus in *Quantura a sua vi-* a Pag. 41.
 detur in alia fuisse sententia, quia utrumque nominans Orosium
 præmittit. Primus verò hoc fragmentum, à Jocunde Veronenise
 sibi donatum, edidit Aldus an. c. 1516, atque iterum fœcer ejus
 Asulanus decennio post. Priorem partem, quæ deperiit, ex Livio,
 Dionysio, Eutropio, Orosio, atque aliis, supplere est conatus Con-
 radus Lycosthenes: atque id in præfatione libelli ipse profitetur.
 Etiam capitibus à se additis asteriscum præfixit; ut quæ Obsequen-
 tis, quæque affuta forent, melius posset cognosci. Satis hæc certa
 sunt ex editione Basileensi Jo. Oporini, cui eâpse in urbe Lyco-
 sthenes præerat an. c. 1511. Postea verò Jo. Tornæsius, typogra-
 phus regius, Lugduni Obsequentis libellum, à Lycosthene ita sup-
 pletum, edidit, cum præfatione quidem Lycosthenis; verùm (quæ
 res pessimi est exempli) sine asteriscis. Unde nunc fieri videas, ut,
 gravi errore, Lycosthenes passim pro Obsequente legatur; atque
 etiam pro eo ab eruditis viris ad partes advocetur.

JUNIUM SATURNINUM de Augusto historicum quippiam
 consignasse, fidem faciunt hæc verba Suetonii in Augusto cap.
 xxvii: *Junius Saturninus hoc amplius iradit, cum, peractâ proscriptione,*
Marcus Lepidus in senatu excusasset præterita, & spem clementia in posterum
fecisset; quoniam satis poenarum exactum esset: hunc è diverso professum, ita
modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera.

JUVENCUS MARTIALIS historiam scripsit Cæsaris Dicta-
 toris. Sidonius lib. ix epist. xiv. *Namque eminent tibi thematis celebra-*
vimi votiva redditio, laus videlicet peroranda, quam edideras Cæsaris Iulii.
Quæ materia tam grandis est, ut studentum, siquis fuerit ille, copiosissimus, ni-
hil amplius in ipsa debeat cavere, quam nequid minus dicat. Nam si de omit-
tantur, quæ de titulis Dictatoris in victi scripta Patavinis sunt voluminibus: quis
opera Suetonii, quis Juvenci Martialis historiam, quisve ad extremum Balbi
ephemeridem fando adequaverit. Sed tuis ceris hæc reservamus. Fortasse idem
 est ac Gargilius Martialis de quo superius diximus.

L.

LAURENTIUS MELLIFLUUS (ut Sigebertus ait cap. cxxi)
 scripsit librum de duobus temporibus. id est uno ab Adam usque ad Christum:
 altero à Corisso usque ad finem seculi. Addit deinde: *Declamavit etiam*
homiliis ore quasi mellito, unde agnominatur Mellifluus. Video virum eru-
 ditum

ditum suspicari, ex istis homiliis esse duas illas in bibliotheca pp. T. II: unam de pœnitentia, alteram de eleemosyna. Laurentius, cujus illæ homiliæ sunt, episcopus Novarum fuit. Sed utrum Novariensis ille idem sit ac Mellissius, dicere non ausim.

LAURENTIUS VADUS seu *Wadus*, Anglus, ordinis Benedictini monachus Cantuariensis, vitam Thomæ Becketi, Cantuariensis episcopi, signavit. MSA hæc superest Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti.

LEVUTIUS scripsit de vita S. Ioannis episcopi: cujus operis geminum exemplar MSum est Cantabrigiæ in bibliotheca privata Lumlejana: ut est apud Th. Iamesium. Nec aliud de eo habeo quicquam.

M.

MAGISTER COPERIUS à Io. Baptista Pajarino inter eos commemoratur, quorum opera in historia sua Vicetina profecerit. Sic enim scribit, Secutus enim sum in hoc opusculo brevi Magistrum Coperium, antiquissimum rerum Vicentinarum scriptorem, Ferretum Vicentinum, Beneventum Campesatum, &c. Cujus scriptoris indicium mihi à Felice Osio, V. Cl.

MARCIERUS Anglus, historicus, Chronicon reliquit: cujus meminit Ioannes Bachondorpius in prologo lib. IV Sentent. quæst. x. atque ex eo Balæus; ex illo Possevinus, & Pitæus.

MARTIANUS MINEUS FELIX CAPELLA aliquem heic sibi locum deposcit, propter sextum de nuptiis philologiæ librum, quo terrarum situm descripsit. Etatem ejus melius sciremus, si is esset Marcianus Iurisconsultus, quod putavit Guillardinus commentario de papiro a. Sed valde fallitur. in vet. libb. vocatur vir proconsularis, ac domo Carthaginensis. Sanè aut natus isthic, ut Volaterranus ait lib. XVII: aut saltem ibi vixit, uti indicat versiculus ille extremo libro IX:

Beata alumnus urbs b Elise quem videt.

Nam de se loquitur auctor: ut qui initio carminis ejus dicat,

Tandem senilem, Martiane, fabulam.

c Famine Ac postea,

————— *Vt que Martis curia*

Felicis, inquit, sed Capella flamme e.

Unde aliqui conjectarunt, patrem ejus nominatum Felicem; fuisse sequè eum è Martis curia; atque inde nostro esse nomen Martiano: quod


a Pag. 55.
b Suspicor
post urbs
excidisse
hæc, vel
nunc, aut
simile, ne
hic ver-
sus, qui
senarius
est.

c Famine
ex MSo
malim,
hoc est,
fatu, seu
oratione.

prober doctissimus Glandorpius in Onomastico Romano: mihi tamen ineptum videtur. Romæ vixisse, etiam ait Volaterranus lib. xvii: atque ejus rei Remigium laudat auctorem. Quod si Afer est, sanè nihil insolens, si dictione firmissus durâ, & aspera; qualis Afrorum esse solet. Usque adeo, ut scriptorem hunc, verè eruditum, tamen barbarum non planè immeritò appellet Jos. Scaliger notis in Cirin. Atque illud de dictione fortasse minùs mireremur, si ætatem sciremus: quam necdum sibi compertam esse, etiam Jacobus Gaulterus fatetur Tabul. Chronograph. secundâ, ad tempora Antonini. Justiniani imp. temporibus, quibus Paullinus cum Bellisario consul erat, scriptorem hunc emendabat Securus Melior Felix: ut colligere est ex verbis istis, quæ lib. i. subnectuntur, tum in eo, qui in Academiæ hujus Lugdunensis bibliotheca adservatur: tum illo optimæ notæ Amplissimi, & Clarissimi Jani Grotii, quondam Delphensis consulis, & Academiæ hujus Leidenis Curatoris, nunc Ill. Comiti ab Hoënlø à consiliis. Verba, quæ dixi, sunt ejusmodi: *Securus Melior Felix Asp. b Com. confist. rhetor. urb. R ex men-*

b *Ex viro*
Cl. Lau-
rentio Pi-
gnorio in-
telligo, in
V. Cod.
Martia-
ni Thadaï
Vgoleni
Parmen-
sis pro
ASP.
scriptum
fuisse V.
SP.
c Pro
Deutero
cor. cõtũ
Euretio
erat. In
cod. Vgo-
leni ante
memora-
to erat
Deu-
eratio.

dossimis exemplaribus emendabam, contra legente Deutero c scholastico, discipulo meo; Romæ ad partem C. penam, Conf. Paullini V. C. sub D. Non. Martiarum, Christo adjuvante. Quàm corrupti esse soleant hujus scriptoris codices, indicio etiam sit, quòd Baptista Guarinus epistola ad Ioanem Picum Mirandulanum, quæ in Pici operibus existat, poscit ab eo Martianum Capellam, sed addit: si modo emaculatus sit codex: nam qui apud nos opera Sibylla indigent. Loquitur autem de ipsis MSis codd. ut quæ sequuntur, ostendunt. Atque hunc scriptorem primus in lucem protulit Thadæus Ugolenus Italus, ut est apud Pignorium epist. xvi. Eundem Vicentiæ an. c. lxxxix primus typis divulgandum dedit Franciscus Vitalis Badianus, qui in præfatione ait, se supra bis mille errores sustulisse, cum corruptissimus antea legeretur. Antè annos xxvi, nempe adolescentulus adhuc annorum xiv, felicissimè passim restituit, annoque uno altero post divulgavit Hugo Grotius: quo Batavo, altero ejus terræ cum magno Erasino lumine, nihil nunc undique eruditius, vel Sol videt, vel solum sustinet. Quo loco antiquis habitus sit Capella, indicio sint verba hæc Gregorii Turonensis, Historiæ Francicæ lib. x: Quod si ve Martianus noster libri septem eruditè; id est, si te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercatonum propositiones advertere, in geometricis terrarum linearumq; mensuras colligere, in astrolagicis cursus siderum contemplari, in arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis sonorum modulationes suavius accentuum carum-



nibus concerpere, &c. Meminerit & alii, eosque inter Eckerhardus in vita B. Notkeri cap. x. At Alexander Neckam, qui claruit in Anglia circa annum c. lxxx, commentario Martianum illustravit: ut auctor est Baiæus Centur. III script. Britann. MSus Capellæ codex adseruatur in publica bibliotheca Academiæ Cantabrigiæ. Et alius longè antiquissimus Saxonice scriptus characteribus, apud eisdem Cantabrigienses in bibliotheca Collegii S. Benedicti. Atque in eodem etiam reperies commentarios in eum Alexandri Neckami, de quibus ante diximus. Oxonii insuper in Collegio Mertonensi codicem Martiani habes bene scriptum, ut Iamelius inquit.

MEDIWARDUS vitam S. Walpurgis, quam prosâ complexus erat Wolfardus, carmine retulit: ut ostendunt versiculi isti, qui post Wolfardi librum reperiuntur:

Walpurgæ sacra tot signis glorificata

Prosaice scriptam rythmo liber edere vitam.

Et mox:

Prosam Wolfardus, rythmum fecit Mediwardus.

Verùm præfatiuncula quidem, quæ Mediwardi operi præmittebatur, adhuc existat: sed ipsum Mediwardi carmen perit.

MELUSINUS Chronica reliquit: quæ existant MSa in bibliotheca Gualteri Copi.

N.

NICOLAUS BURGENSIS, seu Burgesius, Senensis, exaravit vitam B. Francisci. Eam Paullus Florentinus, Theologus Ord. Servorum, Pio II Pont. M. dicavit: ut est in Chronico Servorum Præterea conscripsit vitam S. Catharinæ Senensis: quæ MSa existat Divauri in bibliotheca serenissimi Ducis.

O.

M. OCTAVIUS quoque est inter priscae historiæ auctores. Geminum ex eo fragmentum debemus auctori de origine gentis Romanæ, seu is Sex. Aurelius Victor sit, seu alius. Unum est de Aenea sacrificante, atque origine faciendi rem divinam capite velato: alterum de Rhea Ilia ab Amulio compressâ in silva Martis. Fortasse haut alius est OCTAVIUS HERSENNIUS, qui innotuit libro de Saliaribus Tiburtium sacris. Memorat Macrobius lib. III Saturnal. cap. ult. Etiam in appendice Virgiliana memorant

Carus poeta, & historicus Horatii æqualis;

Quis Deus, O Carum, te nobis abstulit? an qua

Dicunt, ab nimio pocula dura mero.

Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te

Reptum, & Romanam sebebimus historiam.

De eo diximus libris de poetis Latinis.

OLIVARIUS sive *Oliverius*, Scholasticus Colonienſis, reliquit librum, de expeditione Hierosolymitana: qui Lovanii exſtat ad S. Martinum.

ONITHON, Sutrinus episcopus in Italia, inter historiae scriptores locum obtinet Chronico Romanorum Pontificum: cujus meminit Joannes Lelandus. Mihi necdum videre eam contigit.

Nec magis in manus meas pervenit **OU DARIUS** historicus, auctor, ut in epitome Gesnerianâ Simleri vocatur, semilatinus. Ibidem legas, eum mentionem facere Aventici ab Alemannis vastati: atque inter primos illorum esse, quos secutus sit præclarus rerum Gallicarum auctor, Paulus Æmiliius.

P.

PAULLUS, diaconus Romanus, & cardinalis, propter opus suum de gestis imperatorum & pontificum, inter eos à Martino Polone refertur, ex quibus chronica sua congeſſit: ut ipse in præfatione agnoscat. Quis sit iste chronographus, non ſat ſcio. Interim eò animus inclinat, ut intelligat Paullum diaconum, qui Eutropii chronicon auxit, & continuavit. Sed scrupulum injicit, quòd is fuerit prius diaconus Aquilejenſis, ac poſtea monachus Caſſinenſis. At iſte, ex quo profecit Martinus, vocatur Romanus diaconus, & cardinalis.

PESCENNIUS FESTUS laudatur Lactantio lib. I de falſa relig. cap. XXI. ubi ait: *Pescennius Festus in libris historiæ per ſatiram refert, Carthagenſes Saturno humanas hoſtias ſoltos immolare: & cum victi eſſent ab Agathocle, rege Siculorum, iratum ſibi Deum putaviſſe: itaque ut diligentius piaculum ſolverent, ducentos nobilitum filios immolaſſe.* Historias autem per ſatiram dixit, quas Græci vocarent *πικρὰς ἱστορίας*. Tralatio ſumta à ſatura lance, quæ variarum rerum copiâ erat referta: unde & ſatura lex, quæ multis aliis legibus conferta, ut ait Feſtus: *ῥόμῳ πικρὰ ἑτάχθη*, ut gloſſ. vett. exponunt.

PETRUS, canonicus S. Autberti Cameracenſis, explicuit martyrium S. Dympnæ, filia regis Hiberniæ. Stylo limatiore edidit

opusculum illud Surius Tom. III a. d. xv Maji.

PETRUS DUGIENSIS, ut est apud Simlerum, reliquit Summam super historiis in usum Ecclesiae. Opus id in Londinensi bibliotheca exstare, idem ait.

PETRUS FERANDI, qui & *Petrus Ferrandus*, Hispanus, Ord. Præd. tradidit vitam S. Dominici: ut testis est, tum Leander Albertus lib. IV de viris illustribus Ord. Præd. tum Gerardus Leomovicensis in vitis fratrum hujus ordinis part. IV cap. III.

PETRUS DE PENNIS ab Leandro Alberto lib. IV de illustribus Ord. Præd. viris inter historicos refertur ejusce ordinis: atque addit, *inter alia scripsisse libellum capita XXII continentem, quibus comprehendit potest terra sancta, & videri, quare deperdita fuerit, & qualiter recuperari possit.*

PETRUS PRÆMONSTRATENSIS reliquit Chronicon quoddam, quod vocare ipse solet *Biblia pauperum*. Ambigi possit, an non sit Præmonstratensis ille PETRUS A LUTRA, Canonicus cœnobii Lutrensis, philosophus, jurisconsultus, & theologus, ac secularis literaturæ non ignarus, qui an. vixit c13ccxxx. Compluria ejus opera recenset Tritheimius in illustribus Germaniæ scriptoribus. Sed inter ea non est Chronicon illud volumen. Itaque aliud à priori videtur. Quod & Miræus suspicatur in Chronico Præmonstratensi.

PETRUS TABORÆUS Chronicon Brabantæ sedulo conscripsit: estque inter eos, è quibus in Chronicis suis non pauca hauserit Christianus Massæus: ut est apud Simlerum. Sed Taboraum ipsum videre mihi necdum contigit.

PHILIPPUS, abbas Bonæ-spei, exaravit vitam S. Landelini, abbatis Crispiniensis: quæ MSa superest Crispini juxta Valentianas in Belgica. Nondum consexi, quæ hoc nomen præferret: eoque nec dicere possum, utrùm eadem sit, an alia ab illâ, quam abtque auctoris nomine edidit Surius a. d. xv Jun.

PHILIPPUS, abbas ELNONENSIS cœnobii, (quod in Hannonia inter Tornacum, & Valentianas, situm est) vitam scripsit S. Amandi. Ejus de cœnobii hujus sui verba adfert Jacobus Mejerus in Annalibus Flandricis ad an. 10cclxi.

POMPEJUS PLANTA bellum descripsit inter Orthonem, & Vitellium, ad Bedriacum, vicum inter Cremonam, & Veronam. Verus Juvenalis Scholiastes in illud poëtæ:

Bedriaci campo spoliū affectare palati.

Horum, inquit, bellum Cornelius scripsit, & Pompejus Planta; qui ait, *Bedria-*

cum vicum esse à Gemona vicefimo lapide. Ubi Cornelius quidem est, qui Taciti habet cognomen: at Pompejus Planta quis fit, necdum tepense se, etiam Lipsius fatetur in Taciti II Histor.

POMPONIUS RUFUS reliquit collectorum librum: unde exemplum hoc refert Valerius Maximus lib. IV. c. IV: *Cornelia, Gracchorum mater, cum Campana matrona, apud illam hospita, ornamenta sua illo seculo pulcherrima ostenderet; traxit eam sermone, quousque è schola redirent liberi: Ex hac, inquit, ornamenta mea sunt.* Fortasse hic est C. Pomponius Rufus, qui consul fuit cum Cn. Pompejo Feroci Liciniano. Mentio eorum fit in veteri inscriptione, quæ, Apiana a teste, inventa a Pag 221 est Romæ in regione Transiberina. Ea hujusmodi est: D E D I C A V E R U N T I D I B. O C T O B. C N. P O M P E J O F E R O C I L I C I N I A N O C O S. C. P O M P O N I O R U F O.

PROBUS HIBERNUS memoriæ prodidit vitam S. Patricii; quæ vulgò tribuitur Bedæ. Sed Probi esse, constat ex ejus vitæ extremo.

PROCLUS de iis, quæ in peregrinis regionibus miranda inveniuntur, quædam reliquit: ut ostendit Trebellius Pollio in xxx tyrannis. Diximus etiam de hoc lib. I cap. XI I.

R.

RADULPHUS REMINGTON, Anglus, Annales condidit, qui MSi Cantabrigiæ exstant in bibliotheca collegii S. Benedicti: ut est apud Th. James. Baleus verò præterit.

RENATUS PROFUTURUS FRIGERIDUS historiam condidit. De qua, & ex qua, sic scribit Gregorius Turonensis Historiæ Franc. lib. II: *Igitur his ita digests, ac per ordinem expletis, quid de Actio supra memorato, Renati Frigeridi narret historia, tacere nefas putavi. Nam cum in duodecimo historiæ libro referat, post divi Honorii excessum, Valentianum puerulum, uno tantum lustro peracto, à consobriño Theodosio imperatorem fuisse creatum; & apud urbem Romam, tyrannum Ioannem in imperium surrexisse; legatosque ejus à Cæsare dicat fuisse despectos, adjecit: „Dum hæc ita gererentur, legati ad tyrannum reversi sunt, mandata atrociter reportantes. Quibus permotus Ioannes, Actium, id temporis curam palatii gerentem, cum ingenti auri pondere ad Chunos transmittit, notos sibi obsidatus, sui tempore, & familiari amicis à devinctos, cum mandatis hujusmodi; cum primùm partes adversæ Italiani ingressæ forent, ipse à tergo adoriretur; se à fronte venturum. Idem aliquanto post: Renatus Profuturus Frigeridus, cujus jam supra meminimus, cum Romam refert à Gotbis captam atque sub-*

„versam, ait: *Interea Respensial, rex Alamannorum, Gothe ad Romanos*
 „*transgresso, de Rheno agmen suorum convertit, Vandalis Francorum bello la-*
 „*borantibus, Godigisilo rege absumpto, acie viginti ferme M. ferro peremptis,*
 „*cunctis Vandalorum ad interuiccionem delendis, in Alanorum vis in tempore*
 „*subuenisset.*

RICHARDUS ELTESLEY, Anglus, Elteslegiensis ecclesiae in pago quodam apud Grantanos, seu Ntabrigienses, parochus fuit. Elteslegæ autem requiescebant reliquæ Pandionæ virginis, quæ tyrannidem patris sui, Scotiæ reguli, fugerat. Arque eâ occasione Pandionæ hujus vitam, & virtutes, stylo triviali Richardus conscripsit: ut à Lelando in quarto de viris illustribus proditum est.

RICHERIUS GALLUS, monachus, & abbas monasterii S. Martini juxta Metim, Cóngreg. Cluniac. libro uno complexus est vitam S. Martini, episc. Turon. Nec alius est, qui aliquibus dicitur *Richerus, monachus Remensis*: uti Tritthemio in Compendio.

ROBERTUS quidam de expeditione transmarina, & recuperatione regni Hierosolymitani, existisse dicitur Viennæ in bibliotheca Wolfangi Lazii.

RUTILIUS GEMINUS non parva in existimatione fuit Pontificalium libro: in quo veterem historiam eorum exposuit, quæ ad pontifices gentiles pertinerent. Fulgentius in expositione sermonis antiqui, voce Aruales Fratres: *Acca Laurentia, Romuli nutritrix, consueverat pro agris semel in anno sacrificare cum XII filius suis, sacrificium precedentibus: unde, cum iis unus esset mortuus, propter nutritricis gratiam Romulus in vicem defuncti se succedere pollicetur: unde ritus processit cum XII jam deinceps sacrificare, eosque arvales dici fratres: sicut Rutilius Geminus in libris Pontificalibus memorat.* Idem ex Aftyanacte Rutilii Gemini citat hæc verba in Suggrundaria: *Meliùs suggrundarium quaesieris miser, quam sepulcrum.* Ita enim est in MSSis. Ex Pontificali historia ejus esse videntur, quæ Macrobius refert lib. I Saturn. cap. XVI. ubi scribit: *Geminus ait, dum nunanarum, exactis jam regibus, coepisse celebrari, quia plerique de plebe, reperiit à Servii Tullii memoriâ, parentarent ei in nudinis.* Vir eruditus intelligit Varium Geminum, nobilem Oratorem, qui sub Augusto, & Tiberio, vixit; ut ex M. Senecæ Suasoriâ sextâ cognoscimus: hunc è controversia XVII. Nam pro *Varius minor*, ibi *Varius Geminus* legi debere, jam aliis est observatum. De quo ipso ita Hieronymus lib. I. contra Iovinianum: *Vnde pulcrè Varius Geminus, sublimis orator, Qui non litigat, cæcels est.* Sed is alius est. Nam & *Varius* is vocatus, & *Geminus*: hic

hic *Rutilius*, nec *Geminus*, sed *Geminus*. Puto autem, *Geminum* scriptorem esse bene antiquum, quia eum cum *Cassio Hemina*, *P. Rutilio*, & *Terentio Varrone*, historicis, & antiquitatum scriptoribus usque adeo vetustis, conjungit *Macrobius*.

S.

SANTRA etiam laudem indeptus est opere suo de vitis præstantium virorum. Laudat *B. Hieronymus* præfat. libri de scriptoribus Ecclesiasticis: *Fecerunt hoc idem* (nempe ut de viris claris scriberent) apud Græcos, *Hermippus Peripateticus*, *Antigonus Carystius*, *Satyrus doctus vir*, & longè omnium doctissimus *Aristoxenus Musicus*. Apud Latinos *Varro*, *Santra*, *Nepos*, *Hyginus*, & ad cujus nos exemplum vis provocare, *Tranquillus*. Apud interpretem *Sophonium* perperam est *Σάντρας* pro *Σάντρος*. Videtur autem ab *Hieronymo* non in *Santra* minùs, quàm cæteris, temporis ordo observari. Quare eum *Cæsar*, & *Triumvirorum* tempore, vixisse suspicamur. Nec Grammaticis minùs jucundus *Santræ* labor fuit de verborum antiquitate, Festo celebratus in *Nuncupata pecunia*, & in *Recinium*; item *Nonio* in *Septemfariam*, & in *Genialis*. Etiam *Santra Nunciis Bacchis* citatur ab eodem in *Bacchari*, & in *Expergo*. Meminere etiam *Santræ Charisius* lib. 1. & *Scaurus* in *Orthographia*.

SEPTIMIUS inter eos fuit, qui *Alexandri Severi* vitam retulerunt; teste *Lampridio*, qui sub *Diocleriano* vixit. Ut *Septimius*, nec *Alexandro Mammeæ* antiquior, nec *Diocletiano junior* esse possit. De eo sic, quem dixi, *Lampridius* in *Alexandro Severo*: *Addit Septimius, qui vitam ejus non mediocriter exsecutus est, tanti stomachi Alexandrum fuisse in eos indices, qui furtorum famà laborassent, etiamsi dammati non essent; ut, si eos casualiquo videret, commotione animi choleram evomeret.* Eadem in vitâ meminit illius his verbis: *Contra autem, & Septimius, & Acholius, & Encolpius, vitæ scriptores, cæterique, de hoc talia predicaverunt.* Alius ab hoc est *Q. Septimius*, qui *Dictyos Cretensis* lib. VI de bello Trojano dicitur transtulisse. De eo judicium nostrum postea, inter scriptores præteritos, adferemus.

SERVATIUS ÆDICELLUS *Agrippinas* vitam *S. Willebrordi* carmine heroico panxit; ut auctor est *Joannes Lelandus*. Non dubito, quin priorum vestigiis institerit. Sed de eo melius, qui viderint, judicabunt.

SIMON TORNAQUITIUS *Florentinus*, monachus *Ord. B. Augustini*, præter sermones *Quadragesimæ*, (quos doctrinâ esse refertos,

ferros, Michaelis Pociantii iudicium est in catalogo scriptorum Florentinorum) etiam vitam S. Monicae, matris B. Augustini, in literas retulit. Collecta est ea ex Augustini ipsius Confessionum libb. Verum postea fœtui huic in decimo operum B. Augustini tomo, sed absque nomine parentis, locus est attributus. Sermones Tornaquitii, unâ cum memoratâ Monicae vitâ, Florentiæ adservantur MSSi in S. Spiritus bibliotheca, Possævino teste.

C. IULIUS SOLINUS GRAMMATICUS (professionis id nomen in vet. libb. apponitur) librum edidit ex variis scriptoribus, Plinio imprimis (unde aliquando verba etiam haurit) collectum: quem cum prius *Collectanea rerum memorabilium* vocasset, postea *Polyhistorem* inscribere maluit. Apud Priscianum lib. I. conjunctim legitur *Collectaneorum vel polyhistoris* titulus. Libro II, v, & XVII pro eo dicit *Solinus in Memorabilibus*. Imò & semel eum in *Admirabilibus* citat. Nisi, ut putat, *Memorabilibus* legendû. Sanè etiam in aliquot libris Solini MSis inscriptio est *Collectanea rerum memorabilium*. Quæ primæ editionis *ἀντὶ τοῦ* fuit, pro qua postea hanc auctor reposuit: *C. Iulii Solini polyhistor ab ipso editus, ac recognitus*. Utcumque autem ferè Plinium excribit, quandoque tamen non alios modo, sed etiam ab eo discedit. Ut cum ait, apud Ægyptios annum fuisse quatuor mensium. Nam Plinius terminatum dicit lunæ senio. Vide eum lib. VII. cap. XLVII. Non pauca verò selegit iudicio non ita magno: unde *levissimum scriptorem* vocari video à Scaligero in Eusebianis Animadversionibus a. Non dedignati tamen eum lectione, & mentione suâ, è Grammaticis, Servius b, & Priscianus c; è SS. Patribus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus: uti & auctor vitæ S. Romoldi. Sed ea ante annos vix amplius quàm quingentos scripta. Jacobus Philippus Bergomensis in Chronicis, quæ Supplementum supplementi inscripsit, ait eum floruisse Augusti temporibus: eique suam opus dicasse. Nempe *Augusto* legit pro eo, quod in vulgatis, nunc *Autio*, nunc *Advento* legitur: unde Delrio, vel *Avito*, vel *Antio* legendum conjectabat. Verisimile est etiam epistolam Adventio, alteram Auctio, vel Avito fuisse inscriptam. Cæterum Augusto legi non posse, argumento est, quòd Vespasiani ipse meminere Solinus; unde eum, aut Vespasiani ætate, aut paullo post vixisse, colligit Gesnerus Tom. IV suæ bibliothecæ. Quia verò tam multa ex Plinio excribit, ut etiam Pliniana simia dici meruerit; Plinii eum ætate vixisse, ac propterea ejus, per quem magnopere profecisset, nusquam meminisse, Joannis Camertis, & aliorum, suspicio est. Atq;

a Pag 226
b In 2 G.
c In 6.

hoc eo quoque firmatum eunt, quia Solinus ipse dicat in præfatione operis, se hausisse sua de scriptoribus *receptissimis*. Sed validius argumentum hoc foret, si *recentissimis* dixisset. Nam hodie quoque, quominus Plinius *receptissimus* dicatur, nihil impedit. Nec video, quid ultra pro se adducere Genebrardus possit, qui ad Trajani eum tempora refert in Chronicis suis; quo loco de Euaristo, & Jacobo agit: atque idem facit Gualterius in Tab. Chronographicis *a*. Sanè si ex a Pag 171 stylo iudicium fieri debet, seculis, & amplius, post Plinium vixisse dixerim. Nec juniorem esse posse, ostendunt, quæ de eo differit Salmasius prolegomenis in Solinum. Imò Erasmus cum in Ciceroniano eum Floro & Eutropio subjungit, utroque etiam juniorem credidisse videtur. Scaliger præfatione in opus de Emendatione temporum subjungit Macrobio, ac utrumque appellat infimæ antiquitatis scriptorem: Ut Macrobio juniorem censuerit. Quod falsum est, si Macrobius ejus meminerit, ut scribit M. Antonius Delrio præfatione in Solinum, quæ est ad Cardinalem Granvellam. Et eum secuti idem aliquando sensimus. Sed omnino errat Delrio. Nusquam enim Solini meminit Macrobius. Multo tamen Macrobio junior esse nequit. Si ejus B. Hieronymus meminit. Nam Macrobius Theodosii M. temporibus vixit: Ac sub eodem Theodosio, ac imprimis filiis ejus Honorio, Arcadioque claruit Hieronymus. Imò Macrobius quædam habet, quæ non dubium, quin ex Solino exscripserit. Nempe illa de annorum divisione & diebus intercalariis. Quemadmodum & Priscianus sive alii Dionysii *α. η. γ. η. δ.* interpres, clausulas carminum Solino debet. Exscripsit & quædam Ammianus Marcellinus. Scripsit etiam Ponticon, sive de ponto carmen: cujus solùm vigintiduo primi versus supersunt. Eos habes inter epigrammata, & poemata vetera Parisiis edita. Emendatiùs verò leguntur apud Salmasium prolegomenis in Solinum. Idem Salmasius rectè monet, potius *Πόντος*, quàm *Πόντικα* inscribi debuisse, quia à ponto pro mari est *πόντιος* h. e. *πλάγιος* seu marinus. At à regione Ponto Ponticus dicitur. Ac Solino propositum describere animalia maris, ut Ovidio in Halienticis. Barthius Advers. lib. XLIV, cap. III. censet hunc esse primum Solini conatum, nec librum ab eo perscriptum esse. Sunt qui Solinũ Græcum fuisse arbitrentur. Quos falli liquet, satis ex Polyhistoris cap. II, XVI, XXXVI, XLVII, XLIII, LVII. Existat hic scriptor, & MSus in publica bibliotheca Academiae Cantabrigiense, & eadem urbe in bibliotheca domus S. Petri, & Oxonii in Collegio S. Magdalene. Ante sexcentos annos à monacho carmine est versus heroico, quod carmen superest.

STATIUS SEBOSUS videtur commentarium reliquisse de terris longinquis, earumque miraculis. Solinus cap. LV: *Aque etiam gignunt miracula non minora. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Ganges: quem Statius Sebosus inter præcipua miracula ait vermibus abundare, caeruleis nomine, & colore. Hibina habent brachia, longitudinis cubitorum non minus senium; adeo robustis viribus, ut elephantos ad potum venitantes mordicus comprehensâ ipsorum manu rapiant in profundum.* Et cap. LX: *Ultra Gorgonas Hesperidum insula, sicut Sebosus affirmat, diorum quadraginta navigatore in intimos maris sinus recesserunt.*

STATIUS VALENS, ut Alexandro Severo junior, ita Diocletiano antiquior est. Sed exactè, quando vixerit, non satis liquet. Meminit ejus Lampridius in vita Alexandri Severi: *Neque, inquit, in vitâ ejus id exposuit Fabius Marcellinus, neque Annelius Verus, neque Statius Valens, qui omnem ejus vitam in literas miserunt.*

STEPHANUS CREMONENSIS explicuit vitam S. Ubaldi, episcopi Eugubini, & confessoris. Fortasse eadem est, quæ apud Suerium, sed stylo mutato, legitur Tom. VII a. d. XVI Maji.

STEPHANUS presbyter, Anglus, fusè consignavit vitam S. Wilfridi. Quæ verò ab eo verbosè tradita sunt, compendio constrinxit Gulielmus Malmesburienfis.

SULPITIUS ALEXANDER compluribus libris Francorum historiam descripsit. Ponam de eo, & ex eo, verba Gregorii Turo-nensis lib. I I Hist. Francorum: *De Francorum vero regibus, quis fuerit primus, à multis ignoratur. Nam cum multa de eis Sulpitii Alexandri narret historia; non tamen regem primum eorum ullatenus nominat: sed duces eos habuisse, dicit: quæ tanen de eisdem referat, memorare videtur. Nam cum dicit, Maximum intra Aquilejam, amissâ spe imperii quasi animentem resistere, adjungit: Eo tempore Genobaldo, Marcomere, & Sumone ducibus, Franci in Germaniam prorupere, ac pluribus mortalium limite inrupto casis, fertiles maximè pagos depopulati, Agrippinensi etiam Colonia metum incussere. Quod ubi Treveros perlatum est, Nanninus, & Quintinus, militares magistri, quibus infantiam filii, & defensionem Gallie, Maximus commiserat; collecto exercitu, apud Agrippinam convenere. Sed onusti prædâ hostes provinciarum opima depopulati, Rhenum transiere, pluribus suorum in Romano relicto solo, ad repetendam depopulationem paratis, cum quibus congressus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam jervo peremptis. Cumque consultaretur de successu, an in Franciam transire deberent; Nanninus abnuat, quia non imparatos, & in locis suis indubie sortitores, futuros, sciebat. Quod cum Quintino, & reliquis viris militariibus, displicisset;*

fer; Namino Mogontiacum reverso, Quintinus cum exercitu circa Nivi-
 sum castellum Rhenum transgressus, secundis à fluvio castris, casas habitato-
 ribus vacuas, atque ingentes vicos destitutos, offerdit. Franci enim, simulato
 metu, se in remotiores saltus receperant, concadibus per extrema sylvarum pro-
 curatis. Itaque universis domibus exustis, in quas scribere stoliditas ignava
 victoria consummationem reponerat, noctem sollicitam milites sub armorum
 onere duxerant. Ac primo diluculo, Quintino prælii duce, ingressi saltus, in
 medium serè diem implicantes se erroribus viarum, toto peragati sunt: tan-
 dem cum ingentibus septis omnia à solido clausa offendissent, in palustres
 campos, qui sylvis jungebantur, prorupere: molientibus, hostium rari appa-
 ruere: qui conjunctis arborum truncis, vel concadibus superstites, velut è
 fastigiis turrium, sagittas, tormentorum ritu, effudere, inlitas herbarum
 venenis, ut summæ cutis, neque letalibus inscripta locis vulnera, haut dubie
 mortes sequerentur. Dehinc majori multitudine hostium circumfusis exerci-
 tus in aperta camporum, quæ libera Franci reliquerant, avidè effusus est: ac
 primi equites voragimbus immersi, permixtis hominum jumentorumque cor-
 poribus, ruinâ invicem suorum oppressi sunt. Pedites etiam, quos nulla onera
 equorum calcaverant, implicati limo, egre explicantes gressum, rursus se, qui
 paulò antè vix emergerant, sylvis trepidantes occultaverunt. Perturbatis ergo
 ordinibus caesa legionis, Heracleo Iovinianorum tribuno, ac penè omnibus, qui
 militibus præerant, extinctis, paucis effugium tutum nox, & latibula sylvarum,
 præstitere. Hæc in tertio Historiæ libro narravit. In quarto vero libro, cum
 de interfessione Victoris, filio Maximi tyranni, narraret, ait: Eo tempore Ca-
 rnetto, & Syrus, in locum Nanneni subrogati, in Germania cum exercitu op-
 posito Francis versabantur. Et post pauca, cum Franci de Germania prædas
 tulissent, adjecit: Nihil Arbogastis differre volens, commonet Cæsarem, pœ-
 nas debitas à Francis exigendas; nisi universa, quæ superiori anno, caesis le-
 gionibus, diripuerant, confestim restituerent; auctoresque belli traderent, in
 quos violatæ pacis perfidiam puniretur. Hæc acta, cum duces essent, retulit:
 & deinceps ait, Post dies pauculos, Marcomere & Sunnone, Francorum rega-
 libus, transacto cursim colloquio, impetratisque ex more obsidibus, ad hyeman-
 dum Treveros concessit. Cum autem eos regales vocet, nescimus; utram
 ges fuerint, an vices tenuerint regum. Idem tamen scriptor, cum necessitates
 Valentiniiani Augusti commemorat, hæc adjungit: Dum diversa in Orien-
 te per Thracias geruntur, in Gallia status publicus perturbatur. Clauso
 apud Viennam palatii edibus principe Valentiniiano, & penè infra privati mo-
 dum redactò; militaris rei cura Francis satellitibus tradita; civilia quoque
 officia transgressa in conjurationem Arbogastis; nullusque ex omnibus sacra-
 menti militiæ obstrictis reperiebatur, qui familiari principis sermone, aut justis,

obsequi auderet. Dehinc refert, quòd eodem anno Arbogastes, Summonem, & Marcomerem, subregulos Gallorum, gentilibus odium infectans, Agrippi-
 ,, nam, rigente maxime hyeme, petiit; ratus tunc omnes Francia recessus pe-
 ,, netrandos, urendosque, cum decussis foliis nuda atque arentes sylva insidian-
 ,, tes occidere non possent. Collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum,
 ,, Bricteros, ripe proximos, pagum Aetiam, quem Comarum incolunt, & popu-
 ,, latus est, nullo unquam occursante; nisi quòd pauci ex Ampsivariis, & Chat-
 ,, tis, Marcomere duce, in ulterioribus collium jugis apparuere. Iterum hic
 ,, relictis tam ducibus, quam regalibus, aperte Francos regem habere designat:
 ,, huiusque nomen prætermittens, ait: Dehinc Eugenius tyrannus, suscepto obsi-
 ,, dionali procinctu, Rheni litem petiit, ut cum Alamannorum, & Francorum
 ,, regibus vetustis fœderibus ex more initis, immensum eâ tempestate exercitum
 ,, gentibus feris ostentaret. Hæc supra scriptus historiographus de Francis disseruit.

S Y M M A C H U S scripsit historiarum libros, ex quorum quinto
 a Cap 15. Jornandes in Geticis a luculentum adfert fragmentum de Maxi-
 mini imp. è gente Gothica nati mirâ fortitudine, & quâ ratione per-
 venerit ad imperium. Utrum autem Symmachus iste sit, qui præ-
 fectus Urbis, & consul, Theodosii temporibus fuit, ac cujus habemus
 x epistolarum libros: vel an Symmachi patris, qui ad instar
 Varronis in Hebdomadam libris epigrammata condidit in præ-
 stantes sui seculi viros, ut ex ejus ad filium epistola b, & responso
 b Lib. 1. filii cognoscimus: an vero alius ab utroque sit, dicere non possum:
 epist. 2. & sed magis eo inclinat animus, ut diversum censeam.
 3.

T.

T H E O, (nisi is T H E O, vel T H E O N potius dictus) monachus, opus
 reliquit de S. Othmari virtutibus, & miraculis: quod superest MSum
 apud Helvetios in bibliotheca S. Othmari.

T H E O B A L D U S episcopus posteritati notus est vitâ Guilielmi
 confessoris, Comitis Pictavorum, & eremitæ; qui anno obiit clocxvi.
 Habes apud Surium T. I a. d. x Febr.

T H E O B A L D U S monachus ad Sigebertum, Lerinensem præpo-
 situm, scripsit vitam S. Gumhari confessoris; qui claruit in aula Pi-
 pipi regis. Eam Surius Historiæ suæ sanctorum inseruit T. v. Oct. xi.
 MSa superest in rubra valle juxta Bruxellam. Meminit & Baronius
 ad an. Dccclxxv. Sed de ætate Theobaldi nihil addit.

T H E O D O R I C U S, Cassinensis monachus, auctor hymni in S. Maurum
 abbatē, teste Arnaldo Wion, etiam celebratur vitâ S. Firmini, primi
 Ambianensis in Galliis episcopi; qui temporibus Diocletiani mar-
 tyrio decessit v i i Kal. Oct.

THEODERICUS *archiepiscopus Trevirensis* fuit an. c. lxxxix, ac præter librū de laudibus B. Virginis Mariæ, etiam vitam conscripsit S. Lindrudis : ut quidem legitur in epitome Gesneriana Simleri. Sed non dubito, quin peccatum hac parte sit. Nam ab anno c. lxxxix, usque ad an. c. lxxv, archiepiscopatum Trevirensē obtinuit Ioannes Marchio Badensis. Quare, quis iste Theodericus sit, aut quando vixerit, dicere non possum. Scio, Theodericum quendam circa annum c. lxx abbatem fuisse monasterii S. Trudonis, ac vitam scripsisse S. Landradæ. Penè est, ut eum signari arbitrer ; ut non modò error sit in auctore, sed etiam sanctæ ipsius nomine. Sanè, quæ sit illa S. Lindrudis, necdum reperio. At de S. Landrada, nulli ignotum puto.

Aliquantò postquam ista jam literis commississem, ecce incido in annales Episcoporum Trevirensium conscriptos à Merffæo Minorita. Ibi lego, Henrico, qui archiepiscopus Trevirensis factus est anno lxxxv, successisse Theodericum, antea præpositum Ecclesiæ Moguntinæ: decessisse autem Theodericum anno lxxxix. Esseque hunc illum ipsum, à quo exarata est vita S. Lutrudis. Ita enim appellat, atque addit, sacram hanc virginem requiescere Corbejæ. Quæ si ita sunt (& sanè in rebus Trevirensibus, non est cur temere fidem ei detrahāmus, cum illas ex professo tractaverit) totis quingentis annis, & ampliùs, in Theoderici ejus ætate, aberravit Simlerus : uti &, qui eum hæc in re sequitur, Antonius Possévinus in Apparatu Sicro.

THEOPHILUS, SERGIUS, & HYGINUS, æquales S. Macarii Romani, vitam ejus scripsere : quæ existat in vitis SS. PP. Ætas Macarii Romani parùm explorata est : ac proinde & trium istorum, quos Macarii vitam in literas misisse dicebam. Imò multa commentariolum istum planè reddunt suspectum : quæ sponte se ingerent ei, qui sine præjudicio eam, seu historiam, seu fabellam, legere voler. Sanè incerta esse acta hæc, Baronius quoque fatetur : etsi, quæ offenderent, præteriret. Nempe in re aperta non putavit verbis ullis esse opus.

THOMAS GRAJUS, testante Briano Twyno lib. III a de ^{apag. #77} antiquit. Acad. Oxon. auctor est Chronici, quod inscribitur *Scala mundi*. Id opus cum hæctenus non viderim, dicere haut possum, idēne, an aliud sit, ac *Scala chronici* : cujus auctor, sed falsò, creditus est Lelando Orterburnus Minorita : ut dicebam lib. II cap. lvi. Ubi & conjectabam, fortasse non dici *Scalachronicon*, sed *Scotochronicon*. Sed, ut dixi, de opere necdum viso, nihil certi possum adferre.

THOMAS WINCHECUMBUS, Anglus, Wigorniensis, monachus Eueshamensis ordinis S. Benedicti, cœnobii sui Chronicon posteris reliquit: ut Guilielmus Botonerus in Antiquitatibus Anglicis, atque ex eo Lelandus refert.

TITUS AMPIUS (nisi verius *Tampius*, ut Fulvio Urfino placet) videtur historicum quid prodidisse. Suetonius lib. I cap. LXXVII: *Nec minoris impotentia voces pro palam edebat, ut T. Ampius scribit: nihil esse Rempublicam, appellationem modo sine corpore ac specie; (Casaub. ac re) Syllam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit: debere homines consideratus jam loqui secum, ac pro legibus habere, quæ dicat.* Julii Cæsaris æqualem fuisse, suspicor.

TITUS LIVIUS DE FRUNOLISIIS (fictum nomen videtur) reliquit vitam invictissimi Anglorum Franciæque Regis Henrici V. MSus exstat Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti.

V.

VALERIUS MARCELLUS, sive potius *Marcellinus*, prout in vet. membranis legitur, fuit inter historiæ Augustæ scriptores; ut indicant hæc verba Capitolini in Maximo, & Balbino: *Placet aliqua dicere de moribus, atque genere; non eo modo, quo Iunius Cordus est profectus omnia; sed illo, quo Suetonius Tranquillus, & Valerius Marcellinus.*

UBERTINUS PUSCULUS scripsit de excidio Constantinopolis. Citat Cuspinianus in imperatoribus suis.

VEDASTINI MONACHI, pro diversis temporibus, variè auxere vitam S. Vedasti ab Alcuino scriptam: ac imprimis addiderunt exempla Dei vindicis adversus eos, qui in bona, aut jura monasterii Vedastini, sacrilegè involassent.

VENONIUS à plerisque *Vennonius*, sed perperam, vocatur. Est enim id nomen è *Venox* factum; quomodo ab indagandis aquarum venis C. Plautius est dictus, Fontino teste. Venonius hic celebratur à Tullio lib. XII ad Att. *At molestè sero, Venonii historiam me non habere.* Exilem fuisse, ostendit iste Ciceronis locus in primo de Legibus: *Si ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Personem, aut ad Fannium, aut ad Venonium venias: quid tam exile, quam isti omnes?* Dionysius Halicarn. lib. IV Antiq. cum Fabii, & Catonis de tribubus sententiam attulisset; refert etiam, quid senserit *Οὐρανός*, a, atque eum *Ἐνονία* esse dicit. Quid de Romuli, & Remi ortu, idem Venonius prodiderit, refert scriptor de Origine gentis Romanæ. Apud Tullium pro Corn. Balbo mentio est Venonii Vindiciæ:

a *Vennonius.*

b *Fide digniorem.*

dicit: Verrinâ v autem Sexti Venonii. Video esse, qui historicum signari censeat. Quod si est, Ciceroni fuerit æqualis. Sed, puto, est historicus is Tullio antiquior.

VIBIUS SEQUESTER, ut poëta melius intelligantur, scripsit ad Virgilianum, filium suum, libellum de fluminibus, fontibus, lacubus, montibus, nemoribus, & gentibus: quorum omnium nomina secundum literarum seriem digessit. Eum libellum primus Romæ Mazochius, exinde Venetiis excudit Aldus: sed emendatiùs postea, ex MSSorum codicum fide, edidit eundem Jos. Simlerus. Hujus Vibii Sequestri in antiqua inscriptione mentionem fieri, apud Glan-dorpium a lego. Sed locus mihi nondum in inscriptionibus, quod a In Ono- meminerim, occurrit. De Æthici historii de Græco Latine reddi- mast. Rom. tis à B. Hieronymo: planè nugæ sunt, cum Viri eruditissimi, qui le- gerunt, (necdum prodire in lucem) planè indignas censeant Hie- ronymo, atque in iis etiam testis ipse advocetur Æthicus.

ULRICUS DE URIMARIA, Germanus, monachus Augu- stinianus, de origine sui ordinis opus condidisse dicitur à Philippo Bergomate, & exinde à Possivino. De quo, uti de aliis multis, plura dicerem, nisi hæcenus effugisset manus meas.

WALTERUS Abbas cognitus est posteris vitâ B. Vindiciani, episcopi Atrebatensis: qui S. Lamberti æqualis fuit, ac S. Eligium vidit senem; & circa annum obiit 1095. Exstat ea vita MSa in monte S. Eligii; ubi & Vindiciani est sepultura. In lucem verò edi- dit Haræus in epitome de vitis sanctorum a. d. xi Mart.

WINDIGNOTUS Anglus, historiam Saxonum consignavit: ut Balæus reperit in Guilielmi Hormanni, vicarii Hetonenfis præ- positi, bibliotheca. Ambigit Balæus, an non idem hic sit, ac Windi- chinus Saxo. Sed jure alium esse, arbitratur Pitæus.

ANONYMIS ÆTATIS INCERTÆ.



ATQUE eorum, quos proximè recensuimus, nomen quidem compertum habemus: at ætatem non item. Sunt verò alii quoque, quorum nec promere nomen possumus, nec ætatem. Ut in universum quatuor sint historicorum classes. Quorundam enim & nomen scimus, & ætatem: quorundam ætatem, haut nomen: quorundam nomen, non ætatem: quorundam nec nomen, nec ætatem. Ex quibus postremi deinceps explicandi sunt nobis. In iis ne nullus sit ordo, in argumento, quod tractarunt, literarum series observabitur.

Agmen ducat antiquus auctor Chronici de monasterio *Alertonensi*, seu *Aventonensi*, quod & *Abonense*, seu *Avonense*, nominatur. Est autem *Albone* seu *Avone*, prout *Ptolomæus* vocat, (*Avington* vulgo dicitur) vicus exiguus *Glocestriæ* juxta flumen *Sabrinam*. Anonymus ille imprimis sequitur *Gualterum Hemingfordæ*, *Canonicum Gisbornensem*: ut observatis, qui præfatur in *Matthæum Westmonasteriensem*. Aliqua ex eo adfert quoque *Brianus*
aPag. 142 *Twynus* lib. 11 *a* de antiquitate *Academiæ Oxoniensis*.

Alius in literas retulit vitam *B. Aleidis* *Scarenbekæ*, virginis sacre in camera *B. Mariæ* apud *Bruxellam*, quæ vitâ excessit. an. *cbccii*. Ea vita *MSa* invenitur in monasterio *Rubræ vallis* apud *Bruxellam*: ut in *Chronico Cisterciensi Miræi* *b* lego.
bPag. 259

Incertus quidam *Alexandri M.* vitam exaravit: sed prodigiis plenam mendaciis. Nec nuperum esse factum, indicat, quod etiam ante quatuor secula ejus meminerit *Silvester Gyraldus*. Manuscriptum se habere, ait *Barthius Adversariorum* lib. 11 cap. x: ut & ante eum *Franc. Juretus*, notis in *Symmachi* lib. x epist. 114. qui auctorem appellat *Æsopum*, ac interpretem ejus *Julium Valerium*. Sed & auctoris, & interpretis nomen fictitium est. Nec dubium, quin

quin monachus quispiam Latine, ut potuit, scripserit. Videndum, idemne, an alius sit liber, qui inscribitur *Alexandrides*, estque de gestis Alexandri Magni. Cujus MSum exemplar est in bibliotheca publica Academiae Cantabrigienfis exaratum anno c l o c c c l x i i i, iv Octobr. ut est apud Thomam Jamesium. Præfatio ejus incipit hoc pacto, *Moris est ustrati, &c.*

Auctor Latinus vel interpres libri de vita Apollonii Tyrii editus est ab amplissimo clarissimoque Marco Veliero: ac MSus quoque exstat in bibliotheca Rauracorum. Eum non multo post Cassiodorum vixisse, suspicio est Barthii Adversariorum lib. xiv cap. ix. quo ipso opere non pauca ejusce scriptoris, partim corrigit, partim illustrat. Multa sanè habet vestigia antiqui moris Romani. *Dulcem & eruditum scriptorem*, vocat idem Barthius lib. lviii cap. i. Nec alienus est ab eorum opinione, quibus videtur vitæ hujus auctor, vel interpres SYMPOSIUS, centum ænigmatum conditor, ex quibus ænigmati sapientum suorum doctrinam efformavit Apollonianæ vitæ scriptor. Anno c l o i o Constantinus quispiam Græcè eum transtulit versibus politicis: ut clarissimo, & nobis amicissimo, Joanni Meursio monitum. Imò & Gotfridus Viterbiensis in Pantheo suo Latinis eum versibus qualibus-qualibus conclusit.

Anonymus condidit historiam *Aquitanicam*: cujus fragmentum ex scheda pervetusta exstat in corpore historiæ Francicæ ex bibliotheca Petri Pithœi in Germania edito a. Orditur ab obitu Hugonis Capeti: ac desinit in morte Philippi Pulchri, quæ incidit in annum c l o c v i i i, atque eclipsi, quæ biennio pòst contigit. a Franco-
furti an.
1596.

Anonymus reliquit *Augustense Chronicon*: ex quo Matthæus Marescalcus de Bappenheim, J. U. D. & canonicus Augustanus, excerptum dedit ab anno l o c c c c l x x i i i usque ad annum c l o c i v. Exhibuit Freherus in Scriptoribus Germanicis à se editis.

Idem Matthæus Mareschallus ex incerto scriptore *Australis Chronici* antiqui, excerptum exhibuit ab anno Dom. l o c c c l i i usque ad annum c l o c c c x x v i. Representat similiter Freherus in scriptoribus veteribus rerum Germanicarum. Atque accedit ibidem ejusdem historiæ Australis pars plenior de gestis sub Rudolpho Habsburgensi, Adolpho Nassovio, & Alberto Austriaco: nempe ab anno c l o c c l x x v i, usque ad annum c l o c c c i i i.

Alius, jussu Folcardi, abbatis Blandiniensis, signavit vitam *S. Ber-*
Z z z z sulphi

tulphi Confessoris, quæ est apud Surium a. d. v Febr. Bertulphus is obiit circa annum 1024. Corpus ejus Renticâ Bononiam Gallia; inde Harlebecam, tandem Blandinium (id Gandavi est monasterium S. Petri) translatum fuit: quod anno contigit 1000: ut cognoscere est ex historia Gerardi Bronienfis, & Jo. Molani Natalibus in S. G. adualo. Cæterum in ejus thecam etiam S. Amalbergæ, & aliorum sanctorum reliquiæ translatae fuerunt, tempore Alexandri PP. & Philippi Francorum regis anno Christi 1013: quem admodum in vita Bertulphi capite ultimo refertur.

Anonymus antiquus, natione Britannus, monachus cœnobii de Briton seu Bruton, hujusce monasterii sui annales reliquit: qui sic incipiunt, *Wilhelmus Conquestor, dux Normannia, venit in Angliam, &c.* Eorum testimonio se tuetur Brianus Twynus lib. III a de antiquit. Acad. Oxon.

Anonymus Anglus, monachus Benedictinus in cœnobio Dunelmensi, *chronica* posteritati reliquit: quorum Pitseus meminit opere de scriptoribus Britannicis.

Incerti nominis monachus *Cluniacensis* opusculo quodam enarrat, quâ occasione, & à quibus, caput S. Clementis papæ, & martyris, Constantinopoli translatum sit Cluniacum. Hujus libelli posterior pars refertur verbis ipsis DALMATII DE SERCIACO, viri nobilis & literati; qui cum Pontio de Bufferia Clementis hoc caput furto abstulerat, & uti voverat cum socio, Cluniacensi contulerat Ecclesie. Quod factum anno 1006, temporibus Innocentii Papæ, & Philippi Francorum regis. Tractatus autem, quem dixi, editus fuit à Rostango, Cluniacensi monacho: atque ex MSO expressus legitur in bibliotheca Cluniacensi Martini Marririi.

Nec prætereundus nobis auctor *Francorum annalium*, ex quibus Canisius Tom. III Antiq. Lect. luculentum annorum LII fragmentum exhibet. Incipit illud ab anno 1001: desinit autem in anno 1006. Multa ex hoc scriptore restitui possunt in Reginone, qui eum, mutato aliquantulum stylo, exscribere solet. Verba Reginonis de eo sunt hujusmodi ad an. 1006: *Hæc, quæ supra expressa sunt, in quodam libello reperi, plebejo, & rustico sermone composita; quæ ex parte ad Latinam regulam correxi; quadam etiam addidi, quæ ex narratione seniorum audivi.*

Ignotus etiam est *Annalium Francicorum* conditor: unde Pythæus pusillum fragmentum, quod codici legis Salicæ subjunctum invenerat, antiquis annalium scriptoribus, quos primus edidit, subjunxit.

Item aliud est, unde luculentum fragmentum, nempe ab anno 1000, usque ad annum 1000, ex perantiquo codice Nazariano Marquardus Freherus edidit, in corpore veteris ac synceræ historiæ Francicæ.

Est & alius perantiquus auctor operis, quod inscribitur, *Gesta Regum Francorum epitomata*: atque exstat in eodem Corpore historiæ Francicæ, quod curâ Marquardi Freheri prodiisse, diximus. Concinnata sunt gesta hæc, tum ex Gregorio Turonensi; tum ex anonymo illo vetusto; unde & confarcinator operis, quod Aimoini nomine à potiori parte nuncupatur, ad verbum ea exscripsit, quæ lib. IV à cap. XLI usque ad caput LII, leguntur.

Quando ætatem egerit scriptor vitæ *S. Fursei*, non tam clarum est, atque ipsa Fursei ætas: quam verba illa in ea vita indicant: *A Francorum rege Clodoveo, & Patrio Erchenaldo, honorificè susceptus, monasterium in loco, quem nuncupant Latiniacum, construxit.* At Clodoveus Franci imperare cœpit anno Ch. CCCCLXXXV. ac rexit annis xxx. Verba ea Fursei leguntur apud Surium a. d. XVI Jan. Videtur auctor fuisse per Furseo, vel sanè suppar. Saltem antiquum esse, docet, quòd ejus vita meminit, imò ad verbum multa exinde exscribit, *Beata Ecclesiasticæ Anglorum historiæ lib. III cap. XIX.*

Auctor de vita *Guiljelmi Conquestoris* primum cum Thoma Walsingham, & aliis Anglicarum, Normannicarum, & Hibernicarum rerum scriptoribus, publicatus fuit à Guiljelmo Camdeno; qui & ejus operis parentem esse suspicatur Guiljelmum Pictavensem, Lu-xoviorum Archidiaconum.

Scriptor vitæ *B. Landelini*, abbatis Crispiniensis, quæ apud Surium exstat a. d. xv Jun. satis est antiquus; cum ejus ante annos sexcentos meminerit Baldericus in Chronico Cameracensi lib. I I cap. XXXVII I I. Imò longè Balderico antiquior videtur. Nam ait in præfat. se dicturum illa, quæ hominum veridicorum narratione comperit. Quæ accipio, non de scriptis; sed sermone eorum, qui vel novissent Landelinum, vel saltem à parentibus, aut majoribus, ista accepissent. Quare videtur fuisse non ita multò post B. Landelinum. Is autem fuit temporibus Dagoberti, Francorum regis, ejusque successoris, Clodovei II, cum Romæ federet Martinus: hoc est, circa annum 1000. Vide &, quæ infra dicam de Philippo, abbate Bonæ spei.

Anonymus de vita Ludovici, octavi ejus nominis Galliarum regis, qui pater S. Ludovici fuit, ex bibliotheca Petri Pythœi com-

pâret in corpore Historiæ Francicæ in Germania excusæ a.

a Franco-
furti
VVecheli
an. 1596.

Incertus auctor, sed, ut creditur, Silviniacensis cœnobii monachus, in literas misit vitam *S. Majoli*, abbatis Cluniacensis. IV: ac præterea composuit IV libros de miraculis ejusdem Majoli. Habes in bibliotheca Cluniacensi.

Anonymus reliquit *Chronicon Mannia*, quæ insula est inter Britanniam & Hiberniam: atque alio nomine Mona, vel Menavia nominatur. Videtur scriptum à monacho, vel monachis cœnobii in Runfsin, quod præcipuum insulæ oppidum est. Ex antiquo illud codice edidit, & suæ descriptioni Britannicæ addidit Guilielmus Camdenus. Incipit ab an. CI^oXLVII: ac desinit in anno CI^oCCCLXVI. Sed manu alia, ac recentiori, paucula ei sunt addita de anno CI^oCCCLXX, & CI^oCCCLXXI, & CI^oCCCLXXVI.

Anonymus transtulit ex Hebræo historiam *Matthie* Apostoli. Eam versionem in antiquissimis membranis reperit Wolphangus Lazius, atque unâ cum Abdia Babylonio edidit in lucem Oporini opera anno CI^oDLI.

Anonymus memoriæ prodidit vitam *Maximiliani*, episcopi Laureacensis, Celenæ in Pannonia martyrio affecti temporibus Decii imp. & Xysti III papæ. Exstat ea vita in bibliotheca Formbacensi eleganter descripta: ex qua compluria se hausisse fatetur Gaspar Bruschius lib. I de Patavio Germanico. In bibliotheca etiam Tornacensi superesse, auctor est Molanus.

Nec magis nomen ejus compertum habemus, à quo consignata est vita S. Meinwerci, Patherbornensis episcopi; qui temporibus fuit Henrici Claudi; imò & consanguineus ejusdem, ac familiaris; ut ex ea vita satis liquet. Fortasse aliquis scriptorem eum Meinwerci æqualem credat. Sed recentiorem esse, ostendit, quòd cap. XLVIII referat, ut Rotho, successor Meinwerci episcopi, dedicârît Ecclesiam S. Galli an. Chr. CI^oXLIIII. item quòd cap. LII mentionem faciat Imadi, qui ex sorore Meinwerci natus fuit, ac Rothoni in episcopatu successit. Denique quòd cap. LXXVI, expendens decreta Synodi Selingensstadiensis de jejuniis quatuor temporum, obducat iis auctoritatem Gregorii VII, qui Romanus est factus episcopus anno CI^oLXXIII. *Vnus*, inquit, *Gregorius Papa ejusdem nominis VII, qui Hildebrandus monachus, ejusmodi varietatem, & confusionem, secundum Apostolicam normam consuetudinem reformare cupiens, &c.* Quare Gregorio hoc antiquior esse nequit.

Incertus scriptor condidit *Chronicon Montis-Sereni*, cœnobii in diœcesi

diocesi Magdeburgensi, Quod incipit ab an. cLXXXIV: ac desinit in cLXIV. Hujus MSum codicem habuit Marquardus Freherus: quem se Meibomio edendum dedisse, refert ipse in Directorio historicorum, quod scriptoribus rerum Germanicarum à se publicatis præmisit.

Nec vel nomen, vel ætatem ejus scimus, qui vitam signavit Beati *Morandi Confessoris*, monachi Cluniacensis, discipuli S. Hugonis abbatis Cluniacensis. Eam ex MSo cod. expressit Martinus Marrier in bibliotheca Cluniacensi.

Est & anonymus, monachus *Ochsenhausen*, qui breviter constrinxerit vitam *Henrici à Zuisaltach*, Suevi; qui Prior in eodem fuit monasterio. Eam reperies apud Henricum Canisium Tomi IV parte secundâ.

Alius, natione Anglus, egit de bellis, & aliis rebus gestis regis Angliæ *Richardi I.* Adservatur MSus in collegio S. Magdalene.

Discipulus Eberhardi, archiepiscopi Salisburgensis, explicuit vitam *S. Ruoberti*, seu Rudberti, primi Salisburgensis episcopi, Bojariorum, ut vocant, Apostoli. Habes apud Canisium T. II Ant. Lect. & correctius auctiusque T. VI.

Anonymi exstat historia *scholastica*, quæ, ut inscriptionis verba retineam, est *super novum testamentum cum additionibus atque incidentiis*. Excusa est, ut ibidem dicitur, in *Trajecto inferiore per magistrum, Nicolaum de Ketelaer, & Gerardum de Leempt*, anno cLccccLXXII. Estque de vita Christi, & Apostolorum: sed Scripturis adjiciuntur non pauca, quæ eas illustrent; imprimis si qua oboriatur difficultas. Invenire est, cum alibi, tum in bibliotheca publica Amstelodamensi.

Auctor Chronici de gestis *Simonis Comitis* prodiit in lucem typis antiquis, nec expresso typographi nomine. Inscripção est ejusmodi: *Præclara Francorum facinora, &c. non impigrè gesta ab illustrissimo principe, nominisque Fortis comite*. Luculentum ex eo opere locum adducit N. Camuzatius Tricassinus, epistolâ eâ, quam Petri Sarnensis Historiæ Albigenisium præmittit.

Dispiciendum quoque de ætate ejus, qui condidit Chronicon *Suarachense*. Ejus MSum exemplar in bibliotheca fuit Marquardi Freheri.

Nec facile est promere ætatem, quâ vixerit auctor Chronicon Monasterii *Vdalrici, & Afræ*, apud Augustam Vindelicorum. Quod Chronicon Henricus Stero locis aliquot interpolavit. Hujus pars ab anno cLcLII, usque ad annum cLccLXV, compâret


in veteribus rerum Germanicarum auctoribus à Frehero repræsentatis.

Anonymi martyrologium, quod & *Viola Sanctorum* inscribitur, typis in lucem prodit anno c l o c c c c x i x. Exstat in publica Amstelodamensium bibliotheca. Sed non tanti est, ut de eo plura hic dicamus. Idem iudicium esto de multis aliis, quorum tum auctor, tum ætas incerta est: quæ idcirco præterimus. Etsi nec ignorem, compluria superesse, quæ referre operæ pretium foret. Sed quæ ejusmodi sunt, ea commemorare non defugiam, cum plus otii nactus ero: nec deerunt unquam horum amantes studiosorum, qui & illa omnia, quæ me fugerint, suâ suppleant industriâ.

LIBRI TERTII
 PARS QUARTA,
 QUÆ EST DE
 HISTORICIS
 prætermiffis.

CAP. I.

Historici prætermiffi à nobis libro primo: hoc est, qui antecesserint tempora Severi imp. Ut sunt, Marcellus Marci filius de SS. Petri & Pauli certamine cum Simone mago. Papinius Statius Germanicorum, & Dacicorum auctor, juxta nonnullos. Sex. Julius Frontinus de strategematis. Claudius Pollio de vita Musonii Bassi. Appulejus Milesiarum conditor, & fortè epitomes historicae. Corvinus Clemens, seu Celer, de gestis Alexandri M. Eutychius Proculus Siccensis. Incertus de martyrio Felicis, Fortunati, & Achillei. Massus episcopus de martyrio Dionysii, Rustici, & Eleutherii.



Aboris hæcenus insumti nondum poenitet. Attamen animus jam fatigatus finem respicit, atque optat, ut lectorem, bonis multis oneratum votis, tandem liceat dimittere. Nec quicquam adeò ab eo revocat inquituto, quàm metus iste, ne parùm aliis satisfaciam, qui ipsi mihi nondum satisfacio. Veteres enim schedas meas versanti, subinde etiam oculos, atque animum, alio, atque alio scriptore, pascenti; ecce plusculi se offerunt rei gestæ auctores, quibus in historia nostra de historicis, aliquis debeat locus. Quare rectè me facturum puto, si eos etiam secundùm temporis ordinem digeram, ac quasi ad signa sua re-

sua revocem. Si enim comitari priores haut potuerunt; at saltem nihil impedit, quo minùs bonis eos avibus consequantur. Nempe illorum imitentur exemplum, qui, exercitu Urbe egresso, nomina demù militiæ dederint; aut morbo, aliâve fonticâ de causâ, domi fuerint detenti. Quales, non cum aliis quidem, attamen simulac posunt, læti sese in viam dant: nec itinere eo cessant, priusquam, ut animis, ita iisdem etiam castris jungantur. Quisquis igitur memoratos antè historiæ scriptores considerare mecum dignatus es; si adhuc non displicui, etiam residuam operis partem, & quasi mantisam, benignis adspicere oculis grave, quæso, ne duxeris.

Primus prodeat MARCELLUS MARCI FIL. qui claruisse dicitur temporibus Neronis, & deinceps. De eo sic Sigebertus initio operis de scriptoribus illustribus: *Marcellus, Marci p^ræfeci urbis Romæ filius, ex discipulo Simonis magni, discipulus B. Petri Apostoli, confictum Apostolorum, Petri & Pauli, cum Simone mago, cui assiduus interfuit, rogatu Christianorum, qui non interfuerant, fideliter conscripsit, & Ecclesis Dei præpe, vel procul positus, legendum concessit. Ad sanctos, Nereum, & Achilleum, pro Christo in Pontiana insula relegatos, scripsit de mirificis actibus B. Petri, & Pauli, & de magicis artibus Simonis Magi. Scripsit de obitu sanctæ Petronillæ virginis, filiæ B. Petri Apostoli. Scripsit de passione S. Felicula virginis, & martyris. Scripsit de passione S. Nicomedis, presbyteri Martyris.* Sed commentitiis scriptis impositum fuit Sigeberto: et si hac parte eum sequi non dubitârit Tritthemius.

PAPINIUS STATIUS (Statio enim cognomen ei, non Papinio, contra quàm multi putant, qui Statium Papinium vocant) Domitiani ævo longè latèq; radios sui nominis spargebat. Præter ea, quæ supersunt, Germanica, ac Dacica, condidit: ut quidem apud Popelinium lego lib. VI Historiæ Historicorum. Vellem tamen addidisset, quo argumento compulsus sic sensisset. Nihil enim tale de eo Crinitus; imò nec longè hoc doctior, & diligentior, Gyraldus. Poëtam eum cum scholiis in Thebaida, quæ ex Hygino, Servioque, majori ex parte sunt excerpta, primus edidit doctissimus Franciscus Tiliobroga. Is poëtam hunc *Papinium Surculum* nominat. Imò jam olim, in commentariis suis hoc cognomen agnovit Augustinus Datus Senensis. Nec longè abit, quod in quibusdam vet. libb est, Vrsulus, vel Surfulus, quod est in codice manuscripto bibliothecæ in Academiâ Cantabrigiensi. Sed ut in Plauto Menæchmi duo errorem peperere; ita hic Statii duo: unus rhetor, cognomine Surculus, patria Tolosanus; qui Neronis tempore fuit: alter poëta, pa-

ria Neapolitanus; qui floruit sub Flaviis, ac maxime sub Domitiano. Cui rei jam ab aliis observata, non ulterius insistam. De certamine super patria ejus, vide Picarti Ceitopædiam. Meminit Statii inter alios Wippo, panegyrico in Henrycum 111:

Ex nostris monitis callebat Statius auctor

Thebanos juvenes miseros discernere flammis.

Papinius quoque intelligendus apud B. Hieronymi æqualem Sulpitium Severum; quando dialogo 111 citat hunc versum, ut vocat, Scholasticum.

Captivumque suum mirantibus intulit Argis.

SEXTUS JULIUS FRONTINUS, prætor urbanus fuit, Vespasiano 11, ac Tito Coss. ut ait Tacitus lib. 14 Histor. quod fuit an. v. c. lcccxx111. Eo ejurante hanc dignitatem cepit Domitianus. Consularem virum appellat Ælianus lib. de instruendâ acie; præfat. ad Hadr. Cæs. c. cap. 1. in consulum tamen serie nulla ejus mentio, ut fuisse videatur ex consulibus in demortui locum suffectis. In prætorio erat temporibus Nervæ, ac Trajani. Unde Ælianus in præmio libri de instruendâ acie, quem Hadriano dicavit, ait, Frontinum idem argumentum tractâsse, atque eum suæ ætatis scriptorem vocat. *Frontinum, inquit, nostra ætatis virum consularem.* Sed apertius id est ex ipso Frontino. Nam Nervæ se jussu de aquæductibus agere, in præfatione libelli de iis, auctor est. Idem in prologo libri de agrorum qualitate, & controversiis limitum, non alium, quàm Trajanum, designat, cum loquitur *de maximo imperatore, qui victoriam Dacicam proximè referasset.* Trajano autem dilectum fuisse, clarè arguit Vegetius lib. 11 cap. 111 his verbis: *Nam unius ætatis sunt, quæ fortiter junct: quæ verò pro utilitate Reip. scribuntur, æterna sunt. Idem fecerunt alii complures, sed præcipuè Frontinus, divo Trajano ob ejusmodi comprobatus industriam.* Ubi signat libros Frontini de scientiâ militari. Quos edidit ante libros strategematum: ut ostendant verba illa in prologo ejus operis: *Cùm ad adstruendam rei militaris scientiam, unus ex numero studiosorum ejus accesserim; eque destinationi (quantum cura nostra valuit) satisfecisse visus sim: æberi adhuc institute arbitror opera, ut solertia ducum facta, quæ à Grecis unâ *σεπτηκρυα πινών* appellatione comprehensa sunt, expeditis amplectar commentariis.* Primum autem tres tantum strategematum libros scribere decrevit: uti fidem faciunt verba ista in eadem præfatione: *Quo magis autem discreta ad rerum varietatem aptè collocarentur, in tres libros ea diducimus. In primo erunt exempla, quæ competant prælio nondum commisso.* In se-

cundo, quæ ad prælium, & confectam pacationem, contingant. Tertius inferenda solvendæq; obsidionis habebit στρατηγικά: quibus deinceps generibus suas species attribui. His postea quartum adjecit; ut arguunt verba ista, quibus in librum quartum præfatur: Multâ lectione conquisitis strategematibus, & non exiguo scrupulo digestis, ut promissum trium librorum implem, si modò implevi; in hoc exhibebo ea, quæ parum aptè descriptioni priorum ad speciem alligata subijci videbantur; & erunt exempla potius strategicôn, quàm strategemata. Et hæc, & sequentia, satis indicant, librum istum compositum esse post tres libros strategematum: ut omnino frustra sit doctissimus Stewechius, cum suspicatur, hunc, qui quartus vocatur, esse opus de re militari. Quod eum ante tres strategematum libros elaborasse, mero meridie clarissime est ex præfationis ea ἑστρατηγικῆ, quam aliquanto antè adduximus. In catalogo Thomæ Jamesii extare dicitur manuscriptus in Bibliotheca publicâ Academiæ Cantabrigiensis: sed ibi vocatur Florentinus pro Frontino, credo, non quia ita sit in manuscripto, sed errore typographi. Idem auctor est bis manuscriptum extare Cantabrigiæ in bibliothecâ domus S. Petri: & Oxoniæ semel in bibliothecâ Collegii Lincolniensis. Antiquissima ejus, quam videre contigerit, editio est illa, quæ castigata à Philippo Beroaldo, & Senatori Min. Roscio dicata. Bononiæ prodiit apud Platonem Benedictinum Anno 1566.

Etiam CLAUDIUS POLLIO Nervæ, & Trajani tempore, fuit. Magnificè laudatur à Plinio epist. xxxi lib. vi; ubi illum commendat Cornuto. Ad præsens institutum pertinent hæc verba: *Idem quàm reverenter, quàm fideliter amicos colat, multorum supremis indicis, in his MUSONII BASSI; gravissimi civis, credere potes: cujus memoriam tam gratâ predicatione prorogat, & extendit; ut LIBRUM DE VITA EIUS (nam studia quoque, sicut alias artes bonas, veneratur) EDIDERIT pulchrum. Istud & raritate ipsâ probandum; cum plerique hæctenus defunctorum meminerint, ut querantur. In editione Aldina pro Musonii Bassi legas Annii Bassi. Sed Musonii, tum ea habet, quam Philippus Beroaldus recensuit, tum illa, quam emendavit, ac notis suis illustravit Jo. Maria Catanæus.*

Sub Antoninis imp. Marco, & Philosopho, floruit L. APPULEIUS Madaurensis. Cui etiam hic locus erit, si historiæ fabulose scriptores recipimus. Nempe propter libros xi Milesiarum (ut Capitolinus vocat) sive de asino aureo: quod opus de fonte expressit vel Luciani, vel Lucii Palrensis. Unde initio operis dicit, se

Græca-

a In Ve
gerii lib.
2. cap 3.
ad oram.

Græcancam fabulam incipere. Imò scriptor iste justius etiam hic sibi vindicet locum si inter deperdita ejus opera fuit *Epitome historiarum*: ut à Colvio in vita Appuleji traditum est. Sed ex epitome quidem Appuleji quædam Priscianus in sexto operis sui libro refert: at historiarum fuisse epitomen, non dicit. Conscriptit & alia; sed non hujus loci: velut Conviviales quæstiones; Macrobio teste lib. vi. cap. 11, & x. & Sidonio Apollin. lib. ix. epist. xiii. Item librum de Proverbiis; ut est apud Sospitum. Adhæc libros ludicrorum, aliaque, quæ partim supersunt, partim à Servio, Nonio, ac Fulgentio, commemorantur.

Appulejo æqualis CLEMENS, qui carmine panxit gesta Alexandri; ut agnoscimus ex Appuleji ipsius Floridis. Sic enim scribit: *Alexandri multa sablimia ac præclara facinora edita fatigaberis admirando; vel belli ausa, vel domi provisa: qua omnia aggressus est meus Clemens eruditissimus & suavissimus poetarum, pulcherrimo carmine illustrare.*

Sub Divis fratribus etiam vivebat CORVINUS CLEMENS; qui & vocatus est *Corvinus Celer*. Utroque enim modo appellatur ab Appulejo in Apolog. ubi illum quæstorem publicum, virumque ornatum nominat. De eo sic Cuspinianus Commentario in Cassiodori coll. ad annum Urbis clcccxlvi: *Fuit & olim Corvinus Clemens, eruditissimus, & poetarum suavissimus, Alexandri Macedonis gesta complexus, & Appulejo familiaris.* Atque idem ex eo Simlerus in bibliothecam; ex hoc, Glandorpius in Onomasticon retulit. Vellem Cuspinianus laudasset auctorem. Nihil quidem de eo, non dico Crinitus; sed nec Lilius Gyraldus in syntagmate de poetis.

EUTYCHIUS PROCULUS SICCENSIS in grammaticis præceptor fuit Antonini philosophi: atque ab eo imperatore evectus est ad consulatum. Hic de iis aliqua reliquit, quæ in peregrinis regionibus miranda inveniuntur. Diximus etiam de eo lib. i. cap. xii.

Antonini philosophi, aut Commodi temporibus, martyrio decesserunt Felix presbyter, & Fortunatus, atque Achilleus diaconus: quos B. Irenæus, Lugdunensis episcopus, Valentiam ad prædicandum miserat Euangelium. Habes acta horum martyrum apud Surium ad xxii April. Eorum autem auctorem censet SURIUS IISDEM, ac martyres ipsos, temporibus vixisse; atque adeo patientibus iis præsentibus adfuisse. Quod etsi asseverare neutiquam ausim; tamen utcumque ei sententiæ favent hæc verba: *Quæ cuncta signorum virtutibus, tam gratiarum, quam præconiorum suffragiis dilata, nequeunt*

sufficienter narrationis trari. & referari: cum potius dignum sit, contemplata, evidenti fide preferre; quam audita, & ambigua, agnitione recipere.

Circa annum CLXX, quantum conjectare licet, MASSUS, tertius Parisiensium episcopus (si rectè inter Dionysium Areopagiram, & hunc, solus Massus numeratur) scripsit martyria sanctorum, Dionysii, Rustici, & Eleutherii; ut ait Demochares lib. 11 de missæ sacrificio cap. xv. 11. Sed ea perierunt. Meminit Massi Hilduinus abbas in agone horum martyrum: *Lisbius*, inquit, *Lisbii martyrizati filius, Romam ductus sub Domitiano, per tres Cæsares militavit: & sub S. Masso episcopo (qui tertius à B. Dionysio Parisiorum rexit Ecclesiam) reversus, omnibus, quæ sunt mundi, relictis; baptizatus, & Religiosorum Christi pauperum numero est sociatus.*

C A P. II.

De iis, qui referuntur ad proximos cclxxxiii annos: nempe ab Severo imp. usque ad Odoacrum. Quales hi existimantur: Iulius Africanus, Abdia, ut ajunt, interpret. Incertus scriptor auctorum de passione S. Mariani, & Iacobi diaconi. S. Zeno, auctor vitæ S. Arcadii. Turdulus Gallicanus, qui ephemeridem reliquit. M. Salvidienus, qui vitam descripsit tyranni Saturnini. Maximianus notarius, cui tribuitur vita S. Victoris. Q. Septimius Romanus, qui transtulisse putatur Dictyn Cretensem. Auctor itinerarii à Burdigala Hierosolymam usque. Donatus, cujus esse dicitur vita Virgilii, & Terentii. Terentianus, qui de martyriis egit SS. Ioannis, Pauli, & Ovinii Gallicani. B. Ambrosius, qui variorum SS. vitas & martyria exaravit. Gaudentius Brixienfis, à quo elucubrata supereft vita S. Philastrii. Virius Nicomachus Flavianus, qui in antiqua inscriptione vocatur historicus disertissimus. Rutilius Claudius Nematianus, qui elegans poema panxit de itinere suo.

ATque isti pertinent ad historiæ Romanæ ætatem virilem. Nam præcedunt hi tempora imperatoris Severi: unde senectutem ejusce historiæ lib. secundo auspiciati sumus. Fuerit igitur hæc

hæc appendix libri primi. Proximè eos complectar, qui à Severi temporibus claruerunt, vel claruisse existimantur, usque ad occasum imperii Romani: hoc est annum Chr. cccclxxvi, quo Odoacer Herculæ Italiæ rex salutaris fuit.

Principem hîc locum tribuerit aliquis JULIO AFRICANO. Nam vixit is temporibus Severi imp. ac creditur Abdiæ Babylonii historiam certaminis Apostolici ex Hebræo ab Eutropio Græcè versam de Græco fecisse Latinam. Sed hanc sententiam abunde refutavimus lib. 11 de Historicis Græcis cap. 11.

Valeriani imp. temporibus, persecutione octavâ, quâ & Cyprianus in Africa periit, S. Marianus, & Jacobus diaconus, ibidem passi sunt martyrium. Acta verò horum, quæ apud Surium habes initio Tomi 111, exarata videntur ab æquali. Quippe in iis legas ista: *Qui (Marianus & Jacobus) prælium suum, quod instinctu Spiritus S. interunt, in notitiam fraternitatis per nos venire jusserunt: non quod in terris vellent coronam suam gloriam prædicari: sed ut præcedentibus experimentis Dei populus ad exemplum fidei posset armari.* Verùm censeo, acta ea itidem esse supposititia. Neque enim martyrum eorum mentionem invenio in martyrologiis antiquis. Præterire etiam Baronius in Martyrologio, & Haræus in vitis Sanctorum, ut alios mittam.

S. ZENON, episcopus Veronensis, & martyr, sub Gallieno imp. passus dicitur. Inter homilias ejus una exstat de vita S. Arcadii. Sed homiliæ, quæ ejus sub nomine prodierunt, non videntur admodum antiquæ. Sanè primus eas edidit Guarinus, Veronensis orator, qui ante annos cxx floruit. Eusebius verò, Hieronymus, ac veterum alii, ne Zenonis quidem, nedum sermonum ejus, ullam faciunt mentionem. Imò quædam illic homiliæ, vel ex Basilio versæ, vel ex Hilario, atque aliis sanctis patribus, excerptæ comparent. Et certè, ut antiquæ satis forent, non tamen parens ejus factus vixisse possit ante annum ccccxli, cum in serm. de continentia dicat ipse, *epistolam S. Pauli ad Corinthios ante annos ferme quadringentos, vel eo amplius, scriptam fuisse.* Movit hoc, ut in postremâ editione, pro *quadringentis* scriberent *trecentos*: sed ex solâ conjecturâ. Præterea in iis sermonibus legas quædam adversus Arrium liquida aded dicta, ut Galli cui ea temporibus exarata esse non possint: ut aliqui saltem sermones scriptoris tam antiqui esse non possint. Atque hanc etiam sententiam tueor adversus eum, qui Veronensi Zenonis editioni præfationem præmisit, Baronius in Martyrologio Romano ad xii April. Hic tamen complures

mis parer ex editione nuperâ juxta MSSos codd. emendatâ, quæ Lutetia: prodit apud Rob. Stephanum. Pluscula Septimii hujus loco illustrat ac emendat Barthius Adversariorum lib. LVIII. cap. XI.

Incertus scriptor reliquit *Itinerarium à Burdigala Hierusalem usque: & ab Heraclea per Aulonam, & per urbem Romam Mediolanum usque*. Id primus in membranis reperit, atque exinde edidit, Petrus Pythæus: qui suspicatur esse hominis Aquitani, ac simplici stylo scriptum esse ait circa tempora Constantini M. Quod unde conjectet, ex præfatione ejus petere licebit. Opusculum hoc Antonini itinerario à Surita emendato subjungitur.

ÆLIUS DONATUS temporibus Constantii imperatoris in pretio erat. Præceptor in Grammaticis fuit B. Hieronymi: quemadmodum sanctus hic vir profiteretur, cum alibi, tum lib. I adversus Rufinum: *Puto, quod puer legeris Asperi in Virgilium, & Sallustium commentarios, Volcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos ejus, & in Terentii comœdias, præceptoris mei Donati, a quæ in Virgilium, & aliorum in alios*. Memoratur autem hoc loco à nobis, quia signârît vitam Virgilio Maronis: ut quidem vulgò existimant. Sed etsi in eâ vitâ multa sint bona, & ex antiquis hausta: subinde tamen adspersa videas, quæ indigna sint tanto Grammatico. Quare censeo, opusculum illud non esse ab Ælio Donato; sed alio, minoris, ut nominis, ita judicii. Et sanè in editione Fabricianâ vocatur vitæ ejus auctor Tiberius Claudius Donatus. Diximus quoque de hoc opinionem nostram Oratoriarum Institutionum lib. VI cap. II. Etiam Terentii vitæ Donato tribuitur. Sed eam Suetonii esse, monuimus hujus operis libro I, cap. XXXI.

TERENTIANUS, vir consularis, atque idem campiductor, floruit sub liberis Constantini Magni, item Juliano, & Joviniano. Hic in posteritatis notitiam venit consignando martyrium SS. Joannis, & Pauli: item Ovinii Gallicani, qui cum L. Aurelio Symmacho consulatum gessit an. Ch. CCCXXX; atque iterum post bellum adversus Sauromatas. Habes cum commentariolum, apud Surium Tom. III ad Jun. XXVI. Ac ad verbum penè illum in martyrologio suo exscripsit Ado, Archiepiscopus Viennensis: ubi & Terentianum hunc nominat, atque ab eo trium horum martyria descripta fuisse, locuples nobis testis est.

Tempore Theodosii Magni excelluit inter Occidentis doctores **B. AMBROSIVS**: ac inter tot præclara monumenta etiam reliquisse

quiffe dicitur vitam & martyrium S. Virginis & martyris Agnetis. Nec possum negare, legi eam vitam, non apud Surium modò, (qui inde probat, jam tempore Ambrosii celebratum fuisse festum S. Agnetis) sed etiam in operibus Sancti ejusce Patris, ubi est sermo xc. Verùm non esse sermonem eum genuinum, cognoscimus exinde, quòd in illo Agnetem dicatur palo fuisse alligatam, ut combureretur: cumque flamma hinc inde divideretur, nec Agnetem contingeret, imò tandem penitus exstingeretur; Alpasii jussu Agneti guttur fuisse gladio perfoctum. Atqui non ita Ambrosius putavit; qui sensit, cervices ei gladio fuisse præcisas. Sic enim ille lib. 1 de Virgin. *Stetit, oravit, cervicem inflexit, &c.* At verè scripsit Ambrosius Martyrium S. Theodoræ; quod apud eum leges lib. 11 de Virgin. atque exinde apud Sur. a. d. xxviii Apr. Item Nazarii, & Celsi vitas; quas reperies apud eundem die xii Jun. Et vitas SS. Gervasii, & Protasii, martyrum; quas vide die xix Jun. Eiusdem de vita & laudibus fratris sui Satyri orationem funebrem habemus. Uti & historiam SS. Martyrum, Agricolæ, & Vitalis. Quæ exstat apud eum in Adhortatione ad virgines. MSum verò codicem de hisce duobus sanctis Cantabrigiæ in bibliothecâ Aulae Pembrochianæ reperies. Etiam B. Ambrosius dicitur transtulisse Hegesippum de bello Judaico, & excidio Hierosolymitano. Ac Eggesippum esse genuinam authorem, Ambrosium genuinum interpretem, censet Barthius lib. xlvi. Adversariorum cap. 1 v. Sed eam sententiam alibi diluimus.

GAUDENTIUS, Brixienfis episcopus, memoriæ prodidit vitam S. Philastrii, cui successerat in episcopatu. Habes eam apud Surium T. iv die xviii Jul. Obiit autem Philastrius anno ccc. lxxvii. Unde Gaudentii ætas satis patet.

Honorii, & Arcadii ætate, effulsit VIRIUS NICOMACHUS FLAVIANUS, vir clarissimus, & historicus disertissimus; prout vocatur in veteri monumento Romæ in monte Cælio effosso anno c. lxxvii. Inscriptionem ejus communicavit nobiscum vir summus, præclareque tot jam annos de literis meritis, Petrus Scriverius. Est autem istiusmodi:

VIRIO NICOMACHO FLAVIANO V. C.
 QUÆST. PRÆT. PONTIFICI MAJORI
 CONSULARI SICILIÆ
 VICARIO AFRICÆ
 QUÆSTORI INTRA PALATIUM
 PRÆF. PRÆT. ITERUM COS. ORD.

HISTORICO DISERTISSIMO

Q. FABII MEMMIUS SYMMACHUS V. C.
PROSOCERO OPTIMO.

Atque ex hac inscriptione simul liquet, fuisse virum summæ dignitatis. Avus fuit ejus, quam uxorem habuit Q. Fabius Memmius Symmachus: ut qui eum prosocerum hic appeller. Atque hoc ætatem Virii satis indicat. Nam iste Memmius Symmachus filius erat Q. Aurelii Symmachi, cujus epistolæ supersunt. Eum autem temporibus Theodosii senioris vixisse, satis constat. Quod autem filium illius Symmachi fuisse ajebam, id planum fit ex inscriptione aliâ, quæ eodem tempore ibidem inventa est. Communicavit eam nobiscum idem ille doctissimus amicus noster, qui priorem. Est vero talis:

Q. AURELIO SYMMACHO V. C.
QUÆST. PRÆT. PONTIFICI
MAJORI CORRECTORI
LUCANIÆ ET BRITTIORUM
COMITI ORDINIS TERTII
PROCONS. AFRICÆ PRÆFAT.
URB. COS. ORDINARIO
ORATORI DISERTISSIMO
Q. FAB. MEMM. SYMMACHUS
V. C. PATRI OPTIMO.

Ejusdem temporis poëtis, ac simul iis, qui describerent terrarum situm, meruit accenseri RUTILIUS CLAUDIUS NUMATI-
TIANUS (nisi malis Munatianus) Gallus, vir summâ dignitate: quippe consularis, præfectorius Urbis, tribunus militum, & præfectus prætorio. Anno Romæ conditæ clocxix præfecturam Urbis administravit; ut indicat ipse, his versibus Romam compellans:

*Quamvis sedecies denis, & mille peractis,
Annus præterea jam tibi nonus erat.*

Is annus est Christi ccccxvi; quo Honorius Aug. xi, & Fl. Constantius V. C. ii Coss. fuere. Hic de suo itinere carmine elegiacopanxit libros ii ad Venerium Rufum a. Vulgò opus hoc *Itinerarium* appellant: at fortasse auctor potius *De reditu* inscripserat. Suâ ætate eum in cænobio quodam ad Bobium, Italiæ oppidum, inventum esse, ait Volaterranus. Vidit etiam Jovianus Pontanus; qui & hosce versus laudat ex initio lib. i i:

Intervalla via fessis præstare videtur,

Qui notat inscriptus millia multa lapis.

B b b b b

Semel

Semel duntaxat ante excusum, denuo, sed à Gabriele Faërno emendatum, edidit, suisque Reip. Romanæ commentariis inseruit O-nuphrius Panuinus. Hinc cum variantibus lectionibus, quibus loca quædam emendarentur, Antonini itinerario in Basileensi editione addidit Josias Simlerus Anno 1575. Postea Romæ castigatior prodiiit operâ Josephi Castalionis a. Poëta est disertus, ac argutus, & pro ætate eâ valde elegans, ac venustus: sed malè sentiens de Judæis, ac Christianis, monachis imprimis. Quid mirum in homine gentili?

a Anno
1585.

CAP. III.

De illis, qui claruere ab Odoacro, usque ad Karolum M. Cæsarem Augustum: quales sunt, quos proximè subjungo. Nempe Theodulus, auctor eclogarum de miraculis veteris testamenti, & poëtarum fabulis. Godelbertus, qui itidem carmine cecinit historias, & allegorias ab orbe condito usque ad partum Virginis. Theodahatus, qui sui temporis historiam condidisse dicitur. Victor Tunnunensis, chronici auctor. Theodorus Cassinensis, qui descripsit vitam S. Hieronymi Cassinensis. Corippus Africanus, qui cecinit gesta Iustini junioris. Item alii vitarum scriptores. Ex quibus Stephanus, Africanus presbyter, tradidit vitam S. Germani: Ragimbertus, S. Walerici: Ursinus, S. Leodegarii: Theodatus Frithona, archiepiscoporum Cantuariensium: Theodorus, S. Magni. Præter hos anonymus prodidit martyrium S. Aigulphi: alius vitam S. Gertrudis: Theodorus Campedonenis, S. Magni: Cresconius, gesta Ioannis Patricii in Africa: anonymus vitam S. Lamberti: alius, natione Britannus, gesta Arturi regis: S. Brithwaldus, originem canobii Eueshamensis, & vitam S. Equini: Iulianus Lucas, res Hispanicas: Fredegarius, gesta Francorum: anonyma, iter S. Willibaldi: Arno, ea quæ donata sunt Ecclesiæ Salisburgensi: S. Adelinus, vitam S. Opportunæ. Iis additur anonymus, qui Collectanea edidit Chronographica.

Comple-

Complectar nunc, qui fuerit proximis cccxxiv annis: nempe ab eo tempore, quo imperium desinit in Occidente, Odoacro rege Italiae creato, usque ad annum Dccc, quo instauratum imperium fuit, Karolo M. designato Augusto.

Ac Zenone quidem imperante, anno cccclxxx, Gennadio teste, vitâ excessit THEODULUS, Italus, sed in Cœle-Syria presbyter, ac postea episcopus. Hic præter opus De consonantia Scripturarum, cujus argumentum plenius Gennadius exponit, etiam Eclogarum volumen composuit. Hujus initium est, *Æthiopum terribis, &c.* Est autem tum de miraculis veteris testamenti, tum de fabulis, quas ad eorum imitationem poëtæ finxerunt. Vide & Sigbertum in Catalogo, Sixtum Senensem lib. iv Bibliothecæ, Possevinum in Apparatu suo, quæque Magister Sacri Palatii annotavit primo Indici a tomò. Meminit & Gyraldus inter poëtas; cujus a Rom. edit. an. 1607. pag. 81.

Paulò hoc junior GODELBERTUS presbyter. Claruit enim sub Anastasio. Reliquit autem allegorias Scripturarum libris iv carmine contextas. Meminit & Tritthemius in catalogo. De eodem, ac Theodulo proximè memorato, ita scribit Lilius Gyraldus dialogo v Historiæ poëtarum: *Pèr tempora quoque Zenonis, & Anastasii, in aliquo Christianorum scriptorum numero fuere, Theodulus, & Godelbertus: quorum ille de miraculis veteris testamenti, & poëtarum fabulis: hic versu heroico opus ingens, per historias, & earum allegorias, à mundi creatione usque ad partum virgineum, complexus est. Et utriusque exstant monumenta.*

THEODATUS, vel potiùs THEODAHADUS, Ostrogothorum rex erat, quibus temporibus in Oriente imperabat Justinianus. Ecclesiasticis fuisse literis eruditum, ait Cassiodorus lib. x Variarum epist. III. Platonis secutum esse disciplinam, deque temporibus suis historiam scripsisse, refert Jo. Lelandus, atque ex eò epitome Gesneriana Simleri: imò & de historia idem commemorat Possevinus in Apparatu; qui Cassiodorum ejusce rei laudat auctorem.

Justiniani quoq; tempore eruditione excelluit VICTOR TUNNUNENSIS; qui in aliquibus codd. Tunnuensis. vel Tumuen-sis, unde nonnulli *Tmuensis* fecere: ut ita dicatur à *Tmue*, oppido in confinio Ægypti, & Africæ vicinæ: ex quo Phileam episcopum originem duxisse, auctor est B. Hieronymus in catal. cap. xxv. At longiùs etiam abeunt codices Honorii; ubi dicitur *Cemmensis*:

uci Tritthemio, Gesnero, Popeliniero, Cummeneris. Victor hic, ut Isidorus in catal. cap. xxv a. c. à principio mundi, usque ad primum Iustini junioris imperii annum, brevem per consules annuus bellicarum, ecclesiasticarum rerum, nobilissimam promulgavit historiam, laude & notatione illustrem, ac memoriâ dignam. Eadem paucioribus habet Honorius. Sed si verè uterque ait, Chronica ortum fuisse ab initio mundi: contigerit Victori idem, ac Prospero; quem cum Gennadius dicat ab orbe condito inchoasse Chronicon suum; tamen ejus id omne deperit, quod tempus illud antecessit, ubi desit B. Hieronymus. Sanè similiter nihil amplius habemus Victoris, quam quod excipit tempora à Prospero descripta: ut indicant verba hæc, quæ libello Victoris, seu ea à Victore, seu ab alio sint) præmittuntur: *A xviii consulatu Theodosii junioris Victor, episcopus Tunnuensis Ecclesie Africa, historiam prosequitur, ubi Prosper reliquit.* Nec decipiat, quod apud Henricum Canisum, præfat. in Chronicon Prosperi, legatur, tum Gennadium de Prospero, tum Isidorum, de eodem fallum fuisse: neutrum enim ab orbe condito cœpisse: sed ubi Hieronymus desierat, ibi Prosperum; ubi Prosper finit, ibi Victorem cœpisse: errandi verò occasionem eo, & Gennadio, & Isidoro; datam esse, quod in utriusque fine anni ab orbe condito colligantur, usque ad illud tempus, ubi fecissent scribendi sinem. Nihil, inquam, horum movere debent, quando idem ille doctissimus vir eam opinionem notis in Prosperum retractat. Ipsum adi. De exilio Victoris vide, quæ Isidorus verbis superius adlatis subjungit. Sed consule imprimis, quæ ipse Victor in Chronico de se scribit ad an. xv, & xvi consularis Basilii. Meminit hujus scriptoris quoque Isidorus initio Chronici, & in plerisque codd. Originum extremo libro quinto: item Ado Viennensis, qui initio Chronici verba Isidori exscripsit. Sed in vulgatis corruptè *Turonensis*, pro *Tunenensis*, vel *Tunnenensis* legas. Item meminit ejus Otho Frisingensis lib. v. cap. vi.

SEBASTIANUS, CASSINENSIS monachus, vivebat anno *Idlx*. Literis prodidit vitam æqualis sui S. Hieronymi, ejus qui B. Benedicti fuit discipulus. Quod ætatem satis indicat. Nam obiit Benedictus anno *Idxlii*: ut est in Chronico Cassinensi lib. i. cap. i.

CORIPPUS, Africanus Grammaticus, poema historicum reliquit libris iv de laudibus Iustini Augusti junioris: cujus tempore claruit. Huncce Iustini panegyricum dicavit Anastasio Quæstori, & Magistro: ut indicat præfatio operi præmissa. Ne fallat editio

Michaelis Ruzii: in qua id carmen haut rectè panegyricus Anastasii indicitur. Laudat quidem Corippus Anastasium, sed paucis nec aliter, quàm præfantes solent; nec alio fine, quàm ut se, & opus suum, ei commendet. Argumenta etiam capiti, quæ in primâ editione Corippo præmittuntur (perperam ea, & malo exemplo, posterior editor omisit) valde antiqui sunt scriptoris, & fortasse ipsius Corippi. Nec enim mirum sit, si homo Grammaticus, in ore Grammatico, periochas operis sui concinnarit. Prioris tamen libri i cap. v legas, Justinum per quietem vidissè *S. Mariam virginem*. Atqui Corippus non de B. Maria: sed de dea Pietate, in ore poetarum, loquitur: quod satis indicant hi versus:

*Cum virgo superas cæli demissa per auras,
Aspectu clemens, & gressu læta pudico,
Purpureas velata comas, oculisque benigna,
Quantum signa dabant, sacra Pietatis imago,
Divinos stetit ante pedes.*

Unde colligo, aut periocharum auctorem à Corippo alium esse, qui poetæ mentem non satis sit assecutus: aut potius locum esse à juniorum aliquo interpolatum. Quod si est, pro *S. Mariam virginem*, debeat *Pietatis imaginem* rescribi.

Tempore Justinii junioris, circa annum DLXXXVI, fuit STEPHANUS, presbyter Africanus. Ab hoc S. Aunarius, sive Angarius, seu Anacharius, episcopus Antissiodorensis, postulavit, ut prosâ quidem vitam conscriberet S. Amatoris; carmine autem vitam S. Germani. Epistolam Aunarii id poscentis à Stephano, & Stephani id recipientis, præfationi suæ ad Carolum Calvum inseruit Ericus Altissiodorensis: qui & ipse S. Germani vitam libris quatuor carmine est complexus. Sed ibidem ait Ericus, hujusmodi Stephani opus, nec in manus suas incidisse unquam, nec item aliorum monachorum, quos super ea re convenisset. Unde colligit, jam suo ævo (vixit ipse annis post Stephanum presbyterum trecentis) laborem illum Stephani deperiisse: atque addit, hanc esse causam, cur quod elaboratum quondam in præfatis epistolis legerat, iteraret. Non possum autem dissimulare errorem doctissimi viri Briani Twyni libro 1 de antiquitate Oxoniensis Academiæ; ubi sex istos Erii libros tribuit Stephano episcopo. Siquidem a citat exinde hos versus,

*Edicto veterum vocitata Britannia, brutis
Barbara quod furis hæc (al. feriret) gens ultro moribus omnis.*

Ac deinde ista subiungit verba : *quemadmodum scribit Stephanus, Africanus presbyter, poeta satis antiquus, si non bonus satis : qui rogatu Annarii, Altisiodorensis episcopi, vitam S. Germani antiquo carmine descripsit.* Quæ faciliè refelluntur præfatione ipsâ Erici ; cuius ætate Stephani opus non ampliùs exstabat. Aliter si esset, aliquis ex eruditis illis S. Germani monachis carmen Stephani de vita S. Germani vel legisset, vel saltem studiosè quæsitum reperisset. Quid quòd Stephanus fortasse laborem illum, morte præventus, non inchoârit, aut saltem ad finem non perduxerit ? Nec enim aliud in epistola sua Stephanus dicit, quàm, utcumque humeri tanto ponderi impares forent ; nihilominus tamen, si Aunarius voluntatem pro facultate habere ; rudemque, & inficetum conatum æqui ac boni consulere vellet ; se quoque paratum fore, hoc quicquid esset oneris subire. Cæterùm versiculi illi à Briano citati leguntur apud Ericum lib. III : quod ipsum quoque ejus opinionem refellit. Fortasse tamen nihil hoc nisi *μνημονίων* Briani ἀπαρτημοσ fuerit ; quandò ipse alibi a Henricum hunc Altisiodorensis ciet ad partes.

a Pag.
162.

RAGIMBERTUS, abbas in Gallia, congreg. Floriacensis, ab Arnolde Wion refertur ad annum 1021X. Hic posteris prodidit vitam S. Walerici abbatis.

URSINUS jussu Ansoaldi, sive Ausroaldi, Episcopi Pictaviensis, scripsit vitam S. Leodegarii, episcopi Augustodunensis, & martyris : quam habes apud Surium T. V die 11 Oct. Erat autem Ausroaldus, juxta Democharem, & Joannem Chenu, trigessimus septimus Pictaviensium episcopus, ac tempore claruit Dagoberti regis, qui anno obiit 1021VI. Nisi intelligendus Dagobertus II, qui imperare cœpit anno 1021XVI. Sanè id verius sit, si Didon, cui Ansoaldus successit, anno vivebat 1021VII : uti perscriptum est in catalogo episcoporum Pictaviensium.

THEODATUS FRITHONA, Anglus Wilsfaxo, carus fuit Honorio, Cantuariensi archiepiscopo : cui & ea in dignitate successit. Laudant eum Beda, Guil. Malmesburiensis, Gervasius Dobornensis : ut de Lelando raceam, quem Balæus, uti Balæum Pitsæus exscripsit. Vitas archiepiscoporum Cantuariensium accuratè penicillo orationis suæ depinxit. Obiit an. Christi 1021XIV, Ercomberti, Cantianorum regis, temporibus.

THEODORUS, qui S. Magni vitam posteris transmisit, vixit circa annum 1021 : quippe discipulus S. Galli, qui anno 1021 decessit.

cessit. Ea S. Magni vita ab Henrico Canisio edita est Tom. v. Antiquæ Lect. Msa verò superest in bibliotheca S. Galli in Helvetia.

ANONYMUS circa annum 102LXII literis mandabat martyrium aequalis sui S. Aigulphi, abbatis Lirinensis, & sociorum: qui passus fuere anno 102LX. Fideliter scripsisse, etiam Sausseji iudicium est in annalibus Aurelianensibus lib. IV cap. VII I.

Ad Constantini Pogonati tempora etiam refero scriptorem vitæ S. Gertrudis, quæ est apud Surium Tom. I I a. d. XVI I Mart. Quippe exaratam esse ab eo, qui temporibus vixerit S. Gertrudis, hæc præfationis verba ostendunt: *De vita beatissimæ virginis Christi Gertrudis, ejusque conversatione, quâ secundum Deum, & monasticam disciplinam, dum esset in humanis, regulariter vixit, ad exemplum sanctæ familiæ Christi; ea jam scribere aggrediar, quæ vel ipse meis visis oculis, vel à testibus idoneis, & fide dignis, accepi.* Et quid apertius verbis istis, quæ de Gertrude refert? *Minimè verò hoc loco id prætermittendum arbitramur, quod ipsa nobis, veluti terrore correpta retulit.* Obiit autem Gertrudis anno 102LXIV. Itaque, cum eo in opusculo dicitur filia esse Pipini, intelligi debet filia Pipini primi, qui senioris Carlomanni filius fuit. Non autem filia Pipini junioris, qui pater erat Caroli Martelli. Quin ea Pipini hujus matertera erat: uti major matertera Pipini régis. Hoc ita esse, satis superque liquet ex Stephano abbate ingestis S. Modoaldi: ubi refert, Pipino primo, ex Ita uxore, ternos fuisse liberos, Grimoaldum, Gertrudem, & Bertam. Ex his Bertam nupsisse Ansegiso. Eo ex conjugio natum esse Pipinum juniorem. Pipino illo prægnatum esse Carolum Martellum. Carolo eo natos esse, Karolum, Carolomannum, & Pipinum, primum Franciæ regem, Karoli M. patrem.

THEODORUS CAMPEDONENSIS, monachus S. Galli, claruit circa annum 102LXXX: ac præceptoris sui S. Magni vitam in literas retulit: quæ apud Surium exstat T. v. Antiq. Lect. Ejus cap. XXIX legas: *Ego Theodorus monachus ex monasterio S. Galli, jussu Tozzonis episcopi, sicut à Theodegezelò, monacho S. Columbani, de tanti viri conversationibus simul cum B. Columbano comperi, & oculis meis ipse vidi, & auribus audivi, posteaquam me reliquit in cellula Campidonensi: sicut postea à præfato venerabili episcopo Tozzone de virtutibus ejus didici plurima: sed non omnia in epitaphio scribere curavi, &c.*

CRESCONIUS, seu Crisconius, episcopus Africanus, eruditissimis virtus accensebatur ætate Leontii imperatoris. Carmine panxit

panxit historiam eorum, quæ Jo. Patricius gessit in Africa. Summam libri ex Cedreno cognoscere est; qui refert, ut, cum Arabes tertio Leontii anno, (is Christi erat 1000) Africam occupassent; Leon-
 gius imp. eò miserit Joannem Patricium, virum strenuum, qui hostes fuderit, castraque eorū in Africa cepit universa. Edidit Crisconius etiam canonū concordiam. Cujus operis in codice MSo bibliothecæ Vaticanæ ejusmodi inscriptio est: *Concordia Canonum à Cresconio, Africano episcopo, digesta sub capitibus trecentis. Iste bella, & victorias, quas Joannes Patricius apud Africam de Saracenis gessit, hexametris versibus descripsit.* Auctor Baronius ad an. Chr. 1000 ubi, occasione Dionysii abbatis, de aliis etiam canonum collectoribus tractat. Breviarium canonum Crisconii Luteriæ prodiit una cum Fulgentii Ferrandi breviario: subjiciturque codici canonum veteris Ecclesiæ Rom.

a Anno
1609.

Temporibus Aasimari Tiberii, vitam agebat auctor eorum, quæ de Lamberti, sive Landeberti, Trajectensis episcopi, ac martyris, vitæ; deque revelatione ejus anno post factâ; exstant Tomo 11 Antiquarum lectionum Henr. Canisii. Siquidem scriptor eorum, aut æqualis S. Lamberto, aut saltem suppar fuit: quemadmodum indicant hæc ejus verba: *Nec amplius, quam duo pueri, in Lamberti obsequio permanserunt. Unus autem ex ipsis, nomine Theodohenus, multa nobis de vitæ, & operibus ejus, solitus est enarrare.* At satis ex eadem vita constat, Lambertum ob sanctimoniam in honore fuisse temporibus Childeberti 11, septimidecimi Francorum regis, & Pipini, magistri equitum: cujus impuros amores, ac sædam libidinem cum reprehendisset; à Dodone, pelliæis fratre, crudeliter est interfectus, anno Chr. 1000 11.

Eremita quidam Britannus incerti nominis vixisse traditur anno 1000, rerum potente Ina, rege Visifaxonum. Reliquit opus de gestis regis Arthuri, & mensa ejus rotunda, & strenuis equitibus: uti Lanceloto, Morgano, Percevallo, Galguano, Bertramo, atque aliis. Sed multa fabulosa, planeque inepta admiscuit. Etiam, ut Vincentius Bellovacensis in historiali speculo testatur, de Josepho Arimatheenfi ad Walvanum quendam opus misit, quod appellavit Sanctum Graal: sed Balæus ait, libri hujus sermonem sibi ignotum esse.

S. BRITWALDUS, vel Bertwaldus, GLASCONIUS, Bedæ memoratur lib. v. Hist. cap. 19: ubi dicitur *vir scientiâ Scripturarum; ambusus, & Ecclesiasticis simul, & Monasterialibus disciplinis summe instru-*

Ibidem legas; abbatem fuisse in *monasterio quodam juxta ostium Aquilonare fluminis Cenladi: quod Raculf nuncupatur*. Balæus vocat abbatem Glafconienfem. Tandem archiepifcopus est factus Cantuarienfis. Præter alia condidit opus de origine Euefhamenfis cœnobii: & aliud de vita, & rebus geftis S. Equini, Wigornienfis epifcopi. Deceffit anno 10ccxxi, Ethelardo apud Occidentales Saxones regnante. Celebrat enim & Gervafius in catalogo fuo.

Leonis III Mauri tempore fuit JULIANUS LUCA S, natione Græcus, diaconus Toletanus. Nam Florianus à Campo, qui IV tomos rerum Hispanicarum Hispanicâ eudit linguâ, vixiffe eum ait, cum regeret in Hispania Pelagius. Atqui is regnum exorfus est anno 10ccxvii, ac decennium imperavit. Idem Florianus auctor est, Julianum hunc exarâffe hiftoriam rerum Hispanicarum. Sed opus hoc necdum fibi vifum eſſe, ait Jo. Vafæus, diligens rerum Hispanicarum ſcrutator: quem vide in Hiſp. Chron. cap. IV. Ubi & alios commemorat rerum Hispanicarum ſcriptores eidem Floriano laudatos; ſed quos ſedulò quæſitos reperire non potuerit. Hi ſunt SEBASTIANUS, electus SALMANTICENSIS, qui res Hispanicas ſignavit à tempore Pelagii uſque ad Alfonſum Caſtum. SAPHYRIUS, ASTURICENSIS epifcopus, qui ab Alphonſo Caſto progreditur uſque ad Bermudum, ſive Veremundum Podagricum. PELAGIUS, epifcopus OVETENSIS, qui à Bermudo hoc res Hispaniæ prodit uſque ad finem Alphonſi VIII. Porrò Sebaſtian: Salmanticenſis meminit quoque Petrus Antonius Beuterus, Theologus Valentinus: qui res Hispanicas eruditè, ſed Hispanicè expoſuit. At Pelagii Ouetenſis mentio eſt apud fratrem Alfonſum Venetum in Enchiridio temporum.

Constantino Copronymo æqualis eſt FREDEGARIIUS SHOLASTICUS. Hic memoriam ſui propagavit opere de geſtis Francorum. Quod MSum eſſe ſolet in bibliothecâ Palatinâ. Ex cujus optimo codice Nazariano auctorem eum in Corpore veterum Hiftoriæ Francicæ ſcriptorum Marquardus Freherus, vir bene de re literariâ meritis, repræſentat. Sed quod is minùs obſervâſſe videtur, etiam antea prodierat in Bibliothecæ Patrum Tom. VII: ubi libris X Gregorii Turonenſis, at omiſſo Fredegarii nomine, ſubjicitur. Orditur à Guntramno, Francorum rege: nempe inde, ubi deſierat Gregorius Turonenſis. Terminatur autem in obitu Karoli Pipini parentis: qui incidit in annum 10ccxxix. Sed iis, quæ in Nazariano codice inveniebantur, ſubjicit idem Freherus conſe-

cuti temporis historiam, usque ad annum DCCLXXIII: idque ex illis, quæ, juxta Bavaricum codicem MSum, exprefferat editio ingolstadtensis. Plurima autem Fredegarium exarasse, colligo ex præfatione ejus; ubi se ait ad exemplum Chronici Hieronymiani, & eorum, qui illud auxere, quinque Chronicorum libros contexuisse. In eodem veterum Franciæ annalium systemate habes Gregorii Turonensis, ut inscriptio indicat, excerpta Chronica ex Fredegarii Scholastici miscellâ historiâ. Quæ verba, cum planè sint ambigua, cautè omnino capienda. Neque enim Gregorius Turonensis excerptit potissima ex Fredegarii historia miscella: sed Fredegarus in miscella historia epitomen fecit Gregorii Turonensis. Quod ita esse, satis ætas utriusque docet. Nam Gregorius Turonensis producit historiam suam usque ad annum DCXCVI; quo ipso decessit. At Fredegarus incipit, ubi desit Gregorius, ac provehitur usque ad annum DCCL. ut ante minimùm centum & triginta vixerit post Gregorium Turonensem.

Eodem tempore scriptum est *ὁδοποιεῖον* S. Willibaldi, primi episcopi Aichstadiani sive Eystatensis. Habes apud Canisium T. IV Antiq. Lect. Auctorem hocæporici æqualem fuisse Willibaldi, vixisseque in monasterio Herdensheim, indicant hæc verba: *Ab ipso audita, & ex illius ore dictata, perscripsimus in monasterio Heidenheim, testibus mihi diaconis ejus.* Ad quæ verba in codice monasterii Rebdorfensis, quem Canisius expressit, adscriptum ad oram erat: *Hinc conjici datur, S. Balpurgam scripsisse hanc legendam: quia etiam in prologo asserit, se esse de parentela S. Billibaldi.* Saltem à femina, ac quidem consanguinea Billibaldi, opus hoc scriptum esse, constat. Quod ostendunt ista in præfatione: *Sed quia me, indignam tamen, de illorum genealogiæ stirpe, non aliunde propagatam, fortè de extremis ramorum fore noveram, &c.* Ubi in eodem codice adnotatum: *Fortè hæc illustris femina S. Balpurgis fuit, quia asserit se consanguineam hinc.* Verùm isti glossographi sententiæ obtitare videntur, quòd verisimile sit, ab eodem auctore esse *ὁδοποιεῖον* S. Willeibaldi, & vitam S. Wunebaldi, confessoris atque abbatis, quam Hodæporico Willeibaldi Canisius eodè in Tomo subjungit. Sanè qui vitam Wunebaldi composuit, non uno loco meminit exarata à se vitæ S. Willibaldi. Adde quod similima, & quasi unius auctoris, sit dictio utriusq; opusculi. Atqui vita Wunebaldi alium auctore habet, quàm S. Balpurgim; ut hæc verba indicio sunt: *Compertã atque conscriptam, atq; ex brevitate transcursum vitam B. Wunebaldi, Christi Confessoris; quam à sorore ejus, & ab aliis veneram.*

venerandis viris, qui illi per familiaritatem, & amicitiam, conjuncti fuerunt: præferimque ab eis, qui illo in discipulari, & magisterio, subditi fuerant, relatione didiceram. Ubi clarè inquit, se à sore S. viri, (at ea Walpurgis, seu Walpurgis erat) illa, quæ refert, accepisse. Non ipsa igitur Walpurgis exaravit ista: sed alius, aliâve ei æqualis. Quare aut neutrum opus fuerit S. Walpurgæ: aut si ejus fuerit *ad omnia*, saltem vita Wunebaldi erit alterius: uti & visum fuit Henr. Canisio, viro docto, ac industrio, & de mediæ ævi scriptoribus præclare merito. De ætate ejus quæ diximus, simul autem de ejus dictione, ita Barthius Advers. lib. XLVI. cap. II, *Auctor*, inquit, *vita S. Wunebaldi potissimus quidem ejus ætatis & generis*, adeo vetus, ut pene latinis scriptoribus accenseamus. Scriptus autem sub Pipino, Caroli M. parente.

ARNO, Salisburgensis archiepiscopus, tempore Caroli Francorum regis, qui postea, & imperium, & Magni cognomen adeptus est, indicem conscripsit eorum, quæ Ecclesiæ Salisburgensi tradita sunt à Theodone Theodorico, Huchberto, Otilone, Tassilone, Bavarix ducibus; aliisque nobilibus Bavaris. Expressit è MSo codice Henricus Canisius T. II Antiquæ Lect. Atque idem adjecit privilegium regis Philippi; quo donis omnibus Saltzburgeris Ecclesiæ collatis auctoritatem addidit anno 1096.

S. ADELINUS, sive *Adelinus*, qui nonnullis *Adelmus*, prius monachus erat S. Carilefi; postea, non undecimus quidem, sed vigesimus Sagensium, seu Sagiensium factus episcopus fuit; & sacro ministerio, non S. Ravereno, qui decimus episcopus erat; sed Sancto Godegrando, qui sedit circa annum 1025, successit: successorem verò habuit Ragenfridū: etsi multò aliter de his in catalogo Sagensium episcoporum scripserit Antonius Demochares. Sed sequor ipse, quæ Ægidius Brien, dominus de la Clegerie, multò accuratius de eo tradidit in catalogo eo Sagensium episcoporum, quem historiæ Perticensium Comitum; ac ducum Alenzoniorum, subjunxit. Adelini ætatem omittit Demochares. Planè autem statuo, vixisse circa annum 1025. Siquidem vitam scripsit S. Opportunæ virginis, & abbatissæ: quæ anno obiit 1025. At S. Opportunæ frater fuit S. Godegrandus: eum verò non alium esse arbitror, quàm S. Godegrannum, cui S. Adelinum successisse dicebam. Non autem confundendus hic cum Adelmo, qui Caroli M. ætate vixerit. Siquidem Adelmus is, non episcopus, sed monachus Benedictinus fuit. Loquimur autem de Adelmo illo, cui Papirius quidam

dem Massonus, vir doctissimus, tribuit gesta Pipini, Karoli Magni, & Ludovici Pii; quæ sub Aimoini nomine libro IV leguntur. Sed Pithæus eorum auctorem Adhemarum potius esse censet: pro quo extrema libri IV verba facere videntur.

Eriam Caroli M. aetate fuit Gallus ille, qui sex libros collectaneorum Chronologicorum dedit: quorum primus est ex incerti nominis scriptore, qui sub Alexandro Severo floruit. Ita inscriptio præfert. Nec dubito, quin is sit Julius Africanus, nobilis chronographus: quem eo tempore vixisse, constat. Alter autem liber ex Idacio, & aliis, collectus fuit: ut quidem titulus indicat: de quo nihil habeo dicere, quia de temporibus ante Valentem imp. nihil Idacii, ut arbitrator, superest. Tertium verò ex Idacio descriptum esse, satis docet Chronicon ejus à Scaligero unà cum Eusebio, Prospero, & aliis, editum. Quartus est ex Thoromacho, chronographo Græco. Quintus autem est Hilarionis: de quo suo loco diximus. Sextus est ex Thoromacho eo, quem antè memoravi.

CAP. IV.

Referuntur historici, qui claruere, cùm imperium Romanum foret penes stirpem Karoli M. Ex his Andreas Agnellus egit de archiepiscopis Ravennatibus: Raguel Cordubensis de vita, ac passione S. Pelagii martyris: Theodulphus, ut ajunt, de Karolo M. & Ludovico Pio: Ermenoldus, sive Ermenricus, de vita sancti abbatis Solæ: Petrus Cassinensis de vita S. Athanasi, Neapolitani episcopi: S. Prudentius junior de vita S. Mauræ virginis. Eulogius Cordubensis de passione quinque martyrum; imò & de aliorum multorum martyriis: Alvarius Cordubensis de vita ac passione S. Eulogii: Folquinus de gestis abbatum Lobienfium: anonymus de genealogia Karoli M. Ratpertus de rebus monasterii S. Galli: anonymus, poeta Paderbornensis, de vita Karoli M. Herembertus de principibus Beneventanis: Wolfhardus de vita S. Walpurgis: Hebernus de miraculis B. Martini: anonymus de vita S. Hugonis, abbatis S. Martini Eduensis.

Nunc eos exponere aggredior, qui floruerunt, postquam Occidentis imperium instauratum est à Karolo Magno. Ac primùm eos complectar, qui fuerunt, dum imperium esset penes Karoli stirpem.

ANDREAS AGNELLO, temporibus Ludovici Pii, Ravennatis ecclesiæ archiepiscopus fuit, ordine in ea sede decimus, vir arte præstantissimus, atque acri in omnibus rebus ingenio præditus: ut de eo Hieronymus Rubeus lib. v. Historiæ Ravennatis tradidit. Atque idem de historia ejus Ravennati hæc paulò post subjungit: *Hæc ex Andrea Agnello descripsimus; qui his non solum interfuit, sed præfuit; summæque doctrinæ eruditus, de Ravennatibus archiepiscopis volumen gravissimè scriptum reliquit. Quod cùm diu in Archiepiscopatus bibliotheca fuisset; superioribus annis cum multis aliis sublaturum nullibi invenitur, magnâ quidem certè jacturâ.* Mentionem ejus quoque semel iterumque facit lib. II, uti & III. Ac Ioannes Petrus Ferretus ad verbum eum exscribere amat: ut idem auctor est. Meminit & Baronius T. IX ad an. Iccccxv. sed ex Rubeo: quod indicio est, ne in Vaticana quidem bibliotheca superesse.

THEODULPHUS, primùm abbas Floriacensis, post episcopus Aurelianensis, auctor hymni Ecclesiastici, cujus initium, *Gloria, laus, & honor, tibi sit;* claruit tempore Ludovici Pii: à quo & in carcerem conjectus fuit, quia particeps fuisset conjurationis Bernardi, Italiæ regis. Vide Sigebertum in Chron. ad an. Iccccxiii. Hic ab Arnaldo Wion, in Ligno Vitæ, inter alia scripsisse dicitur Annales Karoli M. & Ludovici Pii. Sed ejus rei, nec Sigebertus meminit, nec Tritheimius in catal. nec Philippus Berg. in Suppl. Chron. lib. xi. nec, quod sciam, veterum, aut juniorum ante Arnoldum Wionem, ullus.

Rabani quoque æqualis fuit **S. ERMENOLDUS**, sive, ut alii codices MSi appellant, **ERMENRICUS**, aut etiam *Ermaricum*, diaconus, & monachus; qui vitam exaravit sancti Solæ, Angli, abbatis in Solenhoven. Exhibet eam Canisius Tom. iv Antiq. Lect. De ætate scriptoris indicio erunt hæc verba ejus: *Ad egregium Fuldense cœnobium, potestativâ manu contradidit. Vbi, Deo providente, modò sanctissimus, ac in omni parte peritissimus, dominus abba Rabanus perspicabiliter fulget.* Extremo istoc Canisii Tomo, præter præfationem in vitam Solæ, etiam Gund. mmi ad Ermaricum, & Ermanrici ad Ruodolphum epistolam reperies. Cæterum in Posslevini Apparatu sacro lego, Ermenricum hunc fuisse septimum abbatem Eluvangensem

genslem congregat. Luxoviensis, atque etiam dialogum edidisse de vita & miraculis S. Hariolphi, abbatis primi Eluvangensis. Imò, si idem Ermenricus, & Ermenoldus; idem quoque fuerit *Ermenoldus* is, qui elegiaco carmine cecinit panegyricum Ludovici Pii.

Lotharii, & Ludovici II ætate, vixit **PETRUS, CASINENSIS** diaconus: quippe qui æqualis fuerit S. Athanasio, Sergii filio; qui episcopatum Neapolitanum adeptus est à Leone Papa anno **IOCCCL**; atque à Nicolao Papa anno **IOCCCLXI** ad synodum Lateranensem vocatus fuit; anno autem **IOCCCLXXI** diem suum obiit. Hujus Athanasii vitam descripsit Petrus Casinensis; eoque ex opere Baronius in annis memoratis, præsertim anno **IOCCCLXXII**, pleraque de Athanasio exscribit.

S. PRUDENTIUS JUNIOR, Hispanus, Tricassensium seu Trecensium episcopus **XXXVII** à Carolo Calvo rege ad instaurantá prope colapsam cœnobiorum Gallia disciplinam unà cum Lupo, Ferrariensi abbate, delegatus fuit: ut Lupus ipse auctor est epist. **LXIII**, quæ ad Prudentium hunc missa est. Prosâ reliquit vitâ B. Mauræ, virginis; cui illustrandæ est Barthius Adversar. lib. **XLIV** cap. **XIX**. Obiit anno **IOCCCLXIV**. Festum ejus celebratur die **VI** Aprilis. Hujus ratione Aurelius Prudentius interdum Prudentius Major vocatur in vet. glossis.

Temporibus Ludovici junioris Imp. longè lateque effulsit **B. EULOGIUS, CORDUBENSIS**, electus archiepiscopus Toletanus, ac demum martyr. Hic victuris chartis prodidit martyrium æqualium suorum, Georgii diaconi, Aurelii, Felicis, Nataliæ, & Liliofæ: qui martyrium sunt passi, non quidem circa annum Christi **IOCCXV**, ut Haræus tradidit in epitome Sanctorum: sed anno **IOCCCLI**, ut rectè docet Baronius ad eum annum. Habes apud Surium **T. IV** die **XXVI** Aug. Sed est ea particula duntaxat majoris operis, quod inscribitur, *Memoriale Sanctorum*. Ejus libro primo oppugnat Eulogius illos, qui contenderent, martyres plus Ecclesiæ Hispanicæ obesse, quam prodesse. At secundo tertioque libro, exponit quinquaginta penè martyrum Hispanicorum nomina, ætatem, gesta, martyria. Præterea edidit apologeticum. Eo, præterquam quòd depugnat adversus calumniatores martyrum (uti & fecerat Memorialis sanctorum lib. **I**) etiam Ruderici, ac Salomonis, vitam, & martyria, oratione suâ nobis depinxit. Præterea exaravit documentum martyrii Eulogii presbyteri; quod Floræ, & Mariæ, in carcerem conjectis, dedicavit, Epistolæ quoque ejus, & alia, supersunt. Opera ejus primus reperit Petrus Pontius Leo, patris

enā Cordubensis, episcopus Placentinus. At divulgavit primus, ac scholiis eruditus illustravit Ambrosius Morales, iidem Cordubensis, historicus regius, ac eloquentiæ professor in Academia Complutensi. Exstat Tom. IV. scriptorum Hispaniæ illustratæ, qui Francofurti prodierunt.

Iidem Ludovici junioris imp. ætate claruit ALVARIUS ^{a Al. Alvarus.} CORDUBENSIS, vir genere illustris. Hic posteris transmisit vitam ac passionem beati Eulogii presbyteri ac doctoris, qui martyrii coronam consecutus est temporibus regis Mahomed, erā 1000. xcv. sive anno Christi 1000. clx. Eulogio autem Alvarius familiaris admodum fuit; ut ostendunt verba ista in opusculi initio: *Profiteor, me non audita, & dubia; sed visa, & per me probata retexeres; quoniam, gratiâ Dei cooperante, à primævo adolescentiâ flore charitatis dulcedine, & Scripturarum amore, uno vinculo concordii innexi, hujus vitæ, licet non pari ordine, tamen pari affectu, in cunctis quæstionibus duximus jugum. Sed ille (Eulogius) sacerdotii ornatus munere penni virtutum in sublime erectus, altius evolabat: ego luxuriæ & voluptatis luto confectus, terrâ tenuis repens hæcenus trahor. Et inde est, quòd non incerta, & quorumcunque hominum narratione comperta; sed mecum gesta, & per me cognita, narrare disposui. Etiam in fine opusculi sic eum compellat: Ergo, martyr Dei excelsæ, dulcis nomine Eulogi, Alvarum tuum clamantem intende; & quem hic tenuisti charitate animo fixum, illic tibi ad sociâ servum. Non aliorum, quàm tuus, te interveniam verbis. Certè ego sum ille, quem tecum unitum esse dicebas: ad quem, & pro quo, hoc modo locutus es, ut non sit, inquis, alter Alvarus, quàm Eulogius; nec alibi, quàm penes intima Alvari, totus sit conlocatus amor Eulogii. Valeat, valeat, Christe domine, hac suavibus, fidelisque inter utrosque dilectio.* Auctori huic lucem scholiis eruditis attulit Ambrosius Morales Cordubensis, historicus regius. Exstat Tom. IV. scriptorum, à quibus Hispania illustrata est. Memoratur Alvarius etiam libro suo Scintillarum. Eo sententias Patrum collegit, quas secundùm virtutum vitiorumque locos communes digessit. Basileæ is, sed mutilus, & absque nomine auctoris, prodiit. Integer autem in bibliothecis Hispaniæ superest; teste Ambrosio Morali b. Pontius Leo, episcopus Placentinus, putabat, ejusdem esse *Indiculum luminosum*; qui in membranis manu exaratus literis Gothicis Cordubæ habetur in bibliotheca Fani Majoris; sed absque auctoris nomine. Tempora sanè conveniunt. Nam scriptus is liber anno 1000. cl. ut ipse ait auctor. Et stylus ab Alvarii dictione non abludit. Nec tamen adspersandum est, quod adversus eam senten-

b Notis
in Eulo-
gii vitâ
T. IV. Hi-
span. il-
lustr.

sententiam obducit Ambrosius Morales. Nam si Alvari foret, meminisset alicubi Eulogii, quicum ramareta ei amicitia intercesserat.

FULQUINUS, sive Folquinus, ex monacho Bertiniano abbas xxii cœnobii Lobienſis, temporibus vixit Lotharii Imp. & Ludovici junioris. Hic non Isidoro quidem, ut Possevinus ait: sed Sigeberto memoratur, in catalogo cap. cxxxviii; his verbis: *Fulquinus, abbas Lobienſis, scripsit gesta abbatum Lobienſium, subintroducens per digressionem plura legentibus utilia.* Exstat id opus manuscriptum Gemblaci. Idem etiam, quod Sigebertus præterit, consignavit miracula S. Ursuari: quæ MSA supersunt Leodici ad D. Jacobum. Item vita S. Folquini Morinorum Episcopi, qui anno excessit Iocccv, atque ad S. Audomarum in B. Bertini monasterio, ubi alter hic Folquinus monachus tum erat, sepultus fuit. Elogium, quo idem monachus episcopum Folquinum proſequabatur, huiusmodi est:

Hic veneranda patris Folquini membra quiescunt,

Antistes dudum qui fuerat Morinûm;

Quique quaterdenis vite dux exstitit annis,

Mente actûque pio jussa operando Dei:

Qui quartadecimâ decedens luce Decembris,

Clarus Apostolicum gaudet adire chorum.

Exstat hæc S. Fulquini Episcopi vita MSA in rubra valle apud Bruxellam. Alii Fulcuinum Lobienſem & Bertinianum divertos putant: quos Swertius sequitur in Athenis Belgicis.

Temporibus Ludovici II Imp. in vivis erat auctor chartæ de genealogia Karoli M. à Canisio editæ T. v Antiq. Lect. Hoc docent extrema verba: *Post quem (Ludovicum Pium) Ludovicus filius, & æquivocus ejus, in Orientali Francia suscepit imperium, qui anno præſente, id est incarnationis Domini nostri Jesu Christi Iocccclxvii, xxviii anno regnare videtur.* Vixit scriptor is in Germania, quam vocat Franciam orientalem. Hanc enim temporibus Lotharii, & Ludovici II, imperatorum, nempe ab anno Iocccxl usque ad annum Iocccclxvi, rexit Ludovicus ille, de quo hic sermo: nempe minimus natu filiorum Ludovici Pii, parens Caroli Crassi imperatoris.

Temporibus Ludovici II, Caroli Calvi, Ludovici III, & Caroli Crassi, fuit RAPERTUS sive RATPERTUS Thuregienſis, monachus monasterii S. Galli, cognatus S. Notkeri. Condidit chronicon monasterii sui usque ad Abbatem Bernardum I; qui cœnobio illi præfuit an. Iocccclxxxiii: ac eopse anno decessisse scriptor

scriptor hic videtur. Exstat id chronicon MSum quater, vel sapius, in monasterio antè dicto. Hymnos etiam reliquit de S. Gallo, & de S. Othmaro. Etiam vitam S. Galli, sed Germanicâ linguâ, composuit: quam Latine postea vertit Eckerhardus junior.

Rerum portente Arnulpho, vitam egit poëta ille Paderbornensis, qui ex annalibus Adelmi Benedicti versu heroico expressit vitam Karoli Magni. Ut autem ille ex Adelmo, ita Adelmus sua ex Eginharto hausit: unde & poëta idem lectorem ad Eginhartum remittit. Sic enim canit:

De vita Caroli scriptam legat ipse libellum,

Quem summo prudens Einhardus nomine scripsit.

Editio poëtæ ejus Reinero Reineccio debetur. Eum ut temporibus illis latine satis ac luculentè scribere, judicium est Jani Douzæ præfatione altera Annalium suorum de rebus Batavicis elegiaco carmine contextis.

Ludovici II Imp. ætate claruit HEREMBERTUS, seu Herempertus, vel Erempertus. Scripsit Longobardicam historiam principum Beneventanorum: cujus MSum codicem se habere, alterumq; etiam in Columensi bibliotheca extare, ait Baronius ad ann. 1000. Qui & alibi ejus meminit, ac interdum Rembertum, vel Rempertum, vocat. Uti ad an. 1000. Atq; idè ad annu 1000. ex eo se de promere ait, quæ ad annales Ecclesiasticos pertinèrent. Wolphangus Lazius etiam meminit Heimberti operis de rebus à Karolo M. gestis, atque illud reponit inter ea, unde profecit in commentariis suis de Rep. Romanâ. Lazium hac parte sequitur Simlerus in bibliothecâ, & Popelinierus Historiæ Historicorum lib. VIII. Videndum, idemne an alius sit Rembertus seu Rimberrus ille, qui vitam S. Ansgarii tradidit; ut diximus lib. II cap. xxxvii.

Arnulphi ætate etiam fuit WOLFHARDUS, monachus cœnobii Hasenrietani, quod Karolus M. exstruit; Arnulphus autem in collegium canonicorum secularium mutavit. Wolfhardus hic libris quatuor consignavit vitam S. Walpurgis, seu Walturgis, ac imprimis miracula, quæ in monasterio S. Salvatoris Monheimensis contigere. Id autem fecit rogatu ejus, cui id opus dicavit. Est is Erkenwaldus, seu Erenwaldus, seu Erchenbaldus, vel Erchenboldus, octavus Eysterensium præsul; qui electus est anno 1000. atque anno deceffit 1000. Habes pleraque ex hac vita apud Surium T. VII. sed stylo mutato, multis præteritis, absque auctoris nomine. At bonam partem ejus, fide item bonâ, addito

nomine scriptoris, ex codice Monasterii Rebdorfenſis repræſentat Caniſius T. IV Antiquæ Lect. Ac priùs quidem priorem habemus librum. Poſt autem aliquot aliorum vitas, præter variantes lectio- nes, etiam ex codice Windbergenſi librum ſecundum adtexit. Interim liquet, mutilè, hoc eſt duos duntaxat libros, vel potiùs penè duos, exhibuiſſe, cùm Wolfhardus quatuor concinnarit: ut ex anti- quis conſtat membranis. Ex Wolfhardo hoc poſtea PHILIP- PUS, trigèſimus nonus Eyſtadienſium epifcopus, excerptit ſuum de vitâ Waltpurgis libellum; ut poſtea dicemus.

HEBERNUS, archiepiſcopus Turonenſis quinquageſimus pri- mus, honorem hunc adeptus eſt anno 1000 LXXXVII, qui ultimus fuit annus Caroli Cræſſi Imperatoris: atque annis ſedit XXVII, menſibus quatuor: ut deceſſerit tertio anno Conradi Imp. Ergo imprimis claruit temporibus Arnulphi, & Ludovici IV: qui inter Carolum Cræſſum, & Conradum, imperium tenuerunt. Reliquit librum de miraculis beati Martini poſt ejus è Burgundia reditum. Sui epifcopatus, & ejus, qui antecèſſit, meminit ipſe in hoc opere verbis iſtis: *Contigit eodem menſe, dum eſſet conſul Ingelgerius Turonis, Adalaudum conſectum ſenio viam univerſe carnis intrare. Ingelgerius verò conſul, auxiliante Deo, & intercedente B. Martino, opitulantiſſimis etiam clericis, nec non & conſentientibus civibus Turonica civitatis, intronizavit, & in ſede epifcopali ſublimavit Hebernum ſenem, ſanctum beati Martini Majoris-Monasterii abbatem, & miniſtrum.*

Eciam Ludovici IV, uti & Conradi I temporibus, vixit auctor incertus vitæ S. Hugonis, abbatis S. Martini Eduenſis. Quippe æ- qualis fuit S. Bernonis, cujus & ibi mentio fit. Luculentum inde fragmentum habes in bibliotheca Cluniacenſi, inter teſtimonia a
 a Col. 6.

CAP. V.

*Commemorantur hiſtorici, qui vixerunt, cùm res imperii fo-
 rent penes Henricum Aucupem, & hujus poſteros. Ex iis
 ſcriptoribus Raguel Cordubeniſis ſignavit vitam, & paſſio-
 nem S. Pelagii martyris: Ioannes Caſſinenſis Chronica:
 Nagoldus vitam Odonis, abbatis Cluniacenſis: anonymus,
 vitam S. Vdalrici: S. Notkerus vitam S. Galli, & mar-
 tyrologium: Theodoricus Archiepiſcopus Trevirenſis vi-
 tam*

tam B. Virginis Mariæ, & S. Ludrudis: Ajo monachus memorabilia cœnobii Croilandenfis: Romerius duos annalium libros: Luitolphus miracula S. Vdaltrici: anonymus translationem S. Benedicti: Arnoldus, comes Vogburgenfis, miracula B. Emmeramni.

Vidimus de iis, qui claruere, dum imperium Occidentis constitit in stirpe Karolina: qua ex domo ultimus imperio potitus est Ludovicus IV. Huic successit Conradus. Sed octennio post regere cœpit Henricus Auceps Saxo: atque ita imperium à Francis translatum est ad Saxones: quod factum an. MCCXCX. Successores autem habuit Henricus è progenie sua, primùm filium Ottonem primum, hinc nepotem Ottonem II, tum pronepotem Ottonem III, exinde alterum pronepotem Henricum III, cognomento Sanctum, qui imperare desit an. CXXXIV. Exponam nunc historicos aliquot, qui tempore quinque horum Saxonica profapie Cæsarum vixerunt.

Qualis **RAGUEL CORDUBENSIS** presbyter. Hic descripsit vitam ac passionem S. Pelagii, martyris Cordubensis: qui, regnante Habdarraghman rege, passus est an. MCCXXXV. Iisdem autem temporibus Raguelem vixisse, ac Pelagium; arguit illud, quòd ex sodalibus Pelagii ea accepisse se ait, quæ de sancto viro refert. Adde quòd de sepultura quidem loquitur: at de translatione Pelagii tacet; quæ tamen non multis post annis contigit. Unde conjecturam capere licet, ea ante translationem consignasse. Hoc Ragueus opusculum primus reperit, & scholiis illustravit Ambrosius Morales. Habes Tom. IV scriptorum, qui Hispaniam illustrarunt.

Fuit & tum **JOANNES**, abbas Cassinensis, qui XCIII fuit à B. Benedicto, atque anno decessit MCCXXXIV, successoremque habuit Adelpertum: ut cognoscimus ex Leone Marsicano, sive Ostiensi, Chronici Casinensis lib. I cap. LVI, LVII, & LVIII. Accipite quidem LVI inter alia fusè narrat idem, quomodo, cum ex archidiacono Capuano factus esset abbas, monachis Teani constitutis auctor fuerit, ut Capuam se conferrent, quæ primaria civitas foret: atque ut primus ibi monasterium fecerit. Unde satis liquet, signari hunc Joannem ab eodem Leone in præfatione Chronici, his verbis: *Adhibui præcipuè CHRONICA Ioannis abbatis, qui primus in Capua nova monasterium nostrum construxit.*

Temporibus itidem Henrici Aucupis in pretio erat **NAGOL-**

DUS, sive NALGODUS, qui in Posslevino malè *Nalgendus*, monachus Cluniacensis, describit vitam Oddonis, seu Odonis, abbatis Cluniacensis 11; ut est in Chronico Cluniacensi. Ætas ejus satis inde dilucet, quòd fuerit discipulus Odonis; qui obiit anno 1000. XLV, hoc est nono anno Ottonis primi, cognomento Magni. Imperium autem is tenuit annis XXXVI. Ut sit verisimile, ultimis ejusce Ottonis annis claruisse.

At Ottonis I, & II, temporibus fuit is, qui primus, sed rudi stylo, conscribavit vitam S. Udalrici, episcopi Augustani. Ætatem indicat, quòd conversatus fuerit cum hoc S. Udalrico; qui factus est episcopus anno Chr. 1000. XXIV, atque obiit anno 1000. LXXIII, IV Non. Jul. anno quinquagesimo episcopatus sui, cum annos vixisset LXXXIII. Ex hoc scriptore sua in Udalrici vitâ hauserunt Gebeardus, episcopus Augustanus, & Berno, Augiæ abbas: qui in eo elaborarunt, ut, quæ prius rusticâ dictione ab anonymo expressa essent, ea à se elegantius politiusque composita plures oblectarent. Atque ita fecere, ut fons ipse multum negligetur: imò aliquot sæculis nesciretur, usque dum eum tandem reperit, atque iterum orbi ostendit Marcus Velferus. Nam is primus illam S. Udalrici vitam è tenebris eruit, ac publici juris fecit.

Præter hunc, extremis Ottonis Magni temporibus, atque item 11 Ottonis ætate, doctrinâ vitâque excelluit S. NOTKERUS, monachus S. Galli, nepos Ottonis M. ut de eo scribit discipulus Notkeri Hartmannus, qui aliis Hartmundus nominatur. Composuit vitam S. Fridolini abbatis lib. 1. item vitam S. Galli lib. 111. Habes hæc MSA in bibliotheca S. Galli. Idemque est auctor martyrologii, quod ex bibliotheca S. Galli primus edidit Henr. Canisius T. VI Antiq. Lect. Sed aliquot dies Octobris, & duo extremi menses, penitus desiderantur. Absque dubio autem hic est unus ex tribus illis Notkeris, quos Eckerhardus a commemorat, & in monasterio S. Galli vixisse dicit. Primus à vitio linguæ dictus est *Balbulus*, stirpe nobilis, scientiâ virtuteque clarus: cujus vitam scripsit Eckerhardus. Alter est cognominatus *Piperis granum*; nempe ab ingenii acrimonia; vir sane pietate, & doctrinâ insignis. Tertius est Notkerus *physicus*, abbas postea factus: cujus gesta referuntur in libro casuum monasterii. Primus horum martyrologii auctor est: ut Jodocus Metzelerus b, monasterii S. Galli professus, & ex eo Henr. Canisius c ostendit. Illum autem Ottonis M. ætate vixisse, clarè liquet ex vita ejus ab Eckerhardo proditâ cap. V, XXXI, aliisque

a In vita
Notkeri
Balbuli
cap. 5.
b Libro
de illustribus
viris S.
Galli.
c Noris
in T. v.
Antiq.
Lect.

aliisque locis. Satis autem mirari non possum, quid in mentem
 venerit eidem docto viro, ut traderet, Notkerum fuisse nepotem
 M. Ottonis: atque adderet, floruisse an. 10cccl: idemque refer-
 ret: quodam e hoc Notkero legi in codice (nisi librarii is error
 est) ante ann. 10ccscripto. Nam Otto Magnus demum impe-
 rare cepit anno 10ccclxxvi, & obiit anno 10ccclxxiii. Quo
 pacto igitur illius nepos floruerit anno 10cccl, tantò ante natum
 Ottonem? Et quomodo potuit vidisse librum de Notkero, qui scri-
 ptus esset ante annos octingentos, si Notkerus, ut ait ipse, demum
 claruit an. 10cccl? Nam ab eo tempore usque ad annum 10clxiv.
 (quo ex Metzlero ista Canisius in notis ad T. vi: Antiq. Lect. re-
 tulit) tantùm sunt anni 10cccliv. At quanto minùs potuit tam ve-
 tustus codex esse, si Notkerus Ottonis M. ut idem fatetur, nepos
 fuit? Nam ab Ottonis M. excessu usque ad annum, quo ista ex
 Metzlero traderet Canisius, solùm anni sunt 10cxxx. Quid igitur
 absurdius, quàm ut librum de Notkeri hujus vita conspexerit
 Metzlerus, qui sesquifeculo toto ante natum Notkerum conscri-
 ptus esset?

a Apud
 Canisii
 T. 5. Ans.
 lect. pag.
 740.

Idem ultimis annis Othonis I. claruit THEODORICUS, archie-
 piscopus Trevirensis: qui præter vitam S. Virginis Mariæ, etiam
 vitam scripsit S. Ludrudis, virginis sanctimonialis in Corbejà re-
 quiescentis.

Tempore Othonis II AIO, monachus Anglus ordinis S. Be-
 nedicti, egisse dicitur in monasterio Croilandensi. Hic monasterii
 sui memorabilia, jussu abbatis Turketuli, consignavit. Est ea hi-
 storia quasi annorum 0CLX: nempe ab anno circiter 10cc, usque
 ad annum 10ccclxx; quo Edgarus in Anglia regnabat.

ROMERIUS, ut Simlerus ait, composuit duos annalium li-
 bros; quibus Rheginonis historiam ab anno 10ccclvii, usque ad
 annum 10ccclxxvi, persequitur. Cunque appendix ea, quæ
 Rheginoni hodie addi solet, totidem sit annorum, planè sit verifi-
 mile, eam vel Romerii hujus esse, vel ex Romerio excerptam. Illud
 quoque verisimile est, scriptorem anno eo vixisse, quo annales suos
 finit. Nec tamen præfractè isthoc asseverem. Invenio ejus quoque
 mentionem apud Aventinum; ubi historiam Romerii de gestis Ger-
 manicæ inter illos refert auctores, quos in secundo de Annalibus
 Rojorum sequitur.

Imperante Ottone III, anno 10ccclxi, in synodo Romanâ
 obtulit LUITOLPHUS, sive Ludolphus, Augustæ episcopus,
 D d d d 3 libel-

libellum à se scriptum de miraculis S. Udalrici: qui à Papa Joanne xv, ac Synodo memoratâ, fuit comprobatus: eodemque in concilio Udalricus est relatus in numerum sanctorum. Acta ea synodalis conventus à M. Velfero edita sunt in lucem: in quibus & illud de Luitolphi libello legitur.

A nonymus monachus S. Launomari literis prodidit translationem S. Benedicti; quæ contigit anno clovi. Ejus verò oculatum se testem fuisse, ipse testatur. Vide annales Aurelianenses Saussiji ad annum memoratum: ubi ex MSo cod. monachi ejus luculentum adducit locum.

DIETHMARS, sive *Ditmarus*, Sigefridi, Saxonici Comitis filius, primùm monachus fuit cœnobii S. Joannis Magdeburgi sub Riddago abbate, hinc præpositus Wallibicensis, ac tandè Mersburgensis in Misnia Episcopus. Chronicorum libros vii reliquit; quibus complectitur gesta quinque imperatorum, Henrici i, Ottonis i, ii, iii, & Henrici ii; cujus temporibus vixit. Meminit & Paullus Langius penè initio Chronici Citizensis. Ac sæpius in Saxonia sua memorat Georgius Fabricius. Sincerissimum scriptorem appellat Possevinus. Opus verò Chronicorum scribere orsus fuit anno Christi cloxxvi, ætatis suæ xli, episcopatus x, anno uno ante obitum. Quemadmodum cognoscere est ex eo, qui, paullò post Ditmari excessum, vitam illius literis commisit.

Æqualis huic fuit GEBHARDUS, episcopus Augustanus: qui anno sedere cœpit clovi, ac novennio Ecclesiæ præfuit. De hoc superius diximus, ut vitam S. Udalrici, quæ ab æquali ejus scripta erat rusticè, atque ineleganter, nitidius politiusque expresserit: uti & à Bernone Augiensi paullò post factum fuit. Est autem Gebhardus ille, qui Ecclesiam S. Afræ à S. Udalrico exstructam, ubi & sepeliri voluerat, cōvertit in monasterium, ductis eò monachis S. Benedicti.

Etiam Henrici ii, imò & Conradi Salici tempore, illustis fuit ARNOLDUS, Comes Vogburgensis, Marchio de Cham, monachus S. Emmerammi, ad quem Meginfredus, Magdeburgensis magister, & præpositus, epistolam scribit operi suo de vita & virtutibus S. Emmerammi præfixam. Quemadmodum autem Meginfredus vitam Emmerammi post Cyrinum in literas retulit: ita Arnoldus Comes duos libros fecit de miraculis B. Emmerammi, deque memoria cultorum ejus. Reperies apud Canisium Tom. i: Antiq. Lect. Sui temporis fidelissimum scriptorera appellat Cæsar Baronius Tom. xi ad an. cloi.

CAP. VI.

Referuntur historici, qui fuere temporibus Conradi Saliqui, ac deinceps, usque ad Lotharium II. Ex quibus anonymus reliquit vitam Burchardi Wormatiensis: alter Chronicon S. Benigni Divionensis: alius vitam S. Guntheri: Odo Fossatensis vitam: Burchardi, comitis Parisiensis: Guntherus Bambergensis itinerarium peregrinationis suæ Hierosolymitanæ: Thomellus Flander vitam, ac laudes Balduini Pii: Andreas, monachus Vallis-umbrosæ, vitam S. Ioannis Gualberti: anonymus Chronicon Cluniacense: Gerochus Richerspergensis historiam de dissensu Henrici IV imp. & papæ Alexandri II: Guilielmus Appuliensis poëma historicum de gestis Normannorum in Italia: Gaufridus, monachus S. Benedicti, gesta Roberti Guiscardi, & fratrum ejus: Haymo Hirsaugiensis vitam, & miracula B. Guilielmi Hirsaugiensis: Raimundus de Agiles, sive de Podio, historiam Francorum, qui ceperunt Hierusalem: item alius gesta Francorum, & aliorum Hierosolymitanorum: Baldricus Aurelianensis, sive Dolensis, vitam B. Samsonis, & S. Hugonis, & historiam Hierosolymitanam: alius vitam Roberti Frisii: item alius res sui temporis: Guibertus abbas gesta Dei per Francos: Alexander Atrebas vitam B. Goswini: Ioannes, monachus S. Vincentii, chronicon sui monasterii: Dominizo presbyter vitam Machthildis comitis: S. Bruno vitam S. Petri Anagniensis: Ademarum monachum Chronicon Aquitanicum, & Chronologiam abbatum Lemovicensium: anonymus gesta Hierusalem expugnantium: Rupertus Gallus historiam belli contra Saracenos: Sugerius abbas vitam Ludovici Crassi, & Ludovici VII: Oldericus, sive Ordricus, historiam Ecclesiasticam: Albertus, sive Albricus Aquensis, historiam Hierosolymitanam: Gauterius cancellarius res ad Antiochiam gestas: Fulcherius Carnotensis

notensis gesta Balduini, regis Hierosolymitani: anonymus vitam Tyemonis, episcopi Saltzburgensis.

POST Henricum I I, qui Saxonica stirpis erat, imperium fuit penes Francones ad Mœnum: qua ex gente princeps imperii habenas accepit Conradus I I, Saliquus. Id anno contigit c l o x x i v. Post eum rexit filius Henricus I I I: tum nepos Henricus I v: hinc pronepos Henricus v: qui regendi vivendique finem anno fecit c l o x x v. Intervallo isto, quod centum & unius annorum est, multi claruere rerum gestarum auctores. Nunc ex his eos commemorabo, de quibus superiori libro nihil dictum est nobis.

Antiquissimus eorum est incerti ille nominis scriptor, cujus beneficio nota est vita Burchardi, Wormatiensis episcopi. Abunde enim præfatio ejus opusculi declarat, iisdem temporibus eum, ac Burchardum, vixisse. At Burchardus ille inter homines esse desit anno c l o x x v: puta anno x v i I, ex quo post fratrem suum Franconem honorem episcopalem est adeptus. Annus is tertius erat Conradi I I imperatoris: unde, hoc rerum potente, vitam illam literis esse traditam consequitur. Præmittitur libellus iste Collectioni decretorum Burchardi, non quidem in editione Parisina anni c l o l o l: sed Coloniaensi, quæ decennio post lucem vidit.

a Col.

298.

b Col. 62.

123.

Ætate Henrici I I I imp. vivebat ille, qui posteris transmisit Chronicon S. Benigni Divionensis: ex cujus cod. MSO quædam de reformatione ejus monasterii per S. Majolum, adfert a Martinus Marrier in biblioth. Cluniac. Etiam quædam inde in notis promit Andreas Quercetanus b.

Imperante eodem, ætatem agebat ille, qui vitam descripsit S. Guntheri, Turingii, Stephani Ungariæ regis cognati, monachi Alrahensis, ac postea eremitæ in silva Bohemica in Richnach: ubi exactis xxxvii annis decessit, præsentate Breclislae duce Poloniæ, quem à sacro fonte susceperat. Quod de ætate scriptoris dixi, planum fit ex eo, quod familiaris fuit Gunthero; ut cognoscimus ex istis verbis: *Quod nos quidem, qui eum familiaris cognovimus, frequenter audivimus.* Atqui in eodem legitur libello: *Obiit Christi famulus, eremitæ Guntherus, anno incarnationis Domini c l x l v.*

ODO, FOSSATENSIS monachus, claruit primis temporibus Henrici I v: nimirum anno c l x l v I I, ac vitam signavit Burchardi, Comitis Paris. Corboili, & Milidun. Ex hoc scriptore historiam de reformatione cœnobii S. Mauri Fossatensis per S. Majolum, Cluniacem-

Cluniacensem abbatem. reperies in bibliotheca Cluniacensi. Aliqua ^{a Col.}
etiam ex eo in notis suis citat Andreas ^b Quercetanus. ^{298. &}

Anno Christi **CLXX** **GUNTHERUS** est factus episcopus Bambergensis. Sed anno **CLXXIV** cum Sigefrido, archiepiscopo Moguntino, & compluribus aliis, summi generis ac dignitatis viris, profectus fuit in terram Sanctam, strenueque rem gessit. Vir erat discretus, & variarum linguarum cognitione instructus. Ac peregrinationis suae Itinerarium reliquit. Quod tamen non planè perfecit. Quippe anno **CLXVI**, è Palestina domum rediens, in Carinthia incidit in morbum: nec ita multò post ibidem excessit. Corpus Pabenbergam relatum, & maximo cum honore terræ mandatum fuit. ^{1299.}
^{b Col. 67.}
^{68. 117.}

THOMELLUS FLANDER claruit anno **CLLXX**, atque opus condidit de vita, & laudibus Balduini Pii, Flandriæ Comitis, qui *insulanus* quoque vocatus est ab insula, oppido natali: ubi & decessit an. **CLLXXIII** ac in templo à se condito sepultus. Meminit & Thomelli, & ætatis ejus, atque operis, Mejerus lib. **III** rerum Flandricarum ad annum memoratum, atque alibi. Sanderus lib. **III** de scriptoribus Flandriæ, & Sweertius in Athenis Belgicis, auctores sunt, jussu Abbatis sui B. Rolandi, condidisse chronicon de fundatione cœnobii Elnonensis.

Temporibus etiam imperatoris Henrici **IV** vivebat **ANDREAS**, monachus Vallis umbrosæ; qui sanctimoniâ claruisse dicitur. Hic consignavit vitam magistri sui, S. Joannis Gualberti; qui Ordinem Vallis umbrosæ instituit, ac decessit anno **CLLXXIII**.

Circa annum **CLLXXX**, ætate S. Hugonis, Cluniacensis abbatis, vixit Incertus scriptor Chronici Cluniacensis: ut Andreas Quercetanus ait notis in biblioth. Cluniac. Ubi & non semel cum ad partes advocat.

Fortasse etiam hic locum affectat ejusdem, ut videtur, temporis scriptor, **GEROCHUS**, **RICHERSPERGENSIS** antistes. Memoratur Aventino lib. **VI** annalium Bojorum. Nam locutus de diffensione inter Henricum **IV** imp. & Alexandrum **III** Papam, hæc subjungit: *Gerochus, Richebergensis presul, de hoc dissidio complura scripsit; quibus titulum de Antichristo dedit.* Non dubium igitur, quin illius temporis historia ab eo prodita sit: veràm ex titulo, *De Antichristo*, quem operi suo fecerat, suspicio mihi oboritur, non tam *more* historico id egisse; quàm instar Gildæ describentis Britannicæ excidium, vel potius deplorantis. nempe & Gerochus castigare

voluit mores sui seculi, qui spiritum planè spirabant Antichristi.

Henrico IV imperante, etiam GUILHELMUS APPULIENSIS famam extendit libris quinque carmine conscriptis heroico de rebus Normannicis in Italia, ac regno Neapolitano gestis. Editionem ejus Rhotomagi a procuravit Joannes Tiremaeus, Fiscii in Rotomagensi provincia advocatus. Incipit hoc pacto:

a Anno
1582. ex
evidente
Richardo
Petit, &
Richardo
l'Alle-
man.

Gesta ducum veterum veteres cecinere poeta:

Aggrediar vates novus edere gesta novorum.

Dicere fert animus, quo gens Normannica ductu

Venerit Italiam; fuerit que causa morandi:

Quosve secuta duces Latii sit adepta triumphum.

Hæc argumentum operis ostendunt. Exinde compellat eos, quorum mandato laborem eum fuerit aggressus. Hunc enim in modum progreditur:

Parce tuo vati pro viribus alta canenti,

Clara Rogere ducis Roberti, dignaq; proles;

Imperio cuius parere parata voluntas

Me facit audacem; quia vires, quas labor artis,

Ingeniumque negat, devotio pura ministrat;

Et patris Urbani reverenda petitio segnem

Esse vetat; quia plus timeo peccare negando,

Tanti Pontificis quam iussa benigna sequendo.

Hinc cognoscimus, poëma illud scripisse postulato, tum Urbani II, papæ Romani; qui sedere cæpit anno 1099, atque anno decessit 1101: tum Rogerii Bossi; qui frater erat Roberti Guiscardii; Siciliaeque, unde Saracenos ejecerat, comes; anno autem 1101, admodum natu grandis, obiit. Eoque majoris historicum hoc Guilielmi poëma fieri à nobis convenit, quod eorum, quæ commemorat, testis fuerit oculatus.

Ejusdem Rogerii comitis postulato, GAUFREDUS, MONACHUS S. Benedicti, libros IV reliquit de acquisitione regni Siciliae, Calabriae, Apuliae, & insula Sicilia, per gloriosum principem Robertum Guiscardum, & fratres de Normannia venientes. Est omnino accuratus in distinguendo temporum ratione: eoque nomine laudatur ab Dominico Portonario: qui primus in lucem produxit. Habes in quarto volumine historicorum, quibus rebus Hispaniæ lucem afferre cura fuit.

HAYMO, seu Heymo, Hirsaugiensis cœnobii prior factus est anno Chr. 1091. Scripsit vitam ac miracula B. Wilhelmi, abbat

tis Hirsaugentis: in cuius locum ipse successerat, cum Gebhardo defuncto, Guilielmus ex Priore Abbas ejusdem cœnobii fieret. Sed vitam Guilhelmi alius ejus cœnobii monachus, cum locupletare vellet, reddidit breviorē. Auctor Tritthemius in Chronicis cœnobii Hirsaugiensis: ubi & illud refert, Haymonem hunc etiam homilias reliquisse: eas commixtas legi homiliis Haymonis, Haberstadenſis episcopi: qui totis duobus seculis Hirsaugiensi hoc antior fuit: esseque non admodum dissimilem amborum dictio- nem: imò sagacissimis etiam haut facile esse homilias eas inter- noscere.

RAIMUNDUS DE AGILES, Canonicus Podiensis, capel- lanus comitis S. Ægidii, hoc est, Tholosani, ac episcopi Podiensis, expeditioni interfuit in Orientem anno c10xcv. Quin præfens ad- erat, cum lancea Dominica effoderetur; ac, priusquam tota è terra extracta esset, mucronem fuit osculatus; posteaque eam in prælio tulit: ut ipse narrat opere eo, quod inscribitur, *Historia Francorum, qui ceperunt Hierusalem*. Opus hoc procurit postulato Pontii Bal- nensis, sive de Baladuno, viri nobilis, ac Tolosano comiti familia- ris. Oreditur à Comitis ejusce in Sclavoniam ingressu; ac desinit in victoria Ammirati sive Ammiravisi Babylonici. Ut quinquennii & ille historiam complectatur, eorum instar, de quibus diximus. Habes eum in Tomo 1 Historiæ Orientalis, quæ inscribitur, *Gesta Dei per Francos*. Estque idem, ac ille, qui in Gesnerianæ bibliothecæ compendio à Simlero vocatur RAIMUNDUS DE PODIO, ex- stareque dicitur in bibliotheca Londinensi.

Anonymus Italus, auctor operis, quod inscribitur, *Gesta Fran- corum, & aliorum Hierosolymitanorum*, anno vivebat c10xcv, ac deinceps. Incipit ab Urbani Papæ 11 itinere in Gallias, & prædicatio- ne crucis; quæ incidit in annum c10xcv. Ac desinit in anno c10xcix; quò Ammiravisi Babylonis ad Ascalonem victus, & Hierosolyma capta fuit. Quinquennii igitur historiam comprehendit. Vidit pleraque ea, quæ refert: qui in comitatu fuerit Boamundi: quem- admodum liquet ex lib. 1 cap. 1v. lib. 1v cap. xix, xxii, &c. Pro- diit hic scriptor primùm beneficio Paulli Petavii, Galli, & Guiliel- mi Cambdeni, Angli. Atque existat Tom. 1 Orientalis Historiæ a.

Extremis Hentici 1v temporibus, hoc est, circa an. c10c, ac deinceps, cum Papa foret Paschalis 11, claruit BALDRICUS AU- RELIANENSIS. Prius hic monachus, & abbas Burgulienſis fuit: pro quo perperam *Burgalensis* scriptum est apud Vincentium

a Hano-
via pro-
ditu typis
Reche-
lianus an.
1611.

a Hano-
via anno
1611.

Belluacensem, & auctorem Chronici Belgici magni. At postea factus est archiepiscopus Dolensis in Britannia Aremorica. Vitam fingnavit B. Samsonis, episcopi Dolensis: item vitam S. Hugonis, Rothomagensis episcopi; quæ MSa. exstat, cum Antverpiæ apud Miræum, tum Atrebatum in monasterio S. Vedasti. Præterea libris quatuor condidit historiam Hierosolymitanam; quæ ex Pythæi, & aliorum MSis, cum aliis Orientalium expeditionum scriptoribus divulgata est in Germania a. In præfatione ait ipse, opus se hoc prope sexagenarium cœpisse. Ordinetur ab anno c10xcv, quo initium habet peregrinatio in Orientem: desinit verò in captis Hierosolymis, quod quinquennio post contigit. Ex præfatione cognoscimus, interfuisse eum consilio Claremontano; unde illa in Orientem expeditio originem cœpit. Ibidem ait, sequi se historiam anonymi cuiusdam stylo scriptam planè rustico, & incondito. At Baldricum hunc non verè modò, sed etiam disertè scribere, iudicium est ejus, qui se exscribere eum profiteretur. Ordrici dico Vitalis Angli: qui & alia de eo refert, quæ legere licet apud eruditum auctorem *περὸν ἑλληνικῶν* in Historiam Orientalem. Citat Baldricum hunc Vincentius Belluacensis Speculi Historici lib. xxv cap. xcvi, & alibi: item canonicus regularis prope Nussiam in magno Chronico Belgico. Cuspinianus quoque eum inter illos recenset, è quibus in scribendis imperatoribus suis profecerit.

Circa annum c10c, imperante adhuc Henrico iv, anonymus Germanus exaravit vitam Roberti Frisii, comitis Flandriæ; qui decessit anno c10xc111, iv Idus Octobris. Meminit Mejerus ad annum dictum: *De donatione Philippi*, inquit, *vide tabulas inter epistolas: ubi & historiam hujus comitis Roberti invenies scriptam ab quodam Germano quadringentis, & amplius, abhinc annis.*

Itidem circa annum c10c anonymus quidam egit de rebus sui temporis: qui in bibliotheca Vaticana asservatur; unde quædam se exscribere profiteretur Cæsar Baronius ad annum memoratum.

Etiam GUBERTUS, nobilis Gallus, abbas monasterii S. Mariæ Novigenti, quod in Laudunensi pago sub Cociaco castro situm est, anno c10c claruit; ac reliquit opus, quod inscripsit ipse, *Gesta Dei per Francos*. Sunt ii septem Hierosolymitanæ historiæ libri, quos dicavit Lysiarde, Sueffionensi episcopo: de quo superiori libro dictum nobis. Hoc in opere profiteretur, scribere se non visa; sed aliorum scripta sequi; attamen ita ut, quæ deessent, interferat ex relata aliorum, qui presentes fuissent. Perducit historiam belli faci-

en usque ad regnum Balduini 1; qui frater erat Guilielmi Bullionii. Habes in tomo Orientalis Historiæ sæpius memoratæ. Præterea autem commentatum se ait in Genesin; sed simpliciore, quam hîc utatur, stylo. Guiberti historiæ additur anonymi appendix, quæ pertinet res gestas usque ad annum cIocxi.

Præter istos ALEXANDER *Atrebas*, abbas secundus cœnobii Aquicinctini, inclaruit eodem anno cIoc. Hic vitam prodidit B. Gofvini seu Gofsuini, cui successerat.

Extremis Henrici v, ac primis Henrici v temporibus, cum papa foret Paschalis II, JOANNES, monachus cœnobii S. Vincentii ad Fontes Vulturni, posteritatis memoriæ consultum ibat Chronico sui monasterii: quod superest MSum literis Longobardicis. Unde quædam in arduo Annalium suorum opere exscribit Baronius ad an. Iocccxi, & item an. Iocccclxi.

Etiâ Henrici iv, ac v tempore, floruit DOMNIZO presbyter: qui carmine heroico complexus est vitam Mathildis comitis. Obiit ea anno cIocxv: ut istis versibus Domnizo indicat:

His dum quarta monet Indictio, jungitur atque

Virginis partus qui currere cœperat annus

Millenus quintusdecimus centesimus; illum

Natalem Christi voluit celebrare Mathildis.

Pletisque eorum, quæ scribit Domnizo, ipse interfuit. Impensè autè Papæ partibus favet adversus imperatorem Henricum iv. Ac crebrò in temporibus Mathildis testis advocatur à Cæsare Baronio.

S. BRUNO, Signensis episcopus, posteaque quadragesimus Casinensis monasterii abbas, floruit temporibus Henrici iv, & v Imp. Vidè de eo Petrum diaconum in Casinensi historia cap. xxxiii, & deinceps. Præterea, quorum Petrus ille mentionem facit, etiâ consignavit vitam S. Petri, Anagninæ episcopi; qui decessit anno cIocv. Meminit ad eumse annum Baronius.

ADEMARUS, Raimundi filius, monachus S. Martialis Lemovicensis, vivebat an cIocx: ac Chronicon Aquitanorum, & Chronologiam reliquit abbatum Lemovicensium: ex cujus codice MSO testimonium de S. Odone Cluniacensi, & alterum de S. Majolo, aliudq; de Odilone, adfert a Martinus Marrier in bibliotheca Cluniacensi. Quædam & ex eo depromit in notis suis b Andreas Quercetanus Turonensis. Alius ab eo est Adamarus Roberti, Lemovicensis, J. V. doctor; qui vixit anno cIocclxi. Is primum Lexovienfis fuit episcopus, exinde Atrebatensis, tum Morinensis, post

a Col. 57.

303, 334.

b Col. 10.

63, 64.

80, 99.

163.

Senonensis Archiepiscopus, ac tandem à papa Clemente vi cardinalis factus est Tit. S. Anastasiæ.

Anonymus scriptor de *gestis Francorum Hierusalem expugnantium*, vitam egit anno clocx, ac deinceps. Divisum ejus opus fuit in partes duas, quarum perit prior. Posterior inchoat ab anno cloc: quo Balduinus Edeffanus profectus est ad fratrem Godefridum Bulonium. Desinit verò in anno clocxxiv: quo Tyrus est obsessa. Reperies eam partem in Historiæ Orientalis Tom. i. Meminit hujus operis jam ante annos quingentos Gaulterus, Tarvanensis diaconus, in vitâ S. Karoli, comitis Flandriæ, martyris, cap. 111. Quo de scriptore capite proximo dicemus.

Ad tempora Henrici v pertinet RUPERTUS GALLUS, monachus S. Remigii: qui libris x comprehendit historiam belli Christianorum contra Saracenos. Prodiit Basileæ a.

a Apud
Henrici
Petri.

Imperante & Henrico v, claruit SUGERIUS, qui in nonnullis libris *Sigerius*, abbas. S. Dionysii, unus eorum, quos Galliæ rex Ludovicus Crassus obviam misit Papæ Gelasio 11, cum in Galliam fugisset suppeticas postulans adversus Henricum imperatorem. Hic Sugerius ad Goslenum, Sueffionensem episcopum, vitam scriptis, tum regis Ludovici Crassi, tum filii ejus, Ludovici, vi 1 hujus nominis regis Galliæ. Utraque è Petri Pithœi bibliotheca primùm lucem vidit b. Meminit Sugerii hujus Otto Frisingensis lib. 1 cap. lv. Obiit an. cloccl. Ad eum jam graviter ægrotantem, ac fortasse moribundum, exstat B. Bernardi Claravallensis epistola c, quâ illum hortatur, ne vitam hanc exuere formidet; sed ad mortem, ac meliorem vitam, fortiter se componat.

b In corpore
historiarum
Francorum
qui prodierunt,
Francorum
furti an
1596.
c Num.
266.
d Col. 8.
e Col.
468.
f Col.
555.

Eodem rerum potiente, anno clocxx, ac deinceps, in terris egit OLDERICUS, qui & ORDRICUS VITALIS, monachus Uticensis, Lexoviensis diœcesis: qui ab aliquibus Anglus fuisse predicatur. Consignavit historiam Ecclesiasticam: quæ Msa superest. Ex eo locus quidam adducitur d in bibliotheca Cluniacensi, inter testimonia de fundatione monasterii Cluniacensis. Et alius e de S. Hugone, abbate Cluniacensi. Et tertius de Pontio Cluniacensi f. Etiam, partem ejus MSam habere se, ait doctissimus scriptor *αγγελουμένων* in Tomos Historiæ Orientalis, quæ inscribitur. *Gesta Dei per Francos*. Ubi & pluscula ex eo citantur de Baldrico, Dolensi archiepiscopo; ex quibus Baldrici temporibus vixisse, cognoscere sic.

ALBERTUS, canonicus, & custos, sive ædituus Ecclesiæ A-
QUENSIS,

QUENSIS, qui in quibusdam codd. ALBRICUS vocatur, scripsit *historiam Hierosolymitanam expeditionis super itinere* (vel, ut ipse loquitur, *passagio*) *Godefridi de Bullione, & aliorum principum*. Constat id opus libris duodecim, accurateque omnia persequitur. Primus edidit Reinoccius: sed absque nomine auctoris. Itaque lib. I I cap. ^{a Helma-} XLVIII vocamus *anonymi chronicon Hierosolymitanum*. Sed postea ^{stadii an.} incidimus in præfationem Davidis Hœschelii, quam Annæ Co-^{1602.} maenæ Alexiadus libros præmisit: ubi auctorem hujus Chronici appellat *Albertum, Canonicum Aquensem*. Hinc in manus nostras venire Tomi Historiæ Orientalis, Hanoviæ editi anno c150cx I: ubi Reinocciana editio, sed nomine Alberti apposito, exprimitur. Quod autem libro I I putabamus, scriptorem hunc omnium eorum, qui Hierosolymitanam expeditionem scripserint, antiquissimum videri, id omnino secus est. Nam priores eo sunt, qui ipsi interfuere itineri huic: ut anonymus auctor libri, qui inscribitur, *Gesta Francorum, & aliorum Hierosolymitanorum*. Item Robertus monachus, & abbas S. Remigii. Adhæc Raimundus de Agiles, sive de Podio. Nec dubito, quin antiquior quoque eo sit Baldricus, Dolensis archiepiscopus; etsi is non visa, sed lecta, auditaque referat. Denique Albertum hunc iis, quos diximus, recentiorem esse, ex eo etiam colligimus, quòd non paullò ulterius, quàm isti, historiam producat. Nam cum illi quinquennii res narrent: hic ab expeditionis initio progredietur usque ad annum secundum regis Balduini I I: ita ut res exponat ann. m xxiv.

GAUTERIUS CANCELLARIUS, qui aliis *Galterius*, vixit anno c10cxxx. Descripsit res ad Antiochiam feliciter quidem gestas anno c10cxv; infeliciter autem an. c10cxix. Bellis iis ipse interfuit Gauterius. In præfatione ait, *se utriusque fortuna participem esse*. Etiam *ingenium carceris vi hebetatum* sibi esse, conqueritur. Natione esse Gallum, Gallicismi ostendunt. Habes in Tomo historiæ Orientalis sæpius memorato.

FULCHERIUS CARNOTENSIS Capellanus fuit Balduini, regis Hierosolymitani; cujus & gesta enarravit. Reprehenditur à Guiberto abbate in bellis Antiochenis cap. xxix, xxx, xxxi, & xxxviii. Sed à bona fide eum commendat Ordricus Vitalis lib. ix historiæ Ecclesiasticæ; item Guilielmus Malmesburiensis lib. xv; qui addit, usum esse *stylo, non quidem agresti; sed, ut dici solet, sine nitore, & palestra, & qui alias commonere petuerit, ut accuratius scriberent*. Meminit & monachus ille prope Nussiam, qui auctor est Chronici

Fulgici

Belgici majoris à Pistorio editi; item auctor Dialogorum de Hierarchia subcœlesti lib. 1. cap. x & lib. 1v cap. 1x, cujus verba ex MSO codice Pythœano promit eruditus auctor *αελαρομένων* in Historia Orientalis scriptores. Atque idem observat, hunc ipsum intelligi à Papirio Massonio in Urbano 11, cum ait, *Balduinus Carnotensis, belli Sacri, cui interfuit, primus scriptor*. Nempe quia Fulcherius Balduini erat capellanus, eò Balduinum pro Fulcherio dixit. Quemadmodum quia Fulcherius erat Carnotensis, eò ex Carnotensi eundem perperam Cardinalem fecit antè citatus auctor Hierarchiæ subcœlestis. Cæterum non desunt codices, ubi Fulcherius in tres libros distinguatur: nempe ut liber secundus à Balduino 1, tertius à Balduino secundo auspicietur. Orditur Fulcherius ab initio belli facri; puta ab anno clxxcv: verum non continet se intra quinquennium, ut plerique alii scriptores, de quibus vidimus; sed pertingit usque ad annum clcxxxiv.

Henrici v, ac fortasse etiam Lotharii 11, ac Conradi 111 temporibus, fuit ille, qui in literas retulit passionem S. Diemonis, seu Tyemonis, sive Themonis, vel Diethmari, aut Theodomari (varie enim id nomen scribi solet) Archiepiscopi Juvaviensis, seu Saltzburgenfis: qui in terram sanctam proficiscens, in itinere captus, & cum sociis à Saracenis est interfectus. De quo sic Otho Frisingensis, *Quòd ob fidem Christi passus sit, fidelissima traditio habet*. Vitam eam Tyemonis habes apud Canisium T. 1v Ant. Lect. Ac Chronicon Reicherspergense, ante annos cccc conscriptum, meminit ejus ad annum clxxxvi 11. Ubi cum retulisset miraculum, quod contigit, cum Gebhardus, Saltzburgenfis episcopus, cœnobium fundaret, item cum sepeliretur; subjungit hæc verba, *Vt legitur in passione Thymonis, successoris ejus*. Ad fidem illi conciliandam pertinet, quòd eam historiam auctor ab istis accepit, qui ipsi expeditioni interfuerant. Id verba hæc indicant: *Quidam namque Christianorum, qui omnem postea passionis historiam nostris partibus retexuit, restabatur, se, sub ipsa hora transitus, martyris de corpore vidisse Angelicum chorum cum hymnis celestibus venientem*. Aequalis erat Conradi ab A-bensperg: qui Henrici 1v capellanus fuit, ac Tyemoni in episcopatu Saltzburgenfi successit anno clcxcv: anno autem decessit clcxlvi 11. Eum designat hic scriptor verbis istis: *Hujus Conradi temporibus, nostrâ jam memoriâ (ita pro majora referibendum) quasi novum & meliorem insuitum accipiens locus, &c.*

CAP. VII.

Commemorantur historici, qui suere temporibus Lotbarii II, Saxonis, item imperatorem Suevicæ familiæ, atque Ottonis IV, Saxonis, qui Suevicæ domus lineam intersecat. Scriptores, quos dixi, & argumentum, quod tractarunt, hujusmodi est. Fr. Gualtherus Tarvanensis reliquit vitam Caroli Boni, Flandriæ comitis. Bernardus Compstellanus diplomata paparum, & regum Hispaniæ. Anselmus abbas Gemblacensis auctarium Chronici Sigeberti. Folcardus Beneventanus Chronicon Beneventanum. Gerardus à Nazareth vitam abbatis Helicæ. Rainaldus, abbas Casinensis, vitam S. Severi, episcopi Casinensis. Tundalus Hibernus apparitiones sibi factas. Anonymus gesta consulum Andegavensium. Alius gesta Trevirorum. Metellus Tegelenis vitam, ac laudes S. Quirini. Guimannus Atrebas originem, ac privilegia monasterii Vedasini. Petrus Blesensis res gestas Henrici II, Angliæ regis. Hugo Falcandus historiam calamitatum, quas Siculi sunt perpessi temporibus Guilhelmi I, & II. Alius Chronicon Fossæ Novæ. Otto Morena Laudensis, & Acerbus Morena, res gestas Frederici Barbarossæ. Romualdus Salernitanus Chronicon. Albertus Fiscanensis itidem Chronicon. Item Odo Muremundensis Chronicon. Hugo Novantus historiam de Guilhelmo Longshampio, episcopatu suo, & cancellariatu privato. Henricus Soliacus sive Blesensis inventionem corporis Arturi regis. Anonymus res Orientis per annos LXXII. Martinus presbyter Chronicon Cæsarium, & Paparum. Ioannes Hantivillensis antiquitates Angliæ. Galfridus Burtonensis vitam S. Moduennæ Hibernicæ. S. Iuliani monachus anonymus Chronicon Tironense. Wilkindus de Spoleto gesta Alexandri Magni, & Frederici Barbarossæ. Iustinus Dominicanus vitam S. Dominici. Thomas de Ceperano vitam, ac miracula, S. Francis.

cisci. Bartholomæus Vicentinus epitomeus de vitis Saxonorum.

POST Henricum v imperare anno c̄l̄c̄xxv c̄ep̄it Lotharius Saxo. Ei anno c̄l̄c̄xxxv 1111 succēssit Conradus 1111; qui primus ē Suevorum familia imperium obtinuit. Exinde rerum est potitus ejus fratris filius, Fredericus 1, cognomento Barbarossa. Tum Barbarossæ filius Henricus vi. Exinde alter filius Philippus. Hinc Suevicam familiam interrupit Otho 1v, genere Saxo. Sed post Othonem rediit imperium ad Suevos. Nam succēssit ei Henrici vi filius, Fredericus 11. Huic itē. n. suus filius, Conradus 1v, Barbarossæ pronepos; qui obiit anno c̄l̄c̄c̄cliv. Nunc complectar historicos, qui sub his Cæsaribus vixere: intervallo nempe annorum. cxxix. Tot enim sunt ab excessu Henrici v, ultimi Cæsarum ē Franconibus ad Mœnum, usque ad obitum Conradi 1v, in quo imperium penes Suevos esse deliit.

Lotharii Saxonis Imp. temporibus claruit FR. GUALTERUS, Moinensis, sive TARVANENSIS Ecclesiæ canonicus & Archidiaconus. Hic ad Joannem, Tarvanensem Episcopum, scripsit vitam Boni sive, ut alii vocant, Magni, aut Sancti, comitis Flandriæ, qui occisus est anno c̄l̄c̄xxvii, vi Non. Mart. Unde satis ætas Gualteri hujus cognoscitur. Nam Carolo Bono cœtaneus fuit. Exstat hic liber MSus Lovanii in Collegio societatis Jesu. Meminit ejus Jacobus Mejerus in annalibus Flandr. ad annum proximè memoratum: ubi ἀπλῶς Gualterum monachum vocat. Atque addit, fusiùs meliusque historiam eamptè tractari à GALBERTO BRUGENSI. Sandenus tamen libro de scriptoribus Brugenſibus eundem esse existimat Gualterum monachum & Galbertum Brugenſem. Gualterus hic Tavanensis ex MSo codice bibliothecæ S. Mariæ Igniacensis expressus Lutetiæ primùm lucem adspicere cœpit an. c̄l̄c̄lxxv.

Anno Christi c̄l̄c̄xxxix BERNARDUS Compostellanæ Ecclesiæ, ut nunc loquimur, thesaurarius, librum congeſſit, continentem summorum pontificum, & antiquorum Hispaniæ regum diplomata; opus ad illustrandas Hispaniæ antiquitates, & veram temporum rationem, perutile, ut de eo cenſet Ambrosius Morales; qui, concessu archiepiscopi Compostellani, usus eo aliquando fuit; atque inde excerptit diploma regis Veremundi, 11 quod habemus Tom. 1v scriptorum de rebus Hispanicis. Eodem

Eodem tempore vixit ANSELMUS, abbas Gemblacensis cœnobii in Brabantia. Hic chronicon Sigeberti ab anno Dom. clocxii, quo Sigebertus scribendi, & vivendi finem fecit, perduxit usque ad annum clocxxxv: quemadmodum inde usque ad annum clocxlix continuavit alius incerti nominis: hinc usque ad annum clocxxv monachus quidam Aquicinctinus. De Anselmi auctario ita scribit Magni Chronici Belgici auctor, ad annum clocxxxvii: *Anselmus, octavus abbas Gemblacensis cœnobii, hoc anno obiit: qui adhuc vivens, etsi corpore invalidus, tamen erga Dei cultum, & Scripturarum exercitium, erat strenuus: & Chronicon, à fine Chronici à Sigeberto, venerabili Gemblacensis ecclesiæ monacho, descriptum ad hunc usque annum perduxit; & visa, vel à fidelibus relatoribus audita, posterorum notitia reliquit.*

Henrici v, Lotharii II, & primis Conradi III temporibus, in studiis versabatur FOLCARDUS, Beneventanus domo, atque ejusdem urbis clericus, auctor Chronici Beneventani: quo narrantur res gestæ ab anno clocxii, usque ad an. clocxl. Codicem hunc habuit Maximilianus à Palumbaria, archiepiscopus Beneventanus: à quo eum se accepisse, ait Baronius ad annum clocxii, atque addit, ex Folcardo hoc pleraque se in Annalibus suis hausisse: eumque res sincerâ planè & integrâ fide narrare: quippe qui referat ista, quæ vel ipse viderit, vel viderint illi, à quibus hæc accepisset.

GERARDUS A NAZARETH, patriâ Galilæus, primùm apud Nazareth, hinc in Montana Nigra prope Antiochiam Eremita fuit, ac tandem episcopus Laodicensis, vir Græcè Latineque doctus, floruit anno clocxl, ac præter ea, quæ adversus Salam templarium edidit, & opus de una Magdalena adversus Græcos, item aliud de conversatione servorum Dei, ad Guilielmum presbyterum, & aliud ad ancillas Dei in Bethania, etiam consignavit vitam abbatis Heliæ. Monuit id Simlerus in epitome bibliothecæ Gesneri, atque item ex eo Possevinus in Apparatu.

Temporibus Conradi III imp. ac papæ Innocentii tertii, hoc est, circa annum clocxl, abbas Casinensis monasterii erat RAINALDUS, ejus nominis secundus. Hic (ut legere est apud Petrum, diaconum Casinensem, lib. iv Chronici Casinensis cap. cxxx) nobilissimo Marforum Comitum genere, Valeriâ provinciâ ortus fuit: ac, ut ibidem dicitur, vir erat honestissimus, & humanarum divinarumque rerum scientiâ clarus. Plura de eo inibi. Factus tandem

est Cardinalis Tit. S. Marcellini & Petri. Præter versus in honorem Sanctorum, etiam signavit vitam S. Severi episcopi Casinensis.

TUNDALUS, natione Hibernus, patriâ Cassellensis, professione Cartusianus ab Eisingrino refertur ad an. c10cxlvi. Reliquit librum Apparitionum suarum. De quo iudicium ferant, qui videre.

a Col.

582, &

470.

b Col. 36,

40, 42,

45, 46.

Auctor incertus, qui de gestis consulum Andegavensium egit, vixit anno c10c1. Ex ejus cod. MSO quædam adfert a Martinus Marrier in biblioth. Cluniac. sæpiusque ad partes cietur in notis ab Andrea Quercetano b.

Anonymus de gestis Trevirorum vixit anno c10c1, vel circiter. Ejus editionem, cum paralipomenis ad sua usque tempora, promiserat Gaspar Bruschius Egranus; qui temporibus claruit Caroli imp.

METELLUS, TEGERENSIS, seu *Tegerseensis* monachus, celebrabat vitam ac laudes S. Quirini carmine lyrico, imperante Frederico Barbarossa. De poëta hoc sic Gaspar Bruschius lib. 1. de Patavio Germanico: *Habetur hodie adhuc in ornatisissimi ejus (Tegorini) cœnobii bibliotheca Metellus auctor, qui Tegorinus monachus anno Christi c10c1x floruit, ac lyricis carminibus non invenustis totam fere hujus divi vitam elegantissimè descripsit, secutus per omnia ordinem Horatii, poëta Venusini, in Odis. Hunc librum Quirinalia inscripsit, quod de S. Quirini tantùm laudibus proposuerit dicere: etsi interim de Claudio, Decio, ac Philippo Imperatoribus, plurima immisceat.* Hæc Metelli Quirinalia Canisius edidit Tom. I Antiq. Lect.

GUIMANNUS Atebas, monachus Vedaſtinus, temporibus ejusdem imp. descripsit monasterii Vedaſtini originem: ac pertinentia eò imperatorum, regum, & pontificum privilegia collegit.

Etiam Frederici hujus ætate sub Henrico III, Angliæ rege, cifulsit PETRUS BLESENSIS, Bathoniensis in Angliâ archidiaconus, & Cantuariensis archiepiscopi cancellarius: de quo plura qui volent, adeat præter alios vitam ejus à Joanne Bufæo Noviomagensi conscriptam, atque operibus ejus, quæ quidem reperiri potuerunt, in Moguntinâ editione præmissam. Sed præterea librum fecit *De rebus gestis Henrici I, regis Anglorum*: cujus meminit non Balæus modo: sed ipse Blesensis extremâ epistolâ XIV: Illud, inquit, *noveritis quod ad gratiam, gloriam, & magnificentiam Domini Regis, jam de actibus*

Ottoni Frisingensi æqualis fuit OTTO MORENA LAUDENSIS, parens ACERBI MORENÆ: quorum uterque descripsit res gestas imperatoris sui Barbarossæ: atque ita descripsit, ut multa habeat aliis præterita, & interim satis ostendat, magis se partibus Imperatoris fuisse, quàm Papæ. Hinc eâ de re sic Baronius T. XII Annal. ad an. c. l. c. l. v. Exstat & Laudense scriptum antiquum Chronicon, hoc anno inchoatum ab auctore temporis hujus, Ottone Morena; qui præfens aderat; & absolutum ab ejus filio, Acerbo Morena, de rebus gestis à Friderico Imperatore in Italia, usque ad annum Redemptoris c. l. c. l. x. v. i. Sed quòd schismaticus esset factionis homo, & addictissimus schismatico Imperatori, sepe altero pede claudicare cognoscitur. Quædam & ex utroque adducit ad an. c. l. c. l. x. v. i. Etiam Otto Morena inter eos refertur, quos se auctores in memorabilibus suis sequi profertur Baptista Fulgosus.

Quando ROMUALDUS II, Archiepiscopus Salernitanus, claruerit, ex eo est apertum, quòd unus fuerit è legatis Guilhelmi, Siciliae regis, ad Venetos missis, ut transigeretur inter Fredericum Barbarossam, & papam Alexandrum III. Chronicon reliquit, in quo ab orbe condito historiam persequitur usque ad an. c. l. c. l. x. x. v. i, quo legatio ea contigit: ut illis, quæ hac de re scribit, præfens interfuerit. Adducit ex eo quædam Baronius ad annum c. l. c. l. x. x. v. i: uti & an. c. l. c. l. x. x. v. i: ubi se gemino hujus scriptoris codice MSo usum ait, Salernitano uno, altero bibliothecæ Vaticanæ.

ROBERTUS FISCANENSIS, patriâ Neustrius, monachus Benedictinus, iisdem temporibus in Anglia, circa annum c. l. c. l. x. x. sub rege suo Henrico II, inclaruit opere Chronico; quod ad sua usque tempora perduxit.

ODO MUREMUNDENSIS, Britannus, Mathematicus egregius, atque hoc nomine etiam Jacobo Fabro Stapulensi laudatus præfat. in Euclidem, à Balæo refertur inter scriptores, qui anno c. l. c. l. x. x. in pretio fuerunt. Præter alia etiam Chronicon condidit.

HUGO NOVANTUS, Normannus patriâ, sed in Anglia Coventriensis, Cestriensis, & Lichefeldensis episcopus, claruit sub rege Richardo, anno c. l. c. x. c. Consignavit Historiam mirabilem, de ejectione Guilhelmi Longshampii, Eligensis episcopi, & regni cancellarii sub rege Richardo. Obiit Hugo anno c. l. c. x. c. v. i, VI Kal. Apr.

HENRICUS SOLIACUS, qui & HENRICUS BLESSEN-

claruit apud Anglos circa annum. c10xc regnante Richardo 1, consanguineo suo. Nam erat Henricus hic Henrici regis ex Adela nepos. Fuit Bermundensis insulæ abbas, ac postea Glasconienfis monasterii antistes, & tandem episcopus Wintonienfis. Hic cum rex Henricus ex Bardorum carminibus per interpretem cognovisset, Arturum, celebratissimum regem, in Avaloniæ cœmiterio esse sepultum; abbati Henrico, nepoti suo in mandatis dedit, ut sedulo corpus Arturi quæreret. Quæ res etsi magno ei labore stetit, tandem tamen successit. Eaque occasione *De inventione corporis Arturi* librum conscripsit.

Anno etiam c10xc fuit anonymus Hierosolymitanæ auctor historiæ; unde Tomo priori historiæ Orientalis fragmentum superest de rebus in Oriente gestis ab anno c10cxv11, usque ad annum c10cxc. Anglus fuisse videtur, ac pro temporibus illis, non ineruditus; atque eo fide dignior, quia satis indicat, promere ea se, quæ confexisset: ut qui non modo in præfatione dicat, calente se memoriâ scribere ista; sed in opere ipso sic loquatur, *Quos cum cerneremus signis prædire distinctis*. Habes & in publicâ Academîæ Cantabrigiæ bibliothecâ Historiam Hierosolymitanam MSam, cujus initium, *Terra Sancta*. Sed utrum sit eadem, an alia, melius dicent qui viderunt.

MARTINUS PRESBYTER aliquo erat loco itidem circa annum c10cc: atque ad Innocentium 111 papam exaravit Chronicon universale Cæsarum, & Pontificum: quod Viennæ Austria affervabatur in bibliotheca Wolfangi Lazii.

JOANNES HANTIVILLENSIS, sive Hantwillensis, Anglus, claruit anno c10cc, regnante Joanne. Hic de antiquitatibus Angliæ libros xvi carmine ludebat: quemadmodum in Gesnerianæ bibliothecæ Simlerianâ legitur epitome. Atque eadem addit, opus hoc vocasse Archithrenium. Sed Pitseus ait, poëma id libris 1x constare, ac MSum exstare Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti. Scriptum imprimis est ad Gualterum de Constantinis, Archiepiscopum Rotomagensem. Archithrenium autem appellavit ab ἀρχή, & θῆλον: ut versus indicat,

Hoc est flebilium quasi summe flebile carmen.

Atque hinc ipse etiam *Archithrenius* nominatus. Quod autem Simlerus ait, de antiquitatibus Angliæ egisse, hoc inde est, quia de Brito rege tractet, & Britannorum virtutibus, ac omnino antiquissima Britannorum gesta exponat. Pro temporibus, quibus vixit, elegans

gans ejus dictio est: quod & Vivis, & Giraldi, & penè omnium
judicium est.

ROBERTUS S. MARIANI APUD ALTISSIODO-
RUM MONACHUS vivebat anno cIcccx. Chronologiam com-
a Col. 58. posuit: ex qua nonnulla de S. Odilone adducit a Martinus Mar-
rier in bibliotheca Cluniacensi.

GALFRIDUS BURTONENSIS, Anglus, monachus ordinis
S. Benedicti, ac postea abbas monasterii Burtonensis, quod situm
erat ad ripam Trenti fluminis, claruit cùm arbitrium Angliæ esset
penes Joannem, anno Ch. cIccxvi. Hic, Lelando teste, opus reli-
quit de vita S. Moduennæ, virginis Hibernicæ; quæ in Andrefeia,
insulâ Trenti fluminis, magnâ cum sanctimoniâ vitam duxerat.

Monachus S. Juliani, qui Chronicon Turonenfe composuit, vi-
vebat tempore B. Ludovici, Francorum regis. Superest id Chro-
nicon MSum, ac quædam inde de Odone Cluniacensi adfert b
b Col. 59. Martinus Marrier in bibl. Cluniac.

WILKINUS de Spoleto, Italus, officio judex, fuit tempori-
bus Frederici Bavari, ac carmine scripsit libros tres de gestis Alexan-
dri Magni, item librum 1 de gestis Frederici Cæsaris, atque alia.
Meminit Simlerus in biblioth.

Extremis ejusdem Friderici temporibus, claruit JUSTINUS Do-
minicanus. Qui inter historicos sui ordinis reponitur ab Leandro
Alberto lib. iv de illustribus viris Ord. Præd. Ibidem ait: *Iustino*
in synodo xxii generali, Boronia sub Ioanne Teurónico actâ anno Domini
cIccxlii, demandata fuit provincia divi Dominici vitam describendi.

Etiâ THOMAS DE CEPERANO, Ord. Min. floruit ulti-
mis temporibus Frederici Bavari, ac Conradi iv: & scripsit legen-
dam, ut vocant, S. Francisci: idque occasione ejusmodi. In capitu-
lo, seu cætu generali anni cIccxlv, in quo Crescentius de E-
seyo sextus est electus magister generalis Minorum, constitutum
erat, ut fratres scripto comprehensum darent, quicquid de vita, &
miraculis S. Francisci, scire possent. Itaque Crescentius id Thomæ
huic Ceperano mandavit. Is composuit illam, quæ vocatur *Legen-*
da aurea; atque incipit, *Placuit sancte universitati.* Eam autem Fr.
BERNARDUS, vel, juxta alios, BERNARDINUS DE BES-
SA, Aquitanus, Ordinis & ipse Minorum, in compendium rede-
git. At S. BONAVENTURA eandem limavit, atque expolivit. Auctor
S. Antoninus Part. iii Tit. xxiv, Capit. ix, §. iv.

BARTHOLOMÆUS VICENTINUS in pretio erat tempo-
ribus

nibus Frederici Bavari, ac Conradi IV. Hic ob insignem eruditionem, & vitam honestatam, factus est magister sacri palatii: atque ubi magis perspecta doctrina, industriaque ejus esse cœpit; (quæ imprimis illuxit in enarrando Dionysio Areopagita) ab Innocentio IV. papâ ad Ludovicum, Galliarum regem, legatus præmissus fuit: cumque regi maximopere placuisset, unâ è spinis coronæ Dominicæ donatus est; quam ille Vicentiam detulit anno c10cclx. Hic præter ea, quæ in Areopagitam commentatus est, etiam epitomen concinnavit de vitis Sanctorum. Fufius de illo agit Leander in vitis illustr. Ord. Præd. lib. IV. a.

a Fol. 115.
a. b.

C A P. VIII.

Referuntur historici aliquot ejus intervalli, quod est inter excessum Conradi IV, ac necem Adolphi Nassovii. Ex iis est Rolandinus Patavinus, auctor operis de gestis Patavinorum, & XII librorum de gestis Eccelinorum. Item Ioannes Campus-bellus, rerum Scotticarum scriptor. Adhæc anonymus is, qui Lemovicense Chronicon composuit. Præterea Bernardus, vel Bernardinus de Bessa; qui vitam S. Bonaventuræ in compendium redegit. Et magister Iordanus, scriptor libelli de translatione imperii ad Germanos. Item Anonymus auctor historiæ Francorum.

CONRADO IV anno c10ccliv extincto, mirè imperii *ἀξίωμα* fluctuavit, partim in Guilielmo, Hollandiæ comite; qui non multò amplius, quàm sesquianno, supervixit Conrado; partim in Richardo, Cornubiensi comite, & Alphonso, rege Castiliensi; quorum hic nunquam ad capessendum imperium venit in Germaniam: ille sesquianno circiter, postquam electus esset, pecuniis exhaustus in Angliam suam rediit. Ita imperium vacavit usque ad Rodolphum Habsburgensem; qui Augustus creatus est anno c10cclxxiii. Rex ita autem annis vii. In ejus locum, alii Adolphum Nassoviam elegerunt; alii Albertum Austriacum. Adolpho autem interempto, quod anno contigit c10ccxcvi, solus imperium tenuit Albertus. Est igitur intervallum, à Conradi IV obitu, usque ad Adolphi necem, annorum xlii. Quibus non pauci prodendo res gestas posteritati profuerunt. Ex illis nunc eos tantummodo exponam, quos superiori libro præterii.

Quando natus, & denatus sit ROLANDINUS Patavinus, cognomento Grammaticus, indicant hi quales quales versiculi, sepulcro ejus inscripti; quos Scardeonius affert:

Mille ducentenis Christi currentibus annis,

Tunc ego natus eram: sed ab his post septuaginta

Sex, simul alma pia redimit dum festa Mariæ

In Februi mense, cæli peto fercula mense.

Patrem habuit actuarium, seu tabellionem. Bononiæ à Boncompagno literarum studia hausit, atque admodum adolescens insignitus est titulo Magistri. Postea & ipse in patria actuarii munus sustinuit. Hic xxi libris descripsit tyrannidem Eccelinorum de Onaria, sive de Romano, quam oculis suis viderat. Eamque historiam perducit ab anno cloc usque ad annum clocclxi: intra quod tempus Eccelinorum domus maximè claruit. Sed diligenter imprimis Eccelini quarti, quem tertium vulgò appellant, ortum, vitam, mores, tyrannidem, bella, atque interitum persequitur. Videri possit præterea condidisse volumen de gestis Patavinorum: ar cuius mentio fiat apud Paullum Vergerium in opere de principibus Carranensibus, & Blorum Flavium dec. i i lib. vii. Sed lubens subscribo clarissimo doctissimoque Felici Osio, qui volumen hoc non aliud esse censet ab eo quod antea diximus. Nam xii illis, quo memoravimus, libris, persequitur imprimis ut vitam Eccelini iv, ita & res à Patavinis gestas, dum ille tyrannidem exerceret. Arque hinc (ut ab eodem Osio edoctus sum) MSus codex hujusmodi inscriptionem habet: *liber chronicorum seu memorabilium de factis in Marchia, & prope Marchiam Tarvisinam: præterito nomine.* Hujus scriptoris indicium mihi primus fecit illustrissimus vir, Dominicus Moïnius, Senator, ac patricius Venerus: qui & communicavit mecum, quid de eo scriptore, mihi necdum viso, nedum lecto, censeat præcellentis eruditionis, atque acerrimi iudicii vir, Albertinus Batifonus, abbas, ac nobilis Patavinus. Nempe, ut à summis hisce, & humanissimis viris edoctus sum, temporum quidem vitio, quibus vixit, stylo utitur Italicis, ut nunc loquimur, referto: verùm si rerum potiùs ratio habeatur, fatendum sit, eum seculi sui scriptores vincere perspicuitate, ordine, industriâ, &, quod caput est, prudentiâ. Imò fide incorruptâ complures etiam clarioris nominis historicos longè post relinquat. Adhæc undique in eo relucet, pietatis ac religionis studium: item quantopere, tum in literis sacris, tum in gentiliùm scriptis, poetarum imprimis, atque etiam disciplinis minùs protti-

is fuerit versatus. Itaque non olim modò magna ejus viventis admiratio fuit: sed nunc quoque, tot seculis post excessum suum, egregiis ingenii monumentis legentis in amorem ac laudem sui pernitus rapit: cumque omnium in manibus esse mereatur, tum imprimis Patavinorum: qui vetera florentissimæ urbis suæ gesta, familias antiquas, viros olim in illa illustres, tum autem & urbis, & regionis mores, ritusque non alibi, quàm in cive hoc suo, vel majori voluptate possint quærere, vel certius invenire. Postremò nec prætercundum illud, commentariorum Rolandini de Ecelinorum tyrannide epitomen Italico sermone anno MDCCCXXI in lucem emissam fuisse à Fausto Longiano: sed ficto sub nomine Petri Gerardi: quâ fraude non aliis modò, sed ipsi etiam Petro Scardeonio, rerum Patavinarum usque adedò intelligenti, fucus factus fuit. Quam rem me literis suis docuit vir eximius, præclareque de studiis meritis, Laurentius Pignorius. Verùm is, pro candore suo, acceptam cam ferebat Vincentio Pinello, viro maximi quidem nominis, sed majoris tamen, & ingenii, & doctrinæ: qui ἱστοριογράφου scriptorem hunc sedulo cum ipso Rolandino conferens, faciliè, quâ sagacitate est, deprehendit, ab impostore eo Rolandinum pessimè exceptum esse: quippe in quo ille, malo nimis more, atque exemplo, ut gratiam quorundam sui ἐπι aucuparetur, multa adedò, partim reciderit, partim mutârit, &, ut quod res est dicatur, planè corruerit.

JOANNES CAMPUS-BELLUS, Scotus, Argadiæ comitum familiâ natus, temporibus claruit Alexandri III, Scotorum regis; qui imperare cœpit anno Chr. MCCCXLIX, ac desinit regere anno MCCCLXXXVI. Hunc plurimùm in historia sua Scotica sequitur Hector Boëthius; qui & eum probatum auctorem appellat.

Auctor Chronici Lemovicensis vivebat anno MCCCLXIV. Meminit sæpius, plusculaque inde producit Martinus Marrier in bibliotheca Cluniacensi a: ac Andreas Quercetanus in notis b.

BERNARDUS, vel BERNARDINUS DE BESSA, Aquitanus, Ord. Min. floruit vacante imperio, & temporibus Rodolphi Habsburgensis. Hic B. Bonaventuræ, Generalis ministri, socius fuit. Ac legendam antiquam, cujus auctor erat Thomas de Ceperano, in compendium redegit; ut ex Antonino superiùs retulimus. Reliquit & vitam B. Christophori de Romandiola. Item cœdidit Chronicon generalium ministrorum, usque ad Bonam gratiam, decimum Generalem; qui anno MCCCLXXIX Fr. Hieronymo de Esculo successerat, quinquennio post obitum S. Bonaventuræ, octavi Generalis.

a Col. 58,

271, 304,

341, 471.

b Col. 26,

47, 139.

Magister JORDANUS *Chronica* composuit. Th. James refert & in bibliothecâ Collegii S. Benedicti apud Cantabrigienfis extra-
re chronica Iordani episcopi. Videndum an non potius id sit opus Jor-
 nandis de quo dictum nobis lib. 11 cap. xx. Nam is Episcopus fuit
 Ravennæ, & in codd. multis pro Jornande vocatur Jordanus. Sunt-
 que à Simone Schardio J. C. volumine eo, quo complexus fuit
 scriptores de Jurisdictione imperiali, ac potestate Ecclesiasticâ. In-
 scriptio isthæc hujusmodi est: *Chronica Mag. Iordani qualiter Romanum*
imperium translatum fuit in Germanos, & primò, quare Romanum impe-
rium fit honorandum. Sed habeo editionem nascente typographiâ
 procuratam, ubi nomen auctoris præteritur, ac simpliciter inscri-
 bitur, *De commendatione Romani imperii*. Videtur autem is scriptor
 vixisse temporibus Rodolphi Habsburgensis. Sanè hoc ut credam,
 addneor iis verbis: *NOVISSIMIS autem diebus istis, postquam*
imperium per annos xxxv vacaverat, visitavit Dominus plebem suam, &
suscitavit ei principem, serenissimum dominum, Rodolphum Habskenburg
comitem, iustâ electione concordis, & coronatione solemnissimâ, sicut Dei gra-
tia cunctis manifestissimè apparuit; sicut etiam in ipsius promotione divinum
auxilium nunquam se subtraxit. Sed ego ad scribendum hujus victoriosi re-
gis magnalia manum retraho, quia ad hoc me insufficientem penitus reco-
gnosco. Verùm hæc in Schardii editione prætereuntur: paucorum-
 que istorum occupant verborum locum capita tria; quorum pri-
 mum incipit, *Istis præhabitis, &c.* Alterum *Sandti igitur, &c.* Tertium,
In hac igitur, &c. Cogitanti ejus diversitatis causam, istæ suspi-
 oborta fuit; quo tempore inter Adolphum Nassovium, & Alber-
 tum Austriacum, tantopere de imperio certaretur; M. Jordanum
 fuisse partibus Adolphi; eoque tempore alteram operis sui editio-
 nem dedisse; inque hac, offensiosem imperii æmulo, præteruisse
 ista, quæ ad laudem patris ejus, Rodolphi Habsputgenfis, pertine-
 rent.

Anno *MDCCCLXXX*, quo in Galliis regebat Philippus, B. Ludovici
 filius auctor is historiæ Francorum, ex cujus cod. MSO testimonium
 de fundatione monasterii Cluniacensis adducitur *a* in bibliotheca
 Cluniacensi: & aliud *b* item de S. Aymaro.

a Col. 8.

b Col.

196.

CAP. IX.

Recensentur complures historici, qui vixere inter Albertum primum, secundumque, imperatores. Ut Guillelmus Rishanger, clarus Chronicis, appendice Matthæi Parisii, atque aliis. Minorita, qui egit de bello inter Philippum Pulchrum, & Guidonem, Flandriæ comitem. Anonymus de recuperatione terræ sanctæ. Nicolaus à Montigni, annalium, inter alia, scriptor. Wichardus, Chronici Austriaci auctor. Albertinus Mussatus, qui tradidit gesta Henrici VII, & Italarum post ejus obitum, ac Ludovici IV. Lovatus, qui egit de Patavio, & Guelfis ac Gibellinis. Ferrettus Vicentinus, qui scripsit suorum & paulò ante aëtorum temporum historiam. Benevenutus de Campesanis. Pulex de Custozza. Magister Leoninus de Porta S. Petri. Paullus Pilonus. Theobaldus Anglicus de gestis sanctorum. Marinus Sanutus de rebus Syriacis: atque Egyptiacis. Guillelmus, & Albiretus Cortusii, Patavini, de temporibus Henrici VIII, & Ludovici Bavarici. Castellanus Bassianensis de pace inter Barbarossam, & Alexandrum papam. Ioannes Bonus de rebus Patavinis. Ioannes Basilius de familiis Patavinis. Andreas Dandulus de gestis Venetorum. Ludolphus Suchensis de itinere suo. Ioannes Vitoduranus de gestis annorum CXXIII. Conradus Halberstetensis de regno Romanorum. Petrus Berthorius de gestis historiæ sacræ comprehensis. Hugo Hibernus de peregrinatione sua. Ioannes de Molinis, qui composuit speculum historigale Carmeliticum. Daniel Chinacius, qui panxit historiam belli inter Venetos & Genuenses. Ioannes Hiperius, auctor Chronici de abbatibus cænobii Bertiniani. Bartholomæus Gaëtanus, qui scripsit de rebus Brixiensibus. Ut Thomas Varoye de Ottoburnensi prælio. Theodericus Engelshufius, conditor Chronici Chronicorum. Iacobus de Susato, qui mappâ mundi, & gemino Chronico

nico inclaruit. *Gobelinus Persona, auctor Cosmodromii. Antonius Cartularis, qui tractavit de vita & moribus philosophorum. Quemadmodum Ioannes Ravennas de rebus Carrariensium. Christophorus de Bondelmontibus de Insulis Archipelagi. Andreas Redusius, qui composuit Annales Tarvisinos. Polophilus, auctor libri quem Hypnerotomachiam inscripsit. Laurentius Guatbius de vita Hugonis, comitis Magdeburgici. Marianus Florentinus, qui Chronicon fecit. Iacobus Malvetius, qui tradidit res Brixienfium. Sicco seu Xiccho Polentonus, qui egit de illustribus Latinis, & vitis duorum Antoniorum, ac Helena.*

A Dolpho Nassovio anno c10ccxcvi11, ut diximus, interempto, solus rerum potiebatur Albertus, Rodolphi Habspurgenfis imp. filius, qui primus è familia sua Archidux Austriae fuit. Sed decennio solum imperavit. Successit ei Henricus vi11, comes Luxemburgensis. Huic Ludovicus iv, Bavarus. Illi Carolus iv, Luxemburgensis, Henrici vi11 nepos. Carolo filius suus Wenceslaus. Eo exauctorato, Rupertus Palatinus. Ruperto Jodocus, Moraviae marchio, è domo Luxemburgensi: quippe Wenceslai Imp. patruelis. Jodoco, cum semestri imperasset, Sigismundus, Wenceslai frater. Sigismundo gener suus Albertus Austriacus: quod factum anno c10cccxxxvi11. Atque ita rediit imperialis dignitas ad domum Austriacam, in qua hodieque perseverat. Est id spatium, à priori Alberto ad secundum, annorum cxi. Nunc, qui interea ingenii sui monumentis juverint rem historicam, paucis exponere aggrediar.

GUILHELMUS RISHANGER, Anglus, monachus Benedictinus ad fanum Albani, in honore habebatur, tum temporibus Henrici iii regis Anglorum, cuius & chronographus fuit. tum & Eduardi ii, ac iii. Condidit historiam Anglorum ab anno c10cccxxxix usque ad sua tempora. Inscripsit autem opus *Chronicorum*: atque id Joanni, abbati suo, dedicavit. Ac censet Pitsaeus, esse collectionem eam, quae MSa Cantabrigiae adservatur in collegio S. Benedicti. Quod opus Thomas Walsinghamus annotavit ad annum c10cccxxii, suo tempore existisse in monasterio S. Albani. Praeterea (ut superius quoque dictum) continuavit

Matthaeum

Matthæum Parisium ab anno c10ccly, usque ad annum ultimum regis Henrici 111. Ea appendix unâ cum Marthæo prodiit: at MSa exstat in bibliotheca baronis Lumlejani. Adhæc reliquit annales Eduardi 1. item opus de bellis Lewes, & Eusham. Adhæc de Joanne Baillæolo rege. Librum insuper de electione regis Scotorum. Item alium de jure regis Angliæ in regno Scotiæ. *Historicum satis bonum* meritò appellat Brianus Twynus lib. 114 de antiq. Acad. Oxon. Obiit temporibus regis Eduardi 11, circa annum c10cccx11. a P.166.

Minorita quidam Gandensis consignavit bellum inter Philip-pum Pulchrum, Galliæ regem, & Guidonem à Dominico Petri, xxiv Flandriæ comitem: ac iisdem temporibus vitam debebat: nempe anno c10cccx11. Meminit Mejerus semel iterumque in annual. Fland. ad annum memoratum.

Anonymus scriptor libri *De recuperatione Terræ Sanctæ*, unâ cum Marino Sanuto Torfello editi Tomo 11 Historiæ Orientalis, vixit anno c10cccv. Ut qui opus suum inscribat Eduardo, regi Angliæ & Scotiæ, Aquitanix duci, cum summus Pontifex foret Clemens v. Indicat ipse, se patriâ esse Aquitanum, inque Aquitanix ducatu causarum Ecclesiasticarum patronum regium. Sed opusculum, quod dixi, non tam historiam narrat, quam ad recuperandam terram sanctam consilium præbet. Nec meminissimus ejus, nisi illi quoque, ab Historiæ Orientalis editore, locus esset eo in volumine attributus.

NICOLAUS A MONTAGNI, prius canonicus Viconien-sis cœnobii in Hannonia, ac postea abbas Castelli S. Martini ad Scarpum, fluvium prope Montigneam, floruit anno c10ccv11, ac reliquit annales monasterii Viconiensis: item historiam martyrii, & translationis SS. undecim mille virginum. Adhæc librum de miraculis S. Blasii. Etiam memoriale reliquiarum Ecclesiæ Viconiensis: atque alia, quæ MSa adservantur Viconiæ. Elogium ejus præclarum est apud anonymum, qui Viconiensis annales supplevit.

WICHARDUS A POLHEIM Austriacus, primùm decanus, ac postea episcopus fuit Salisburgensis. Successit autem Conrado 1v de Vornstorf, & Braitenfurt, anno Christi c10cccx11. Condidit Chronicon Austriæ, usque ad eundem annum. MSum hoc Viennæ fuit apud Wolphangum Lazium. Ac meminit ejus Chronici quoque Urstifius præfatione in illustres Germaniæ histo-rias. Obiit Wichardus anno c10ccc, cum triennium episcopus fuisset.

Etiam

Etiam Henrici VII, & Ludovici IV ætate, vitam egit ALBERTINUS MUSSATUS: de quo aliquid mihi dictum libro II cap. LXIV: sed profectò, pro tanti viri laudibus, jejune arideque. Quod inde est, quia demum, cum aliquantò ultra ejus ætatem in opere hoc provectus essem, cognovi fervere Veneriis prælum præstanti eo, atque antea inedito scriptore. Indicium autem hujus rei per literas mihi faciebat, interiorum ille literarum amator, literatorum ille amor, illustrissimus Dominicus Molinus, vir aliquantò antè etiam mihi memoratus, sed nunquam satis laudatus: cujus consilio, ac suasu, nobilem eum scriptorem, jam seculis tribus delitescentem, in lucem profert vir clarissimus, Felix Osius, eloquentiæ in florentissima Academia Patavina professor disertissimus: qui & sedulè historici hujus, ac poëtæ, MSSos codices contulit, ac non illis tantum, sed etiam ingenio, quo plurimum valet, adjutus, scriptorem illustrem perpetuis animadversionibus ac notis longè reddit illustriorem. Cujus rei specimen jam luculentum vidimus beneficio ejusdè Molini; qui, quicquid Mussati excuderetur, pro suo erga me amore, benignè transmittere non est gravatus. Scripsit autem Mussatus libros XVII de gestis Henrici VII Cæsaris. Idem de Italicorum gestis post Henricum VII accuratè XXI libris egit. His tertia historiæ ejus pars accessit, quæ est de Ludovico Bavao. Historicus profectò est prudens & gravis, & pro temporibus illis, quibus tum vivebatur, elegans, ac disertus. Tum autem veritatis, quam historiæ animam merito dixere, longè amantissimus. Nempe sciebat præstantissimus vir, in se, qui tanta in dignitate constitutus esset, turpiùs mendacium fore, quàm aliquo imi subsellii homine. Nec ignorantiam prætexere potuisset, qui rebus ipse inter Patavinos suos, & Cæsarem, atque alios, gestis interfuisset, sæpè etiam præfuisset: ut ex non uno ipsius Mussati loco cognoscere licet. Cæterum reliquit & librum de Fato, quem inscripserat, *De ordine causarum, factorumque serie: sive, De lite natura, & fortune.* Qui utràm deperierit, an in βίβλιον αὐτοῦ ad huc lateat, dicere non habeo. Meminit ipse ejus lib. XI de gestis Italicorum, ad Bentium amicum, in ipso ingressu: *De ordine, inquit, causarum, factorumque serie in opere nostro de lite Natura, & Fortune tractavimus, quatenus materia illa suppetuit.* Gravem adhæc & pro ætate ea venustam edolavit tragædiam de crudelitate, atq; exitu tyranni, Acciolini III. sive potius IV. fratrisque ejus Alberici de Romano: in qua, velut alis quibusdam, ad antiquorum gloriam humo se studuit efferre. Ita ut etiam Sophocleum quiddã spirare, Scardonio videat.

var. Nec hic in eo substitit ænos gloria. Siquidem idem poëtis
 epicus accensus meruit libris tribus, quibus cecinit bella à populo
 Patavino adversus Canem Scaligerum Veronensem gesta anno c10-
 cccxvi i. In quibus similiter plus fidei meretur, quodd, non dico
 bello eo militarit; verum eidem quoq; præfuerit. Præterea è Mussa-
 torum bibliotheca adservat Osius ejusdem Mussati epistolas, sive
 sermones, soliloquia, eclogas, centonè Ovidianum, aliaque ejusmo-
 di, vincitâ oratione perscripta: ut mittam carmen de Priapo, ac con-
 juge ejus. Quanti autem ob poësis decus habitus sit; argumento
 illud erit, quod non modò lauro Apollinari fuerit decoratus: sed de-
 creto Academia Patavinæ statutum sit, ut utriusque collegii docto-
 res, ac scholastici, quotannis Natali Dominico ad ædes ejus solempni
 pompâ procederent; eumque cereis, ac coronâ triplici, honoris er-
 go, salutarent: quod, studiorum merito, mortalium contigit nemi-
 ni. Vide ea de re apud Scardeonium plura. Ac mentionem ipse
 honoris ejus facit epistola i, itè centone ad filium atq; alibi. Utrum
 autem & ejus sit Achilleis tragœdia, quæ illi tribuitur, ambigere se
 ait Felix Osius. Imò idem metuait, ne planè fallatur Scardeonius,
 cùm ei tribuit historiam solutâ oratione conscriptam de tyrannide
 Acciolini: quod argumentû, ut postea dicemus, Rolandinus Gram-
 maticus tractavit: ut verisimile sit, Scardeonium, cùm in codicem
 incidisset, qui auctoris nomen non præferret, similitudine styli de-
 ceptum, Mussati opus credidisse. At rudimenta ejus ad filium ge-
 nuina fuere: nec dubium, quin in iis non parùm viderit supra cæte-
 ros, qui similia circa ea tempora tractassent: verum, credo, tenuitas
 argumenti fecit, ut paullatim negligi cœperint, ac tandem deperie-
 rint. Nisi ad hoc argumentum pertinuit Cento Ovidianus, quod ve-
 risimile facit inscriptio ad filium, ac imprimis argumentum ipsum,
 quia abundat novitatis ac præceptis salutaribus, non alio fine insti-
 tutis, quàm ut filio munirent viam ad virtutem, doctrinamque. Nec
 illud prætereandum videtur, periochis tragœdiarum Senecæ, quæ
 ex codice M^o expressè in melioribus leguntur editionibus, in M^o So
 alio, quo usus est clarissimus amicus noster, Petrus Serenius, parvis
 mutatis, Albertino Mussato adscribi. Est Mussatus inter eos, quibus
 se Memorabilia sua collegisse refert Baptista Fulgoses. Ac eundem
 inter eos, quibus in scribendâ Vice-comitum Mediolanensium hi-
 storiâ profecit, reponit Georgius Merula. Laudant & antiquiores. U-
 nius meminisse contentus ero. Meminit Mussati etiam Perrarcha
 lib. iv. rerum memorandarum; ubi cùm narraffet prolium

quoddam, quod Mediolani contigerat in ædibus Maphæi Vicecomitis, ista subjungit: *Et horum quidem Mussatus, Patavinus historicus, novarum rerum satis anxius conquistor, testis est. Quod elogium respexit Simlerus in bibliotheca, nomine Mixtatus. Sic enim nuncupat: prænomen verò fugisse eum videtur. Certè inter Alberinos apud eum planè silentium de illo est. Locus verò quem signat Petrarcha exstat lib. XI I de gestis Henrici VII. Rubrica XI. Cætera quæ ad vitam, dignitatem, gesta, elogiaque ejus pertinent, petere licebit ex illis, quæ in vestibulo comparent editionis Mussati, felicibus, ut dixi, auspiciis Illustrissimi Molini; studio verò, ac curâ eruditissimi Osii, in lucem demum prodeuntis.*

LOVATUS poëta iisdem temporibus fuit: ut verba hæc Mussati indicant lib. I I de gestis Italicorum post Henricum VII Cæsarem: *Meminerimque ego Lovatum vatem, Rolandumque nepotem, dum sape in diversoriis cum sodalibus observaremur, inquires &c.* Jurisconsultus, & poëta celeberrimus fuit: ut est apud Sicconem Polentonum quarto ejus operis libro, quo illustrium scriptorum vitas complexus est. Patavinam urbem descripsit: ac quædam de Guelphis & Gibellinis in literas retulit: cujus rei indicium debeo V. CL. Laurentio Pignorio.

Subjungam his quoque ejusdem ætatis scriptores: quos mihi suggestit Felix Osius, Oratoriæ artis in Patavino Gymnasio interpres, vir ut doctrina, ita humanitate eximius.

Primus eorum est FERRETTUS VICENTINUS, qui clarâ natus familiâ, eam faciendâ suâ non paulò reddidit clariorem. Quippe pollebat oratione vincita juxta ac soluta. Ac prius quidem poëti nomen sibi peperit. Postea animum appulit ad historiam scribendam. Extrema ejus pueritia incidit in tempora Alberti Aestriaci, unde sic ipse Historiæ suæ lib. I I, ab gestis ejusce imperatoris ad res Henrici VII transiturus, sic scribit: *Hactenus rerum veterarum, quæ prius, quam nati essemus, quæque post ortus nostri tempora, donec pueriliter ageremus facta splendida, eademque sordida, memoriâ digna sunt, conscripsimus. Nunc ea, quæ pubescentibus nobis fatorum lege apud Italos acta sunt, laboris summi studio percurremus. Et paulò post eum dixisset, proditurum se, de quibus sibi magis constaret, ista subjungit. Defuncto itaque Alberto confestim Germania principes, quibus potestas tradita est, præ statuendo sibi rege conveniunt. Quinque verò historiarum libros scripsit Ferrettus. Quos auspiciatur ab excessu Fredetici I I, qui in annum incidit clocct: atque eos ad*

annum perducit c13cccxvii. Ac propemodum uniuersa exponit, quæ per Europam contingere: maximè autem, quæ Italis uiderat. Lombardia imprimis, & Marchia Tarvisina. Opus de nobilibus cõpluribus familiis bene meritum, quæ in eo commemorantur. Inscriptio ejus simplex admodum est in codice manu exarato, quem Felix Osius habet beneficio per illustris, & excellentissimi Jurisconsulti atque Equitis Francisci Caledonii Vacerini. Est uerò istiusmodi: *Ferretti, Poëta Vicetini, suorum, & paulo antè actorum temporum historia*. Alia etiam, quæ ad historiam temporum pertinent, consignavit. Carmine enim heroico descripsit gesta Canis grandis Scaligeri. Item reliquit uersus cx in obitum Dantis, poëtæ Florentini. At clv in excessum Beneuenui de Campesanis, poëtæ Vicetini. Item xlix ad Albertum Mussatum vatem Patavinam, siue studiorum similitudine conciliante; siue quia familia Ferretta Patavio duxerit originem: quod Ferrettus ipse indicare uidetur, cum ad Patavinum civem, amicitia sibi conjunctum, hunc in modum scribit:

*Forte ego te Patavas veniam uisurus ad arces,
Vnde uetusta mihi gentis origo fuit.*

Item Priapeia reliquit, quorum initium ponit Jo. Bapt. Pajarinus lib. vi Historiæ suæ. Item uers. xxv ad Pulicem de Custozza; Vicentinum Poëtam, de puero, qui natus erat Matthæo de Scledo. Item carmen aliud in laudem Baxlardini de Nogarolis Veronenfis, Scaligeri affinis, cum instaurandam curavit nobilem urbis portam, quam disjecerant Patavini. Scriptori huic non parum debet is, quem ante diximus, Pajarinus: ut qui ex historia ejus non pauca in suam derivarit. Felicis Osii de eo judicium est hujuscemodi, tum poëtam, tum historicum esse elegantem, ac disertum, ac planè iis accensendum, qui cum Francisco Petrarcha, & aliis paucis ejus temporis literas instaurarint, deq; Gothica barbarie triumphū duxerint.

Coætaneus huic BENEVENUTUS DE CAMPESANIS, qui carminibus suis funus & exsequias Ferreti celebravit. A Jo. Baptista Pajarino in Historia Vicentina appellatur vir eloquentissimus, & poëta excellens. Sanè quantum eo tempore vir fuerit, indicio erit carmen ejus de conflictu inter Patavinos, & Vicetinos: quod in honorem cecinit Canis Scaligeri, ac Patavinorū contemptū, cum iis anno c13cccxi crepta esset Vicentia ab imperatore Henrico vii. Initiū hujuscemodi est:

*Cæsareas aquilas, Augustaue signa securum
Scaligerâ de gente Canem, sociamque triumphi*

*Veronam, & pulsos servili ex urbe triumphos
Exiguâ transibo lyra. Mihi cœli a virtus,
Adspirer, patriæque datas conservet habenas.*

Carmini huic Albertinus Mussatus Patavinus, rogatu Pauli Judicis, carmine item sese opposuit: quod cum reliquis Mussati operibus, curâ felici *regi cœli* Felicis Ossii, Oratoriæ artis in Gymnasio Patavino interpretis, auspiciis verò Illustrissimi Dominici Molini, ut alibi etiam dicimus.

Etiam Henrici VII temporibus claruit PULEX DE CUSTOZA: quomodo dictus ab oppido agri Vicetini haut longè ab urbe distito. Hunc Jo. Baptista Pajarinus in ingressu operis sui inter historicos refert, quos secutus sit duces. *Sum, inquit, secutus in hoc opusculo brevi magistrum Coperium, antiquissimum verum Vicentinarum scriptorem, Ferrerum Vicentinum, Beneventum Capezanum, Pulicem de Custozza, Magistrum Leoninum de S. Porta S. Petri, & Antonium de Godis, omnes hujus civitatis (Vicentiæ) antiquitatum scriptores.* Ætatem Pulicis ex his ejusdem verbis cognoscimus: *Claruit in ea (familia de Pulicibus) anno Domini ccccxx Pulex de Custozza, qui heroico carmine multa scripsit.* Sed plenus de eodem paulo ante dixerat: *Fuit & Pulex de Custozza, qui heroico carmine Caesaris (Henrici VII) adventum in Italiam scripsit. Sunt autem versus octuaginta quinque. Scripsit & soluta oratione, multosque alios versus. Fuit hic filius Ioannis Boni, & fratres habuit duos, Confortum, & Iacobum.* Idem Pajarinus alio in loco: *Pulex scripsit etiam carmen in adventum Caroli IV in Italiam anni cccccxlvii, poeta suo quidem tempore clarus & literatissimus.* Atque horum, ut dixi, V. CL. Felix Ossius mihi indicium fecit.

Etiam Caroli Imp. temporibus erat MAGISTER LEONINUS DE PORTA S. PETRI: quem paullo ante vidimus à Pajarino inter eos referri, qui scripsere Vicetinas, & quos se in historia sua sequi profiteretur auctores. Atque alibi quoque de eodè sic scribit: *Magister Leoninus de porta S. Petri scripsit in mortem Canis II, Mastini filii, XIV Decembris, anno cccccliv à Signorio Germano interfecti.*

Aliquis etiam, eruditissimi Ossii iudicio, debeat hic locus PAULILO PILONO, Ferreti, Beneventi, & aliorum, quos retulimus, æquali, ac elegantissimo suo tempore viro, ut de eo judicat Paradimus. Sanè inter historicos poëtas præclarum habuisset nomen:

*Si cœptum finisset opus, quo carmine summo
Romuleas acies & bella ingentia scripsit:*

ut est in epigrammate, quod honore defuncti scriptum fuit. Reliquit oratio.

orationem in laudem Antonii Lufci, præstantis sui temporis poëte, ac eo commendationis, quod post antiquos primus illustrare agrefus esset orationes Ciceronis. Est hic ille, quem Guarinus Veronensis dicere solet nomine quidem luseum vocari, sed re ipsa esse Argæ, imo plura multoculo illo Argo videre. Quin epigrammate quod tumulo Lufci inscriptum est, dicuntur Musæ Latinæ pereunte eo pariter petiisse.

THEOBALDUS ANGLICUS, Carthusianus, claruit in Anglia anno c13cccx, cum arbitrium rerum ejus terræ esset penes Eduardum II. Hic, præter librum de vita contemplativa, etiam opus condidit *De progressu sanctorum Patrû*. Eo volumine complexus est gesta sanctorum omnium, quos vel in sacris bibliis, vel historiis Ecclesiasticis, reperisset.

MARINUS SANUTUS, vel *Sanudo*, cognomine TORSELLUS, & *Torsellus*, patricius Venetus, claruit anno c13cccx. A prima ætate ardore tenebatur Terræ sanctæ, atque ejus ergo quinquies in Orientem est profectus: etiam in Flandria, Holsatia, Sclavia fuit: pontificem maximum, regem Franciæ, comitem Hannoviæ, coram est allocutus; multos & alios viros principes literis compellavit, ut res Christianorum in Oriente promoveret. Opus reliquit, quod inscripsit, *Secreta fidelium Crucis*. Constat illud libris tribus: quorum tertius historicus est: ac res exponit Syriæ, & Ægypti, atque imprimis Terræ Sanctæ. Obtulit hoc volumen Papæ Joanni anno c13ccxxi. Sed & obtulit regibus Franciæ, Angliæ, Siciliæ; adhæc compluribus cardinalibus, & ecclesiarum antistitibus; item principibus, ac baronibus; quemadmodum ex epistolis ejus constat. Scriptor hic ex duobus Paulli Peravii codd. MSSis, uno item Jos. Scaligeri; sed qui tertium solum librum contineret; prodiit in lucem Hanoviæ Typis Wechelianis an. c1510xxi. Ac constituit alterum tomum Historiæ Orientalis.

GUILLIELMUS CORTUSIUS, ac consanguineus ejus, ALBIRETUS CORTUSIUS, Patavinus uterque, in pretio habebantur temporibus Henrici VI I, & Ludovici IV. Horum prior rerum Patavinarum historiam est exorsus: sed posterior perfecit. Minor autem cultus est in Guilielmo: de quo sic Paullus Vergerius in vitis principum Carriariensium, atque ex eo Bernardinus Scardeonius lib. I rerum Patavinarum: *Cortusius, cum scriberet, venustatem orationis, quam præstare non potuit, facile neglexit. Texuit de Acciolini tyrannide longos annales: & à multis magnâ cum voluptate leguntur. Insuper de bello Canis Scaligeri, Veronensis tyranni, adversus Patavinos: & alia multa, ita ut pro ingenii facultate, gesta patriæ, & se ipsum perpetua posteritatis memoriæ commendavit.*

CASTELLANUS BASSIANENSIS anno c10cccxxvii dicavit Francisco Dandulo, Venetiarum duci, carmen suum, quod *pacem Venetianam* inscripsit. Agit eo de pace, quæ inita inter Fredericum Barbarossam Imperatorem, & Alexandrum III, Pontificem Max. cum Venetiarum princeps foret Sebastianus Zianus. Meminimus Castellani hoc loco, quia carmen illud, pro temporibus istis sanè elegans, *inter veras historias magis, quam falsas fictasque poetarum fabulas numerandum*: ut de eo refert Bernardinus Scardeonius in secundo de rebus Patavinis classe x.

JOANNES BONUS, Andreae filius, Patavinus, claruit temporibus imperatoris Alberti Austriaci: atque opus condidit de familiis Patavinis: item de gestis Patavinorum ab urbis ejus natalibus usque ad imperatorem Albertum: quod opus anno c10cccxxxiv condidisse, auctor est Sicco Polentonus in Vitis illustrium virorum libro viii: atque exinde Bernardinus Scardeonius lib. ii. classe x.

Etiam temporibus iisdem, ac Henricus VII, & Ludovicus IV, vitam traducebat JOANNES BASILIUS Patavinus. Prætor fuit Ariminensis, cosmographus idem, ac jurisconsultus. Reliquit opus de familiis Patavinis: in quo aliud aliis orditur, curioseque omnia exponit: sed fabulosa quædam admiscet; unde factum est, ut veris etiam sæpe detrahat fidem: quemadmodum de eo Paulus Vergerius refert. Adi & Bernardinum Scardeonium lib. ii.

Anno c10cccxxxii succedebat Bartholomæo Grandonico, Venetiarum duci, ANDREAS DANDULUS: atque annis xii eâ in dignitate fuit. Hic brevi chronico Venetorum gesta eleganter descripsit. Sanè cum honore ejus Petrarcha, Blondus, Bernardus Justinianus, Sabellicus, Leander, Cuspinianus, atque alii, meminerrunt. Estque inter illos ex quibus Baptista Fulgosus se memorabilium Collectanea congestisse agnoscit. Cirat & Baronius T. xi. ad an. c10111. Vitam ejus vide apud Petrum Marcellum, Antonii filium, lib. de vitis Principum Venetorum.

Anno c10cccxxxvi florebat LUDOLPHUS, SUCHENSIS Ecclesiæ parochus; qui in quibusdam codd. *Iludolphus de Suchem* vocatur. Hic ad Balduinum, comitem de Stainfort, Padebornensis Ecclesiæ episcopum, composuit librum de terra sancta, & itinere sua Hierosolymitano, & mirabilibus in mediterraneo mari conspectis, atque aliis, quæ istâ quinquennii peregrinatione didicisset. Initium typographicæ artis produit literis rudibus; sed absq; typographi nomine.

Etiam

a Pene
inirio li-
belli de
origine
Turcorū.

Etiam Ludovici IV, & Caroli IV aetate, vixit JOANNES VITODURANUS, Ord. Min. Historiam is condidit ab anno cIOCCXV usque ad an. cIOCCCLVII. Ea MSa reperitur in bibliotheca Monasterii S. Galli in Helvetia.

CONRADUS DE HALBERSTET, (pro quo apud Antonium Senensem *Hartadensis* perperam legitur) Germanus, Ordinis fratrum Prædicatorum, à Tritthemio quidem memoratur; sed quâ vixerit aetate, non additur: interea, quoniam aliquis illi locus deberetur, medium interferit inter illos, quos anno cIOCCXC vixisse constaret: nempe quia, vel tum temporis, vel non multò pòst vixisse constaret: nempe quia, vel tum temporis, vel non multò pòst vixisse, arbitraretur. At Sixtus Senensis libro IV bibliothecæ sanctæ apertè ait, eum sub Adolpho imper. anno cIOCCXC claruisse. Quæ sententia parum mihi probatur. Nam apud Leandrum in opere de viris illustribus Ord. Præd lib. IV a reperio, eum glossemata in J. a Fol. sue dicasse Carolo imperatori: qui Carolus magnus, aut Calvus, aut Crassus esse nequit; cùm illi ante annum IOCCCC imperarint: nec Carolus quintus. cùm Leander illud opus Bononiæ ediderit anno cIOXXVI, triennio antequam Carolus V Maximiliano in imperio succederet. Unde colligo, vixisse temporibus Caroli IV: qui imperare cepit anno cIOCCXLVII, atque annis rexit XXII. Videtur autem Possevinus, vir varæ eruditionis, multæque actionis, non satis consentanea dicere, quando ait, sub Adolpho eum claruisse, & opus suum Carolo imp. dicasse: cùm inter obitum Adolphi, & initium illud, quod imperium Caroli habuit, intervallum sit annorum quadraginta octo. Conradus hic inter alia opus reliquit de regno Romanorum. At non minor ejus laus est, quòd primus nobis dederit, quas vulgò vocant *S. Biblie concordantias*. Qui labor meritò etiam à Sixto Senensi commendatur.

Anno cIOCCCLX floruit PETRUS BERTHORUS, Pictaviensis, Prior S. Eligii Parisiensis, ordinis S. Benedicti Reliquit opus, quod inscripsit, *Breviarium historiarum Biblie*. Item cosmographiam. Itè alia, quæ commemorat Paullus Langius in Chronico Citizenf. Apud Possevinum legas in Apparatu Sacro, eum claruisse tempore Caroli imp. & Innocentii V. Dicere, credo, voluit, (imò fortasse ita scripserat) Innocentii VI; qui Romæ sedit imperante Carolo IV, & in Galliis regnante Joanne, cujus postulato Livium Gallicè transtulit Berthorius. Scriptor hic à Basilio Jo. Heroldo b refertur inter veteres temporum scriptores, quos ex Oporini officina edere decreverat.

b Pre. ar.
præmissa
Mariano
Scoto. &
Marino
Polono.

HUGO DE HIBERNIA, Minorita, Anglus, vixit circa an. **CLCCCLX**, cum rerum in Anglia potiretur **Eduardus III**. De peregrinatione sua opus conscripsit, atque *Itinerarium* inscripsit. Meminit **Balaus**.

JOANNES DE MOLINIS, Gallus, Carmelita, claruit, juxta **Gesnerianam** bibliothecam, quae **Tritthemium** auctorem laudat, anno **CLCCCLX**. Inter alia construxit **Speculum Historiale ordinis Carmelitici**.

Paullo post, nempe anno **CLCCCLXXXI**, **DANIEL CHINASIUS** Tarvisinus pangebatur historiam belli inter Venetos, & **Genuepses**: cujus mihi scriptoris indicium ex literis **V. CL. Balthasaris Bonifacii**.

Caroli IV, ac primis **Wenceslai** temporibus, **JOANNES HIPERIUS** sexagesimus, vel, juxta alios duodecesagesimus abbas **Bertiniani** monasterii, (quod jussu **B. Audomari** à **B. B. Bercino**, **Mommolino**, & **Ebertramo**, in **Sithienfi** **Flandria** agro exstructum fuit an. **IOCCXVI**) cœnobii sui **Chronicon** reliquit: historiam nempe quinquaginta quatuor abbatum, ab anno **IOXC**, usque ad annum **CLCCXCIV**. Morre autem præventus ad tempora sua non potuit perducere. Multùm hoc opere adjutus fuit **Jacobus Mejerus** in annalibus **Flandriae** concinnandis: uti & **Ferreolus Locrius Paulinas** in **Chronico Belgico**. Vide utrumque ad annum **CLCCCLXXXIII**. **MSum** ejus exemplar est apud monachos **Bertinenses**: item **Duaci** apud **Andream Hovium**, eloquentiae professorem regium, ut ex **Sandero Sweertio** intelligo. **Hiperius** est dictus, quia esset natus, **Ipræ**, sive **Hipræ**; prout efferunt **Flandri**, qui adspirare vocates amant. Porro usque adeo obesus fuit, ut non aliter, quàm confidens, vel aliquid se conferre, vel somnum capere posset: ut **Mejerus** in **XIII Annal.** prodit, fide **Thomæ**, diaconi ejus loci. Plerique ut eos inter **Miræus**, arbitrantur, obiisse anno **CLCCCLIII**: sed falluntur. Nam **Henricus Condescarius** (inter quem, & **Hiperium** hunc res fuere abbates, **Anselmus Brittel**, **Joannes de Long**, & **Jacobus Condescus**) ipsi **Iperio** inemoratur, atque claruisse dicitur anno **CLCCCLXXX**. Quare verius omnino, qui **Audomaropoli** discessisse referunt anno **CLCCCLXXXIII**, quod & **Mejerus** tradit extremo eo libro quem diximus, imò addit diem: discessisse enim **Postridie Kal. Jan.** Quin **Mejeri** sententiam validè comprobatur **Epitaphium** ejus, quod hodieque in æde **Duaci** in sacello **S. Dionysii** legitur. Estque hujusmodi: *Hic jacet pie memorie Ioannes oriundus de Ipræ, quondam*

quondam abbas hujus monasterii, qui rexit xvii annis, & obiit anno Domini mccccxxxiii, secundo die mensis Januarii, &c. G. Gazæus etiam juniorem putabat: ut qui in bibliothecâ sacrâ scriptorum Artesiæ retulerit eum ad an. cccccxx.

Wenceslai imp. temporibus ætatem egit BARTHOLOMÆUS GAETANUS. Origo ei è Gaëtana dōmo, quæ Brixix inter præstantissimas effulsit. Non militiæ minùs, quàm literarum studiis, operam dedit. Utiles cum primis, atque elegantes in Brixensem historiam annotationes conscripsit. Duos & ipse seu historiarum, seu annalium de ea libros, sanè eruditos, condidit. Anno ccccciv finem vitæ fecit pro patriæ libertate decertans adversus Petrum Gambaram, imperium affectantem. Præter hunc & alter ejusdem familiarum nomine itidem *Bartholomæus*, fuit; qui & ipse res Brixianorum literis mandavit. Utriusque hujus scriptoris indicium mihi ab Octavio Rubeo, viro clarissimo, patritio Brixienfi.

Anno Chr. cccccxc, regnante apud Scotos Roberto III, (qui imperare cœpit anno Christi cccccxc, ac desit anno cccccvi) claruit THOMAS VAROYE, Scotus genere illustis, doctor ac præfectus Bethualix: qui utcunque innotuit opere de Ottoburnensi prælio. Meminere ejus Polydorus Virgilius, & Joannes Major; ille in Anglica, hic in Scotica historia. Majoris quidem hæc verba sunt, libro vi cap. iv. *Multa carmina super hoc bello magister Thomas Varoye, prepositus Bethvvalix, composuit: sed rhythmicè. Sic enim, inquit,*

Musa refert fatum fore scriptum carmine vatum:

Et que sequuntur. Quia enim carmina ejus relatu sunt indigna, ideo pertransio.

THEODERICUS ENGELSHUSIUS ad eadem tempora refertur. Hic Chronicon Chronicorum condidit, quod extenditur usque ad annum cccccx. Meminit M. Dresserus.

Circa annum cccccxv JACOBUS DE SUSATO, ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ pravitatis, in Coloniensi suo cœnobio studiis vacabat: ac nomen sibi cudebat Mappi mundi, Chronico, item Chronico altero ordinis sui, atque aliis, quæ Leander refert lib. iv a de viris illustribus ordinis Prædic. atque item Possevinus in Apparatu.

Sub Sigismundo imperatore, loco non exiguo erat doctor GEBELINUS PERSONA, decanus in Bilefeld. Historiâ is suâ celebratur, quam inscripsit *Cosmedromium*. Ipse autem ait, se inchoasse

id opus temporibus Bonifacii IX: qui sedere cœpit anno c̄lccc-
 lxxxix, viveréque desit anno c̄lcccciv: Producit autem illud ad
 usq; annum alterum Martini v, qui aliquibus IIII vocatur. Hoc est
 ad annum c̄lccccxviii. Ex quibus liquet, diu opere eo fuisse oc-
 cupatum: minus interim, quàm Christianus Massæus: qui suis chro-
 nicorum libris plus impendit annis L. Gobelinum nunc, sed ita ut
 nominet, exscribit Crantzius in Metropoli: ut lib. I cap. xvi, &
 xxviii. lib. iv cap. iv lib. vii cap. xxviii. lib. ix cap. v. lib. x
 cap. i. ii. & xxxv. Ac similiter, ut jam aliis monitum, Hermannus
 Kesenbroch in catalogo Episcoporum Paderbornensium haurit sua
 hoc de fonte Gobelini: quem tamen nuspiam nominat. Fidelius
 egit Canonicus ille regularis prope Nussiam, qui Chronicon mag-
 num Belgicum composuit. Nam & ille multa quidem ex eo de-
 promit: sed non dissimulato auctore. Gobelino etiam non Surius
 modò; verùm Molanus quoque, tribuit vitam S. Meinulphi, Pader-
 bornensis ecclesiæ diaconi, ac confessoris; quem Carolus M. de sa-
 cro fonte susceperat. Eam Surius a. d. v Octobris collectioni suæ in-
 seruit, sed interpolatam, ac stylo mutato. Ita autem, prout in MSO
 repererat, edidit Christophorus Brouverus: miraculis tamen bre-
 vitatis causâ omissis, quòd apud Surium legi possent. Sed fortasse
 vitæ ejus auctor est, vel Joannes Gobelinus, scriptor rerum memo-
 rabilium, quæ Pii Papæ temporibus contigerunt: vel Gobelinus
 alius, utroque hoc antiquior, imp. Alberti Austriaci æqualis; qui à
 Papa ad Anglos legatus fuit, & statuta arbitraria, item de pœnitentia
 scripsit.

ANTONIUS CARTULARIUS Patavinus claruit circa an-
 num c̄lccccxx, ac deinceps. Hic, exemplo Diogenis Laërtii, con-
 farcinavit non exiguo labore opus, nec injunctum, nec inutile,
 de vita & moribus philosophorum. Diem suum functus est Pata-
 vii anno c̄lccccxl. Vide Scardeonium lib. III de rebus Pa-
 tavinis.

Nec indictus abire debet JOANNES RAVENNAS, qui anno
 floruit c̄lccccxx: ac familiæ Canariensis, ut ipse quidem appellat,
 nationem literis commisit. MSum ejus operis codicem, ut ex Pi-
 gnorio accepi, habet illustriss. & Reverend. Albertinus Papafaba,
 episcopus Hadrianensis: qui liber nunc apud Felicem Osum: In-
 scriptio ejus, *Familia Canariensis: natio per Joannem de Ravennâ*. Hoc opus
 dicavit Rodolpho Carrariensi, Francisci senioris filio. Præterea re-
 liquit Dragmalogium de eligibili vitæ genere. Nisi potius Dragma-
 tologium

rologium inscripsit. Nam *δεγραμολογία*, ἢ τὰ δεγράματα συνάγων, ut *δεγραματολόγος*, ἢ συνάγων τὰ δεγράματα. Ad hæc conscripsit contentionem inter podagram, & araneam. Et librum rerum memorandarum. Insuper Historiam Ragusii. Atque hæc omnia MSa supersunt Patavii apud clarissimum, & diffusæ reconditæque eruditionis virum, Laurentium Pignorium Patavinum.

Etiam CHRISTOPHORUS DE BONDELMONTIBUS um floruit: cujus opus, ut ab eodem Pignorio accepi, hunc in locum inscribatur: *Incipit liber insularum Archipelagi, editus per Christophorum presbyterum de Bondelmontibus de Florentia: quem mitti de civitate Rhodi Romani Jordani Cardinali de Vrsinis anno Dom. cccccxxii.*

Claruit & iisdem temporibus ANDREAS REDUSIUS Tarvisinus, qui annales Tarvisinos composuit ab Urbis ejus incunabulis usque ad annum cccccxx: quo vivebat. Exstat hoc opus MSum in membranis apud Comites Collatinos: quemadmodum accepi ex literis clarissimi Balthasaris Bonifacii.

Ex quo itidem intelligo, iisdem temporibus fuisse POLYPHILUM, auctorem libri, quem Hypnerotomachiam inscripsit, nomine conflato ex *ὕπνος*, *scopius*, *ἔρως*, *ἀμωρ*, & *μάχη*, *pugna*. Nam historico huic operi, ut ex eodem cognosco, propositum est ostendere, cuncta, quorum amore deperunt homines, nihil aliud, quàm somnium videri. Et prope suspicor eò etiam nomen *πλυφίλως*, quod amicis abundantem signat, assumpsisse a, quia omnes ferè magis amant mundana, quàm æterna. Excusus est Tarvisii anno cccccclxix.

Anno etiam cccccxxx in studiis versabatur LAURENTIUS GUATHIUS FLORENTINUS; qui eleganter vitam descripsit Hugonis, Comitis Magdeburgensis. Incipit hoc pacto: *Hugo, natione Germanus*. Archetypon Florentiæ superest in bibliotheca abbatiae Florentinæ.

Anno eodem in vita erat MARIANUS FLORENTINUS, Ord. Min. Scripsit sui ordinis Chronicon, sive, ut ipse, more seculi ejus, vocat, Chronicam. Meminit ejus Michael Pocciantius in catalogo scriptorum Florentinorum: ubi succinctè, at fideliter tamen, scripsisse ait. Superest id Chronicon MSum Florentiæ in æde Salvatoris, quæ cicta prius Domus omnium Sanctorum. Præterea sermones complures reliquit, & vitas clxx mulierum secundi ordinis: quæ eadem in urbe supersunt in bibliotheca S. Crucis.

Anno cccccxxxii claruit JACOBUS MALVETIUS Brindisus, vir medicâ arte pollens, atque idem in historia diligens: sed

*a Nec me
cogebur
fessellie.
Nam ve-
rū aucto-
ris nomen
est Fran-
ciscus
Colum-
na, ut po-
tes ex Pi-
enorio
cognovi.*

in quo illud meriti culpetur, quod patriæ dignitati adeo superstitiosè fauerit, ut in facinoribus ejus enarrandis, atque extollendis, planè excesserit modum: cujus rei auctor mihi V. CL. Octavius Rubeus I. C.

XICCHO RICIUS POLENTONUS, qui aliis simpliciter SICCO POLENTONUS, civis Patavinus, & Reip. ejusdem scribafuit. Verum autem nomen Xiccho esse, indicat MSus Carraviensium codex, qui apud V. CL. Felicem Ofium, in quo instrumentum publicum legitur, quod nomine D. Francisci Junioris de Carraria confecit anno 1600. Subscriptio est istiusmodi: *Ego Xiccho filius D. Bartholomæi Polentoni, civis & habitator Paduæ in quæstorio Pontis Molendinorum in Centenario & Centrata S. Ermi, publicus imperialis auctoritate notarius præmissis nominibus, rogatus fideliter scripsi, & propria manu subscripsi.* Idem anno 1600, xv Aug. Cancellarius fuit Patavinus, nempe quo tempore Titi Livii urna est reperta: quemadmodum Gulielmus Orgarellius refert, ubi de T. Livio sermo ei est. Inhabitavit, ædes, quæ Albertini Mussati fuerant, ut ipse refert, in Mussati vitâ. Fuit vir pro seculo quo vixit pereruditus, ac præter argumenta in orationes Ciceronis (quæ MSA Oxonii supersunt in bibliothecâ Ballionensi) Catiniam quod ad jocum & risum factum est opus, librum de ratione studendi conscriptionem Christianam, & epistolas ad diversos, etiam exemplorum librum composuit. Item volumen magnum de illustribus scriptoribus Latinis, quod libris constat 2211. Dicavit illud filio suo, Polydoro, an. Christi 1600, 31: ac MSum ejus exemplar habuisse se, ait Bernardinus Scardeonius lib. 11 de reb. Patavinis. Etiam Pignorius mihi indicium fecit, vidisse se apud Casparem Crivellarium, bibliopolam & typographum Patavinum, atque id typis minutis in grandi charta exaratum: alibi item apud patricium Patavinum. Etiam in literas retulit vitam, ac miracula B. Antonii Confessoris, vitam B. Antonii peregrini, item vitam B. Helenæ Sanctimonialis. Laudat virum ab eruditione Petrus Albanus opere eo, quod Thesaurum Ecclesiæ inscripsit. Etiam Stephanus Pighius lib. xv 111 Annalium Romanorum ad annum 1600, 11, ait vitas illas illustrium scriptorum ex antiquis, & bonis auctoribus, ab Xicchone, sive Sicone, ut ipse vocat, collectas videri; atque in gratiam historiæ amantium adscribit ex eodem vitam Suetonii Tranquilli: de qua judicium nostrum lib. 1. cap. xxxi. attulimus. Epistolam ejus, quâ agit de Livii ossibus, se præsentè repertis, summus vir, Laurentius Pignorius, publici

juris fecit in egregio Originum Patavinarum opere, Italicè quidem scripto; sed quod propediem, uti & Antenorem suum, Latine, cum luculento auctario, reddere cogitet. Quæ ubi lucem viderint, melius sanè omnes antiquitatis genuinæ amatores perspicient, quanto jure censoriâ notârît virgulâ plurimos eorum, qui ante hæc eodem de argumento egerint, errores.

CAP. X.

Referuntur historici, qui claruere sub Alberto Austriaco, ac deinceps usque ad Karolum V. Ex hisce Thomas Kempensis edidit vitas Florentiæ, ac Gerardi junioris, & S. Leduæ. Guido Flouocherûs, Chronicon. Anonymus, gesta Caroli VII, & Ludovici XI, regum Gallie. Petrus Garningius, historiam ordinis Carmelitici, item historiam Ecclesiæ. Lopus Florentinus, et translationem Dionysii Halicarn. & aliquot vitarum Plutarchi. Iodocus Beysselius, Dialogum de S. Matre Anna; item gesta Flandrorum. Petrus à Thymo, vulgò van der Heiden, Martyrologium; item Chronicon Brabantie. Augustinus Dathus Senensis, libros tres de gestis Senensium, & historiam Plumbinorum. Ioannes Gobelimus, res memorabiles, quæ accidere temporibus Pii II Papæ. Cyriacus Anconitanus, Inscriptiones, epigrammata & alia collegit. Cosmas Laurus Brixienfis, origines familiarum Brixiensium, item opus de præsulibus Brixiensibus. Daniel Ceretus, historiam rerum Brixiensium. Hieroxymus Salgherius, vitam Eustathie. Modestus Polentonus, monumenta atque inscriptiones illustrium virorum, quæ Patavii spectantur. Octavius Cleophilus Fanensis, historiam Ariminensem, Faneida, itineraria duo, & memorabilium volumen. Petrus Schottus, vitas variorum. Petrus Apollorius Collatinus, pœma historicum de excidio Hierosolymitano. Helias Capreolus, libros XIV de rebus Brixiensium. Bartholomæus Zuchatus, annales Tarvisinos. Hieronymus Bononius, promiscua; item vitam B.

*Hieronymi. Eitelwelfus de Lapide, opus de laudibus Hero-
rum & Virorum illustrium. Sebastianus Murrho libellum
de laudibus Germanorum. Philippus Biken, itinerarium
terre sanctæ. Anonymus, gesta abbatum Majoris mona-
sterii. Georgius Mediolanensis, vitam B. Jacobi Sextii.
Ludovicus Cælius Rhodiginus, Antiquarum Lestionum
libros, & in Plinium observationes. Henricus Penia, gesta
Sophi regis. Cornelius Aurelius, situm ac laudes Bataviæ.
Franciscus Polyardus, vitam Octavii Cleophili. Nicolaus
Bagnatorius, vitam B. Conradini Brixiani. Innocentius
Cæsarius, calamitates, quas suâ etate Brixienfes à Gallis
essent perpeffi.*

REstant tempora Alberti Austriaci, & consequentium ejusce do-
mus imperatorum, usque ad Carolum v: quibus qui historiam
signarint, & inceptis exponam.

THOMAS DE KEMPIS, cognomento Malleolus, Canoni-
cus montis S. Agnetis prope Zwollam in diœcesi episcopi Ultra-
jectini, claruit temporibus Sigismundi, Alberti II, & initii Fride-
rici II. Discipulus fuit, tum Florentii illius, qui doctore usus Ge-
rardo Daventriensi, cognomento Magno, atque anno obiit c13ccc:
tum Gerardi junioris, Zutphaniensis, qui libellos duos de spirituali
exercitio reliquit, & anno excessit c13cccxcviii. Kempensis hic
consignavit vitas, & Florentii, & junioris Gerardi: uti Massæus
prodit Chronici sui libro xviii. Etiam utriusque discipulorum
vitas in literas retulit, uti & Joannis Cacabi, vulgò Ketel dicti co-
qui devotissimi. Etiam Arnoldi Schoonhovii. Præterea idem Tho-
mas (ut est apud Molanum in indiculo sanctorum Belgii) conscrip-
psit historiam S. Leduæ, sive Lidwygis, vulgò dictæ Lydwyd, quæ
Schidami in Hollandia obiit anno Christi c13cccxxxiii. Sed &
Chronicon condidit monasterii montis S. Agnetis. Quod Antver-
piæ prodiit anno c13cxxxi typis Verdussii: Ubi priora quoque,
quæ dixi, excusa anno c13cxcv. typis Martini Nutii & Joannis
Meursii, curâ Henrici Semalii S. I. Nullius ex historicis hîcce ope-
ribus meminisse miror Tritthemium: ut alios mittam. Est hic Kem-
pensis ille, qui tantopere celebratur libellis quatuor de imitatione
Christi: quos, ut ipse in autographo adnotârat, anno conscripsit
c13cccxi. Vitam ejus scripsere Judocus Badius Ascensus, Fran-
ciscus

ciscus Tolensis, canonicus regularis, & Heribertus Rosweyduſ S.I. Deceſſit anno cſcccclxxi, viii Kal. Aug.

GUIDO FLONOCHERUS, Narbonenſis, Dominicani ordinis magiſter generalis, claruit ætate Sigifmundi, Alberti jun. & Frederici III. Chronicon reliquit. Obiit an. cſcccclxi: ut Simlerus auctor eſt, atque ex eo Poſſevinus.

Anonymus ejuſdem temporis memoratur Mejero in Annal. Fland. ad an. cſcccclviii. a ubi ſic ait: *Sed quo omnia magis ſunt* ^{aPag. 323} *perſpicua, hiſtoriam de hiſce rebus à familiari Caroli Regis, qui aduſque mortem Ludovici vixit, ac de utroque rege haut contemnenda ſcripſit, at exere non pigebit: præſertim cùm plus ſemper fidei oculatis, quàm auris, tribuendum eſſe reſtibus, nemo neget.*

PETRUS GARNENGIUS, Aremoricus Brito, provincialis Carmelitarum apud Turonenſes, floruit temporibus imper. FridERICI III. Reliquit Hiſtoriam ordinis Carmelitici: item Hiſtoriam Eccleſiæ, atque alia. Deceſſit an. cſcccclxxi.

LAPUS FLORENTINUS, qui Geſnero eſt *Lapus Biragus Florentinus*, Philelpho epiſtola ad Leonardum Aretinum anno ſcripta cſccccxxvi dicitur *Lapus Caſtelliunculus*, ac vocat ibidem auditorem & familiarem ſuum; Leandro in Italia, ubi de doctis Florentiniſ tractat, vocatur *Lapus Caſtilionius*, vixit circa annum cſccccxl. Ac ne hunc alium à Birago putes, *Lapus Caſtilionius*; inquit, qui vitas aliquot *Plutarchi de Græcis in Latinum eleganter vertit*. Tranſtulit autem vitas Theſei, & Romuli, Lyeurgi, & Numæ Pompilii, Solonis, & Publicolæ, Themiftoclis, & Camilli, Periclis, Phocionis, & Cato-nis Uricenſis, Artaxerxis, atque item Arati. Vertit idem Dionyſii Halicarnaffenſis Antiquitates Romanas; ſed non ſatis fideliter, imò ſæpe parum Latine. Meliori fide, ac ſtylo, id præſtitit Gele-nius, ſed aliquantò liberius, uſque adeò, ut ſubinde binas, vel etiam ternas periodos unâ contringat: eaque imprimis cauſa fui, cur poſt hoſce novam interpretationem dare voluerit *Emilius Perius*. Meminit Lapi hujus etiam Philippus Bergomas Chronici ſupple-menti lib. vi, ubi ſermo de Florentiæ origine: item Franciſcus Al-bertinus de laudibus Florentiæ, & Saonenſis urbis ad Papam Ju-lium II. ubi eum vocat virum *litteris Græcis, & Latinis eruditiffimum*. Item meminit *Erasmus* in Ciceroniano. De eodem ſic *Ugolinus Verinus* lib. II Florentiæ illuſtratæ:

*Tè, Lape, mors juvenem nimis invidioſa peremit:
Ingenii ſed multa tui monumenta ſuperſunt,*

cl̄o l̄o lxxxiv, typis Dominici Bassæ, & sociorum, Urbis typographorum: postea autem Francofurti in officina Aubriana recussuere anno cl̄o l̄cxiiv.

Ejusdem Frederici III temporibus fuit quoque CYRIACUS ANCONITANUS, cognomento Antiquarius, quem Francisco Barbaro commendat Philelphus epistola ad eum scripta an. cl̄o ccccxlvi, & altera eopse anno exarata ad LEONARDUM Justinianum: ubi sic de eo scribit: *Cyriacus Aconitanus, cum Venetias peteret, à me petiit, ut se tibi per literas commendarem. Id feci eo libentius quia non essem ignarus hominem tibi fore non injucundum: præsertim qui ferat secum nonnulla prisca & vetustatis monumenta, & elogia, & epigrammata, & alia pleraque scripta, quæ ex lapidibus vetustissimis in Asia, Græciâque collegit. De eodem Leander in Piceni descriptione: Præterea (Ancon genuit) Cyriacum, totius antiquitatis, & rerum memorabilium per totam Europam, Asiæque, & Africa partem, indagatorem. qui mirifico studio, quæ literarum monumentis celebrata legerat, veluti theatra, amphitheatra, circos, templa, statuas, tymbos, obeliscos, pyramides, tabulas cum epitaphiis, arcus, ac id genus curiosæ investigationis alia, non solum ipse oculis conspexit, verum etiam diligentibus & exactè prædicta reddidit, expressitque. Rogatus autem, cur his in rebus tam studiose versaretur, Vt mortuos excitem, respondebat; dicto hercle tanto vivo convenienti, atque digno. Tam multa scriptis congescit, expressitque formis, ut Petrus Ruffanus, cui cum illo magna familiaritas intercessit, tria se ingentia volumina manu ipsius exarata depictaq; vidisse, afferret: quarum Antiquitarum partem in Germania Petrus Apianus, & Bartholomæus Amantius, anno à C.N. MDXXXIII typis ediderunt. Hæc Leander. At non admodum præclare de eo sensit V. CL. Antonius Augustinus, ubi Cyriacum hunc inscriptiones multas confinxisse ait, æ pari eas loco habet ut nugas Annii Viterbiensis. Imò ex tot inscriptionibus, quas ille in Hispaniâ legi refert, nec unicam inveniri ait: quas tamen, (ut plerique minus credulifumus) in annalibus Hispanicis velut genuinas exscripserit Ambrosius Morales. Dedit Cyriacus etiam vitas Imp̄p. à Jul. Cæsare usque ad Barbarossam, sed Italicè. Idem promittit philosophorum, poëtarum, atque etiam illustrum mulierum vitas. Sed utrum ediderit haud scio.*

Circa annum cl̄o ccccclxx floruit COSMAS LAURUS Brixienfis, atque, uti ex V. CL. Octavio Ruëo J. C. intellexi, sedulam operam navavit in originibus præcipuarum apud Brixienfes familiarum indagandis. Opus quoque condidit de præsulibus Brixianis: etsi id alteri ejusæ ætatis à nonnullis tribuatur.

Anno **1677** non parum laudis possedit **DANIEL CERETUS**, Brixienfis, vir eruditus, ac medicus eximius. Hic de historia rerum Brixienfium bene meritus est panegyrico fuo; quem eleganti carmine cecinit de præcellentibus fuæ ætatis viris Brixienfium. Opera ejus viri fuferunt Brixie manu exarata apud Octavium Rubeum **J. C.** patritium Brixienfem.

Anno **1678** vivebat **HIERONYMUS SALGHERIUS** Patavinus, facerdos, qui à confeffionibus erat Patavino monafterio **S. Profdocimi**: ac ejus cœnebiî monachæ, nomine **Euftochiæ**, vitam, quam apprimè nôrat, & Latine & Italice perferipfit. Obiit autem **Euftochia** an. **1699** idibus Febr. Vide **Scardeonium** lib. **II** rerum Patav. claff. **VI.** & **VII.**

MODESTUS POLENTONUS, **J. C.** Patavinus, Sicconis **Po-lentoni**, de quo fuferius egi, filius, opus reliquit de fepulcris viro-rum illuftrium, quæ Patavii vifuntur: ut ex doctiffimo **Laur. Pigno-rio** accepi. Vita excellit anno **1656**.

Magnos etiam tum fcribendo labores fuftinuit **OCTAVIUS FANENSIS**, qui **CLEOPHILUS** dici maluit. De ætate argumento eft, quòd in fuo de poëtarum cœtu poëmata ait, tunc feculi Mæcenatem effe **Petrum Medices**, **Cofmi** jam defuncti filium; eique filios effe confimiles, **Laurentium**, & **Julianum**, quem metri cauffa **Julium** vocat, ut alibi eodem opere **Claudium** dixit pro **Claudia-no**. At obiit **Cofmus** an. **1604**: **Petrus** **1672**: **Julianus** **1678**. **Laurentius** autem vitam produxit ufque ad annum **1656**. Atque ad **Laurentium** hunc etiam epiftolæ ejus exiftant. Procudivit & alia ingenii monumenta: quæ ipfe commemorat epiftolâ quadam ad **Fanenfes**. Inter ea eft **Historia Ariminenfis**. Item **Faneis**, quam **hifto-rica** penè fide panxit, ut ipfe ait. Sunt autem libri tres carmine facti heroico de bello **Fanenfis**, & paratâ urbi libertate. Item reliquit itineraria duo. Etiam **Sinchas**, five **descriptionem** carceris apud **Florentinos**. Adhæc libros **IV** de dictis, & factis memoratu dignis. Nomen ei fuit **Francifco**: **Octavii** filius erat. Sed patre jam pridem defuncto, fuafu **Pomponii Læti**, **Francifci** nomen deposuit, **Octavii** affumfit, ac quia gloriæ fe avidiorem fciret, Græcâ appellatione **Cleophilus** cognominari voluit. Familiaris fuit **Baptiftæ Guarino**, **Guarini** filio, & fummo viro, **Nicolao Leoniceno**, ut de **Volfo**, **Sulpicio**, **Pomponio**, **Marfo**, **Domitio**, atque aliis nihil dicam. Apud **Ariminenfes** primum, & exinde **Forofempronienfes** humaniores juventutem literas docuit.

Postea

Postea à Cardinale Baptista Zenone deductus est Romam, ac honeste habitus, sed ab eo migravit ad Cardinalem S. Petrum, Sixti Pontificis nepotem. Exinde secutus Alexandrum, qui postea pontifex: Suavem amatorem, nec illepidum appellat Lilius Gyraldus dialogo priori de poetis sui temporis: sed M. Antonius Sabellicus, libro de reparatione linguæ Latinæ, vitare eum jubet, ut qui amores canat lascivos. Nempe quædam ejus juvenilia viderat. Sed in iis quæ provecior scripsit, longè se alium ostendit. De mortis genere ita scribit Pierius Valerianus lib. II de infelicit. litter. *Octavius Cleophilus Fanensis & ipse fortunam expertus est iniquissimam. Post multos enim in liberatibus artibus labores exhaustos, dum sibi querit requiem, uxorem Centumcellis acceperat: quam dum in patriam traducere cogitat, à socero, quod eum dote fraudaret, veneno sublatus est.* Obiit anno ætatis XLIII, à Christi natali ccccxc.

Vitam ejus scripsit Franciscus Polyardus a. a Vna cū aliorum illustrium virorum vitis Fræcosurri prodit typis Egenolphi.
 PETRUS SCHOTTUS Argentinensis natus est circa annum ccccclix. Academiæ Germaniæ, Galliæ, Italiæ adiit. Poëticæ, & oratoriæ junior; postea juri utrique operam dedit. In patria urbe canonicus fuit B. Petri. Præter epistolas, carmine elegiaco condidit vitas S. Joannis Apostoli, Joannis Baptistæ, B. Chrysostrami, & Gersonis, cancellarii Parisiensis. Decessit Argentinæ anno ætatis xxxi, Christi anno ccccxcxi, vel proximo: ac sepultus est ibidem in æde B. Petri. Vitam ejus, ac mores, descripsit Jacobus Wimphelingus. Adi & Tritthemium in catalogo, & Pantaleonem part. II de viris illustribus Germaniæ. Primum autem Fani anno 1516 excusa fuit ab Hieronymo Senciano præmissa Octavii Anthropolpho-machia, & aliis operibus ejusdem.

PETRUS APOLLONIUS COLLATIUS, presbyter Novariensis, contexit carmine libros quatuor de excidio Hierosolymitano: qui Lutetiæ primum anno cclxxvi, curâ Joannis Gagnæi, Theologi Parisiensis, in lucem prodire: posteaque ab Adriano Vander-Burchio emendati, atque à Christophoro Plantino excusi Antverpiæ fuerunt. Hunc Margarinus de la Bigne, in indice chronologico veterum Ecclesiæ scriptorum, quem Tom. I bibliothecæ SS. Patrum subjunxit, vixisse putat exeunte seculo septimo, h. e. circa annum lxxc. Atque ut antiquus à summis seculi hujus viris passim laudatur. Sed si verus adeo esset, ejus Sigebertus, vel veterum alius, meminisset. Mihi quidem, quin scirens sit scriptor, dubium non est. Nec alia mens Casp. Barthio Adversar. lib. XXI I, cap. xxv I. Amplius dico, putare me vixisse eum anno ccccxc, ac deinceps. Aliud enim mihi persuadere non possum, quàm esse hunc eundem, ac ille Factorum conditor; de quo ita Cæsar Scaliger lib. VI Poë-

tices: Apollonius Collatius Fastos edidit: in quibus pietatem laudes. Frigidiusculus tamen poeta est: & cum discedit ab elegiaco, etiam infelix. Agit autem de Apollonio inter eos, qui vixere non multo ante, aut post annum millesimum quingentesimum. Ii sunt, Michaël Verinus, Baptista Egnatius, Titus & Hercules Strozæ, Mutius Aurelius, Marcellus Palingenius, Pierius Valerianus, Jo. Cotta, Aonius Palearius, Augustinus Beatianus, Andreas Naugerius, Andreas Alciatus, Balthasar Casti. onius: quibus proximè subdit Apollonium Collatium: ei autem subjungit Lancinum Curtium, Faustum Andrelinum, Desiderium Erasmus, atque alios. Apud Gyraldum verò in poetarum syntagmate, quod satis mirari non possum, altum de poeta hoc silentium est.

Extremis Frederici III temporibus, atque imperante Maximiliano, non exiguâ in existimatione erat HELIAS CAPREOLUS Brixienfis, Jurisconsultus. Natus est Capreolâ gente, quæ eximii est apud Brixianos nominis. Præclare de patria meritus fuit libris XIV de rebus Brixianis. Ex quibus XII in lucem emissi Brixiae apud Arundum de Amindis. Sed duo postremi, ipsius Capreoli manu exarati, supersunt in ædibus illustrissimi viri, magni literarum & literatorum patroni, Dominici Molini. Fuere ii ante Octavii Rubei, patritii Brixienfis, ex Rubeorum Parmensium familiâ; viri præcellentis eruditionis; uti monumenta ejus comprobabunt, quæ de Brixienfium, & hujus temporis gestis, summâ industriâ, fide, ac prudentiâ pergit consignare. Decessit Capreolus jam decrepitis anno 1519. Historiæ ejus Brixienfis meminit non semel Leander in Italia sua.

Ad hæc etiam tempora pertinet BARTHOLOMÆUS ZUCHATUS Tarvisinus: qui annales patriæ composuit ab Uibe eâ conditâ usque ad annum 1515. Hi in Italia MSSI circumferuntur: ut cognovi ex doctissimi & præstantissimi Balthasaris Bonifacii literis ad maximum & illustrissimum Dominicum Molinum.

Ex quibus percepi, eodem tempore claruisse, ac vitam usque ad annum 1510xx perduxisse, HIERONYMUM BONONIUM, poetam egregium: qui cum alia multa literis prodidit, quæ Promiscua vocavit: tum etiam prosâ & versu vitam B. Hieronymi conscripsit.

EITELWOLFUS DE LAPIDE, nobilis Suevus, Maximilianî imperatoris temporibus maximo in honore fuit apud marchionem Brandeburgicum: interque alia ad Georgium de Lapide, virum

virum literarum amantiſſimum, opus ſcripſit de laudibus heroum, & virorum illuſtrium: cujus & Tritthemius meminit.

Eodem tempore claruit SEBASTIANUS MURRO Colmarienſis, preſbyter & canonicus: cujus luculentum elogium idem habet Tritthemius. Præter alia, ad Jacobum Wimphelingum libellum contexit de laudibus Germanorum.

PHILIPPUS BIKEN, miles, claruit anno c̄lcccxc: quo ipſo edidit *Itinerarium terra ſanctæ*.

Anno c̄lcccxciv vivebat monachus ille Majoris-Monaſterii: qui poſteritati prodeſſe voluit ſignando geſta at batum ſui monaſterii. Eo ex opere luculentum depromit locum Martinus Marrier in bibliotheca Cluniacenſi a. Ac ſæpiuſcule ejus in notis meminit Andreas Quercetanus b.

GEORGIUS RAVENNATINUS Mediolanenſis, Ord. Prædicatorum, fuit anno c̄lxxxv. Condidit opus de viris illuſtribus ordinis ſui, qui in Provincia Romana claruerunt. Item alterum ad hiſtoriæ modum, opus quadripartitum, quod eſt cœnobii ejuſdem Ord. Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanenſis quadripartitum. Præterea hiſtoriam quadripartitam, in qua loquentes inducit S. Dominicum, & B. Petrum martyrem. Multa & alia edolavit, quæ, Poſſevino teſte, MSa ſuperſunt Mediolani in conventu Gratiarum Ord. Prædicat. Apud Leandrum lib. i de viris illuſtribus habes vitam B. Jacobi Sextii Mediolanenſis, qui anno deceſſit c̄lcccxciii. Ac vita ea auctorem præfert Georgium Mediolanenſem. Non dubito, quin ejuſdem ſit Georgii, de quo antè diximus: eſſi Poſſevinus pro diverſis habuiſſe videatur: ut qui primum loquatur de Georgio Mediolanenſi, vitæ Sextii auctore: quem & vitas ſui ordinis perſcripſiſſe agnoſcit: hinc ſubjungat Georgium Metropolitanam Nicomediensẽ: exinde veniat ad Georgium Ravennatinum Mediolanenſem, cujus opera MSa Mediolani aſſervari dicebam.

Tum etiam vivebat HILARIO, monachus SS. Nazarii, & Celfi, Veronæ, congregationis S. Juſtinæ, quæ nunc Caſſinenſis dicitur. Tranſtulit Dialectica Joannis Damasceni. Præterea, quæ de vita rectè inſtituendâ tradidit Dorotheus archimandrita. Habes Tom. ii biblioth. SS. Patrum. Inſuper vertit compendium Rhetoricæ Hermogenicæ: quam operam dicavit Petro Baſadonæ, Patriſio Veneto, conſuli Rhethymnæ. Prodiit curâ hæredum Aldi anno c̄lxxxiii, volumine eo, quo Rhetorica Trapezuntii, & antiqui aliquot rhetores junguntur. Sed iſta nihil ad hiſtoriam. Quò magis

a Col. 296

b Col. 43.

47.50.

156.

pertinent, quæ nunc dicam. Nam primùm edidit vitam S. Simeonis monachi, cuius corpus in diœcesi Mantuanâ affervatur in monasterio S. Benedicti. Adhæc vitis Sanctorum à Jacobo de Voragine conscriptis appendicem addidit: quæ Mediolani prodit apud Jacobum Ripam anno c13cccxciv. Egit quoque, tum de translatione S. Georgii (qui liber MSus exstat Venetiis in monasterio S. Georgii majoris) tum de translatione brachii ejusdem sancti ad idem monasterium S. Georgii. De obitu ejus hæc reperi apud Laurentium monachum, præfatione in doctrinas Dorothei: *Dum noster interpretes in humanis ageret, & Hierosolymam visendi desiderio ductus pergere cœpisset, in itinere constitutus, in Rhodo insulâ ex Cycladibus præcipuâ, diem clausit extremum, naturaque concessit, civibus cunctis, monachisque omnibus, ejus transitum collachymantibus.*

Maximiliani etiam imperatoris temporibus, extremis imprimis, non parum historiæ commodavit LUDOVICUS COELIUS RICCHIERIUS RHODICINUS, vir omnigenæ doctrinæ, interiorum autem literarum scientiâ nemini sui seculi secundus. Nec modo variæ lectionis, sed virum etiam pium fuisse, ait in Ciceroniano suo Erasmus. Hic Mediolanum à Ludovico XII, Galliarum rege splendidâ, planeque regiâ mercede vocatus fuit: magnâ cum gloria ibidem Latinas docuit literas, & Græcas. Postea eodem munere præclare functus est in illustri Gymnasio Patavino, quod mirum præterisse Antonium Ricobonum in suis de Patavino Gymnasio libris. Sed ita esse, uti dixi, patebit ex opere, quo idem argumentum longè feliciter tractabit Felix Osius in Academia Patavina Oratoriæ Professor. Præclarum hoc de Cœlio testimonium habes apud Robortelium commentario in artem Poëticam Aristotelis, ubi doctissimum superioris ætatis virum vocat. Item hoc Julii Cæsaris Scaligeri lib. I I I. de re poëticâ cap. ult. *Omnium, inquit, doctissimus præceptor noster, Antiquarum lectionum, Verrii exemplo.* Nam Cœlium signat, qui præcipuè immortale sibi nomen peperit triginta antiquarum lectionum libris: quo miscello opere, abstrusa utriusque linguæ vocabula enucleantur, in præstantissimis quibusque scriptoribus loca obscura explicantur, corrupta castigantur, adhæc historiæ reconditæ, & ritus veteres enarrantur, ex intima denique philosophia, potissimum è Platoniorum penu, arcana multa promuntur. Itaque sæpenumero miror, imò indignor, non magis hodie in manibus esse juventutis tanti viri labores, profectò auro contrâ non caros. Quippe & philologiæ studiosus, & amator historiæ, & philo-

Iosophias sectator, hauriet inde, quod juxta profit, ac de'ectet. Atque idem Cœlius egregiè meritus fuit de historia Plinii naturali; cui præterita multa addiderat, in quâ item multa, tum illustrârât, tum emendaverat. Sed nobilis hæcce opera, quæ à génio suo facile æternitatem sperabat, Libitinam effugere non potuit negligentius habita in *Βιβλιοπιδωρ* viri patricii: quemadmodum non absque dolore cognovi ex literis, quas ad illustriss. & æternitate dignissimum Dominicum Molinum scripserat Cœlii hujus civis, Balthassar Bonifacius: vir variæ & ipse doctrinæ, & scribendo præclare de studiis promeritus, de historia imprimis: quemadmodum cognoscere licet ex historia, quam edidit de gente Contarena: & alterâ de gestis Francisci Mariæ Ruverii: adhæc aliâ de XL Romanæ historiæ scriptorum vitis: quam si hæcenus videre licuisset, puto non pauca à præstantissimo illo viro observata comperissem, unde ditari ornatique potuisset labor hic noster de historicis Latinis. Sed nescio quo infortunio nondum is liber in manus meas pervenerit.

HENRICUS PENIA describebat anno CIO IXXIV gesta Sophi Persarum regis contra Turcas. Semel iterumque Frobenius

a An. 1514
& 1515.

Temporibus etiam Maximiliani nomen sibi parabat CORNELIUS AURELIUS Batavus. Natus is fuit Goudæ, unde & Aurelii nomen assumpsit. Nam Belgis aurum *gout* dicitur. Fuit canonicus Augustinianus in Hemdonck. Videtur præceptor fuisse magni Erasmi. Nam in Alardi Amstelodami literis ad eum Lovanii exaratis anno CIO IXXV, legas hæc verba: *Erasmus Basilea agit. Miramur omnes, quod tui, sincerissimi semper amici, & præceptoris, nusquam meminit.* Iisdem literis rogat eum Alardus, ut refellere velit, quæ in Batavorum historia de gentis ejus situ prodidisset Gerardus Geldenhaurius Noviomagus. Atque hac occasione Aurelius duos fecit libellos. Unius inscriptio erat, *Defensio gloria Batavina.* Alterius talis fuit: *Elucidarium variarum questionum super Bataviam regione, & differentia.* Sed Bonaventura Vulcanius, qui eos primus edidit, maluit hos uno titulo complecti, *De situ, & laudibus Bataviae.* Quæ præterea composuerit, idem Vulcanius indicabit in iis, quæ de auctore hoc editioni suæ permisit. Ab ipso Gerardo Geldenhaurio, adversus quem scripsit, reponitur inter illustres inferioris Germaniæ viros, ac vocatur *historicus, & nobilis versificator.* Sanè usque adeo carmine eo seculo pollere visus est, ut Maximilianus Imp. sponte ei, nec hujusmodi quicquam postulanti, per oratorem suum, Stephanum Cra-

coviensem, laurum miserit Apollinarem: quemadmodum Aurelius ipse testis est epistolâ ad Joannem de Hemstede, dominum Liefveldiæ.

FRANCISCUS POLYARDUS Fanensis in patriâ vixit anno c1515, eoque ipse civis sui Octavii Cleophili, de quo supra diximus, poëmatis, vitam à se exaratam præmisit.

NICOLAUS BAGNATORIUS Brixianus scribebat Bononiæ anno c1516 ad Augustinum Comottam Brixianum vitam B. Conradini Brixiani, ord. Præd. Habes in vitis illustrium ejusdem Ord. virorum, quas Leander edidit, libro v.

Tum quoque generis nobilitate, & eruditione conspicuus fuit INNOCENTIUS CÆSARIUS Brixienfis. Hic, ut ex Octavio Rubeo, V. CL. cognovi, elegantissimè descripsit calamitatem Brixiensem, quam passa est urbs à Gallis fœdè urbem populantibus anno c1511: cujus nec ipse miseriæ expers fuit: quippe captus est à Gallis in templo S. Joannis, cujus Præpositus erat. Decessit è vita circa annum Chr. c1511.

CAP. XI.

DE SCRIPTORIBUS
INCERTÆ ÆTATIS.

EX iis, quos præterii, soli restant illi, quorum ætas nesciur. Eos nunc juxta literarum seriem subijciam.

AQUINIUS JUGER vitam & gesta descripsit Octaviani Augusti: ut est apud Simlerum in bibliotheca, Glandorpium in Onomastico Romano, & Popelinierum in historicorum historicis. Sed *Inger* iis est, qui dici debuit **AQUILIUS JUGER**. Memoratur is Suetonio in Augusto cap. XI. Sed Augusti res scripsisse non dicit. Tantum quiddam ex eo refert, quod pertineat ad bellum Mutinense, in quo Hirtius & Pansa periere. Verba Tranquilli sunt: *Adjicit huius Aquilius Niger, aliterum è consulibus Hirtium in pugna tumultu ab ipso (Augusto) interventum.* Fortasse igitur tantum historiam scripsit belli Mutinensis. Imò quid si hæc hausta sint ex oratione quapiam adversus Octavianum.

AUGUSTINUS ECGÆUS consignavit Frisiorum historiam: ut auctor est Lelandus, & exinde Simlerus.


BARTHOLOMÆUS TRIDENTINUS vitas sanctorum descripsit: ut Simlerus, & Possevinus referunt.

CONRADUS ENGELHUS inter temporum scriptores recensetur à Basilio Jo. Heroldo: qui & eum se editurum promittit. Vide ipsum præfat. in Marianum Scotum.

ERCHEMPERTUS, monachus & diaconus montis Cassini, historiam reliquit de everfione monasterii sui à Saracenis, & de instauratione ejusdem. Auctor Possevinus. Sed ætatem præterit. Fortasse idem est ac Erembertus, sive Herembertus, historia Longobardicæ conditor: quod si est, vixerit anno **1301**, ut superius diximus. Sed in re parum exploratâ nihil certi spondemus.

FOCAS, seu *Phocas*, Grammaticus urbis Romæ, præter ea, quæ de nomine, verbo, & adspiratione supersunt, etiam carmine heroico descripsit vitam Virgilio. Versus ejus non tam poëtæ sunt, quam quales esse Grammaticorum solent.

GILBERTUS HANNONIUS historiam de rebus Hannoniæ condidit:



didit: utrùm Latinè, an Gallicè, non fat scio. Meminit Mejerus ad annum c̄lxxi.

HERMANNUS EDITUUS, vel potiùs ÆDITUUS, inter veteres temporum scriptores refertur à Basilio Ioanne Heroldo præfat. in Marianum Scotum. Atque addit ibidèm, eum à se propediem typis Oporini divulgatum iri. Sed quis iste sit, non fat scio. Nec enim, puto, is fuerit Hermannus Contractus, vir illustri adeò profapiâ satus: cui Æditui nomen parùm conveniret.

HILLINUS, monachus Corbe,æ in Gallia congregationis Floriacensis, & pro. à, & ligatâ oratione retulit martyrium beati Follani episcopi. Constat id opus libris duobus, qui MSi in cœnobio S. Follani extra Rutenas in tractu Tolosano existant; ut ait Possevinus.

JOANNES NOALIUS PATAVINUS, ut ex V. Cl. Laurentio Pignorio intelligo, reliquit opus de Constructione urbis Patavinæ, atque ejus c̄xx familiis: quod MSum exstat apud Felicem Ostium, artis oratoriæ in Gymnasio Patavino interpretem.

JOANNES DE RADICE condidit annales de Patavinæ Urbis festis, ludis, conviviis; aliisque ejus generis: quemadmodum ex litteris doctissimi Pignorii accepi.

LAURENTIUS, monachus Cassinensis, ac postea episcopus, carmine egit de passione S. Mauri, Castrensis episcopi: de vita S. Venceslai regis: deque pervigilio, seu vigilia S. Benedicti. Hæc, atque alia ejus, MSa Cassini superesse in VI pluteo ad dexteram Bibliothecæ; auctor mihi Possevinus: qui & de eo remittit ad Petrum Diaconum de viris illustribus Cassinensibus cap. VI. Addit quoque, eundem esse auctorem præfationis in doctrinas Dorothei, quæ exstat in bibliotheca SS. PP. Tom. II editionis secundæ. Sed vel non satis assequor mentem Possivini: vel mirificè eum ratio fugit. Nam Petrus Diaconus, quem de hoc Laurentio monacho scripisse refert, vixit circa annum c̄lxxlv: at ille Laurentius monachus, qui auctor est præfationis Dorothei, admodum recens est. Nam ait in epistola Dorothei esse Hilarionem, monachum Cassinensem. At Hilarion ille floruit circa annum c̄lxxvi annis quadringentis quinquaginta, & amplius, post Petrum Cassinensem: quemadmodum ex his liquere arbitror, quæ superius de illo attulimus.

MARTINUS SEGOVIUS, vel *Cegonius*, Novomontanus, à Cuspiniano in opere de Imperatoribus inter auctores refertur, quorum operâ in historia ea condenda profecit. Meminit & Bod-

MUS AUBANUS: qui ex illo de sepulchro Christi nonnulla adducit.

MAURUS LAPIUS, monachus S. Matthæ de Murano, in literas retulit vitam B. Petri Sardi, monachi S. Michaëlis in Murano, quod mille passibus distat Venetiis. Atque ibidem MSum exstare, testis est Possëvinus in Apparatu sacro.

B. MOR. (his solum literis auctoris nomen signatur) Ordinis Prædicat. monachus, scripto explicuit vitam B. Jacobi de Mevania. Habes apud Leandrum in quinto de viris illustr. Ord. Præd.

PINDARUS Thebanus inscribitur poëta quidam nominis incerti, qui carmine heroico panxit historiam belli Trojani. In codice MSo anni cccccxc qui est Patavii apud amicissimum Felicem Ofium, inscribitur, *Pindarus Thebanus de destructione Troja*. Primus eum edidit Laurentius Abstemius cum Maphæi Vegii Astryanaëte, ac quibusdam epigrammatis. Exinde Haganœ is, & postea Basileæ prodiit. *Auctor antiquus, & ingenio satis bono vocatur à Barthio Advers. lib. xix cap. xii. Item lib. xxiii cap. ix, scriptor non aspernabilis, licet inscriptionis mentita. Uti lib. xxxix cap. xiiii auctor ingeniosus, & eruditus sic satis. Et lib. lxx cap. i. legi dignissimus.* Nec judicium hoc summi viri displicet. Sed imprimis eundem vide lib. lviii cap. xiv.

POMPONIUS, abbas Abbauchius, historiam suam perduxit, usque ad an. cccccxciii. Memorari ab aliis video. Sed necdum contigit videre.

RODULPHUS, FLORIANENSIS monachus, S. Mauri, martyris Africani, passionem ac translationem carmine descripsit. Initium ejus est, *Gloria, splendor*. Meminit Saussëjus in Aurelianensibus annalibus lib. iv cap. x.

RUTILIUS FLACCUS vitas descripsit Theodosii, & Honorii imp. ut prodit Simlerus in biblioth. & Popelinierus inde exscribit lib. vii.

THEOPHILUS CASSINENSIS monachus, & diaconus, varia fecit carmina de B. Virgine: de adventu S. Benedicti ad montem Cassinum: de constructione cœnobij S. Mariæ in Plumbariola: deque constructione monasterii S. Salvatoris. Auctor Arnoldus Wion in ligno Vitæ, & exinde Possëvinus in doctissimo ac laboriosissimo Sacri Apparatus opere sæpius jam nobis memorato.

TORTARIUS, monachus Floriacensis, carmine hexametro panxit translationem S. Mauri, martyris Afri; cujus corpus quondam in Floriacensi monasterio situm fuit. Poëmatis ejus initium est,

Adfuerant Rema, &c. Ex poemate eo Joannes à Bosco edidit versus minus ducentis, cum auctor dicat se scripsisse millenos versus. Sunt autem rhythmicè scripti, ita ut media syllaba similis sit ultimæ. Inter scriptores Floriacensis cœnobii recensetur à Carolo Sauffejo in analibus Aurelianensibus lib. IV cap. x. Ante annos septingentos vixisse conjectat Barthius lib. LII Advers. cap. VI: ubi & pluscula scriptiōnis ejus emendat.

VERLATUS DE VERLATIS, quantum conjecturâ assequi licet, Vicentinus, collegit Potestates à Patavinis Vicentiam missas, ac res sui temporis descripsit. Nondum conspiciere licuit: sed indicium ejus debeo V. Cl. Laur. Pignorio.

ZAMALDONUS Italus, ac, ut puto, Patavinus, nondum mihi visus est. Eum olim de notabilibus sui temporis, opus condidisse, ex eodem Pignorio intelligo.

ETIAM alii occurrunt non exiguo numero, quorum ætatem non dum sciam: sed quia animus mihi est eos solum commemorare, qui ante hoc vixerint seculum: & de multis eorum ne hoc ipsum quidem certò asseverare auserim, utrùm ad seculum, quod proximè effluxit; an priora debeant tempora referri: equidem rejiciam eos in aliud tempus, quo per otium, si tanti modò tum videbuntur, exploratius aliquid statuere possim. Multo quæ justius, ut puto, idem fecero de compluribus, quorum non ætatem modò, sed nomen quoque ignorem. Dignitas tamen argumenti facit, ut non penitens possim præterire anonymos istos, qui sanctorum vitæ prodiderunt: præsertim quando in iis non paucos invenio, qui bene antiqui videantur, ac sæpe æquales sanctis ipsis, de quibus ingenii sui monumenta posteris sacrarint. Quod si quis iis etiam minutos aliquos (nequid gravius dicam) permistos esse pertendat: non quidem contentiōnis cum eo funem duxero; dummodo idem mecum fateatur, ex ejusmodi quoque scriptoribus posse aliqua hauriri, quæ ad temporum superiorum historiam pertineant. Interim ne, jam diu ipse opere hoc operoso lassus, longis logis defatigem lectorem meum; contentus ero illos apporere, qui apud Suriũ leguntur, & Mosandrum: quamquam complures videas ab iis interpolatas non parum: imò nonnullas etiam ab aliis ex Simeone Metaphraste translatas; utcumq; auctor sæpius dissimuletur. Ut in vita Cyri, & Joannis abbatis, Melaniæ junioris, Agathæ, atq; aliis factum est. Sed de isto aliàs videbimus. Nunc simpliciter subjiciam, quorum vitæ apud eos,

quos dixi, supersint, nomine scriptoris non apposito. Sunt verò vitæ istæ:

Clari, abbatis Viennensis, quæ apud Surium ex vetustis MSSis expressa est a. d. i Jan. Vixit autem Clarus (ut ex vita ea liquet) tempore Catoldi, Viennensis in Galliis episcopi: de quo Ado Viennensis in Chron. ad an. lclxxxvi.

S. Petri Aulani, quam scriptam Græcè, sed ab Anastasio bibliothecario fuisse versam, conjectat Surius. Habes apud eum a. d. i i i Jan.

Genovesa, sanctissimæ virginis, quæ ex vetustissimis MSSis expressa legitur a. d. i i i Jan.

S. Rigoberti, Rhemorum archiepiscopi, ex MSSis codd. edita, ad d. iv Jan.

Gertrudis de Oester, quæ T. vii. a. d. vii Jan.

S. Gudula, quæ ex perveteri MSO exscripta superest T. i. a. d. viii Jan.

Berardi, & quatuor sociorum Franciscanorum, passionem habes ad d. xvi Jan.

S. Sulpitii, Bituricensis archiepiscopi, ad d. xvi Jan.

Sebastiani martyris ibidem a. d. xx Jan.

S. Patrocli, ex vetusto codice MSO, ibidem a. d. xxi Jan.

Meiradi, Eremitæ, & martyris, qui trucidatus anno lccclx. Vide diem xxi Jan. Quanquam hujus de scriptoris antiquitate nihil auctim asseverare.

S. Valerii, Trevirensis episcopi, ex MSO cod. expressa ad d. xxix Jan.

S. Constantii, episcopi, & martyris, ex MSSis vetustis, sed stylo immutato ab Jo. Andrea Palatio, a. d. xxix Jan.

Abbatis Cyri, & *Ioannis*, martyrum, ib. a. d. xxxi Jan. Quibus de vitis uti & sequentibus dictum paullo antè.

S. Melaniæ Romanæ. Jan. xxxi.

S. Agathæ a. d. Febr. v.

S. Dorotheæ, ex MSO egregio, a. d. vi Febr.

S. Paulli, Viridunensis episcopi, & fratris B. Germani, episcopi Parisiensis. Habes ad d. vii Febr.

S. Valentini presbyteri, & *Asterii*, item *Marii*, *Marthæ*, *Audisacis*, & *Habacuc*, nobilium Persarum, ex antiquissimis martyrologiis, & vetustis MSSis, representatur a. d. xiv Febr.

Iterum *S. Valentini*, ex antiq. marty. ibidem a. d. xiv Febr.

S. Faustini, & Iovite, a. d. xv. Febr.

S. Eucheri, Aurelianensis episcopi, æqualis Caroli Martelli, a. d. xx Febr.

S. Nestoris episcopi, ex codice MSo ad d. xx Febr.

S. Winyvalaci abbatis, ex MSS. vet. a. d. III Mart.

S. Sabini, a. d. XII Mart.

S. Euphrasia, itidem a. d. XII Mart.

S. Hermelandi, Noviomagensis, primi abbatis Antrensis, a. d. xxv Mart.

S. Catharinæ Suedicæ, filiæ S. Brigittæ, a. d. xxiv Mart.

S. Ruperti, Noricorum doctoris, a. d. xxvi Mart.

S. Paterni, episcopi Abrincensis, a. d. xvi April.

S. Epipodii, martyris Lugdunensis, a. d. xxi April.

Fratris *Ægidii*, qui tertius S. Francisci Assisiatis socius fuit, a. d. xxiii April.

S. Alexandri, Lugdunensis martyris, a. d. xxiv April.

B. Roberti, primi abbatis Casæ Dei, itidem a. d. xxiv April.

S. Roberti, primi abbatis Molismensis, ac Cisterciensis, a. d. xxix April.

SS. Mariani Lectoris, & *Iacobi* diaconi, a. d. xxx April.

S. Maximi, itidem ad xxx April.

S. Marculphi, T. vii. a. d. i Maji.

S. Amatoris, ad eundem diem.

S. Evermari martyris, ad eundem.

S. Iuvenalis, episcopi Narniensis, & confessoris, a. d. III Maji.

S. Wironis, episcopi Scoti, ad viii Maji.

S. Gothardi, a. d. x Maji.

Anthimi presbyteri, *Sisinni* diaconi, & aliorum, a. d. xi Maji.

S. Gangulphi, a. d. xi Maji.

Nerei, *Achillei*, & aliorum, xi Maji.

Pancratii, a. d. xi Maji.

Pontii martyris, xiv Maji.

SS. Petri, *Andreae*, *Pauli*, & *Dionysii*, a. d. xv Maji.

S. Ivonis, presbyteri, & confessoris, xix Maji.

SS. Donatiani, & *Rogatiani*, xxiv Maji.

S. Althelmi, seu *Aldelmi*, episcopi Schireburgensis, seu Salisburienensis, xxv Maji.

SS. Marcellini, & *Petri*, die Jun. ii.

SS. Pergentini, & *Laurentini*, fratrum, ad Jun. iii.

- S. Liphazii*, presbyteri & abbatis, ad Jun. III.
S. Caprasii, abbatis Lirinensis, T. VII. ad. I. Jun.
S. Claudii, archiepiscopi Biliacini, ad VI Jun.
S. Roberti, abbatis Cisterciensis, die VII Jun.
SS. Primi, & Feliciani, IX Jun.
SS. Gerulii, Cerealis, Amantii, & Primitivi, ad X Jun.
S. Odulphi presbyteri, die XII Jun.
SS. Modesti, & Crescentia, Jun. XV.
SS. Quirici, & Iulitta, XVI. Jun.
SS. Ferreoli presbyteri, & *Ferrucionis* diaconi, ac *sociorum*, Tom. VII
 die XVI Jun.
S. Aviti presbyteri, XVII Jun.
S. Vulmari abbatis, ad XVII Jun.
S. Deodati episcopi, & confessoris, T. VII die XIX Jun.
S. Carilephi, presbyteri & monachi, T. IV ad I Jul.
SS. Procepi, & Martiniani, martyrum, ad II Jul.
Felicis presbyteri, *Irenai* diaconi, & *Mustiola*, nobilissimæ matro-
 næ, ad III Jul.
S. Procopii, ex normâ S. Benedicti viventis, ad IV Jul.
S. Kiliari, monachi primùm Huenfis in Hibernia, ac postea in
 Franconia Herbipolensis episcopi, a. d. VIII Jul. Stylus mutatus à
 Surio : sed prout in MSis legitur, edidit Canisius T. I v Antiq. Lect.
S. Cyrilli, a. d. Jul. IX.
S. Anatolia virginis, ad Jul. IX.
S. Felicis, & septem filiorum ejus, ad X Jul.
SS. Virginum, Ruffina, & Secunda, ad X Jul.
S. Amelbergæ viduæ, ad X Jul.
S. Raemeldis virginis, & martyris, sororis S. Gudilæ, ad XVI Jul.
S. Frederici, episcopi Trajectensis, & martyris, ad XVIII Jul.
S. Hildulphi, archiepiscopi Trevirensis, & primi abbatis Voga-
 fienfis, ad XI Jul.
S. Vulmari, abbatis & confessoris apud Boloniam Franciæ, ad
 XX Jul.
S. Apollinaris, Ravennatum episcopi, & martyris, ad XXIII Jul.
S. Brigittæ viduæ, quæ obiit anno cccccLXXIII. Habes ad XXIII
 Jul.
S. Cucuphatis, Jul. XXV.
S. Hyacinthi, Jul. die XXVI.
S. Lupi Trecentis, die XXIIX Jul.

- S. Afræ, v. Aug.*
SS. puerorum fratrum, Iusti, & Pastoris, vi Aug.
SS. Secundiani, Marcelliani, & Veriani, ad ix Aug.
S. Laurentii, die x Aug.
S. Susannæ, xi Aug.
S. Gaugerici, episcopi Cameracensis, xi Aug.
S. Porcarii, & sociorum, xii Aug. Tom. vii.
S. Werenfridi Confessoris, d. xiv Aug. T. vii.
Constantini Porphyrogeniti, xvi Aug.
S. Philiberti abbatis, Aug. xx.
S. Privati, episcopi Gavalitani, die xxi Aug.
SS. Claudii, Asterii, & Neonis; item
Donuina, & Theonilla, Aug. xxiii.
S. Genesii Romani, Aug. xxv.
S. Fiacrii, T. vii d. xxx Aug.
S. Bononii, abbatis monasterii Locedenis, Tom. vii. die xxx
August.
S. Lupi, Senonensis episcopi, i Sept.
S. Iusti, Lugdunensis episcopi, ii Sept.
Aniceti comitis, & Photini fratris martyrium, Sept. ii.
S. Seraphia virginis, iii Sept.
S. Marcelli, iv Sept.
S. Humberti, Confessoris in Hannonia quiescentis, Sept. vi.
S. Euontii, episcopi Aurelianensis, ad vii Sept.
Stephani Cartusiani, post Episcopi Diensis, ad vii Sept.
S. Adriani, & aliorum xxiii martyrum, ad vii Sept.
S. Guilonis, confessoris, Anderlaci quiescentis, die xii Sept.
SS. Syri, & Iuventii, ad xii Sept.
S. Amati, episcopi Senonensis, ad xiii Sept.
S. Editha virginis, regis Anglorum, Edgari filia, xv Sept.
S. Ferreoli martyrium, Sept. xviii.
S. Goerici, episcopi Metensis, vita, Sept. xix.
S. Ioannis, Reomaënsis abbatis, Sept. xxii.
S. Gerardi, episcopi Canadiensis in Pannonia, & martyris, xxiv
Sept.
SS. Cosmæ, & Damiani, ac fratrum ejus, Antimi, Leontii, & Euprepi,
vita, & martyrium, ad xxv Sept.
S. Elearii, comitis Ariani, vita, xxvi Sept.
SS. Vrsi, & Victoris, ex gloriosa Thebæorum legione, martyrium,
Sept. xxx. S. The-

S. Thomæ, Herefordensis in Anglia episcopi, vita Oct. i i.

S. Gerardi, abbatis ad Gonterrum, Broniensis abbatem ad
i i i Oct.

S. Magdalvæ, Viridunensis episcopi, & confessoris, Oct. i v.

S. Thyrsi, & sociorum ejus; item *Palmarii* proconsulis, *Maxentii*, &
sociorum Trevirensium martyrium, Oct. i v & v.

S. Domini militis, & sociorum ejus, martyrium, Oct. i x.

S. Gisleini monachi vita, i x Oct.

S. Calixti, & sociorum martyrium, x i v Oct.

S. Donatiani, Rhemensis archiepiscopi, translatio ad Brugas Flan-
driæ, Oct. x i v.

S. Hedvigi, ducissæ, ut vulgò loquimur, Poloniæ, x v Oct.

S. Mononis, martyris in Nassonia, x v i Oct.

S. Amabilis presbyteri, Oct. x i x.

SS. Cypriani, & *Fidei*, martyrium, Oct. x x.

S. virginis Ursule, & x i millium virginum, Oct. x x i.

S. Severini, Coloniensis episcopi, x x i i i Oct. item de translatione
ejus. ibid.

S. Felicis martyrium, x x i v Oct.

S. Euerghisti, Coloniensis episcopi, vita, x x i v Oct.

S. Maglorii, secundi episcopi Dolensis in Britannia minori, x x i v
Octob.

S. Miniatii militis, & martyris Florentini, x x v Oct.

S. Faronis, Meldensis episcopi, Oct. x x v i i i.

S. Ermelindis, virginis in villa Meldariensi quiescentis, Oct.

x x i x.

S. Marcelli centurionis martyrium, Oct. x x x.

S. Quintini martyris historia, x x x i Oct.

S. Wolphangi, Ratisponensis episcopi, vita, x x x i Oct.

Meminit Chronicon Reicherpergensis ad annum m i v : atque ali-
quam multa etiam inde citat ad verbum, non uti edidit Surius, qui
more suo verba immutavit : sed prout auctor ipse scripserat.

S. Notburgæ virginis, x x x i Oct.

S. Benigni, presbyteri & martyris, historia, i Nov.

S. Cesarii diaconi martyrium, i Nov.

S. Vigoris, episcopi Bajocensis, vita, i Nov.

S. Emerici, B. Stephani Hungarorum regis filii, Nov. i v.

S. Leonardi confessoris, Nov. v i.

S. Winoci abbatis, Nov. v i.

S. Florentii, episcopi Argentinenfis, Nov. VII.

S. Willibaldi, primi episcopi Bremensis, Nov. VIII.

S. Victoris, Virdunensis episcopi & confessoris, IX Nov.

S. Cuniberti, episcopi Colonienfis & confessoris, Nov. XII.

S. Maxellendis, virginis & martyris, Nov. XIII.

S. Laurentii, Archiepiscopi Dublinenfis, cujus scriptor in præfat. ait, se unum è collegio Augensi fuisse. Habes Nov. XIV.

S. Aniani presbyteri, Nov. XIX.

S. Jacobi intercessi, Nov. XXVII.

S. Saturnini, primi episcopi Tolosani & martyris, XXIX Nov.

S. Radbodi, episcopi Ultrajectini, Nov. XXIX.

S. Elogthii, abbatis Latiniacensis, à monacho Walciodorenfi scripta,

III Dec.

S. Birini, episcopi Dorcestrienfis, & confessoris, III Dec.

S. Lucie, virginis & martyris, Dec. XIII.

SS. *Nicasii*, episcopi Rhemenfis, & *Eutropie*, sororis ejus, ac *sociorum*, T. VII, Dec. XIV.

Atque ista è Surio, & Mosandro. Sed plerorumque horum jam videor mihi auctorem reperisse. Quemadmodum & alia non pauca eodem pertinentia observari. Quæ partim brevitatis studio, partim quia nonnulla in iis sunt, in quibus nondum mihi satisfaciam, in commodius malo tempus differre. Cæterum vitis ac passionibus jam commemoratis, multa alia ex aliis addi possunt. Uti est Conversio S. Afræ, & puellarum ejus, ex MSo cod. expressa à Marco Velfero in Antiquit. Aug. Vindelicis. Ibidem invenies passionem S. Afræ: quam opere sit conferre cum iis, quæ apud Vicelium in Hagiologio leguntur. Item apud eundem Velferum ex codd. vet. habes passionem SS. Hilarie, Dignæ, Eunomie, Eutropie, & sociorum. Apud Vicelium est & passio S. Cyriaci, & sociorum. Apud Canisium T. v Antiq. Lect. invenitur vita Henrici à Zwifaltach Suevi, Prioris in monasterio Ochsenhausen. Ibidem etiam legas passionem sanctorum Albani, & sociorum ejus. Eademne an alia sit ab MSa Albani vita, quæ est Oxonii in bibliotheca Bodlejana, melius dicent qui videre. Passio S. Gerulphi è MSo Truchinensi codice exhibetur à Sandero in Hagiologio Flandriæ. Pluraque hujus generis inedita supersunt in bibliothecis publicis, ac monasteriis: quæ paullatim, communi orbis bono, in lucem exitura speramus. Et multa huc spectantia suppeditabit magnus Ecclesiasticorum Annalium conditor, imprimis in Martyrologio suo. Mihi omnia inde

cum pulvisculò in cumeras meas convertere non est animus. Idque eo minus, quia siquid nunc indictum, id plenius explicabitur, quando, ut dixi, de anonymis vitarum scriptoribus in opere alio cum cura differam: quod brevi fore non diffido.

CAP. XII.

Historicis perperam annumerari octo istos, Livium Andronicum, L. Afranium, Decimum Laberium, Pæstanum Vibonensem, M. Valerium Probum, Hildegastum, Sylvium Bonum, & Palladium Diaconum.

TAndem mare magnum emensi, littori appellimus læti. Nec tamen pedem enavigio ponere animus est, priusquam ostensum sit, cur in tanta eorum copia, quos advehimus, plusculi non compareant, quos alii inter historicos retulerunt.

Antiquissimus eorum est LIVIUS ANDRONICUS, sive ei prænomen Tito, ut est in Hieronymi Chronico: sive Marco, ut ibidem Scaliger annotavit: sive Lucio, ut ego censeo, gemino tibicine suffultus: nempe Gellio lib. XVII cap. XIX, & Cassiodoro in coff. Andronicum hunc libros XVII. carmine panxiffe de rebus Romanorum, tradit Cælius Rhodiginus lib. VII Antiquarum Lect. cap. IV: ut de Simlero *a*, Popeliniero *b*, Glandorpio *c*, idem referentibus, nihil nunc dicam. Imposuit iis locus Diomedis lib. III: ubi pro Livius rescribi debet *Ennius*: ut superius ostendimus lib. I cap. II.

*a In bibliotheca.
b Lib. v de historicis.
c In Onomastico, voce Livius Andronicus.*

L. AFRANIUS, Togatarum & Atellanarum scriptor; item DECIMUS LABERIUS, mimus, annales condidisse dicuntur ab Hercule Ciofano, notis in illud poëtæ primo Fast.

Sacra recognoscens annalibus eruta prisca.

Sed à veterum hoc nemine proditum videtur.

PÆSTANUS VIBONENSIS inter historicos Latinos relatus est à viris eruditis: atque etiam inter scriptores Macrobio memoratos reperitur in indice eo, quem Stephanus in aliæ editiones habent. Prora & puppis hujus opinionis sunt locus iste Macrobbii lib. VI Saturn. cap. IV: *Sed & Pæstanus Vibonensis sic ait, Pedibus equos traxissimus. Quomodo & veteres editiones habent, etiam Aldina, & hac antiquior Colonienis ante seculum ab Arnoldo Vesaliensi recensita: nisi quòd in utraque Labonensis pro Vibonensis literæ*

unius trajectiunculâ legas. Esse verò hunc Macrobbii locum corruptissimum, primus vidit Ludóvicus Carriolib. 1. Emendat. cap. xv. ubi eum observat adumbratum esse ex illo Ciceronis lib. xvi ad Att. cap. vi. *Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet, Pæstanus & Vibonensis: utrumque pedibus, equis, transmissimus.* Nam à *πυδῶρας, pedibus, equis*, ut etiam in optimo codice Tornæsiano invenerat Lambinus, legi debere, jam olim doctissimus Simeo Bossius vidit: ut editio ab eo procurata arguit, atque item, quæ ex literis ejus ibidem Carrio adducit. *Pedibus equis est πῦρ, ἢ τὸν ἴππον*, hoc est terrestri itinere: non autem, ut pedes pro equis fuerint; quod Carrio temere malebat. Nam etsi ob maris recessum Ciceroni non erat navigio opus: equi tamen illi usus erat, sive ob lassitudinem, sive quia non ita mare ubique recesserat, ut siccis pedibus sinum utrumque transmittere liceret. Macrobbii igitur locus sic corrigendus: *Sed & Pæstanium, & Vibonensem, Cicero ait, pedibus equis transmissimus.* Error provenit ex eo, quòd librarius, in compendio literarum studens, *Cic.* scripserat, unde postea sic fecere. Quod si quis verba illa, *Cic. ait*, ante *Pæstanium* reponere malit, fiet illud me non improbante. Nam facile fuit illa trajicere librario. præsertim si priùs omiſsa, posteaque ad oram adlita, vel superius scripta fuere. Imò nec repugno, si quis librarii incuriâ putaverit, quòd omiſsum. Nempe ut ita fuerit in codice, quem is excidit.

Sed & Cicero ait:

*Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet,
Pæstanus & Vibonensis: utrumque pedibus
equis transmissimus.* Sed priora malim, quia vocis illius *utrum-*

que, apud Macrobbium vestigium est nullum. Multò minùs placet Carriónis sententia legentis, *Cicero ad Atticum ait: Pæstanus, & Vibonensis. utrumque equis pedibus transmissimus.* Nam ne in structura peccetur, aut paucula verba, quæ proximè antecedunt ante *Pæstanus & Vibonensis*, præmississet: aut ex recto casu quartum fecisset.

Vidi qui putaret M. VALERIUM PROBUM, qui Hadriani temporibus vixit, *χρονολογίας* edidisse, quia inter scriptores Servio memoratos reponi à Fabricio animadverterat Probi libellum de connexionione temporum. Verùm libellus ille non de rerum, sed verborum temporibus egit; eoque Grammaticus planè, non historicus erat. Verba enim Servii sunt ista in illud VII ÆN.

Turne, toi incassum suos patere labores.

Probus de temporum connexionione libellum composuit, in quo docet, quid cui de-
beat

beat accommodari: ex quo intelligimus, hanc, quam fecit, arduam esse connexionem. Nam PATIERE futuri temporis est. FUSOS vero participium est præteritum.

HILDEGASTUS philosophus, & vates Francorum doctissimus, ut de eo Simlerus in Gesneri appendice refert, claruit anno Chr. CCXL, ac carmine heroico scripsit vitam regis Sunonis. Sed vellem ejus rei idoneum laudasset auctorem. Nam planè eum supposititium, aut commentitium esse existimo.

Gratiani imperatoris ætate fuit SYLVIVS BONVS, Brito, seu Britannus, quem Ausonius ridet epigrammate CVII. Is, si Balæum audimus centuriâ primâ de scriptoribus Britannicis, cecinit Maximi Cæsaris laudes, atque opus edidit de bellis Aremoricis: quæ temporum injuriâ intercidisse conqueritur. Verùm metuo plurimum, ne quod de scriptis Sylvii refert, id planè sit commentitium, nec ullo veteri scriptore subnixum.

PALLADIUS diaconus claruit temporibus Theodosii & Valentini. atque à Cœlestino Papa, anno Ch. CCCXXXI, Prospero in Chronicis teste, missus est in Britanniam, & ex diacono ordinatus est episcopus Scotorum, Hic est, qui *Scotorum apostolus* vocatur, uti Patricius Hibernorum. Nec multò postquam in Britannias venit, obiit: ut testatur Probus in vita Patricii, qui Palladio successit. Palladius hic, præter ea, quæ Græcè prodiderat, Latine consignavit vitam Joannis Chrysoptomi: ut Balæus ait scriptorum Britannicorum Cent. XIV. Imò præit ei hac parte Tritthemius in Catal. Ac juniorum multi idem scripsere. Sed planè confundunt Palladium Galatam, Helenopolis episcopum, Lausiacorum scriptorem, & Palladium diaconum, Scotorum Apostolum: quorum ille Pelagianis, ac Origenistis favit: ut ex Lausiacis ejus, ac B. Hieronymo a constat: alter autem Pelagianis est adversatus; ut ostendunt ista Prosperi verba in Chronicis: *Agriola Pelagianus, Severiani Pelagiani episcopi filius, Ecclesias Britanniæ dogmatis sui insimulatione corruptit: sed ad actione Palladii diaconi, papa Cælestinus Germanum, Antisiodorensis episcopum, vice sua mittit, ut deturbatis hæreticis, Britannos ad Catholicam fidem dirigat.* Is autem, qui Chrysoptomi vitam scripsit, est Palladius Galata, Chrysoptomi discipulus, episcopus Helenopolis: cujus hodieque dialogus existat de vita Chrysoptomi, in quo se colloquentem inducit cum Theodoro, Romanæ Ecclesiæ diacono: qui habitus, cum Zozimus pontifex esset. Nec Latine à Palladio is dialogus est exaratus, ut Balæus credit, sed Græcè: Latine autem

a Epist.
66. ad-
versus
Ctesiphō-
tium.

830 GER. IOAN. VOSSI DE HIST. LATIN. LIB. III.
vertit Ambrosius, monachus Camaldunensis. Itidem errat Balæus,
cum Palladium, cui Cyrillus dicavit librum suum de adoratione in
Spiritu & veritate, credidit esse episcopum Scotorum: cum ab utro-
que, de quo diximus, sit diversus.

Sunt & alii longè plurimi, quos malè retulerint in historicorum
Latinorum gregem. Sed eos omnes recensere si velim laborem sub-
ire cogar tædii afferentem plus satis: at fructus parum. Ut mit-
tam, quod de plerisque eorum, me etiam tacente, error cuius paullò
oculatori statim, foricis instar, se prodar. Atqui, ut bene à dicendi
sapiendique magistro a proditum fuit, ἀδυναμία τὰ πάρεχθ' ἔργων b.
Quare, jam lares nostros conspiciens, tandem de navi in terram ala-
cer profilio: Deoque Sospitatori gratias, quantas possum, ago, quòd
ad molestissimum laborem in vasto adeò tot scriptorum mari, non
infeliciter exhauriendum, & vitam mihi concesserit, & otium, ac
vires.

a *Arist.* 2
Rhet.
b *Nugatorium est
dicere
manifesta.*

F I N I S.

INDEX

I N D E X

S C R I P T O R U M,

De quibus in opere hoc de Historicis

Latinis tractatur.

A Blas <i>Wispergensis</i> , vide	<i>Adelo Adelingus.</i>	299
Conradus <i>s. Lichtenavv.</i>	<i>Ademarus.</i>	773
Abbo. 334	<i>Adhemarus.</i>	294
Abbo <i>Floriacensis.</i> 354	<i>Ado.</i>	330
<i>Abgillus</i> , vide <i>Ioannes Abgillus.</i>	<i>Adrevaldus.</i>	335
<i>Ablavius.</i> 690	<i>Adrianus Butius.</i>	565
<i>Accas Hagulstadenfis.</i> 278	<i>Adrianus de Veteri Busco.</i>	571
<i>Acciolus</i> , vide <i>Donatus Accia-</i>	<i>Adicellius</i> , vide <i>Servatius Adicel-</i>	
<i>lus.</i>	<i>lus.</i>	
<i>Acerbus Morena.</i> 782	<i>Egidius Aurifaber.</i>	563
<i>Acilius</i> , vide <i>Aquilinus Severus.</i>	<i>Egidius Aurifaber Bruxellensis.</i>	640
<i>Achardus Bridlingtonensis.</i> 422	<i>Egidius Leodicensis.</i>	691
<i>Achilius</i> , vide <i>Aquilinus Severus.</i>	<i>Egidius Muisius.</i>	529
<i>Acholius.</i> 182	<i>Egidius de Roya.</i>	606
<i>Actius</i> , vide <i>Attejus.</i>	<i>Egil five Aigil.</i>	305
<i>M. Actorius Naso.</i> 691	<i>Elius Antonius Nebriffensis</i> , vide	
<i>Adalbero (ut quidam vocant)</i> vide	<i>Antonius Nebriffensis.</i>	
<i>Adelboldus.</i>	<i>Elius Cordus</i> , vide <i>Iunius Cordus.</i>	
<i>Adalberus.</i> 337	<i>Elius Donatus</i> , vide <i>Donatus.</i>	
<i>Adamannus Scorus.</i> 272	<i>Elius Maurus.</i>	176
<i>Adamus Barkingensis.</i> 454	<i>Elius Sabinus.</i>	180
<i>M. Adamus Bremensis.</i> 386	<i>Elius Spartianus.</i>	185
<i>Adamus Carthusianus.</i> 516	<i>L. Elius Tubero.</i>	56
<i>Adamus Muremuthensis.</i> 542	<i>Emilius Macer.</i>	46.79
<i>Adelarius.</i> 335	<i>Emilius Parthenianus.</i>	691
<i>Adelbertus</i> , vide <i>Adrevaldus.</i>	<i>Emilius Probus</i> , vide <i>Cornelius Ne-</i>	
<i>Adelboldus.</i> 359	<i>pos.</i>	
<i>S. Adelinus.</i> 755	<i>Aelfredus</i> , vide <i>Alfredus.</i>	
<i>Adelinus</i> vide <i>Adelinus</i> , item p.	<i>M. Emilius Scaurus.</i>	36
294	<i>Emilius Veronensis</i> , vide <i>Paulus</i>	
	<i>Aemi-</i>	

<i>Aemilius Veronenfis.</i>		<i>Albertus, monachus Lobienfis.</i>	352
<i>Emilius Sura.</i>	691	<i>Albertus, monachus Metenfis.</i>	365
<i>Eneas Sylvius.</i>	593	<i>Albertus, monachus Patavinus.</i>	462
<i>Ethicus Iſter.</i>	692	<i>Albertus S. Remigiü.</i>	693
<i>L. Afranius.</i>	827	<i>Albertus Stadenfis.</i>	479
<i>Agnellus, vide Andreas Agnellus.</i>		<i>Albigretus Cortuſius.</i>	797
<i>Agricola, vide Rudolphus Agri- cola.</i>		<i>Albinus, vide Flaccus Alcuinus Al- binus.</i>	
<i>Agrippa, vide Viſſianus Agrippa.</i>		<i>Albinus, vide Poſthumius Albinus.</i>	
<i>Agrippina.</i>	127	<i>Albricus Aquenſis, vide Albertus Aquenſis.</i>	
<i>Aimomus.</i>	308	<i>Albricus Canonicus, vide Albertus Canonicus.</i>	
<i>Aio.</i>	765	<i>Alcimus Avitus.</i>	220
<i>Aionus, vide Haitonus.</i>		<i>Alcuinus, vide Flaccus Alcuinus Al- binus.</i>	
<i>Alanannus, vide Aimannus.</i>		<i>Aldarus, vide Ioannes Aldarus.</i>	
<i>Alanus de Lynna.</i>	559	<i>Alexander ab Alexandro.</i>	608
<i>Alanus de Rupe.</i>	567	<i>Alexander, abbas monaſterii Salvato- ris.</i>	382
<i>Alanus Teukesburienſis Anglus.</i>	454	<i>Alexander Anglus, vide Alexander Eſſebienſis.</i>	
<i>Albericus.</i>	381	<i>Alexander Atrebas.</i>	773
<i>Albericus Vierus.</i>	474	<i>Alexander Benedictus.</i>	601
<i>Albertimus, vide Franciſcus Alberti- nus.</i>		<i>Alexander Celeftinus.</i>	430
<i>Albertinus Muſatus.</i>	509	<i>T. Alexander Cortefius.</i>	626
<i>Et plenius</i>	792	<i>Alexander Eſſebienſis.</i>	469
<i>Albertus, vide Adelbertus.</i>		<i>Alexander de Hales.</i>	472
<i>Albertus Aquenſis.</i>	774	<i>Alexander Severus.</i>	176
<i>M. Albertus Argentinenſis.</i>	537	<i>Alexander Somerſetenſis, vel Staſfor- dienſis, vide Alexander Eſſebien- fis.</i>	
<i>Albertus Arhemus.</i>	562	<i>Alexander, vide Sulpitius Alexander. Alfredus.</i>	393
<i>Albertus Bsbius.</i>	693	<i>Alimentus, vide Cincius Alimentus.</i>	
<i>Albertus Bohemus.</i>	448	<i>Almannus Galus.</i>	322
<i>Albertus à Bonſtetten.</i>	693	<i>Almannus Rinucinus.</i>	611
<i>Albertus Canonicus.</i>	774	<i>Alouſius Cadamuſtus.</i>	671
<i>Albertus Caſtellanus.</i>	668	<i>Alphanus Salernitanus.</i>	376
<i>Albertus Hamburgeniſis, vide Alber- tus Kranzius.</i>			
<i>Albertus, comes ab Hohenberg.</i>	529		
<i>Albertus Kranzius.</i>	647		
<i>Albertus Monachus.</i>	693		
<i>Albertus, monachus Benedictinus, vi- de Albertus Stadenfis.</i>			

I N D E X

<i>Alphius Avitus.</i>	694.	<i>Dominicus Floccus.</i>	
<i>Alphonsus Cathaginensis.</i>	586	<i>Andreas Leucander.</i>	361
<i>Alphonsus à Palencia.</i>	596	<i>Andreas Marchianensis.</i>	695
<i>Alphonsus Tostadius.</i>	578	<i>Andreas S. Michaëlis.</i>	569. 643
<i>Alfredus Malmesburienfis.</i>	354	<i>Andreas, monachus Vallis Umbrosa.</i>	
<i>Alfredus, rex Anglia.</i>	335		769.
<i>Alphredus Beverlacensis.</i>	393	<i>Andreas, presbyter Ratisbonensis.</i>	
<i>Alphricus Grammaticus.</i>	361		550.
<i>Alpinus, vide in Cornelius Alpinus.</i>		<i>Andreas Redusius.</i>	803
<i>Alredus Rhiëvallus, vide Eatredus.</i>		<i>Andronicus, vide Pompilius An-</i>	
<i>Altfriidus.</i>	318	<i>dronicus.</i>	
<i>Alvarius Cordubensis.</i>	759	<i>Angelus Bassus, vulgò Politianus.</i>	
<i>Amalricus augerii.</i>	530		628.
<i>Amandus.</i>	398	<i>Angradus monachus.</i>	695
<i>Amatus.</i>	378	<i>Anianus Flander.</i>	564
<i>B. Ambrosius.</i>	743	<i>L. Amicus Florus.</i>	162
<i>Ambrosius Camaldulensis.</i>	555	<i>M. Amicus, vide Lucanus.</i>	
<i>Ambrosius Contarenus.</i>	588	<i>Annales Maximi.</i>	3
<i>Ambrosius Coranus, vide Ambrosius</i>		<i>Annaeus Seneca.</i>	128
<i>Coriolanus.</i>		<i>Annibaldus Seccanus.</i>	510
<i>Ambrosius Coriolanus.</i>	606	<i>Annius Frecialis.</i>	695
<i>Ambrosius Leo Nolanus.</i>	679	<i>Annius Viterbiensis.</i>	609
<i>Ambrosius Mediolanensis.</i>	694.	<i>Anonymi, qui sanctorum vitas descri-</i>	
<i>Americus Vesputius.</i>	671	<i>pserunt, & apud Surium ac Mo-</i>	
<i>Ammianus Marcellinus.</i>	200	<i>sandrum exstant, referuntur pag.</i>	
<i>Ampius, vide Titus Ampius.</i>		<i>821. & quinque sequentibus. Hic,</i>	
<i>Amundeshamus, vide Ioannes Amun-</i>		<i>in præteritis, indicium fiet aliorum</i>	
<i>desham.</i>		<i>incerti nominis, seu vitas, seu aliud,</i>	
<i>Anastafius Bibliothecarius.</i>	318	<i>consignarunt. Et quia id ratione</i>	
<i>Anastafius Caïnensis.</i>	284	<i>nominum fieri nequit, cum ea re-</i>	
<i>Anastafius alter.</i>	346	<i>ficiantur: ne nullus sit ordo, qui in</i>	
<i>Andreas Abbas.</i>	643	<i>quærendo attendatur, literarum se-</i>	
<i>Andreas Agnellus.</i>	757	<i>ries observabitur in operum nomi-</i>	
<i>Andreas Assaracus.</i>	678	<i>nibus, atque argumentis, que tracta-</i>	
<i>Andreas Bilius.</i>	551	<i>rant.</i>	
<i>Andreas Fulvius Prænestin.</i>	680	<i>ANONYMUS de quatuor abbatum</i>	
<i>Andreas Dandatus.</i>	798	<i>vitæ.</i>	432
<i>Andreas Hornus.</i>	694.	<i>scriptor Chronici de Abendo-</i>	
<i>Andreas Dominicus Floccus, vide</i>		<i>nenfî monasterio.</i>	728

ANONYM. de vita S. Adalberti.	355	ANONYMUS monachus S. Launom.	
Alter de eadem.	356	ari de S. Benedicti translatione.	
de septem aetatibus mundi.	504	766.	
de conversione S. Afræ, & puellarum ejus.	826	auctor Cronici S. Benigni Divi-	
de passione S. Afræ.	ibid.	sonensis.	768
de vita Aigulphi.	751	vita S. Bernardini Senensis.	382
de passione S. Albani.	826	vita S. Bertulpii.	729
de vita S. Aleidis.	728	Chronici de Brabantia laudibus.	554
Alexandri Magni.	ibid.	historici brevii, qui temporibus vixit Sigismundi imperatoris.	551
S. Amati.	267	annalium monasterii de Bruntun.	730
de consulum Andegavensium gestis.	780	vita Burchardi Wormatiensis.	768.
de vita S. Annonis.	378	Chronicorum continuatorum in monasterio Dunelmensi.	730
S. Anthelmi.	433	Chronici, quod Alberto Argentinensi premititur.	482
S. Antonii Vlyssiponensis.	463	de vita S. Clarae.	481
Apollonii Tyrii.	729	de capite S. Clementis, Constantinopoli Cluniacū translato.	730
Auctor appendicis de bellis sacris.	551	auctor Cluniacensis Chronici.	769
de vita S. Aquilini.	271	Collectaneorum Chronico-	
historia Aquitanicæ auctor.	729	rum.	756
de vita B. Arnulphi.	261	continuator Chronici Florentii Wigorniensis.	422
eremita Britannus de gestis regis Arthuri.	752	de vita S. Cuneræ.	647
Chronici Augustensis auctor.	729	auctor annalium Dominicorum Colmariensium.	484
Chronici Australis scriptor, ex quo Matheus Marefchallus excerpta dedit.	ibid.	de vita S. Domnoli.	256
de vita S. Austreberthæ.	279	S. Ebrulpii.	260
S. Austregisili.	256	S. Eparchii.	ibid.
de expeditione Barbarossæ in Syriam.	440	de translatione Epiphaniï Ticensis.	349
de vita S. Bathildis.	270	de vita S. Ermenoldi.	489
Bedæ continuator.	386	S. Eugendi.	259
monachus Egmondanus, auctor Chronici Belgici.	446	de actis Felicis, & aliorum.	739
auctor Chronici Belgici magni.	569.		
auctor epitomes de bellis sacris	535		

ANONYMUS de gestis Flandrorum.
 565
 auctor *Chronici Foffre-Novae.*
 781.
annalium Francorum conditor.
 327
 alter de eodem argumento. 730
 item alius de eodem. ibid.
 praeerea quartus. 731
 item quintus. 788
 auctor *epitomes de gestis regum*
Francorum. 731
 auctor *Italus de gestis Franco-*
rum, & aliorum Hierosolymi-
tanorum. 771
 auctor *de gestis Francorum*
Hierusalem oppugnantium.
 774
 de *vita B. Fulgentii.* 239
S. Fursæi. 731
S. Gerlaci. 462
S. Germani. 297
S. Gertrudis. 751
S. Gerwini. 399
 de *gestis sui temporis.* 772
 alter de eodem argumento. 807
 de *vita B. Gilberti, seu Gisberti.*
 442.
B. Godeberthæ. 482
B. Godefridi. 406
 auctor *libri XI Gregorio Turo-*
nensi additi. 285
 de *vita S. Gudwali.* 378
Guidonis abbatis. 369
B. Guilhelmi, abbatis Cister-
ciensis. 409
Guilhelmi conquestoris. 731
Guntheri, & aliorum. 768
Henrici quarti. 393

ANONYMUS auctor trium librorum de
bellis Henrici quarti contra
Saxones. 385
 de *vita Henrici quinti, Angliae*
regis. 632
Ochsenbusanus monachus de vita
Henrici à Züsätzsch. 733
 de *vita B. Hermannii.* 462
 auctor *Hierosolymitani Chro-*
nici. 399
Historia Hierosolymitanae.
 783
 de *vita S. Huberti.* 275
 de *translatione ejusdem.* ibid.
 de *vita S. Hugonis.* 441
S. Hugonis, abbatis S. Martini
Eduensis. 762
S. Hunegundis. 348
 de *rebus Infubrium, & Euganeo-*
rum, vide Paduanus monachus.
 auctor *historiae de Inventione*
Diodori, Mariani, & aliorum.
 335
 de *vita Ioannis Bridlingtonii,*
Angli. 542
 auctor *Itinerarii à Burdigala Hier-*
usalem usque. 743
 scriptor *de genealogia Karoli Ma-*
gni. 760
 de *gestis Karoli Magni.* 313
 alter de eodem argumento. 333
 poeta *Paderbornensis ut eodem.*
 761.
 de *vita S. Lamberti.* 752
B. Landelini. 731
S. Launomari. 243
 auctor *Chronici Laurishamensis.*
 435
Lemovicensis. 787

ANONYMUS de vita Liborii.	340	ANONYMUS de vita Roberti Frisii,	
de vita S. Ludgeri.	412	Flandria comitis.	772
Ludovici Pii.	305	de vita S. Rudberti, Salisburgen-	
Ludovici Octavi, Gallia-		sis episcopi.	733
rum regis.	731	auctor Chronici Salisburgenfis.	
S. Macarii.	377		569.
S. Majoli.	732	alter de episcopo Salisburg.	437
de gestis abbatum Majoris - mo-		auctor historiae Scholasticæ Novi	
nafterii.	813	Testamenti cum additionibus.	
auctor Chronici Manniæ.	732		733
auctor actorum S. Mariani, & I-		auctor Chronici de gestis Simonis	
cobi diaconi.	741	comitis.	ibid.
de vita S. Martini.	267	de vita S. Siviardi.	271
auctor qui verit historiam Mat-		auctor Speculi exemplorum.	
thiæ Apostoli.	732		644
de vita S. Maximiliani, Laure-		auctor Chronici Suarzachenfis.	
centis episcopi.	ibid.		733.
S. Meinwerci.	ibid.	de vita B. Theobaldi.	374
auctor Chronici Montis - Sereni.		de vita Theodomari, vide Ano-	
ibid.		nymum de vita Thietmonis.	
de vita Morandi cōfessoris.	733	de vita Thietmonis.	776
S. Norberti.	408	de gestis Trevirorum.	780
auctor Chronici Patriarchalis.	580	de ritibus, & moribus Turcorum.	
auctor Chronici S. Petri Vivi Se-			564.
nonensis.	552	monachus S. Iuliani, qui Turo-	
minorita Gandensis de bello inter		nense Cronicon composuit.	784
Philippum Pulchrum, Gal-		de translatione S. Valentini.	399
lie regem, & Guidonem e Do-		auctor Chronici S. Udalrici, &	
minico Petri, comitem Flandria.		Africæ monasterii.	733
	791.	de vita S. Udalrici.	764
de recuperatione terra sanctæ.		auctor Violæ Sanctorum.	734
	791	de translatione S. Viti.	313
de miraculo S. Remacii.	332	de vita S. Walerici.	270
de vita Remberti.	334	S. Wandregifili.	279
auctor compendii de Remensis Ec-		Weingartenfis monachus, auctor	
clesiæ presulibus, ex Flodovardo		Chronici de Welfhis.	444
excerpti.	411	de vita Wilhelmi Roschilden-	
de gestis Richardi I, Angliæ re-		fis.	457
gis.	733	S. Wilibaldi.	754
			Ansel-

I N D E X.

<i>Anselmus Avelbergenfis.</i>	412	<i>Aquilius Severus.</i>	199
<i>Anselmus Gemblacensis.</i>	779	<i>Aquinus Iuger.</i>	817
<i>Anselmus Legiensis.</i>	372	<i>Archangelus Neapolitanus.</i>	696
<i>Anselmus, monachus Franciscanus.</i>	648.	<i>Architraus, vide Ioannes Architraus.</i>	
<i>Anselmus Rhemensis.</i>	372	<i>Arenpeckius, vide Vitus Arenpeckius.</i>	
<i>Anser.</i>	85	<i>Aretinus, vide Carolus Aretinus.</i>	
<i>Anso Belga.</i>	285	<i>Aretinus, vide Ioannes Aretinus.</i>	
<i>Anterus Papa.</i>	178	<i>Aretinus, vide Leonardus Aretinus.</i>	
<i>Antipater, vide Cilius Antipater.</i>		<i>Aretinus Tortellius, vide Ioannes Aretinus Tortellius.</i>	
<i>Antoninus.</i>	94.96	<i>Aribo Frisingensis.</i>	285
<i>Antoninus Augustus.</i>	695	<i>Arlotus de Raynone.</i>	696
<i>Antoninus Florentinus.</i>	587	<i>Arlunus Bernardinus.</i>	697
<i>Antonius.</i>	231	<i>Arno Salisburgensis.</i>	755
<i>Antonius Bonfinius.</i>	658	<i>Arnoldus, abbas Bonayallis.</i>	434
<i>Antonius Campanus, vide Ioannes Antonius Campanus.</i>		<i>Arnoldus Bostius.</i>	641
<i>Antonius Cartularius.</i>	802	<i>Arnoldus de Busco.</i>	568
<i>Antonius Cornafanus.</i>	626	<i>Arnoldus comes.</i>	766
<i>Antonius Flaminius, vide Ioannes Antonius Flaminius.</i>		<i>Arnoldus Hildeshemensis.</i>	447
<i>Antonius Galateus.</i>	618	<i>Arnoldus Kiver, vide Albertus Arnoldus hemius.</i>	
<i>Antonius Geraldinus.</i>	613	<i>Arnoldus Lubecensis, vide Arnoldus Hildeshemensis.</i>	
<i>Antonius de Godis.</i>	508	<i>Arnoldus Saxo.</i>	363
<i>Antonius Iulianus.</i>	696	<i>Arnulphus.</i>	384
<i>Antonius Majus.</i>	680	<i>Arnulfus.</i>	90
<i>Antonius Michaël, vide Marcus Antonius Michaël.</i>		<i>Arvodulphus.</i>	431
<i>Antonius Nebriffensis.</i>	657	<i>Asaphus Venedota.</i>	259
<i>Antonius Pacinus.</i>	696	<i>Asclepiodorus.</i>	185
<i>Antonius Panorrita.</i>	592	<i>Asconius Pedianus.</i>	142
<i>Antonius Sabellicus, vide Marcus Antonius Sabellicus.</i>		<i>Asellio, vide Sempromius Asellio.</i>	
<i>Antonius Tuderrinus.</i>	595	<i>C. Astinus Pollio.</i>	80
<i>Apollinarius, vide Aurelius Apollinarius.</i>		<i>Asketelius, vide Wilhelmus Asketle.</i>	
<i>Apollonius Collatius, vide Petrus Apollonius Collatius.</i>		<i>Asprianus, vide Fulvius Asprianus.</i>	
<i>Appulejus Madalrensis.</i>	738	<i>Assaracus, vide Andreas Assaracus.</i>	
		<i>Asserius, vide Ioannes Asser.</i>	
		<i>Astyanax, vide Meonius Astyanax.</i>	

<i>Atavantius Florentinus, vide Paulus</i>		<i>Aurmarus, vide Adhemarus.</i>	
<i>Atavantius Florentinus.</i>		<i>Aymarus Rivallius.</i>	684
<i>Aterianus, vide Iulius Aterianus.</i>			
<i>Athestinus, vide Hieronymus Athestinus.</i>		B.	
<i>Attejus Capito.</i>	107	B <i>Aconus, vide Robertus Baconus.</i>	
<i>Attejus Philologus.</i>	83	<i>Baconus, vide Rogerus Baconus.</i>	
<i>Atticus, vide Pomponius Atticus.</i>		<i>Balei duo, vide Robertus Balau junior, & senior.</i>	
<i>L. Attius.</i>	29	<i>C. Balbillus.</i>	132
<i>Avalonius, vide Elvanus Avalonius.</i>		<i>Balbus, vide Hieronymus Balbus.</i>	
<i>Avalonius, vide Melkinus Avalonius.</i>		<i>Baldericus.</i>	387
<i>Auctus Florentinus.</i>	407	<i>Baldricus Archiepiscopus Aurelianensis, sive Dolensis.</i>	771
<i>Audoenus.</i>	266	<i>Baldunus Nivivensis.</i>	493
<i>Aventinus, vide Ioannes Aventinus.</i>		<i>Baldunus Parochus.</i>	550
<i>Aufidius Bassus.</i>	113	<i>Bandelus, vide Matthaus Bandellus.</i>	
<i>Aufidius Modestus.</i>	114	<i>Bandonia.</i>	252
<i>S. Augustinus.</i>	213	<i>Baptista Egnatius.</i>	678
<i>Augustinus Dathus.</i>	808	<i>Baptista Ferrariensis.</i>	657
<i>Augustinus Egeus.</i>	817	<i>Baptista Fulgofus.</i>	612
<i>Augustinus Eucadius.</i>	697	<i>Baptista Mantuanus.</i>	664
<i>Augustinus Iustinianus.</i>	680	<i>Baptista Platina, vide Platina.</i>	
<i>Augustinus Patritius.</i>	604	<i>Baptista Spagnolus Mantuanus, vide de Baptista Mantuanus.</i>	
<i>Augustinus Ticinensis.</i>	667	<i>Barinus Becicemus, vide Marinus Barletius.</i>	
<i>Augustus Cesar.</i>	87	<i>Barletius, vide Marinus Barletius.</i>	
<i>Avienus.</i>	202	<i>Barnabas Celsanus.</i>	697
<i>Avitus presbyter.</i>	220	<i>Bartholinus Perusinus, vide Richardus Bartholinus Perusinus.</i>	
<i>Avitus, vide Alcimus Avitus.</i>		<i>Bartholomeus Blanchinus.</i>	674
<i>Avitus, vide Alfius Avitus.</i>		<i>Bartholomeus Brixianus.</i>	467
<i>Aumonius.</i>	355	<i>Bartholomeus Facius.</i>	555
<i>Aurelianus Clericus.</i>	336	<i>Bartholomeus Fomius.</i>	659
<i>Aurelianus Festivus.</i>	183	<i>Bartholomeus Gaetanus.</i>	801
<i>Aurelius Apollinaris.</i>	184	<i>Bartholomeus Glanvyle.</i>	533
<i>Aurelius Brandolinus.</i>	611	<i>Bartholomeus Neocastrensis.</i>	697
<i>Aurelius Philippus.</i>	177		
<i>Aurelius Verus.</i>	697		
<i>Aurelius Victor.</i>	195		
<i>duo alii ejuse nominis.</i>	196.220		
<i>Aurbertus.</i>	288		

I N D E X.

<i>Bartholomæus de Osa.</i>	512	<i>Bernardus de Bessa</i> , vide <i>Bernardinus de Bessa.</i>	
<i>Bartholomæus Platina</i> , vide <i>Platina.</i>		<i>Bernardus à Breitenbach.</i>	570
<i>Bartholomæus Scala.</i>	616	<i>Bernardus de Castro.</i>	505
<i>Bartholomæus Tridentinus.</i>	817	<i>Bernardus abbas Clavallensis.</i>	407
<i>Bartholomæus Veronenfis.</i>	582	<i>Bernardus Compostellanus.</i>	778
<i>Bartholomæus Vicentinus.</i>	784	<i>Bernardus Guidonis.</i>	499
<i>Bartholomæus Zuchatus.</i>	812	<i>Bernardus Iustinianus.</i>	605
<i>Bartolus</i> , vide <i>Franciscus Bartolus.</i>		<i>Bernardus Noricus.</i>	698
<i>Basilus</i> , vide <i>Iohannes Basilus.</i>		<i>Bernardus Rucellarius.</i>	661
<i>Basinus</i> , vide <i>Thomas Basinus.</i>		<i>Bernardus Sapiens.</i>	698
<i>Bassus Aufidius.</i>	113	<i>Bernicus</i> , vide <i>Ethelvolphus Bernicus.</i>	
<i>Bassus</i> , vide <i>Casus Bassus.</i>		<i>Berno Augiensis.</i>	367
<i>Bassus</i> , vide <i>Gabius Bassus.</i>		<i>Bertholdus Constantiensis.</i>	390
<i>Bassus</i> , vide <i>Iulius Bassus.</i>		<i>Berthorius</i> , vide <i>Petrus Berthorius.</i>	
<i>Baudemundus.</i>	270	<i>Betrada.</i>	365
<i>Beatus Rhenanus.</i>	63	<i>Berrvaldus</i> , vide <i>Brivvaldus Glas-</i>	
<i>Bebelius</i> , vide <i>Henricus Bebelius.</i>		<i>corius.</i>	
<i>Bebenbergius</i> , vide <i>Rudolphus Bebenbergius.</i>		<i>Bestonus</i> , vide <i>Robertus Bestonus.</i>	
<i>Beda.</i>	276	<i>Beulanus presbyter.</i>	259
<i>Beiffelius</i> , vide <i>Iudocus Beiffelius.</i>		<i>Beulanus junior</i> , vide <i>Samuel Beulanus.</i>	
<i>Beka</i> , vide <i>Ioannes de Beka.</i>		<i>Bibius</i> , vide <i>Albertus Bibius.</i>	
<i>Belchamus</i> , vide <i>Feus Belchamus.</i>		<i>Bibulus.</i>	85
<i>Benedictus de Accoltis.</i>	580	<i>Biclarieusis</i> , vide <i>Ioannes Biclarieusis.</i>	
<i>Benedictus Burdonius.</i>	685	<i>Bilius</i> , vide <i>Andreas Bilius.</i>	
<i>Benedictus Morandus.</i>	580	<i>Blanchinus</i> , vide <i>Bartholomæus Blanchinus.</i>	
<i>Benedictus Petroburgensis.</i>	424	<i>Blastus Menalefus.</i>	462
<i>Benedictus</i> , vide <i>Zacharias Benedictus.</i>		<i>Blaunpains</i> , vide <i>Michael Blaunpains.</i>	
<i>Benevenutus de Campesani.</i>	795	<i>Blondus</i> , vide <i>Flavius Blondus.</i>	
<i>Benevenutus de Rambaldis.</i>	538	<i>Bocacius</i> , vide <i>Ioannes Bocacius.</i>	
<i>Bemo.</i>	381	<i>Bocchus</i> , vide <i>Cornelius Bocchus.</i>	
<i>Bercharius.</i>	698	<i>Bockynghā</i> , vide <i>Radolphus Bockyngham.</i>	
<i>Bergomas</i> , vide <i>Iacobus Philippus Bergomas.</i>			
<i>Bernardinus de Bessa.</i>	784. 787		
<i>Bernardinus Corius.</i>	617		
<i>Bernardus abbas.</i>	698		

I N D E X.

<i>Capitolinus</i> , vide <i>Cornelius Capito-</i> <i>linus</i> .		<i>Cerilianus</i> , vide <i>Fabius Cerilianus</i> .	
<i>Capitolinus</i> , vide <i>Julius Capitolinus</i> .		<i>Charvitiis</i> .	382
<i>Cappidus Stauriensis</i> .	341	<i>Chaundelerus</i> , vide <i>Ioannes Chaun-</i> <i>deler</i> .	
<i>Capreolus</i> , vide <i>Helias Capreolus</i> .		<i>Christianus Moguntinus</i> .	435
<i>Caradocus Lancarvanensis</i>	416	<i>Christophorus de Bondelmontibus</i> .	
<i>Carminius</i> .	699	803.	
<i>Carolus Aretinus</i> .	578	<i>Christophorus Persona</i> .	605
<i>Carolus Verardus</i> .	617	<i>Cicardus Abbas</i> .	699
<i>Carulanus</i> , vide <i>Martinus Carsula-</i> <i>nus</i> .		<i>Cicero</i> .	51
<i>Cartularius</i> , vide <i>Antonius Cartula-</i> <i>rius</i> .		<i>Cicestrius</i> , vide <i>Radulphus Boc-</i> <i>kynge</i> .	
<i>I. Casbianus</i> .	226	<i>Cicestrius</i> , vide <i>Richardus Cicestrius</i> .	
<i>Castiodorus</i> .	237	<i>Cilnius Maccenas</i> .	105
<i>L. Casius Hemina</i> .	26	<i>Cimbertus</i> , vide <i>Kimbertus</i> .	
<i>T. Casius Severus</i> .	109	<i>L. Cincius Alimentus</i> .	16
<i>Castellanus Bastianensis</i> .	798	<i>Clarentius</i> , vide <i>Osbertus Clarentius</i> .	
<i>Castello</i> , vide <i>Philippus Gualterus</i> <i>Castello</i> .		<i>Claudius Caesar</i> .	127
<i>Castilionius</i> , vide <i>Franciscus Castilio-</i> <i>nus</i> .		<i>Claudius Eusthenius</i> .	185
<i>Castorius</i> , vide <i>Ioannes Castorius</i> .		<i>Claudius Pollio</i> .	738
<i>Cataneus</i> , vide <i>Ioannes Maria Ca-</i> <i>taneus</i> .		<i>Claudius Numatianus</i> , vide <i>Rutilus</i> <i>Claudius Numatianus</i> .	
<i>Cato Censorius</i> .	19	<i>Q. Claudius Quadrigarius</i> .	44
<i>Catulus</i> , vide <i>Lutatius Catulus</i> .		<i>Clemens</i> , vide <i>Corvinus Clemens</i> .	
<i>Caxtonus</i> , vide <i>Guilhelmus Caxtonus</i> .		<i>Clodius Licinius</i> .	35
<i>Ceccanus</i> , vide <i>Annibaldus Ceccanus</i> .		<i>Clofnerus</i> , vide <i>Fredericus Clofnerus</i> .	
<i>Cejonius Iulianus</i> .	195	<i>Cluvius Rufus</i> .	144
<i>Celesinus</i> , vide <i>Alexander Celesinus</i> .		<i>Cneus Cellius</i> .	34
<i>Celsus</i> , vide <i>Iulius Celsus</i> .		<i>Cneus Vellejus</i> , vide <i>Cneus Gellius</i> .	
<i>Celsus Maphæus</i> .	620	<i>Cælius Rhodiginus</i> , vide <i>Ludovicus</i> <i>Cælius Rhodiginus</i> .	
<i>Celtes</i> , vide <i>Conradus Celtes</i> .		<i>Cænobita Medelocenses</i> .	356
<i>Censrinus</i> .	178	<i>Cogitosus</i> .	699
<i>Censorius</i> , vide <i>Cato Censorius</i> .		<i>Collenutius</i> , vide <i>Pandulphus Colle-</i> <i>nutius</i> .	
<i>Cepio Dalmata</i> , vide <i>Coriolanus Ce-</i> <i>pio Dalmata</i> .		<i>Colmannus Sapiens</i> .	451
<i>Ceretus</i> , vide <i>Daniel Ceretus</i> .		<i>Comestor</i> , vide <i>Petrus Comestor</i> .	
		<i>Commicus</i> , vide <i>Philippus Commi-</i> <i>naus</i> .	

Compostellanus, vide Bernardus Compostellanus.		Cordus, vide Crematius Cordus.	
Conganus abbas.	418	Cordus, vide Iunius Cordus.	
Congelshofius, vide Iacobus Congelshofius.		Coriolanus, vide Ambrosius Coriolanus.	
Conradus abbas.	343	Coriolanus Cepio Dalmata.	568
Conradus Alpendorp.	540	Corippus Africanus.	748
Conradus, Bruvvilerensis monachus.		Corisfinus, vide Petrus Corisfinus.	
378.		Corius, vide Bernardinus Corius.	
Conradus Celtes Protucius.	641	Cornazanus, vide Antonius Cornazanus.	
Conradus Engelhus.	817	Cornelius Alpinus.	85
Conradus episcopus.	479	Cornelius Aurelius.	815
Conradus Germanus, vita Dominici scriptor.	497	Cornelius Bocchus.	699
Conradus Halberstatensis.	799	Cornelius Capitolinus.	183
Conradus Lauterbergius, vide Conradus, Sereni montis presbyter.		Cornelius Hibernus.	471
Conradus à Liechtenavv.	400	Cornelius Nepos.	69
Conradus à Marburg.	464	Cornelius Severus.	107
Conradus Molitor.	572	L. Cornelius Sylla.	39
Conradus monachus, vide Conradus Bruvvilerensis.		C. Cornelius Tacitus.	158
Conradus à Mure.	489	Cornelius Thuscus.	125
Conradus Peutingerus.	652	Cornelius Valerianus.	700
Conradus Philosophus.	456.458	Cornutus.	135
Conradus Scheurnensis, vide Conradus Philosophus.		Cortusius, vide Albigeretius Cortusius.	
Conradus, Sereni montis presbyter.		Cortusius, vide Guilhelmus Cortusius.	
699.		Corvinus Clemens.	739
Conradus S. Valrici.	512	Cosconius.	700
Conradus Vecerius.	651	Cosmas Laurus.	809
Conradus Wellings.	502.571	Covenrius, vide Guilhelmus Covenrius.	
Constantinus Vrbevetanus.	478	Crematius Cordus.	112
Constantius.	223	Cresconius.	751
Contarenus, vide Ambrosius Contarenus.		Cribrellus, vide Leodristius Cribrellus.	
Contarenus, vide Franciscus Contarenus.		Crimus, vide Petrus Crimus.	
Corbulo, vide Domitius Corbulo.		Crispus Sallustius.	73

I N D E X.

<i>Curius Fortunatianus.</i>	181	<i>Diëdus, vide Franciscus Diëdus.</i>	
<i>Curtius Rufus.</i>	146	<i>Diëmo.</i>	468
<i>Cuspinianus, vide Ioannes Cuspi-</i>		<i>Dietmarus Helmovardiensis.</i>	394
<i>nianus.</i>		<i>Dietmarus Meursburgensis.</i>	766
<i>Cuthbertus.</i>	284	<i>Dimanius.</i>	235
<i>Cyprianus.</i>	243	<i>Dionysius.</i>	181
<i>Cyriacus Anconitanus.</i>	809	<i>Dionysius abbas.</i>	239
<i>Cyrellus, vide Statius Cyrellus.</i>		<i>Dionysius Castmensis.</i>	701
<i>Cyrellus.</i>	701	<i>Docreus, vide Ioannes Docreus.</i>	
<i>Cyrimus.</i>	700	<i>Dodechinus.</i>	444

D.

D <i>Amasus.</i>	200	<i>Dominicus Floccus.</i>	101.581
<i>Dandalus, vide Andreas Dan-</i>		<i>Dominicus Spazzarinus, vide Ioan-</i>	
<i>dalus.</i>		<i>nes Dominicus Spazzarinus.</i>	
<i>Dagelius.</i>	183	<i>Domitius.</i>	701
<i>Dando, vide Thomas Dando.</i>		<i>Domitius Corbulo.</i>	130
<i>Daniel Ceretus.</i>	810	<i>Domizo.</i>	773
<i>Daniel Chinacius.</i>	800	<i>Donatus.</i>	743
<i>Daniel Wentanus.</i>	278	<i>Donatus Acciagolus.</i>	623
<i>Dares Phrygius.</i>	701	<i>Donatus Bosius.</i>	620
<i>Darius Tibertus.</i>	657	<i>Dorlandus, vide Petrus Dorlan-</i>	
<i>Dathus, vide Augustinus Dathus.</i>		<i>cus.</i>	
<i>Dathus, vide Nicolaus Dathus.</i>		<i>Douglas, vide Gavinus Douglas.</i>	
<i>Datus Mediolanensis.</i>	237	<i>Drogo Flander.</i>	373
<i>David Morganus.</i>	636	<i>Druso.</i>	106
<i>David Schotus.</i>	394	<i>C. Drusus.</i>	702
<i>December, vide Petrus Candidus</i>		<i>Dudo Neuftrius.</i>	356
<i>December.</i>		<i>Duglossus, vide Ioannes Duglos-</i>	
<i>Decimus Laberius.</i>	827	<i>sus.</i>	

E.

<i>Deirus, vide Humbertus Deirus.</i>		E <i>Admerus Britannus.</i>	400
<i>Desiderius Spretus.</i>	678	<i>Eadmundus Gryme.</i>	424
<i>Devonius, vide Iosephus Devo-</i>		<i>Ealredus, vide Ethelredus.</i>	
<i>nus.</i>		<i>Ebbo.</i>	411
<i>Devonius, vide Willibaldus Devo-</i>		<i>Eberardus.</i>	365
<i>nus.</i>		<i>Eberardus Altahensis.</i>	502
<i>Dexter.</i>	204	<i>Ecclestonus, vide Thomas Eccle-</i>	
<i>Dictys Cretenfis, vide Septimius Ro-</i>		<i>stonus.</i>	
<i>manus.</i>			

<i>Echebertus, vide Egbertus.</i>		<i>Erasmus Vitellius.</i>	646
<i>Eckardus.</i>	407	<i>Erchempertus monachus.</i>	817
<i>Eckerhardus.</i>	458	<i>Eremita Britannus, vide Anonymus</i>	
<i>Edimerus.</i>	401	<i>Eremita.</i>	
<i>Eduardus Cantuariensis.</i>	424	<i>Erempertus.</i>	761
<i>Egbertus.</i>	429	<i>Ericus, vide Hericus.</i>	
<i>Egilvvardus.</i>	501	<i>Ermanicus, vide Ermenoldus.</i>	
<i>Eginhardus.</i>	301	<i>Ermenoldus.</i>	757
<i>Egnatius, vide Baptista Egnatius.</i>		<i>Ermaudus, vide Arnoldus.</i>	
<i>M. Egnatius Calvinus.</i>	702	<i>Ethelredus.</i>	416
<i>Cn. Egnatius Verinus.</i>	ibid.	<i>Ethelvverdus, vide Eلفvvardus.</i>	
<i>Egwinus.</i>	273	<i>Ethelvvolphus Bernicus.</i>	284
<i>Einarus, vide Eginhardus.</i>		<i>Ethelvvolphus de Lapide.</i>	812
<i>Estelvvolphus, vide Ethelvvolphus.</i>		<i>Ethelvvolphus Wentanus.</i>	354
<i>Elboldus.</i>	261	<i>Evagrius.</i>	201
<i>Elerius Cambrius.</i>	267	<i>Eucadius, vide Augustinus Eucadius.</i>	
<i>Elfvvardus.</i>	390	<i>Eucherii duo Lugdunenses.</i>	227
<i>Elias, vide Helias.</i>		<i>Everhelmus.</i>	369
<i>Eligius Houcarius.</i>	649	<i>Everisdenus, vide Ioannes Eversidenus.</i>	
<i>Elmandus.</i>	441	<i>Evervvinus.</i>	368
<i>S. Elisabeth Schonaugiensis.</i>	412	<i>Eugippius.</i>	235
<i>Elphinstonus, vide Guilhelmus Elphinston.</i>		<i>Eulogius.</i>	275
<i>Elvanus Avalonius.</i>	170	<i>Eulogius Cordubensis.</i>	758
<i>Elvodugus Probus.</i>	259	<i>Eulogius, vide Vitellius Eulogius.</i>	
<i>Emericus.</i>	326	<i>Euodius Valensis.</i>	220
<i>Emundus.</i>	400	<i>Eustasius.</i>	263
<i>Emundus de Dwynter.</i>	553	<i>Eusthenius, vide Claudius Eusthenius.</i>	
<i>Encolpius.</i>	177	<i>Eustochius.</i>	702
<i>Engelbertus, abbas Admontensis.</i>		<i>Eutrardus, vide Luitprandus.</i>	
498.		<i>Eutropius.</i>	196
<i>Engelbertus Cisterciensis.</i>	478	<i>Eutychius Proculus Siccensis.</i>	739
<i>Engelhardus.</i>	445		
<i>Ennius.</i>	6		
<i>Ennodius.</i>	234		
<i>Epicadus, Sylla libertus.</i>	39		
<i>C. Epidius.</i>	702		
<i>Epiphanius Scolasticus.</i>	237		
<i>Erasmus Stella Libanothanus.</i>	650		
		F.	
		<i>Fabius Cerilianus.</i>	184
		<i>Fabius Marcellinus.</i>	703
		<i>Fabius</i>	

I N D E X.

<i>Fabius Maximus Servilianus.</i>	14. 27	<i>Flaminius,</i> vide <i>Sebastianus Flami-</i>	
<i>Fabius Pictor.</i>	12	<i>nus.</i>	
<i>Fabius Rusticus.</i>	129	<i>Flamma,</i> vide <i>Galvanus Flamma.</i>	
<i>Fabius Servilianus,</i> vide <i>Fabius Ma-</i>		<i>Flavaldus,</i> vide <i>Flodoardus.</i>	
<i>ximus Servilianus.</i>		<i>Flavianus.</i>	
<i>Fabius,</i> vide <i>Servius Fabius.</i>		<i>Flavianus,</i> vide <i>Vibius A.</i>	115
<i>Fabius Sostianus.</i>	194	<i>Flavianus.</i>	
<i>Fabricius Thuscus.</i>	397	<i>Flavius Blondus.</i>	585
<i>Facius,</i> vide <i>Bartholomæus Facius.</i>		<i>Flavius Vopiscus.</i>	193
<i>Facius Vbertus,</i> vide <i>Fatius de V-</i>		<i>Fletus,</i> vide <i>Ioannes Fletus.</i>	
<i>bertis.</i>		<i>Floldalus,</i> vide <i>Flodoardus.</i>	
<i>Falcandus,</i> vide <i>Hugo Falcandus.</i>		<i>Floccus,</i> vide <i>Domimicus Floccus.</i>	
<i>Falcuinus.</i>	703	<i>Flodoardus.</i>	347
<i>C. Fannii duo.</i>	28	<i>Flonocherus,</i> vide <i>Guido Flonoche-</i>	
<i>C. Fannius alter.</i>	161	<i>rus.</i>	
<i>Farfitus,</i> vide <i>Hugo Farfitus.</i>		<i>Florentius.</i>	704
<i>Fatius de Vbertis.</i>	528	<i>Florentius Bravonius,</i> seu <i>Wigormien-</i>	
<i>Fauftus.</i>	233	<i>sis.</i>	397
<i>Fauftus alter.</i>	702	<i>Florus,</i> vide <i>Anneus Florus.</i>	
<i>Fanstus Castinensis.</i>	260	<i>Florus.</i>	322
<i>Felinus Sanderus.</i>	661	<i>Focas.</i>	817
<i>Felix Croylandiensis.</i>	279	<i>Folchardus Beneventanus.</i>	779
<i>Felix Fabri.</i>	570	<i>Folchardus Bertinensis.</i>	374
<i>Felix Mamilus.</i>	650	<i>Folchardus Dorobernensis.</i>	377
<i>Felix Petranus.</i>	607	<i>Folliothus,</i> vide <i>Gilbertus Follioth.</i>	
<i>Feneskella.</i>	100	<i>Folliothus,</i> vide <i>Robertus Follioth.</i>	
<i>Ferius Hilpericus.</i>	297	<i>Folkerus Simonis.</i>	640
<i>Ferrandus,</i> vide <i>Petrus Ferrandus.</i>		<i>Folquimus,</i> vide <i>Fulquimus.</i>	
<i>Ferretus Vicentinus.</i>	794	<i>Forneyus,</i> vide <i>Jacobusorneyus.</i>	
<i>Festivus,</i> vide <i>Aurelianus Festivus.</i>		<i>Fortena,</i> vide <i>Hanco Fortena.</i>	
<i>Festus</i> vide <i>Pescennius Festus.</i>		<i>Fortena,</i> vide <i>Sulco Fortena</i>	
<i>Feus Belchamus.</i>	603	<i>Fortunatianus,</i> vide <i>Curius Fortuna-</i>	
<i>Figulus,</i> vide <i>Nigidius Figulus.</i>		<i>tianus.</i>	
<i>Firmanus,</i> vide <i>Lactantius Firmia-</i>		<i>Fortunatus,</i> vide <i>Venantius Fortu-</i>	
<i>nus.</i>		<i>natus.</i>	
<i>Flaccus Alcuinus Albinus.</i>	289	<i>Franciscus Albertinus.</i>	671
<i>Flaccus,</i> vide <i>Verrius Flaccus.</i>		<i>Franciscus Castilhomus.</i>	595
<i>Flaminus,</i> vide <i>Ioannes Antonius</i>		<i>Franciscus Contavenus.</i>	582
<i>Flaminus.</i>		<i>Franciscus Delbenius.</i>	674

<i>Franciscus Dicus.</i>	601	
<i>Franciscus Ferrariensis.</i>	676	G.
<i>Franciscus Irenicus.</i>	651	
<i>Franciscus Patavinus.</i>	612	G <i>Abius Bassus.</i> 115
<i>Franciscus Petrarcha.</i>	524	<i>Garulicus, vide Lentulus Ga-</i>
<i>Franciscus Philadelphus.</i>	590	<i>tulicus.</i>
<i>Franciscus Picus, vide Ioannes Fran-</i>		<i>Gaguinus, vide Rupertus Gagni-</i>
<i>ciscu Picus.</i>		<i>mus.</i>
<i>Franciscus Polyardus.</i>	816	<i>Galateus, vide Antonius Galateus.</i>
<i>Franciscus Puteanus.</i>	676	<i>Galba, vide Sulpitius Galba.</i>
<i>Freculphus.</i>	304	<i>Galbertus Brugensis.</i> 778
<i>Fredegarius Scholasticus.</i>	753	<i>Galeotus Martius, qui & Narniensis.</i>
<i>Fredericus Closterus.</i>	530	659
<i>Fretellus.</i>	704	<i>Galfridus, abbas Alta-tumba.</i> 436
<i>Fretulphus.</i>	ibid.	<i>Galfridus de Bello-loco.</i> 462
<i>Fridegodus Diaconus.</i>	346	<i>Galfridus Burtonensis.</i> 784
<i>Frigeridus, vide Renatus Profuturus</i>		<i>Galfridus de Fontibus.</i> 704
<i>Frigeridus.</i>		<i>Galfridus Hardeby.</i> 533
<i>Fritona, vide Theodatus Fritona.</i>		<i>Galfridus Lynge.</i> 543
<i>Fronimus, vide Iulius Frontinus.</i>		<i>Galfridus monachus.</i> 390
<i>Frossardus, vide Ioannes Frossardus.</i>		<i>Galfridus monachus alter.</i> 770
<i>Fulbertus, Carnotensis episcopus.</i>		<i>Galfridus Monemutensis.</i> 419
364.		<i>Gallus.</i> 273
<i>Fulbertus Gallus, vide Fulbertus Ge-</i>		<i>Gallus Antipater.</i> 183
<i>meticensis.</i>		<i>Galternus, vide Gualterus.</i>
<i>Fulbertus Gemeticensis.</i>	704	<i>Galvanus Flamma.</i> 512
<i>Fulbertus Peccator, vide Fulbertus</i>		<i>Galvinus Douglisus, vide Garinus</i>
<i>Gemeticensis.</i>		<i>Doug.</i>
<i>Fulcherius Carnotensis.</i>	775	<i>Gargilius Martialis.</i> 177
<i>Fulgosus, vide Baptista Fulgosus.</i>		<i>Fr. Garinus.</i> 512
<i>Fulquimus.</i>	760	<i>Garnengius, vide Petrus Garnen-</i>
<i>Fulvius Asprianus.</i>	184	<i>gius.</i>
<i>M. Fulvius Nobilior.</i>	23	<i>Garso, vide Ioannes Garso.</i>
<i>Fulvius Prænestinus, vide Andreas</i>		<i>Gascoinus, vide Ioannes Gascoi-</i>
<i>Fulvius Prænestimuc.</i>		<i>mus.</i>
<i>Furius.</i>	61	<i>Gaudentius Brixiensis.</i> 744
<i>Fuscus, vide Gellius Fuscus.</i>		<i>Gaufridus, vide Galfridus.</i>
<i>Fuscus, vide Palladius Niger.</i>		<i>Garinus Douglas.</i> 686
		<i>Gaulterius Cancellarius.</i> 775
		Geb-


I N D E X.

Göbhardus.	766	Gilbertus Deirus, vide Humbertus	
Gelasius IY.	399	Deirus.	
Gellius, vide Sextus & Cneus Gell.		Gilbertus Flander.	388
Gellius Fuscus.	183	Gilbertus Folioth.	425
Gennadius.	235	Gilbertus Hammonius.	817
Geofridus, vide Godefridus.		Gilbertus de Hoylandia.	452
Georgius Germanus.	704	Gildas.	245
Georgius Hugo.	569	Gildas Cambrius.	326
Georgius, vide Marius Georgius.		Gillinghamus, vide Guilhelmus Gil-	
Georgius Mediolanensis, vide Geor-		linghamus.	
gius Ravennatinus.		Gilo Galus.	459
Georgius Merula.	601	Giraldus presbyter.	402
Georgius Ravennatinus.	813	Glaber Radulphus.	368
Georgius Ripley.	637	Glanvyle, vide Bartholomæus Glan-	
Georgius à Tensera.	704	vyle.	
Georgius Trapezuntius.	599	Glasconius, vide Britvvaldus Gla-	
Geraldinus, vide Antonius Geraldin-		sconius.	
us.		Gobelinus, vide Ioannes Gobeli-	
Gerardus de Fracheto.	481	nus.	
Gerardus Lemovicensis, vide Gerar-		Gobelinus Persona.	801
dus de Fracheto.		Goccelinus.	398
Gerardus Maurisius.	467	Godefridus Beaglerius.	478
Gerardus, monachus S. Quirini.	488	Godefridus Calvus.	467
Gerardus à Nazareth.	779	Godefridus de Frontibus, vide Gal-	
Gerardus Noviomagus.	654	fredus de Fontibus.	
Gerardus, prior Dominicanus.	492	Godefridus monachus.	464
Gerardus de Riedesfordia.	704	Godefridus Viterbiensis.	442
Gerbrandus à Leidis, vide Ioannes		Godelbertus presbyter.	747
Gerbrandus à Leidis.		Godescalcus.	488
Gerochus Richerspergensis.	769	S. Godricus.	423
Gervasius Dorobernensis.	452	Gordianus.	180
Gervasius Riccobaldus Ferrariensis.		Gordianus alter.	244
499.		Gosvvinus Bossuus.	705
Gervasius Tilberiensis.	451	Gothefridus, vide Godefridus.	
Gilbertus.	705	Gorzelinus, vide Goccelinus.	
Gilbertus Abbas.	772	Goverus, vide Ioannes Goverus.	
Gilbertus Alemannus.	512	Gouletus, vide Robertus Gouletus.	
Gilbertus Archidiaconus.	374	Gracchanus, vide Iunus Graccha-	
Gilbertus Bistollensis.	705	nus.	

Gravius,

<i>Gravius</i> , vide <i>Isardus Gravius</i> .		<i>Guigo</i> .	405
<i>Graunsonus</i> , vide <i>Ioannes Graunson</i> .		<i>Guilbertus</i> , vide <i>Gilbertus</i> .	
<i>Gregorius Cairguent</i> .	495	<i>Fl. Guilhelmus</i> .	705
<i>Gregorius Magnus</i> .	257	<i>Guilhelmus</i> , abbas <i>S. Theoderici</i> .	
<i>Gregorius Sondereiter</i> .	705	411.	
<i>Gregorius Tiphernas</i> .	661	<i>Guilhelmus Abfelius</i> .	564
<i>Gregorius Tironensis</i> .	253	<i>Guilhelmus Albanensis</i> .	423
<i>Gregorius de Wintonia</i> , vide <i>Gregorius Cairguent</i> .		<i>Guilhelmus Appulicensis</i> .	770
<i>Greneus</i> , vide <i>Guilhelmus Greneus</i> .		<i>Guilhelmus Aremoricus</i> .	705
<i>Griphon</i> .	568	<i>Guilhelmus Askete</i> .	514
<i>Guachius</i> , vide <i>Laurentius Guachius</i> .		<i>Guilhelmus de Baldensel</i> .	512
<i>Guaiferius</i> .	376	<i>Guilhelmus de Berckhem</i> .	568
<i>Gualterus Baker</i> .	506	<i>Guilhelmus de Bongevilla</i> .	490
<i>Gualterus Burley</i> .	515	<i>Guilhelmus Botonerus</i> .	634
<i>Gualterus Calenius</i> .	401	<i>Guilhelmus Brito</i> , vide <i>Guilhelmus Aremoricus</i> .	
<i>Gualterus Castellio</i> , vide <i>Philippus Castellio</i> .		<i>Guilhelmus Cantuariensis</i> .	424
<i>Gualterus de Constantiis</i> .	441	<i>Guilhelmus Caxtonus</i> .	636
<i>Gualterus Coventriensis</i> .	470	<i>Guilhelmus Coafinus</i> .	818
<i>Gualterus Excestrensis</i> .	495	<i>Guilhelmus Cortufius</i> .	797
<i>Gualterus Hemlingtonus</i> .	414	<i>Guilhelmus Coventrius</i> .	533
<i>Gualterus Hemmynsforde</i> .	517	<i>Guilhelmus Covrimus</i> .	611
<i>Gualterus Hume</i> .	635	<i>Guilhelmus Elphinstonus</i> .	635
<i>Gualterus Mapes</i> .	439	<i>Guilhelmus Gallus</i> .	466
<i>Gualterus Taryanensis</i> .	778	<i>Guilhelmus à Gauda</i> .	647
<i>Gualterus Venantius</i> , vide <i>Gualterus Hume</i> .		<i>Guilhelmus Gemeticensis</i> .	405
<i>Guarinus Ferrariensis</i> , vide <i>Guarinus Veronensis</i> .		<i>Guilhelmus Gillinghamus</i> .	542
<i>Guarinus Veronensis</i> .	584	<i>Guilhelmus Grenaus</i> .	635
<i>Guibertus</i> , vide <i>Gilbertus</i> .		<i>Guilhelmus Hafligemensis</i> .	482
<i>Guido Ambianensis</i> .	391	<i>Guilhelmus ab Heda</i> .	655
<i>Guido de Columa</i> .	491	<i>Guilhelmus Hermannus Hollandus</i> , vide <i>Guilhelmus à Gauda</i> .	
<i>Guido Flonocherus</i> .	807	<i>Guilhelmus Langtoniensis</i> .	470
<i>Guido Prior Carthusianus</i> , vide <i>Guigo</i> .		<i>Guilhelmus Linduvodus</i> .	559
<i>Guido Ravenas</i> .	333	<i>Guilhelmus Lidle</i> , vide <i>Guilhelmus Neubrigensis</i> .	
		<i>Guilhelmus Malmesburienfis</i> .	414
		<i>Guilhelmus Moguntinus</i> .	346
		<i>Guilhelmus, monachus S. Dionysii</i> .	705
		<i>Guil-</i>	

<i>Guilhelmus, Monachus alius.</i>	ibid.	<i>Guntherus monachus.</i>	446
<i>Guilhelmus de Nangiaco.</i>	503	<i>Gyraldus, vide Sylvester Gyraldus.</i>	
<i>Guilhelmus Neubrigensis.</i>	452		
<i>Guilhelmus Pachentonus.</i>	541		
<i>Guilhelmus Parvus, vide Guilhelmus Neubrigensis.</i>			
<i>Guilhelmus Parisiensis.</i>	605	H <i>Ad. Tac. Cun.</i>	334
<i>Guilhelmus Pastrengus.</i>	508	<i>Haddo, vide Haito.</i>	
<i>Guilhelmus Peregrinus.</i>	441	<i>Haimeranus Reginoburgensis.</i>	384
<i>Guilhelmus Petit, vide Guilhelmus Neubrigensis.</i>		<i>Haimo, vide Haymo.</i>	
<i>Guilhelmus Piſtaviensis.</i>	390	<i>Haito.</i>	297
<i>Guilhelmus Procurator.</i>	511	<i>Hatonus.</i>	497
<i>Guilhelmus Rameſeje.</i>	423	<i>Hanco Fortena.</i>	299
<i>Guilhelmus Rhiuallensis.</i>	413	<i>Hardeby, vide Galfridus Hardeby.</i>	
<i>Guilhelmus de Riſbrouke.</i>	474	<i>Hariulphus.</i>	408
<i>Guilhelmus Riſhanger.</i>	473. &	<i>Hartmannus Miles.</i>	706
790.		<i>Hartmannus Scedel.</i>	573
<i>Guilhelmus Rubrocus vide Guilhelmus de Riſbrouke.</i>		<i>Haſmonius monachus.</i>	706
<i>Guilhelmus de Samuco.</i>	490	<i>Haymo.</i>	326
<i>Guilhelmus Stepeſheved.</i>	706	<i>Haymo Cantuarienſis.</i>	372
<i>Guilhelmus Starnesfeldius.</i>	542	<i>Haymo Floriacenſis.</i>	361
<i>Guilhelmus Stephanides.</i>	425	<i>Haymo Halberſtadenſis.</i>	314
<i>Guilhelmus S. Theodorici abbas vide Guilhelmus abbas.</i>		<i>Haymo Hirſaugienſis.</i>	770
<i>Guilhelmus Thornus.</i>	494. 540	<i>Hebernus.</i>	762
<i>Guilhelmus Tripolitanus.</i>	488	<i>Hector Boetius.</i>	687
<i>Guilhelmus Tyrius.</i>	436	<i>Hedditus Stephanus.</i>	278
<i>Guilhelmus Viretus, vide Guilhelmus Grenous.</i>		<i>Hegesippus.</i>	706
<i>Guilhelmus Worceſtrius.</i>	706	<i>Heimo, vide Haymo.</i>	
<i>Guimannus Atrebas Vedastinus.</i>	780	<i>Helgacitus, ſive Helgaudus.</i>	368
<i>Guntherus, Elvonenſis monachus.</i>	381.	<i>Helias Capreolus.</i>	812
<i>Guntherus, episcopus Bambergensis.</i>	769	<i>Helias de Eueſhamo.</i>	476
<i>Guntherus Poeta.</i>	431	<i>Helias Trickyngham.</i>	ibid.
		<i>Helimaldus Gallus.</i>	445
		<i>Heliſius, vide Theſifinus Helius.</i>	
		<i>Heimoldus.</i>	435
		<i>Hemina, vide Caſſius Hemina.</i>	
		<i>Hemlingtonus, vide Galterus Hemlingtonus.</i>	
		<i>Hemmo, vide Haymo.</i>	
		<i>Henhamus, vide Petrus Henhamus.</i>	



<i>Henricus Altisiodorensis, vide Henricus Altisiodorensis.</i>		<i>Hermannus Altaicbi.</i>	489
<i>Henricus Arnoldi.</i>	567	<i>Hermannus Contractus.</i>	370
<i>Henricus Bebelius.</i>	649	<i>Hermannus de Lerbeke.</i>	545
<i>Henricus Blefensis, vide Henricus de Soliaco.</i>		<i>Hermannus Minorita.</i>	707
<i>Henricus Bonicollii.</i>	489	<i>Hermolaus Barbarus.</i>	620
<i>Henricus Bradshaus.</i>	686	<i>Hexamus, vide Ioannes Hexam.</i>	
<i>Henricus de Erfordia.</i>	529	<i>Hibernus, vide Cornelius Hibernus.</i>	
<i>Henricus Friso.</i>	573	<i>Hibernus, vide Probus Hibernus.</i>	
<i>Henricus de Gandavo, vide Henricus Bonicollii.</i>		<i>B. Hieronymus.</i>	205
<i>Henricus de Geilnhufen.</i>	571	<i>Hieronymus Albertucius Bursellus.</i>	626.
<i>Henricus Huntingtonensis.</i>	415	<i>Hieronymus Arthesimus.</i>	666
<i>Henricus Kalkariensis.</i>	540	<i>Hieronymus Balbus.</i>	651
<i>Henricus, comes de Kalue.</i>	458	<i>Hieronymus de Bononia, vide Hieronymus Albertucius Bursellus.</i>	
<i>Henricus à Klingenberg.</i>	499	<i>Hieronymus Bononius.</i>	812
<i>Henricus Knygton.</i>	541	<i>Hieronymus Floreninus.</i>	462
<i>Henricus Penia.</i>	815	<i>Hieronymus Foroliviensis.</i>	612
<i>Henricus Rebdorsensis.</i>	530	<i>Hieronymus Pauli.</i>	657
<i>Henricus Soliacus.</i>	782	<i>Hieronymus Salgherius.</i>	810
<i>Henricus Stain.</i>	437	<i>Hieronymus Vallis.</i>	578
<i>Henricus Stero.</i>	502	<i>Hilario, vide Iulius Hilario.</i>	
<i>Henricus Thaborita.</i>	649	<i>Hilario alter.</i>	813
<i>Henricus Vtidonensis.</i>	420	<i>Hilarius Arelatenfis.</i>	224
<i>Henricus Zæmeren.</i>	569	<i>Hilarius Pictaviensis.</i>	199
<i>Hepidannus.</i>	707	<i>Hildebertus Cenomanensis.</i>	298.403
<i>Herberchtus.</i>	292	<i>Hildebertus Meguntinus.</i>	344
<i>Herbordus.</i>	411	<i>S. Hildegardis.</i>	435
<i>Herempertus, vide Exempertus.</i>		<i>Hildegastus philosophus.</i>	829
<i>Herennius Senecio.</i>	154	<i>Hildephonsus Toletanus.</i>	267
<i>Heribertus de Bosham.</i>	424	<i>Hildovinus, vide Hilduinus.</i>	
<i>Henricus Altisiodorensis.</i>	332	<i>Hilduinus S. Dionysii.</i>	304
<i>Henricus alter, vide Valtricus.</i>		<i>Hilduinus Lobienfis.</i>	341
<i>Henricus Danie Rex.</i>	554	<i>Hillinus monachus.</i>	818
<i>Herigerus Lobienfis.</i>	352	<i>Hincmarus.</i>	320
<i>Herimannus abbas.</i>	433	<i>A. Hirtius.</i>	66
<i>Herimbertus.</i>	707	<i>Honoratus Massilienfis.</i>	232
<i>Hermannus Aedituus.</i>	818	<i>Honorius Augustodunenfis.</i>	458
		<i>Hoyatius Romanus.</i>	584

<i>Q. Hortensius Ortalus.</i>	48	<i>Iacobus Bracciolinus.</i>	608
<i>Hoftilius.</i>	707	<i>Iacobus Braccellius.</i>	616
<i>Hoflius.</i>	78	<i>Iacobus Clericus.</i>	563
<i>Hubaldus.</i>	324	<i>Iacobus Congelshofius.</i>	544
<i>Hubertus Leonardus.</i>	573	<i>Iacobus Diesthuis vide Iacobus Drie-</i>	
<i>Hugbaldus, vide Hubaldus</i>		<i>schus.</i>	
<i>Hugo archiepiscopus.</i>	408	<i>Iacobus Drieschus.</i>	647
<i>Hugo Candidus.</i>	454	<i>Iacobus Fornerius.</i>	462
<i>Hugo Cluniacensis.</i>	379	<i>Iacobus Gemuensis, vide Iacobus de</i>	
<i>Hugo Falcandus.</i>	781	<i>Voragine.</i>	
<i>Hugo Farfitus.</i>	708	<i>Iacobus Guisius.</i>	540
<i>Hugo Floressiensis.</i>	457	<i>Iacobus Malvetius.</i>	803
<i>Hugo Fioriacensis.</i>	389	<i>Iacobus Manilius.</i>	651
<i>Hugo de Hibernia.</i>	800	<i>Iacobus Montefalchius, vide Petrus</i>	
<i>Hugo Kircoftallensis, seu Kirkeste-</i>		<i>Iacobus Montefalchius.</i>	
<i>us.</i>	470	<i>Iacobus Philippus Bergomas.</i>	662
<i>Hugo Maficonus.</i>	708	<i>Iacobus Picolosimicus.</i>	603
<i>Hugo Novantus.</i>	782	<i>Iacobus Poggius, vide Iacobus Brac-</i>	
<i>Hugo Portugalesis.</i>	402	<i>ciolinus.</i>	
<i>Hugo de S. Victore.</i>	408	<i>Iacobus Reimolanus.</i>	640
<i>Hugo Whyte, vide Hugo Candidus.</i>		<i>Iacobus Romanus.</i>	708
<i>Hugolinus Ferrinus.</i>	626	<i>Iacobus Suedericus.</i>	562
<i>Humbertus Burgundus, vide Hum-</i>		<i>Iacobus de Susato.</i>	801
<i>bertus Viennensis.</i>		<i>Iacobus Ticinensis.</i>	594
<i>Humbertus Deirus.</i>	280	<i>Iacobus de Vitriaco.</i>	464. & seq.
<i>Humbertus Viennensis.</i>	481	<i>Iacobus de Voragine.</i>	491
<i>Hunfredus Gilbertus.</i>	685	<i>Iacobus Wimphelingus.</i>	640
<i>Hunibaldus Francus.</i>	255	<i>Iacobus Zennus.</i>	604
<i>Huntingtonus, vide Henricus Hun-</i>		<i>Iamotius Manettus.</i>	581
<i>tingtonensis.</i>		<i>Idacius, vide Itacius.</i>	
<i>Hygdenus, vide Ranulphus Hyg-</i>		<i>Idfardus Gravius.</i>	651
<i>denus.</i>		<i>Iglacus.</i>	284
<i>Hyginus, vide Iulius Hyginus.</i>		<i>Ilidius.</i>	273
<i>Hyginus.</i>	725	<i>Ludolphus de Suchem, vide Ludol-</i>	
		<i>phus Suchensis.</i>	
		<i>Ingulphus abbas.</i>	387
		<i>Innocentius Cesarus.</i>	816
		<i>Ioannes, abbas Cassinensis.</i>	763
		<i>Ioannes Abgillus.</i>	299
			Ioannes

I.

Iacobus Bergomas, vide Iacobus
Philippus Bergomas.

I N D E X.

<i>Ioannes Aldarus.</i>	708	<i>Ioannes Caprave.</i>	633
<i>Ioannes Amundijham.</i>	633	<i>Ioannes Carolus Florentinus.</i>	662
<i>Ioannes Anglicus.</i>	708	<i>Ioannes Castorius.</i>	496
<i>Ioannes Antonius Campanus.</i>	583	<i>Ioannes Chaundeler.</i>	633
<i>Ioannes Antonius Flaminius</i>	682	<i>Ioannes Cincinnus.</i>	652
<i>Ioannes Antonius Pantheus.</i>	623	<i>Ioannes Columma Romanus.</i>	480
<i>Ioannes de Aqua-veteri, vide Iohannes Palaeonodorus.</i>		<i>Ioannes Cremonensis.</i>	708
<i>Ioannes Archithrenius vide Ioannes Hantivillensis.</i>		<i>Ioannes Cuspinianus.</i>	652
<i>Ioannes Aretius Tortellius.</i>	579	<i>Ioannes Diaconus.</i>	292. 325
<i>Ioannes Affer.</i>	338	<i>Ioannes Diaconus, Canonicus Veronensis.</i>	504
<i>Ioannes Aventinus.</i>	655	<i>Ioannes, Diaconus S. Ianuarii.</i>	708
<i>Ioannes Aylinus Maniacus.</i>	539	<i>Ioannes Docreus.</i>	508
<i>Ioannes Baptista Pajarimus.</i>	577	<i>Ioannes Dominicus Spazzarimus.</i>	611.
<i>Ioannes, Barenfis Archidiaconus.</i>	381	<i>Ioannes Duglossus, vide Ioannes Longinus.</i>	
<i>Ioannes Basilius.</i>	798	<i>Ioannes à Duffeldorp.</i>	572
<i>Ioannes de Beka.</i>	528	<i>Ioannes Everisdemus.</i>	515
<i>Ioannes de Belke.</i>	540	<i>Ioannes Fibernus, vide Ioannes Castorius.</i>	
<i>Ioannes Beverius, vide Ioannes Castorius.</i>		<i>Ioannes Flaboriensis.</i>	709
<i>Ioannes Biclariensis.</i>	259	<i>Ioannes Fletus.</i>	ibid.
<i>Ioannes Blakenej.</i>	632	<i>Ioannes de Forda.</i>	453
<i>Ioannes Bocacius.</i>	525	<i>Ioannes Franciscus Picus.</i>	660
<i>Ioannes Bonus.</i>	798	<i>Ioannes Frossardus.</i>	543
<i>Ioannes Bromptonus.</i>	708	<i>Ioannes Frumentarius, vide Ioannes Wethampstedus.</i>	
<i>Ioannes Brugmannus.</i>	564	<i>Ioannes Gallus.</i>	461
<i>Ioannes de Bruxellis, vide Ioannes Mauburnus.</i>		<i>Ioannes de Garlandia.</i>	369
<i>Ioannes Burgenfis.</i>	518	<i>Ioannes Garfo.</i>	683
<i>Ioannes Buriensis.</i>	494	<i>Ioannes Gasconus.</i>	541
<i>Ioannes Campanus, vide Ioannes Antonius Campanus.</i>		<i>Ioannes Gerbrandi de Leidis.</i>	642
<i>Ioannes Campus Bellus.</i>	787	<i>Ioannes Gerundenfis antiquior, vide Ioannes Biclariensis.</i>	
<i>Ioannes Candelarius, vide Ioannes Chaundeler.</i>		<i>Ioannes Gerundenfis junior, vide Ioannes Margarinus Gerundenfis.</i>	
<i>Ioannes Canonicus.</i>	475	<i>Ioannes Gobelinus.</i>	808
<i>Ioannes Caprio, vide Ioannes Reuchlinus.</i>		<i>Ioannes Goverus.</i>	542
			<i>Ioannes</i>

I N D E X.

<i>Ioannes Graivison.</i>	534	<i>Ioannes Maria Politianus.</i>	619
<i>Ioannes Graye.</i>	454	<i>Ioannes Marius.</i>	650
<i>Ioannes Gualensis.</i>	475	<i>Ioannes Matthias Tiberinus.</i>	606
<i>Ioannes Hagen, vide Ioannes de In-</i>		<i>Ioannes Mauburnus</i>	646
<i>dagine.</i>		<i>Ioannes Mercianus.</i>	417
<i>Iohannes Hagulstadenfis.</i>	709	<i>Ioannes de Molini.</i>	800
<i>Ioannes Hastivillensis.</i>	783	<i>Ioannes monachus, discipulus Petri Da-</i>	
<i>Ioannes Hardinge.</i>	634	<i>miani.</i>	378
<i>Ioannes Hayda.</i>	494	<i>Ioannes, monachus Italus.</i>	347
<i>Ioannes de Hese.</i>	539	<i>Ioannes, monachus S. Vincentii.</i>	773
<i>Ioannes Hexham.</i>	421	<i>Ioannes Nauclerus.</i>	646
<i>Ioannes Hildesbemensis.</i>	531	<i>Ioannes Nicolaus Buboicus.</i>	605
<i>Ioannes Hiperius.</i>	800	<i>Ioannes Noalius.</i>	818
<i>Ioannes Honsenius.</i>	529	<i>Ioannes de Novo-Burgo, vide Ioannes</i>	
<i>Ioannes S. Ianuarii, vide Ioannes,</i>		<i>Canonicus.</i>	
<i>Diaconus S. Ianuarii.</i>		<i>Ioannes Nuscensis.</i>	444
<i>Ioannes de Indagine.</i>	588	<i>Ioannes Olnei.</i>	533
<i>Ioannes Iovianus Pontanus.</i>	607	<i>Ioannes Oxfordius.</i>	449
<i>Ioannes Italus.</i>	347	<i>Ioannes Palaeonydorus.</i>	573
<i>Ioannes de Kikkullevv.</i>	539-572	<i>Ioannes Paris.</i>	709
<i>Ioannes Langdenus.</i>	559	<i>Ioannes de Persico Cremonensis.</i>	708
<i>Ioannes Langtonus.</i>	560	<i>Ioannes Perusinus.</i>	709
<i>Ioannes Lazarus Cælestinus.</i>	666	<i>Ioannes Phreas.</i>	634
<i>Ioannes Leo.</i>	675	<i>Ioannes Pinus.</i>	661
<i>Ioannes Linturius.</i>	570	<i>Ioannes Placentinus.</i>	653
<i>Ioannes Longinus.</i>	565	<i>Ioannes Polus.</i>	559
<i>Ioannes Lopez.</i>	554	<i>Ioannes Pyke.</i>	401
<i>Ioannes Loffensis.</i>	563	<i>Ioannes de Radice.</i>	818
<i>Ioannes Lovaniensis.</i>	709	<i>Ioannes Ravennas.</i>	802
<i>Ioannes Louve.</i>	560	<i>Ioannes Reuchlinus.</i>	643
<i>Ioannes Ludgate.</i>	631	<i>Ioannes Rocheforth.</i>	545
<i>Ioannes Major Hadingtonensis.</i>		<i>Ioannes Rovvse, alias Rosse.</i>	637
687.		<i>Ioannes Rufus.</i>	495
<i>Ioannes Malvernus.</i>	532	<i>Ioannes Sarisburiensis.</i>	421
<i>Ioannes Mandevyle.</i>	535	<i>Ioannes Saxonius.</i>	548
<i>Ioannes Marchanova.</i>	578	<i>Ioannes de Schonbovia.</i>	548
<i>Ioannes Margarinus Gerundensis.</i>		<i>Ioannes Serlo.</i>	422
613.		<i>Ioannes Simoneta.</i>	625
<i>Ioannes Maria Catanus.</i>	684	<i>Ioannes Smontius.</i>	709

I N D E X.

<i>Ioannes Spaxzarinus</i> , vid. <i>Ioannes Do-</i>		<i>Irenicus</i> , vide <i>Franciscus Irenicus</i> .	
<i>minicus Spaxzarinus</i> .		<i>Isidorus Hispalensis</i> .	263
<i>Ioannes Strabularius</i> .	563	<i>Isidorus Pacensis</i> .	710
<i>Ioannes Staffordius</i> .	543	<i>Iso monachus</i> .	ibid.
<i>Ioannes Stella</i> .	661	<i>Itacius</i> .	230
<i>Ioannes Stonus</i> .	634	<i>Iudocus Beiffelius</i> .	572
<i>Ioannes Stovus</i> .	632	<i>Iuliacus</i> , vide <i>Stephanus Iuliacus</i> .	
<i>Ioannes Subdiaconus</i> .	710	<i>Iulianus</i> , vide <i>Antonius Iulianus</i> .	
<i>Ioannes Thariatenfis</i> .	515	<i>Iulianus</i> , vide <i>Cejonius Iulianus</i> .	
<i>Ioannes Tiberinus</i> , vide <i>Ioannes Mat-</i>		<i>Iulianus Hasartus</i> .	684
<i>thias Tiberinus</i> .		<i>Iulianus Lucas</i> .	753
<i>Ioannes Timmouthenfis</i> .	534	<i>Iulianus Toletanus</i> .	271
<i>Ioannes Tortellius</i> , vide <i>Ioannes Are-</i>		<i>Iulius Africanus</i> .	741
<i>tinus Tortellius</i> .		<i>Iulius Aterianus</i> .	183
<i>Ioannes Tritthemius</i> .	644	<i>Iulius Bassus</i> .	114
<i>Ioannes Tucherius</i> .	569	<i>C. Iulius Caesar</i> .	61
<i>Ioannes Turocius</i> .	572	<i>Iulius Capitolinus</i> .	191
<i>Ioannes de Vineta</i> .	529	<i>Iulius Celsus</i> .	65
<i>Ioannes Vitoduranus</i> .	799	<i>Iulius Frontinus</i> .	737
<i>Ioannes Walli:gfordus</i> .	710	<i>Q. Iulius Hilario</i> .	213
<i>Ioannes Weentius</i> .	544	<i>Iulius Hyginus</i> .	102
<i>Ioannes Whethampstedus</i> .	632	<i>Iulius Marathus</i> .	104
<i>Iocelinus Brakelunde</i> .	453	<i>Iulius Obsequens</i> .	710
<i>Iocelinus de Furnes</i> .	710	<i>Iulius Paris</i> .	123
<i>Iocundus Veronenfis</i> .	671	<i>Iulius Pomponius Sabinus</i> .	615
<i>Iodocus Beyffelius</i> .	808	<i>Iulius Pomponius Latus</i> , vide <i>Pom-</i>	
<i>Ionas Fontanellenfis</i> .	279	<i>ponius Latus</i> .	
<i>Ionas Scotus</i> .	268	<i>Iulius Secundus</i> .	145
<i>Iordanes Saxo</i> .	458	<i>Iulius Solinus</i> , vide <i>Solinus</i> .	
<i>Iordanus alter</i> .	788	<i>Iulius Titianus</i> .	172
<i>Iornandes</i> .	241	<i>Iulius Valerius</i> , vide <i>Anonymus de</i>	
<i>Iosephus Barbarus</i> .	604	<i>vica Alexandri Magni</i> .	
<i>Iosephus Devonius</i> .	450	<i>Iunius Cordus</i> .	179
<i>Iosephus Excestrenfis</i> , vide <i>Iosephus</i>		<i>Iunius Gracchanus</i> .	36
<i>Devonius</i> .		<i>Iunius Rusticus</i> .	155
<i>Iosephus Ifcanus</i> , vide <i>Iosephus De-</i>		<i>Iunius Saturninus</i> .	711
<i>vonius</i> .		<i>Ivo Carnotensis</i> .	389
<i>Iovianus Pontanus</i> , vide <i>Ioannes Io-</i>		<i>Iustinianus</i> , vide <i>Augustinus Iusti-</i>	
<i>vanus Pontanus</i> .		<i>nianus</i> .	

<i>Iustianus</i> , vide <i>Bernardus Iustinianus</i> .		<i>Langtonus</i> , vide <i>Stephanus Langton</i> .	
<i>Iustinianus</i> , vide <i>Leonardus Iustinianus</i> .		<i>Lapius</i> , vide <i>Maurus Lapius</i> .	
<i>Iustinus</i> .	168	<i>Lapus Florentinus</i> , qui & <i>Biragus</i> , & <i>Castilionus</i> .	807
<i>Iustinus Dominicanus</i> .	784	<i>Laurentius Burellus</i> .	659
<i>Iustinus Lippiensis</i> .	481	<i>Laurentius Dunelmensis</i> .	422
<i>Iuvenius Martialis</i> .	711	<i>Laurentius Guarthius Florentinus</i> .	803.
		<i>Laurentius Leodicensis</i> .	440
		<i>Laurentius Mellifluus</i> .	711
		<i>Laurentius</i> , monachus <i>Casimensis</i> .	818.
K <i>Entonus</i> , vide <i>Nicolaus Kenton</i> .		<i>Laurentius Vadus</i> .	712
<i>Knygtonus</i> , vide <i>Henricus Knygton</i> .		<i>Laurentius Vallenfis</i> .	579
<i>Krantzius</i> , vide <i>Albertus Krantzius</i> .		<i>Laurus</i> , vide <i>Cosmas Laurus</i> .	
<i>Kumberus Lindesėjus</i> .	278	<i>Lauter'ergius</i> , vide <i>Commodus Lauteroergius</i> .	
		<i>Laziardus</i> , vide <i>Ioannes Laziardus</i> .	
		<i>Leander Albertus</i> .	679
		<i>Lentinus</i> , vide <i>Thomas Lentinus</i> .	
L		<i>Cn. Lentulus Gatulicus</i> .	126
<i>T. Labienus</i> .	117	<i>Leo</i> , vide <i>Ioannes Leo</i> .	
<i>Lactantius Firmianus</i> .	192	<i>Leo Masficanus</i> .	392
<i>Lambertus Hirsfeidensis</i> , vide <i>Lambertus Schafnaburgensis</i> .		<i>Leo Nolanus</i> , vide <i>Ambrosius Leo Nolanus</i> .	
<i>Lambertus de Legia</i> .	379	<i>Leodrisius Cibrellus</i> .	594
<i>Lambertus Leodicensis</i> .	456	<i>Leonardus Aretinus</i> .	556
<i>Lambertus Parvus</i> .	441	<i>Leonardus Brunus</i> , vide <i>Leonardus Aretinus</i> .	
<i>Lambertus Schafnaburgensis</i> .	383	<i>Leonardus</i> , vide <i>Hubertus Leonardus</i> .	
<i>Lambertus Waterlofsius</i> .	435	<i>Leonardus Iustinianus</i> .	552
<i>Lamfridus</i> , monachus <i>Britannus</i> .	351	<i>Leonicus Thomas</i> , vide <i>Nicolaus Leonicus Thomas</i> .	
<i>Lampriidius</i> .	192	<i>Lethaldus Gallus</i> .	355
<i>Laudolphus Sagax</i> .	292.315	<i>Leucander</i> , vide <i>Andreas Leucander</i> .	
<i>Laudolphus de Columna</i> .	507	<i>Leputius</i> .	712
<i>Laudolphus</i> , vide <i>Ludolphus Saxo</i> .		<i>Liberatus</i> .	242
<i>Lanfrancus Cantuariensis</i> .	383	<i>Libo</i> , vide <i>Scribonius Libo</i> .	
<i>Langdenus</i> , vide <i>Ioannes Langdenus</i> .			
<i>Langfordius</i> , vide <i>Thomas Langfordius</i> .			
<i>Langius</i> , vide <i>Paullus Langius</i> .			
<i>Langius</i> , vide <i>Rodolphus Langius</i> .			

I N D E X.

<i>Marcellinus Comes.</i>	239	<i>Masurius.</i>	108
<i>Marcellus Marci filius.</i>	736	<i>Marsiconus, vide Hugo Marsico-</i>	
<i>Marcellus, vide Valerius Marcellus.</i>		<i>nus.</i>	
<i>Marcellus Palonius Ravennas.</i>	677	<i>Matthæus Benaellus.</i>	677
<i>Marcellus Ravennas, vide Marcellus</i>		<i>Matthæus Palmerius.</i>	576
<i>Palonius Ravennas.</i>		<i>Matthæus Paris.</i>	472
<i>Marcerius Anglus.</i>	712	<i>Matthæus Vdalrici.</i>	644
<i>Marcus Antonius Michaël.</i>	678	<i>Matthæus Vindocemensis.</i>	508
<i>Marcus Antonius Sabellicus.</i>	669	<i>Matthæus Westmonasteriensis.</i>	536
<i>Marcus Casinensis.</i>	262	<i>Matthias à Michou.</i>	653
<i>Marcus Paullus Venetus.</i>	490	<i>Matthias Palmerius Pisannus.</i>	607
<i>Marcus Sabellicus, vide Marcus An-</i>		<i>Matthias Tiberinus, vide Ioannes</i>	
<i>tonius Sabellicus.</i>		<i>Matthias Tiberinus.</i>	
<i>Marcus Venetus, vide Marcus Paullus</i>		<i>Mauburnus, vide Ioannes Maubur-</i>	
<i>Venetus.</i>		<i>nus.</i>	
<i>Marianus Florentinus.</i>	803	<i>Maurus, vide Ælius Maurus.</i>	
<i>Marianus Scotus.</i>	384	<i>Maurus Lapius.</i>	819
<i>Maria Politianus, vide Ioannes Maria</i>		<i>Maurus Quincequeclesiensis.</i>	358
<i>Politianus.</i>		<i>Maurus, vide Rabanus Maurus.</i>	
<i>Marinus Barletius.</i>	574	<i>Maximilianus Austriac. Imp.</i>	639
<i>Marinus Becichemus, vide Marinus</i>		<i>Maximianus notarius.</i>	742
<i>Barletius.</i>		<i>Maximus Casar Augustanus.</i>	262
<i>Marinus Sanutus Tortellius.</i>	797	<i>Maximus, vide Marius Maximus.</i>	
<i>Marinus Sanutus junior.</i>	667	<i>Maximus, vide Pacificus Maximus.</i>	
<i>Marius Georgius.</i>	538	<i>Maximus Serrilianus, vide Fabius</i>	
<i>Marius Maximus.</i>	178	<i>Maximus Serrilianus.</i>	
<i>Marsicanus, vide Leo Marsicanus.</i>		<i>Maximus Taurinensis.</i>	215
<i>Marsus.</i>	78	<i>Mecanæ, vide Cilius Mecenas.</i>	
<i>Martialis, vide Gargilius Martia-</i>		<i>Medelocenses Cænobita, vide Cæno-</i>	
<i>lis.</i>		<i>bitæ Medelocenses.</i>	
<i>Martianus Capella.</i>	712	<i>Medivværdus.</i>	714
<i>Martinus Alnevvik.</i>	515	<i>Meginfridus.</i>	360
<i>Martinus Carsulanus.</i>	507	<i>Meginhardus.</i>	285, 322
<i>Martinus Polonus.</i>	484	<i>Mela, vide Pomponius Mela.</i>	
<i>Martinus Presbyter.</i>	783	<i>Melkinus Avalonius.</i>	243
<i>Martinus Scotus.</i>	474	<i>Mellistius, vide Laurentius Mellis-</i>	
<i>Martinus Segovius.</i>	818	<i>flus.</i>	
<i>Martyr, vide Petrus Martyr.</i>		<i>Melusinus.</i>	714
<i>Massus.</i>	740	<i>C. Memmius.</i>	

<i>Menaleſus</i> , vide <i>Blafius Menaleſius</i> .		<i>Nebriſſenſis</i> , vide <i>Antonius Nebriſſenſis</i> .	
<i>Mercianus</i> , vide <i>Ioannes Mercianus</i> .		<i>Nemius</i> .	263
<i>Merula</i> , vide <i>Georgius Merula</i> .		<i>Neon</i> .	170
<i>Meffalla</i> , vide <i>Valerius Meſſalla</i> .		<i>Neubrigenſis</i> , vide <i>Guilhelmus Neubrigenſis</i> .	
<i>Meffalla</i> , vide <i>Vipſanius Meſſalla</i> .		<i>Nicolaus Bagnatorius Brixianus</i> .	
<i>Mefſianus</i> .	243	816.	
<i>Metellus Tegerenſis</i> .	780	<i>Nicolaus Bungei</i> .	632
<i>Michaël Blaunpänus</i> .	474	<i>Nicolaus Burgenſis</i> .	714
<i>Michaël Carrarienſis</i> .	600	<i>Nicolaus Cantilove</i> .	560
<i>Michaël Ratus</i> .	659.667	<i>Nicolaus Canuſſinus</i> .	682
<i>Michaël Rabertus</i> .	553	<i>Nicolaus Cuſanus</i> .	563
<i>Milo</i> .	323	<i>Nicolaus Dathus</i> .	618
<i>Mixtatus</i> , vide <i>Albertinus Muſatus</i> .		<i>Nicolaus Dunelmenſis</i> .	423
<i>Modeſtus</i> , vide <i>Aufidius Modeſtus</i> .		<i>Nicolaus Falcon</i> .	495
<i>Modeſtus Polentonus</i> .	810	<i>Nicolaus Kenton</i> .	635
<i>Molitor</i> , vide <i>Conradus Molitor</i> .		<i>Nicolaus Leodicenſis Canonicus</i> .	432
<i>Montacutius</i> , vide <i>Nicolaus Montacutius</i> .		<i>Nicolaus Leonicus Thomæus</i> .	677
<i>B. Mor</i> .	819	<i>Nicolaus Montacutius</i> .	633
<i>Morandus</i> , vide <i>Benediſtus Molandus</i> .		<i>Nicolaus à Montignii</i> .	791
<i>Morena</i> , vide <i>Acerbus Morena</i> .		<i>Nicolaus Nicolius</i> .	544
<i>Morena</i> , vide <i>Otto Morena</i> .		<i>Nicolaus Perottus</i> .	589
<i>Morganius</i> , vide <i>David Morganius</i> .		<i>Nicolaus Segundinus</i> .	594
<i>Morus</i> , vide <i>Thomas Morus</i> .		<i>Nicolaus Simonis</i> .	639
<i>Munatius Rufus</i> .	23	<i>Nicolaus Sueſionenſis</i> .	402
<i>Murio Mondonienſis</i> .	402	<i>Nicolaus Thomæus</i> , vide <i>Nicolaus Leonicus Thomæus</i> .	
<i>Muſatus</i> , vide <i>Albertinus Muſatus</i> .		<i>Nicolaus Thriveth</i> .	513
<i>Mutianus</i> , vide <i>Licinius Mutianus</i> .		<i>Nicolaus Walkington</i> .	426
		<i>Nicolaus</i> , vide <i>Nicolaus Nicolius</i> .	
		<i>Nicomachus Flavianus</i> , vide <i>Virius Nicomachus Flavianus</i> .	
		<i>Nigidius Figulus</i> .	56
		<i>Nithardus</i> .	306
		<i>Noibertus</i> .	278
		<i>Notgerus Leodienſis</i> .	353
		<i>Notgerus monachus S. Galli</i> .	764
		<i>Novianus</i> , vide <i>Servilius Novianus</i> .	

N.

NÆvius.

Nalgodus, vide Nalgoldus.

Nalgoldus.

Naſo, vide Acturius Naſo.

Naucerus, vide Ioannes Naucerus.

Obſe-

I N D E X.

<p>O.</p> <p>Obssequens, vide <i>Julius Obs-</i> <i>quens.</i></p> <p>Occo <i>Scarletensis.</i> 349</p> <p>L. <i>Ottacilius Pilutus.</i> 40</p> <p>Ottavianus de <i>Marinis Suesianus.</i> 607.</p> <p>M. <i>Ottavius.</i> 714</p> <p>Ottavius <i>Cleophilus.</i> 810</p> <p>Ottavius <i>Hersennius.</i> 714</p> <p>Ottavius <i>Phanensis</i>, vide <i>Ottavius</i> <i>Cleophilus.</i></p> <p>Odericus. 510</p> <p>Odilo. 371</p> <p>Odo <i>Cantianus.</i> 421</p> <p>Odo <i>Cluniacensis.</i> 342</p> <p>Odo <i>Fossatensis.</i> 768</p> <p>Odo <i>Murenmundensis.</i> 782</p> <p>Odo <i>Severus.</i> 345</p> <p>Odorannus. 369</p> <p>Olbertus. <i>ibid.</i></p> <p>Oldericus <i>Vitalis.</i> 774</p> <p>Oldonius <i>monachus.</i> 460</p> <p>Olivarius. 715</p> <p>Oliverius <i>Longus.</i> 563</p> <p>Olneius, vide <i>Ioannes Olnei.</i></p> <p>Onesimus. 184</p> <p>Onithon <i>Sutrinus.</i> 715</p> <p>Onno vide <i>Ouvo.</i></p> <p>Opilius. 68</p> <p>Oppius, vide <i>Cajus Oppius.</i></p> <p>Oppius <i>Coares.</i> 68</p> <p>Opratianus, vide <i>Suetonius Opratia-</i> <i>nus.</i></p> <p>Oranus vide <i>Vranus.</i></p> <p>Ordricus <i>Vitalis</i>, vide <i>Oldericus Vi-</i> <i>talis.</i></p>	<p>Orosius. 216</p> <p>Ortalus, vide <i>Hortensius Ortalus.</i></p> <p>Osbernus. 380</p> <p>Osbertus <i>Clarentius.</i> 409</p> <p>Osmundus <i>Anglus.</i> 379</p> <p>Oracilius, vide <i>Ottacilius.</i></p> <p>Othelgrimus. 303</p> <p>Ortho, vide <i>Otto.</i></p> <p>Orlonus <i>Fuldensis.</i> 357</p> <p>Orto <i>Morena.</i> 782</p> <p>Orto <i>Frisingensis.</i> 427</p> <p>Orto <i>Sanblasianus.</i> 445</p> <p>Oudarius. 715</p> <p>Ouvo. 274</p>
---	--

P.

<p>Pacificus <i>Maximus Asculanus.</i> 629.</p> <p>Pacianus <i>monachus.</i> 483</p> <p>Pastanus <i>Vibonensis.</i> 827</p> <p>Patus, vide <i>Thrasea Patus.</i></p> <p>Palladius <i>diaconus.</i> 829</p> <p>Palladius <i>Fuscus</i>, vide <i>Palladius Ni-</i> <i>ger.</i></p> <p>Palladius <i>Niger.</i> 601</p> <p>Palmerius, vide <i>Matthaus Palme-</i> <i>rius.</i></p> <p>Palmerius, vide <i>Matthias Palmerius.</i></p> <p>Palonius <i>Ravennas</i>, vide <i>Marcellus</i> <i>Palonius Ravennas.</i></p> <p>Palphurius <i>Sura.</i> 182</p> <p>Pandulphus <i>Collenutius.</i> 673</p> <p>Pandulphus <i>Pisanus.</i> 437</p> <p>Papinius <i>Statius.</i> 736</p> <p>Paratus. 224</p> <p>Paris, vide <i>Ioannes Paris.</i></p> <p>Paris, vide <i>Julius Paris.</i></p> <p>Paris, vide <i>Matthaus Paris.</i></p>

I N D E X;

<i>Parthenianus, vide</i> <i>Æmilius Parthe-</i>	<i>Petrus ab Alliaco.</i>	548
<i>manus.</i>	<i>Petrus Apollonius Collatius.</i>	811
<i>Paschasius Siciliensis Venetus.</i>	<i>Petrus Argentoratensis.</i>	488
229	<i>Petrus Berthovius.</i>	799
<i>Paschasius diaconus.</i>	242	<i>Petrus Blesensis.</i>
<i>Paschasius Raabertus.</i>	323	<i>Petrus Bloumenvenna.</i>
<i>Pastor Gallus.</i>	529	<i>Petrus Calo.</i>
<i>Patrius.</i>	223	<i>Petrus Camlidus December.</i>
<i>Paullinus Aquitanicus.</i>	210	<i>Petrus, canonicus Londinensis.</i>
<i>Paullinus presbyter.</i>	214	<i>Petrus canonicus alter.</i>
<i>Paullinus, vide</i> <i>Suetonius Paullinus.</i>		<i>Petrus Casinensis.</i>
<i>Paullus Æmilus Veronensis.</i>	674	<i>Petrus Clothensis.</i>
<i>Paullus Atavantius Florentinus.</i>	620	<i>Petrus Collatius, vide</i> <i>Petrus Apollo-</i>
<i>Paullus Bonetus.</i>	545	<i>nus Collatius.</i>
<i>Paullus, diaconus Aquilegiensis.</i>	290	<i>Petrus Comestor.</i>
<i>Paullus, diaconus Neapolitanus.</i>	297	433
<i>Paullus, diaconus Romanus.</i>	715	<i>Petrus Corisinus.</i>
<i>Paullus Florus.</i>	240	527
<i>Paullus Genuensis.</i>	376	<i>Petrus Crinitus.</i>
<i>Paullus Langius.</i>	644	673
<i>Paullus Orosius, vide</i> <i>Orosius.</i>		<i>Petrus Damiani.</i>
<i>Paullus Lulmas.</i>	601	375
<i>Paullus Pilonus.</i>	796	<i>Petrus December, vide</i> <i>Petrus Can-</i>
<i>Paullus Romanus, vide</i> <i>Paullus dia-</i>		<i>didus December.</i>
<i>conus Romanus.</i>		<i>Petrus, diaconus Ostiensis.</i>
<i>Paullus Venetus, vide</i> <i>Petrus Paullus</i>		409
<i>Venerus.</i>		<i>Petrus diaconus, Ægidii F. Casinensis.</i>
<i>Paullus Vergerius, vide</i> <i>Petrus Paul-</i>		409.
<i>lus Vergerius.</i>		<i>Petrus Dorlandus.</i>
<i>Pelagius.</i>	243	572
<i>Pelagius Ovetensis.</i>	753	<i>Petrus Dugiensis.</i>
<i>Penia, vide</i> <i>Henricus Penia.</i>		716
<i>Perottus, vide</i> <i>Nicolaus Perottus.</i>		<i>Petrus Ferrardus.</i>
<i>Persona, vide</i> <i>Gobelinus Persona.</i>		ibid.
<i>item, Christophorus Persona.</i>		<i>Petrus Garnengius.</i>
<i>Pescennius Festus.</i>	715	807
<i>Petantius, vide</i> <i>Felix Petantius.</i>		<i>Petrus Henhamus.</i>
<i>Petrarcha, vide</i> <i>Franciscus Petrar-</i>		470
<i>cha.</i>		<i>Petrus Iacobus Montefalchius.</i>
<i>Petronius.</i>	224	664
		<i>Petrus Ikehampus.</i>
		494
		<i>Petrus Leidenfis, vide</i> <i>Petrus Blou-</i>
		<i>menvenna.</i>
		<i>Petrus à Lutra.</i>
		716
		<i>Petrus Marcellus.</i>
		666
		<i>Petrus Martyr.</i>
		671
		<i>Petrus Montefalchius, vide</i> <i>Petrus</i>
		<i>Iacobus Montefalchius.</i>
		<i>Petrus de Natalibus.</i>
		600
		<i>Petrus Passerinus.</i>
		531
		<i>Petrus</i>

I N D E X.

<i>Petrus Paulus Vergerius.</i>	552	<i>Pilatus, vide Octavius Pilatus.</i>	
<i>Petrus de Perris.</i>	716	<i>Pindarus Thebanus.</i>	819
<i>Petrus Pictaviensis.</i>	501	<i>Pinus, vide Ioannes Pinus.</i>	
<i>Petrus Pramonstratensis.</i>	716	<i>Piso, cognomento Frugi.</i>	24
<i>Petrus Ranzanus.</i>	567	<i>Piso alter.</i>	26
<i>Petrus Ripponensis.</i>	426	<i>Pius II, vide Æneas Sylvius.</i>	
<i>Petrus Schottus.</i>	811	<i>Planta, vide Pompejus Planta.</i>	
<i>Petrus Taboranus.</i>	716	<i>B. Platina.</i>	588
<i>S. Petrus Venerabilis.</i>	410	<i>C. Plinius major.</i>	153
<i>Peutingerus, vide Conradus Peutingerus.</i>		<i>C. Plinius Cæcilius junior.</i>	160
<i>Philastrius.</i>	201	<i>Poggius Florentinus.</i>	548
<i>Philiphus, vide Franciscus Philiphus.</i>		<i>Poggius alter, prioris filius, vide Iacobus Bracciolinus.</i>	
<i>Philippus, vide Aurelius Philippus.</i>		<i>Politianus, vide Angelus Politianus.</i>	
<i>Philippus Bergomas, vide Iacobus Philippus Bergomas.</i>		<i>Politianus, vide Ioannes Maria Politianus.</i>	
<i>Philippus Beroaldus.</i>	667	<i>Pollio, vide Asinius Pollio.</i>	
<i>Philippus Biken.</i>	813	<i>Pollio, vide Claudius Pollio.</i>	
<i>Philippus, abbas Bona-spei.</i>	716	<i>Pollio, vide Trebellius Pollio.</i>	
<i>Philippus Callimachus Experiens.</i>		<i>Polus, vide Ioannes Polus.</i>	
619.		<i>Polydorus Virgilius.</i>	678
<i>Philippus Castello, vide Philippus Gualterus Castellio.</i>		<i>Polyphilus.</i>	803
<i>Philippus Camminaus.</i>	642	<i>Pompejus, vide Trogus Pompejus.</i>	
<i>Philippus Eystetensis.</i>	509.762	<i>Pompejus Planta.</i>	716
<i>Philippus ab Eleemosyna.</i>	407	<i>Pompejus Saturninus.</i>	161
<i>Philippus Elmouensis.</i>	716	<i>Pompilius Andronicus.</i>	47
<i>Philippus Gualterus Castellio.</i>	478	<i>Pomponius, abbas Abauchius.</i>	819
<i>Philippus Maceius.</i>	528	<i>T. Pomponius Atticus.</i>	48
<i>Philippus Riboti.</i>	538	<i>Pomponius Lotus.</i>	613
<i>Philippus Wielanus.</i>	639	<i>Pomponius Mela.</i>	131
<i>Phocas, vide Focas.</i>		<i>Pomponius Rufus.</i>	717
<i>Picolominaus, vide Iacobus Picolominaus.</i>		<i>Pomponius Sabimus, vide Iulius Pomponius Sabinus.</i>	
<i>Pictor, vide Fabius Pictor.</i>		<i>Pontanus, vide Ioannes Iovianus Pontanus.</i>	
<i>Picus, vide Ioannes Franciscus Picus.</i>		<i>Ponticus Viruanius.</i>	619
		<i>Pontius Diaconus.</i>	181
		<i>Porcellus Poeta.</i>	527

<i>Pesidius.</i>	223	<i>Radulphus Bock ynge.</i>	475
<i>Posthumius Albinus.</i>	24	<i>Radulphus Cicestrinus, vide Radulphus Bock ynge.</i>	
<i>Primastus.</i>	214	<i>Radulphus Coggeshale.</i>	470
<i>Probus, vide Cornelius Nepos.</i>		<i>Radulphus de Diceto.</i>	453
<i>Probus, vide Elvornius Probus.</i>		<i>Radulphus Flaviacensis.</i>	339
<i>Probus Hibernus.</i>	717	<i>Radulphus Gallus.</i>	412
<i>Probus, vide Titius Probus.</i>		<i>Radulphus Glaber, vide Glaber Radulphus.</i>	
<i>Proculius.</i>	60	<i>Radulphus Hygden.</i>	532
<i>Proculus, vide Eutychius Proculus Siccensis.</i>		<i>Radulphus Marham.</i>	541
<i>Proculus alter.</i>	717	<i>Radulphus Remington.</i>	717
<i>Producius, vide Conradus Celtes Producius.</i>		<i>Radulphus Stroodus.</i>	534
<i>Prosper.</i>	41	<i>Ragimberrus.</i>	750
<i>Prosper Aquitanicus.</i>	228	<i>Raguel Cordubensis.</i>	763
<i>Prudentius.</i>	203	<i>Ramundus de Agiles.</i>	771
<i>Prudentius Iunior Hispanus.</i>	758	<i>Raimundus Capuanus.</i>	539
<i>Ptolomæus Lucensis.</i>	509	<i>Raimundus de Podio, vide Raimundus de Agiles.</i>	
<i>Pulex de Custozæ.</i>	796	<i>Rainaldus, abbas Viceliacensis.</i>	397
<i>Putianus, vide Franciscus Putianus.</i>		<i>Rainaldus Campanus, abbas Casinensis.</i>	779
		<i>Rampertus.</i>	319
		<i>Ranulphus, vide Radulphus.</i>	
		<i>Ranzanus, vide Petrus Ranzanus.</i>	
		<i>Rapertus, vide Ratpertus.</i>	
		<i>Raphaël Volaterranus.</i>	672
		<i>Rathbodus, vide Radbodus.</i>	
		<i>Ratherus Veronensis.</i>	285.342
		<i>Ratpertus monachus.</i>	760
		<i>Redemptus Clericus.</i>	264
		<i>Reginaldus.</i>	348
		<i>Reinerus Leodiensis.</i>	361
		<i>Reinerus Prior Leodiensis.</i>	445
		<i>Rembertus, vide Rimbertus.</i>	
		<i>Renatus Andegavensis.</i>	578
		<i>Renatus Profuturus Frigeridus.</i>	717
		<i>Reuchlinus, vide Ioannes Reuchlinus.</i>	

Q.

Q *Vadrigarius, vid. Claudius Quadrigarius.*

Quinctus Lutatius, vide Lutatius.

R.

R *Abanus Maurus.* 315

R. C. Rabirius. 111

Radbertus, vide Paschasius Radbertus.

Radbodus, Episc. Vltraject. XIV. 340.

Radevicus Frisingensis. 431

Radulphus. 255

Radulphus de S. Albano. 414

Rhegino

I N D E X.

<i>Rhegino Prumiensis.</i>	339	<i>Robertus Fyfanensis.</i>	782
<i>Riccus Polentonus, vide Xiccho Ric-</i>		<i>Robertus Foliorth.</i>	423
<i>cus Polentonus.</i>		<i>Robertus Gaguinus vide Rupertus Ga-</i>	
<i>Riccobaldus, vide Gervasius Ricco-</i>		<i>guinus.</i>	
<i>baldus.</i>		<i>Robertus Goulettus.</i>	674
<i>Richardus Bartholinus Perusinus.</i>		<i>Robertus Herefordensis.</i>	385
679.		<i>Robertus de Lycestria.</i>	517
<i>Richardus Canonicus.</i>	441	<i>Robertus, S. Mariani, apud Altristodo-</i>	
<i>Richardus Cicestrius.</i>	532	<i>rum monachus.</i>	784
<i>Richardus Cluniacensis.</i>	430	<i>Robertus Maschal.</i>	559
<i>Richardus Dicetensis, vide Radul-</i>		<i>Robertus Melundinensis, vide Rober-</i>	
<i>phus de Diceto.</i>		<i>tus Foliorth.</i>	
<i>Richardus Divisiensis.</i>	425	<i>Robertus monachus</i>	443
<i>Richardus Eligenfis.</i>	470	<i>Robertus de Monte Michaelis.</i>	420
<i>Richardus Elteslei.</i>	718	<i>Robertus Montensis.</i>	446
<i>Richardus Grafdale.</i>	559	<i>Robertus Normannus, vide Robertus</i>	
<i>Richardus Hagulstadenfis.</i>	425	<i>Montensis.</i>	
<i>Richardus Larynhal.</i>	541	<i>Robertus S. Remigii.</i>	402
<i>Richardus Pictaviensis.</i>	482	<i>Robertus Richius.</i>	471
<i>Richardus Pramonstratensis.</i>	426	<i>Robertus Salopiensis.</i>	414
<i>Richardus de S. Victore.</i>	432	<i>Rodericus Palentonus, vide Rodericus</i>	
<i>Richerius Gallus.</i>	718	<i>Santius.</i>	
<i>Richius, vide Robertus Richius.</i>		<i>Rodericus Santius.</i>	596
<i>Ricobaldus Ferrariensis, vide Gerva-</i>		<i>Rodericus Toleranus.</i>	463
<i>sius Ricobaldus Ferrariensis.</i>		<i>Rodericus Ximenes, vide Rodericus</i>	
<i>Rigoldus Gallus.</i>	459	<i>Toleranus.</i>	
<i>Rigorus, vide Rigoldus.</i>		<i>Rodulphus, vide Rudolphus.</i>	
<i>Rimbertus Flander.</i>	329	<i>Rogerus.</i>	478
<i>Rinucinus, vide Almannus Rinuci-</i>		<i>Rogerus Albanus.</i>	632
<i>nus.</i>		<i>Rogerus Fuldenfis.</i>	431
<i>Ritius, vide Michael Ritius.</i>		<i>Rogerus de Houeden.</i>	449
<i>Robertus.</i>	718	<i>Rogerus de Wundelefber.</i>	471
<i>Robertus, Austrorandæ archidiaco-</i>		<i>Rogerus abbas.</i>	367
<i>nus.</i>	412	<i>Rogerus Baconus.</i>	494
<i>Robertus Baconus.</i>	471	<i>Rogerus Cestrius.</i>	516
<i>Robertus Balæus senior.</i>	634	<i>Rogerus Cisterciensis.</i>	425
<i>Robertus Balæus junior.</i>	685	<i>Rogerus Crolandienfis.</i>	452
<i>Robertus Bestonus.</i>	505	<i>Rolandinus Patavinus.</i>	786
<i>Robertus Fabyan.</i>	685	<i>Romerius.</i>	765

I N D E X.

<i>Romualdus, Salernitanus archiepi-</i> <i>scopus.</i>		<i>Rutilius Numatianus, vide Rutilius</i> <i>Claudius Numatianus.</i>	
<i>Rosvida.</i>	351	<i>P. Rutilius Rosus.</i>	37
<i>Rotgerus Benedictinus, vide Roge-</i> <i>rus abbas.</i>			S.
<i>Rubertus, vide Michael Rubertus.</i>		S <i>Abellicus, vide Marcus Antonius</i> <i>Sabellicus.</i>	
<i>Rucellarius, vide Bernardus Rucel-</i> <i>larius.</i>		<i>Sabinus, vide Ælius Sabinus.</i>	
<i>Rudolphus Agricola.</i>	566	<i>Salgherius, vide Hieronymus Sal-</i> <i>gherius.</i>	
<i>Rudolphus Floriacensis.</i>	819	<i>Salimbenus de Salimbenis.</i>	489
<i>Rudolphus à Framenysperg.</i>	528	<i>Saliphilax.</i>	346
<i>Rudolphus, Fuldensis monachus.</i>	316	<i>Sallustius, vide Cispus Sallustius.</i>	
<i>Rudolphus Langius.</i>	640	<i>M. Salvienus.</i>	742
<i>Rudolphus Niger.</i>	469	<i>Salvus Cassetta.</i>	612
<i>Rudolphus S. Trudonic.</i>	398	<i>Sammonicus, vide Serenus Sammo-</i> <i>nicus.</i>	
<i>Rufinus.</i>	207	<i>Samuel Beulanus.</i>	266
<i>Rufinus Sipius.</i>	478	<i>Sanblasianus, vide Otto Sanblasia-</i> <i>nus.</i>	
<i>Rufus Celsus.</i>	195	<i>Santra.</i>	719
<i>Rufus, vide Cluvius Rufus.</i>		<i>Sanutus Tortellius, vide Marinus</i> <i>Sanutus Tortellius.</i>	
<i>Rufus, vide Curtius Rufus.</i>		<i>Sanutus junior, vide Marinus Sanutus</i> <i>junior.</i>	
<i>Rufus, vide Ioannes Rufus.</i>		<i>Saphyrus Asturicensis.</i>	753
<i>Rufus, vide Munatius Rufus.</i>		<i>Saturninus, vide Iunius Saturni-</i> <i>mus.</i>	
<i>Rufus, vide Rutilius Rufus.</i>		<i>Saturninus, vide Pompejus Saturni-</i> <i>mus.</i>	
<i>Rufus, vide Sextus Rufus.</i>		<i>Saxo Grammaticus.</i>	443
<i>Ruggerus, vide Rogerius Fuldensis.</i> 26.		<i>Schafnaburgensis, vide Lambertus</i> <i>Schafnaburgensis.</i>	
<i>Rupertus Gaguinus.</i>	663	<i>Scala, vide Bartholomæus Scala.</i>	
<i>Rupertus Gallus.</i>	774	<i>Scaurus, vide Æmilius Scaurus.</i>	
<i>Rupertus S. Remigii, vide Rupertus</i> <i>Gallus.</i>		<i>Scedelius, vide Hartmannus Sce-</i> <i>del.</i>	
<i>Rupertus Tuitiensis.</i>	406	<i>Schottus, vide Petrus Schottus.</i>	
<i>Ruso, vide Druso.</i>			
<i>Rusticus, vide Fabius Rusticus.</i>			
<i>Rusticus, vide Iunius Rusticus.</i>			
<i>Ruthardus.</i>	316		
<i>Rutilius Claudius Numatianus.</i>	222.		
	745.		
<i>Rutilius Flaccus.</i>	819		
<i>Rutilius Geminus.</i>	718		

I N D E X.

<i>L. Scribonius Libo.</i>	23	<i>Sextus Iulius Frontinus</i> ; vide <i>Frontinus.</i>	
<i>Sebastianus Brant.</i>	640	<i>Sextus Rufus.</i>	198
<i>Sebastianus Casimirus.</i>	748	<i>Sibertus de Belca.</i>	510
<i>Sebastianus Flaminius.</i>	679	<i>S. Sibrandus Frisus.</i>	461
<i>Sebastianus Murrho.</i>	813	<i>Sicardus Cremonensis.</i>	434
<i>Sebastianus Salmanticensis.</i>	753	<i>Sidonius.</i>	233
<i>Sebosus, vide Staius Sebosus.</i>		<i>Sicho Polentonius</i> ; vide <i>Xiccho Ric-</i>	
<i>Secundus.</i>	262	<i>cus Polentonus.</i>	
<i>Sefridus.</i>	411	<i>Siffridus presbyter.</i>	503
<i>Sempronius Afellio.</i>	33	<i>Sigeardus.</i>	495
<i>C. Sempronius Tuditanus.</i>	31	<i>Sigebertus Corbejensis.</i>	339
<i>Senatus, vide Servatus.</i>		<i>Sigebertus Gemblacensis.</i>	395
<i>Seneca, vide Annaeus Seneca.</i>		<i>Sigerius, vide Sugerius.</i>	
<i>Senecio, vide Herennius Senecio.</i>		<i>Sigismundus de Fulgneo.</i>	661
<i>Septimus.</i>	719	<i>Sigismundus Gossenprot.</i>	571
<i>Q. Septimius Romanus.</i>	742	<i>S. Silius Italicus.</i>	155
<i>Serenus Sammonicus.</i>	175	<i>Sillebertus cognomento Univer-</i>	
<i>Sergius.</i>	725	<i>490.</i>	
<i>Sericus, vide Lobardus Sirichius.</i>		<i>Simeon Dunelmensis.</i>	417
<i>Serlo Grammaticus</i> ; vide <i>Ioannes Serlo.</i>		<i>Simon Tornaquiti.</i>	719
<i>Servatus Ædicellus</i> ; vel <i>Ædicellus.</i>	719	<i>Sirichius, vide Lobardus Sirichius.</i>	
<i>Servatus Bravonius.</i>	423	<i>L. Sifema.</i>	42
<i>Servatus, vide Lupus Servatus.</i>		<i>Sivardus Sapiens.</i>	299
<i>Servilianus</i> ; vide <i>Fabius Maximus Servilianus.</i>		<i>C. Iulius Solinus.</i>	720
<i>M. Servilius.</i>	135	<i>Sofianus, vide Fabius Sofianus.</i>	
<i>Servilius Novianus.</i>	144	<i>Sozomenus Pistoriensis.</i>	507
<i>Servius Fabius.</i>	13	<i>Spartianus</i> ; vide <i>Ælius Spartianus.</i>	
<i>Severus, vide Alexander Severus.</i>		<i>Spazzarinus</i> ; vide <i>Ioannes Domini-</i>	
<i>Severus, vide Aquilius Severus.</i>		<i>Spottus, vide Thomas Spottus.</i>	
<i>Severus, vide Castus Severus.</i>		<i>Spretus, vide Desiderius Spretus.</i>	
<i>Severus, vide Cornelius Severus.</i>		<i>Staius Cyrillus.</i>	193
<i>Severus Imp.</i>	174	<i>Staius Papinius</i> ; vide <i>Papinius</i>	
<i>Severus Minoricensis.</i>	220	<i>Staius.</i>	
<i>Severus, vide Odo Severus.</i>		<i>Staius Sebosus.</i>	712
<i>Severus Sulpitius.</i>	209	<i>Staius Valens.</i>	ibid.
<i>Sextus Gellius.</i>	34	<i>Stella, vide Ioannes Stella.</i>	

I. N. D. E. X.

<i>Theodatus Fritona.</i>	750	<i>Thomas Diaconus.</i>	539
<i>Theodericus S. Albani.</i>	365	<i>Thomas Ekeleston.</i>	518
<i>Theodericus de Apoldia.</i>	497	<i>Thomas Gascoigne.</i>	633
<i>Theodericus Benedictinus.</i>	443	<i>Thomas Grajus.</i>	725
<i>Theodericus Casinensis.</i>	724	<i>Thomas Hafilyvode.</i>	515
<i>Theodericus Engelfbusius.</i>	801	<i>Thomas à Kempis.</i>	806
<i>Theodericus S. Matthia.</i>	359	<i>Thomas de La-Moore.</i>	506
<i>Theodericus à Niem.</i>	545	<i>Thomas Langforde.</i>	514
<i>Theodericus Paulli Gorcomensis.</i>		<i>Thomas Lentinus.</i>	480
563.		<i>Thomas Lexoviensis, vide Thomas</i>	
<i>Theodericus Thuringius.</i>	493	<i>Basinus.</i>	
<i>Theodericus Trevirensis.</i>	349.572	<i>Thomas Lovaniensis, vide Thomas de</i>	
725.765.		<i>Cantiprato.</i>	
<i>Theodericus S. Trudonis.</i>	393	<i>Thomas Monemutensis.</i>	421
<i>Theodericus Vric.</i>	548	<i>Thomas Morus.</i>	686
<i>Theodonatus, vide Theodatus.</i>		<i>Thomas Ord. Prad. vide Thomas de</i>	
<i>Theodorus Campedonenfis.</i>	751	<i>Cantiprato.</i>	
<i>Theodorus auctor vita S. Magni.</i>	750	<i>Thomas Otterburne.</i>	546
<i>Theodorus Trevirensis, vide Theode-</i>		<i>Thomas Rudburne Menevensis.</i>	559
<i>ricus Trevirensis.</i>		<i>Thomas Rudburne Wintoniensis.</i>	636
<i>Theodotus, vide Theodatus.</i>		<i>Thomas Scrope.</i>	631
<i>Theodulphus.</i>	757	<i>Thomas Spottus.</i>	494
<i>Theodulus.</i>	747	<i>Thomas Stubs.</i>	536
<i>Theofridus Epternacensis.</i>	382	<i>Thomas Varoye.</i>	801
<i>Theophilus.</i>	725	<i>Thomas Vinkecumbe.</i>	726
<i>Theophilus Casinensis.</i>	819	<i>Thomas Walsingham.</i>	631
<i>Theudus.</i>	380	<i>Thomas Wiccus.</i>	495
<i>Thimon.</i>	411	<i>Thomas Wigenhale.</i>	635
<i>Thomas, vide Nicolaus Leonicus</i>		<i>Thomellus Flauder.</i>	769
<i>Thomas.</i>		<i>Thorneus, vide Guilielmus Thorne.</i>	
<i>Thomas Basinus.</i>	611	<i>Thraseas Petus.</i>	135
<i>Thomas Bramley, vide Thomas</i>		<i>Thrivetus, vide Nicolaus Thrive-</i>	
<i>Scrope.</i>		<i>tus.</i>	
<i>Thomas de Cantiprato.</i>	487	<i>Thuscus, vide Cornelius Thuscus.</i>	
<i>Thomas Castelfordc.</i>	514	<i>Tiberinus, vide Ioannes Matthias Ti-</i>	
<i>Thomas de Cellano.</i>	461	<i>berinus.</i>	
<i>Thomas de Ceperano.</i>	461. & plenius	<i>Tiberius.</i>	119
734.		<i>Tibertus, vide Darius Tibertus.</i>	
<i>Thomas Dando.</i>	560	<i>Tietmarus, vide Dietmarus.</i>	

Turpinus, vide *Turpinus*.

Tiphernas, vide *Gregorius Tiphernas*.

V.

Tiro, vide *Tullius Tiro*.

Titianus, vide *Iulius Titianus*.

Titinius Capito. 161

Titius Probus. 123

Titus Ampius. 726

Titus Livius de Frumolifis. ibid.

Tortarius. 819

Tortellius, vide *Ioannes Aretinus Tortellius*.

Tortellius, vide *Marinus Sanutus Tortellius*.

Tostatus, vide *Alfonfus Tostatus*.

Trajanus Cesar. 162

Tranquillus, vide *Suetonius Tranquillus*.

Trapezuntinus, vide *Georgius Trapezuntinus*.

Trebellius Pollio. 188

Tripolitanus, vide *Guilhelmus Tripolitanus*.

Trithemius, vide *Ioannes Trithemius*.

Trogus Pompejus. 98

Tubero, vide *Aelius Tubero*.

Tucherus, vide *Ioannes Tucherus*.

Tuditanus, vide *Sempronius Tuditanus*.

Tullius Tiro. 84

Tundalus. 780

Turdulus Gallicanus.

Turgotus Dunelmensis. 396

Turocius, vide *Ioannes Turocius*.

Turpinus. 298

Turstinus Eboracensis. 413

Tyrus vide *Guilhelmus Tyrus*.

Vadus, vide *Laurentius Vadus*.

Valens, vide *Stadius Valens*.

Valerandus Varanus. 681

Valerianus, vide *Cornelius Valerianus*.

Q. Valerius Antias. 44

Valerius Marcellus. 726

Valerius Maximus. 122

M. Valerius Corvinus Messalla. 88

M. Valerius Probus. 828

Valla, vide *Laurentius Valla*.

Valterus, vide *Gualterus*.

Varinus, vide *Guarimus*.

Varro Atacinus. 77

Varro, vide *Terentius Varro*.

Vartomannus, vide *Ludovicus Vartomannus*.

Vberimus Pufculus. 726

Vdaticus, vide *Vtricus*.

Vdaticus Herlinger. 480

Vdaticus à Lenzburch. 512

Vdalscalcus. 395

Vecerius, vide *Omradus Vecerius*.

Vedastini monachi. 726

Vellejus Paterculius. 119

Vellius, vel *Vellejus*, vide *Cneus Gellius*.

Venantius, vide *Gualterus Hunte-rius*.

Venantius Fortunatus. 251

Venedota, vide *Asaphus Venedota*.

Venonius. 726

Verardus, vide *Carolus Verardus*.

Verberatanus, vide *Constantinus Verberatanus*.

Verimus, vide *Egnatius Verimus*.

Verge-

<i>Vergerius, vide Petrus Paulus Vergerius.</i>		<i>Vetricus Wellingus.</i>	502. 571
<i>Verimus, vide Hagolinus Verimus.</i>		<i>Vivonius Britannus.</i>	349
<i>Verlatius de Verlatis.</i>	820	<i>Volaterranus, vide Raphaël Volaterranus.</i>	
<i>Verrius Flaccus.</i>	105	<i>Volmarus Furstenfeldensis.</i>	504
<i>Verus.</i>	280	<i>Voluminus.</i>	85
<i>Verus, vide Aurelius Verus.</i>		<i>Volusus.</i>	60
<i>Vesputius, vide Americus Vesputius.</i>		<i>Vranus.</i>	224
<i>Vffingus, vel Vffo Frifius.</i>	357	<i>Vrbanus v. i.</i>	538
<i>Vibius Flavianus, vide Vibius Nicomachus Flavianus.</i>		<i>Vrbicus, vide Lollius Vrbicus.</i>	
<i>Vibius Nicomachus Flavianus.</i>	744	<i>Vrsinus.</i>	750
<i>Vibius Sequester.</i>	727	<i>Vrſpergenſis abbas, vide Conradus à Liechtenavv.</i>	
<i>Vicentinus, vide Ludovicus Vicentinus.</i>		<i>Vrſus diaconus.</i>	319
<i>Victor, vide Aurelius Victor.</i>		<i>Vſuardus.</i>	295
<i>P. Victor, vide Sextus Rufus.</i>		<i>Vitho Argentoratensis.</i>	346
<i>Victor Cummenenſis, vide Victor Tununenſis.</i>		<i>Walafridus Srabo.</i>	303
<i>Victor Tununenſis.</i>	747	<i>Walkingtonus, vide Nicolaus Walkington.</i>	
<i>Victor Vticenſis.</i>	232	<i>Wallingfordus, vide Ioannes Wallingfordus.</i>	
<i>Vierus, vide Albericus Vierus.</i>		<i>Walpurga.</i>	754
<i>Vigilius.</i>	204	<i>Walterus abbas.</i>	727
<i>Vilco Iaerſma.</i>	399	<i>Wandelbertus.</i>	316
<i>Vincentius Bellovacenſis.</i>	477	<i>Warmannus.</i>	365
<i>Vincentius Cadlucus.</i>	457	<i>Warnerus Homiliarius.</i>	390
<i>Vincentius Carſulanus.</i>	506	<i>Wellingus, vide Conradus Wellingus.</i>	
<i>Vipſanius Agrippa.</i>	88	<i>Wenceſleus.</i>	384
<i>Vipſanius Meſſalla.</i>	146	<i>Wentanus, vide Daniel Wentanus.</i>	
<i>Virgilius, vide Polydorus Virgilius.</i>		<i>Wentanus, vide Ethelvoldus Wentanus.</i>	
<i>Virus Nicomachus Flavianus, vide Vibius Nicomachus Flavianus.</i>		<i>Werembertus.</i>	321
<i>Virunnius, vide Ponticus Virunnius.</i>		<i>Wernerus Larius, vide Wernerus Rolevinck.</i>	
<i>Viſbius.</i>	157	<i>Wernerus Rolevinck de Laer.</i>	569
<i>Vitalis, vide Ordricus Vitalis.</i>		<i>Wethampſtedus, vide Ioannes Wethampſtedus.</i>	
<i>Vicellius, vide Eraſmus Vitellius.</i>		<i>Wibertus, vide Gilbertus.</i>	
<i>Q. Vicellius Eulogius.</i>	105		
<i>Virus Arenpeckius.</i>	565		
<i>Vlricus de Vrimaria.</i>	727		

I N D E X.

<i>Wiccius</i> , vide <i>Thomas Wiccius</i> .		<i>Wolfhardus monachus</i> .	761
<i>Wichardus</i> , Baro à <i>Polheim</i> .	791	<i>Wolstanus Wintoniensis</i> .	356
<i>Wilbertus</i> , vide <i>Gilbertus</i> .		<i>Worcestrius</i> , vide <i>Guilhelmus Worcestrius</i> .	
<i>Wilhelmus</i> , vide <i>Guilhelmus</i> .			
<i>Wilkinus de Spoletto</i> .	784		
<i>Willebrordus</i> .	275	X.	
<i>Willibaldus Devonius</i> .	286		
<i>Wimphelingus</i> , vide <i>Iacobus Wimphelingus</i> .		<i>Xiccho Riccius Polentonus</i> .	804
<i>Wimhardus Baro</i> , vide <i>Wichardus Baro</i> .		Z.	
<i>Windignotus</i> .	727	Z <i>Acharias Benedictus</i> .	649
<i>Winduchindus</i> .	350	<i>Zacharias Zachius</i> .	684
<i>Wippo</i> , seu <i>Wipo</i> .	368	<i>Zamaldonus</i> .	820
<i>Vulcatius Gallicanus</i> .	186	<i>S. Zeno</i> .	741
<i>Vulcatius Terentianus</i> .	180	<i>Zenus</i> , vide <i>Iacobus Zenus</i> .	

F I N I S.



